vſ. vl. verſ.	verſiculo.
ver.	verbo.
℞.	Reſpondeo vl. reſpondetur.
Q.	Quæritur.
q.	quæſtione.
a.vl. ar.	articulo.
coīs.	communis.
opin.	opinio.
opp.	oppono.
oppoſ.	oppoſitio.
I.V.D.	Iuris Vtriuſque Docto.
tn̄.	tamen.
aūt.	autem.
tm̄.	tantum.
qn̄.	quando.
q2.	quia.
q;	que.
ſ.	ſupra.
j.	infra.
PP.	Papa.
Pō.Max.	Pontifex Maximus.
Prob.	Probatur.
pblr.	Probabiliter.
dd.	Doctores.

20 Poſt nomina, atque vtriuſque Iuris communes breuiaturas, Doctores aliquos Theologos, qui frequentius citari ſolent ſecūdo proponam loco, quamuis non ordine Alphabeti.

D.Th.	S. Thomas Aquinas.
Doct. Angelicus	idem.
Mag.Sen.	Magiſter ſentētiarū
Vterque Thom.	S.Thomas, & Caietanus, qui dicit Thomas a Vio.
Gai.vel Gai.	Gaietanus.
Scot.	Scotus.
Doctor ſubt.	idem.
Adr.	Adrianus.
Pal.vl.Pe.de Pal.	Paludanus.
Alex. Alen.	Alexander de Ales. qui fuit Magiſter D.Thomæ.
Ric.	Ricardus.
Archiep.Flor.	D.Antoninus.
Flor.	Idem.
Capr.	Capreolus.
Marſ.	Marſilius.
Dur.	Durandus.
Gab.	Gabriel Biel.
Dried.	Driedonius.
Aſten.	Summa Aſteſana.
Ang.	Summa Angelica.
Silu.	Summa Silueſtrina
Tab.	Summa Tabiena.
Sum.Conf.	Summa Cōfeſſorū.
Armil.	Summa Armilla.
Io. Med.	Ioannes Medina.
Pet.a Sot.	Petrus à Soto. cōfeſſor. Caroli Quinti.
Mich. Medin.	F.Michael, de Medina.

Illi qui non paſſim, & ſunt Sancti.

D. Gregor.	D.Gregorius 1.
D. Ambr.	D.Ambroſius.
D. Aug.	D.Auguſtinus.
D. Hier.	D.Hieronimus.
D. Anſ.	Anſelmus.
D Iſid.	D.Iſidorus.
D.Chriſ.	S.Ioānes Chriſoſto.
D Baſ.	D. Baſilius.
Cord.	F.Antonius à Corduba.
Ledeſ.	F.Martinus Ledeſma.
Alf.Caſt.	Alphonſus a Caſtro.
Victor.	F. Frāciſcus a victoria.
Cano.	F. Melchior Cano.
Dom.Sot.	F.Dominicus Soto.

Bar.

Bar.Med.F.Bartol.Medina. Quatuor iſti vltimi, omnes fratres Dominicani, Hiſpani, atque Sacræ Theologiæ Salamanticę primarij profeſſores. Vltimus tamen Mag. Medina pręceptor meus Dignifs.

21 QVamuis Canoniſtarum innumera ferè ſit multitudo; ex omnibus, illos tam antiquos, quàm modernos eligere curaui, qui communiter in ſummis, & in Academijs allegantur. Quorum Princeps.

Abb.	Abbas Panormitanus.
Pan.	Idem.
Innoc.	Innocentius 4. Papa. quem ſplendorem Canoniſtarum dicit Ang. in ſum.
Arch.	Archidiaconus.
Barb.	Andreas Sicul⁹ Barbatius.
Io.And.	Ioannes Andreas.
Anan.	Ioannes de Anania.
Imol.	Ioannes de Imola.
Butr.	Antonius de Butrio.
Card.	Cardinalis Zabarela.
Hoſt.	Cardinalis Hoſtięſis.
Tur.Crē.	Card. Turre Cremata.
Gof.	Gofredus.
Cyn.	Cynus.
Dominicus vl.Gem.	Dominicus à Sancto Geminiano.
Aret.	Franciſ. de Aretio.
Io.Mo.	Ioãnes Monachus Card.
Salic.	Salicetus.
Fel.	Felinus.
Ber.	Bernardus Gloſator libri Decretalium.
Peruſ.	Angelus de Peruſio.
Anchar.	Petrus de Ancharano
Palac. Ru.	Palacius Ruuius.
Nau.	Martinus Azpilcueta Nauarrus.
Couar.	Didacus Couaruuias à Leyua Epiſcopus Segobienſis.
D.Fran.Sar.	D.Frãciſcus Sarmiento Epiſcopus Gienenſis.

Supereſt iam, vt Iuris Ciuilis aliquos, maximè grauiſſimos Doctores ex antiquis, & modernis in medium proferamus, quorum Princeps.

Bar.	Bartol⁹ a Saxo ferato.
Bald.	Baldus.
Iaſ.	Iaſon.
Balb.	Balbus.
Alex. Im.	Alexander de Imola.
Caſan.	Caſaneus.
Azo.	Summa Azonis.
Din. Dec.	Dinus, & Decius.
Ioan. Fab.	Ioannes Faber.
Vgol.	Vgolin⁹ gloſator Iuris
Alc.	Andreas Alciatus.
Maran.	Maranta.
Pinel. Ari⁹ Pinelus.	Primarij Salmanticę
Coſta. Emanuel Coſta.	Primarij Salmanticę
Ant.Gom.	Antonius Gomez.
Xuar.	Rodericus Xuarez.
Caſtel.	Caſtellus.
Matien.	Matienzo.
Minch.	Minchaca.
Tel. Fer.	Tellus Fernandez.

QVis autem horum omnium tam Theologorum, quàm vtriusq; Iuris Doctorum primũ in ſua facultate obtineat locũ apud oẽs manifeſtiſſimum eſt. Circa quod Nota, ꝙ poſt textum, maiorem ſibi ſortitur auctoritatẽ Gloſſa.* De Gloſ. vide multa quę tradit Nicolaus Vigil. de Iure controuerſo.lib.1.c.3.§.De opinionibus Doct.regul.2. In Sacra Theologia textum dices S. Thomã, & Magiſt. ſent. Gloſ. aũt, Caietanũ. In Iure Canonico, poſt Gloſſam, Princeps ab oĩbus Abbas Panormitanus cõſtituit̃. In Iure Ciuili, poſt Gloſſ. Principem Iuriſtarum Bartolũ oĩs ſchola proclamat.*Et an Doctori alleganti conſuetudi-

nem ſit credendum, ſunt duæ opiniones cōes contrariæ, de quibus vide Portiū.in ſuis regulis, li.1.cōcl.24. Et an potius ſit credēdū Doctori in tractatu, vel conſilio, quā in lectura. vide eūdē li.2.cōcl.36.

Inter omnes vero tā Theologos (quo ad moralia) vno D. Thoma excepto, q̄ Vtriuſq; Iuris Doctores, ſupremū locū, auctoritatéque habere D. Martinū ab Azpilcueta Nauarrū ab eruditiſſimis audiui viris: quod veriſſimū (ſaluà aliorum debita venia, reuerentiaque dixerim) iudicaui.

Primo propter eius indefeſſum tam Sacræ Theologię, q̄ Vtriuſq; Iuris ſtudium, in quo (etiā publicè in celeberrimis totius Orbis Academijs legendo ſeptuaginta, & amplius annos conſumpſit. Vt ipſe teſtatur I Manual. c.15. nu.101.

Secūdo. Quia nūquā, aut raro loquit' ſine textu, Gloſſa, Doctorū auctoritate, aut ratione efficaci.

Tertio. Propter Illuſtriſſimos viros ſcriptores, & ſapientiſſi. Doctores quos in diſcipulos habuit D. D. (videlicet) Didacum Couaruuias a Leyua Epiſcopum Segouienſem, Regalisque Conſilij Philippi ſecūdi meritiſſimum præſidem. Vt ipſe Nauar in Manual. cap.17. num.28. & ipſemet Couar. lib.4. de ſponſa. cap.1. nume.4. & in c. Alma mater. de ſent. excommunicat. in 6. prima part. §. 6. numero 7. teſtantur. & D. D. Franciſcum Sarmiento, Epiſcopum Gienenſem. Doctores Arium Pinelum, & Emanuelem Acoſta, primariæ Cathedræ Iuris Ciuilis Salmanticæ moderatores. Doctorem Nauarrum iuniorem, primo Iuris Canonici cathedram veſpertinam, Salmanticæ, ſecundo Decreti Regentem, nunc denuo Eccleſiæ Sanctæ Toletanæ Canonicum, & (vt compluress alios taceam) Doctorem ſubtiliſſimū Michaelem Acoſta eiuſdem Iuris Canonici, horæ, & vniuerſitatis lectorem.

Quarto. Quia Illuſtris quidam Iuris Vtriuſque Doctor (vt patet in principio libri eiuſdem Nauar. de ſpolijs Clericorum) illum laudans ſic ait:

Si forte animi requiris, atque
Dotes ingenij, profecto, vincet
Ac quabitud Dynos, & Hoſtienſes:
Baldos, Hippolytos, Fabros, Socinos,
Abbates etiā, Innocentioſque;
Silueſtros, Decioſque, Bartoloſque,
Azones, Butrios, Cynos, Felinos,
Et turbam reliquam vetuſtiorum &c.

Quinto. Quia cū nonagenarius ſit, (vt ipſe in dedicatione ſecūda ad Greg.13. Pōt. Max. refert) poſt reliquos omnes hucuſq; ſcripſit auctores. Cum quibuſdam etiam illorum litterarum congreſſus cō plurimos habuit. A multisq; eorum fuit cōſultus, vt in 1. Manuali latino conſtat. Scripſit poſt omnes modernos tam Theologos, quàm vtriuſq; Iuris Peritos, poſt D. Thom Caieta. Silu. Palud. Duran. Tabien. Armil. Victoriam, Ledeſmam, Petrum à Soto. Dominicum Soto, Ioannē, Michaelem, ac

ac Bartolomæum Medina, Alfonſum à Caſtro, Vegam Couarruuiã, Coſtam, Pinellum, ac ſuum æmulum D. Franciſcum Sarmiento, & alios ferè innumeros. Deniq; poſt illius Sanctiſs. Trident. Concilij acta; poſt tot Pij V. atque Gregor. XIII. Pont. maximorũ editos motus proprios. Vltimo, poſt ſeipsũ quater; quia cum per. 16. vel 18. annos Romæ in Sacra Pœnitẽtiaria demoratus ſit, multa vidit notatu digniſſimã, infinitos ferè reſoluens caſus, & ita quater vidit, & reuidit Manuale Confeſſariorum, aliaque opera emendauit, typisque anno. 1584. purgatiſſima mãdauit. Omitto rariſſimam, omniquésque eius notam virtutem, atque Sanctimoniam, zelumque feruentiſs. animarum.

Quapropter, cum in aliquo dubio eius auctoritatem habuero, ſaluã, tutaque conſcientia (quoad potero) ſequar; Tu quoque (ſi placet) ſimiliter fac, & pro me ora, vale.

Obijt Nauarrus Romæ anno Domini. 1586. Sixto V. Pont. Max.

DE SACR. IN GENERE.

TRactat Magiſt. Senten. in 4. diſtinc. 1. & ibi S. Thom. Gabriel. Mai. Adrian. Capreol. Argẽtina, Sco. Durã. Palud. & alij ſcholaſtici, & nouiſſimè Domin. Sot. idem S. Thom. & Caiet. 3. p. q. 60 Ang. Silu. Tabien. Armil. & alij Summiſtæ, verbo Sacramentum. Inſtituta Canonica lib. 2. in principio. Ledeſma. 1. p. 4. Concil. Florent. ſub Eugenio 4. Conſtantienſe. Seſſ. 15. Toletan. 8. & 11. Tridẽ. Seſſ. 7. a can. 1. Cathech. Rom. à pag. 152. Viguerius. in principio, & Nauarr. capitulo 22. a numero 1. & alij multi.

ARGVMENTVM.

Facies cãdelabrum ductile de Auro mundiſſimo (ait Dominus Exodi 25. & 27.) facies, & lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum, vt luceant.

INTER omnia mala, quę Ezechias Rex, (2. Paral. 29.) Sacerdotes iniquos legis antiquæ feciſſe enumerat, vnum fuit quòd Templi lucernas extinxerint, quas idẽ Rex cùm bonis Sacerdotibus accendi curauit. Simili modo, quia mali ſacerdotes, improbique Euangelicæ legis interpretes, hæretici, ſcilicet, & alij Dæmonum filij, voluerunt ore ſacrilego, auſuque temerario, (nec potuerunt, quicquãmnè poterunt) ſeptem ſacramentorum fulgentiſſimas lucernas ſuis improbis ſectis, diabolicisque inuentionibus extinguere atque extenuare; ideo Summi Põtifices, aliique Sacroſancti Tridẽtini Concilij Patres, emunctoria aurea Eccleſiæ ſanctæ Dei, facti, eas emunctarunt, & ab omnibus ſceleratiſſimorum hominum tenebris purgatiſſimas, nobis, vt illuminarent, tradiderũt. Quarum illucidationem, clariſſimamque manifeſtationem (licet indignus) ad laudem, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis, ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, omnium ſanctorum, atque animarum ſalutem, tractandam aſſumpſi. In primisque me, omnia mea correctioni S. Matris Eccle-

Eccleſiæ Catholicæ Romanæ,atque cuiuſuis melius ſentientis iudicio ſubmitto,iuxta tex.capitul. Hæc eſt Fides.24.quæſt.1.

DE SACRAMENTIS.

1 VT tantam ergo rem (Diuino ſpirãte flamine) aggrediamur, ſciẽdum eſt, omnia hæc Sacroſanctæ legis Gratiæ Sacramenta, a principio ipſo Mũdi, & per omnes eius ætates in multis Sacræ Scripturæ locis fuiſſe mirabiliter figurata.

Sacramentorum figura. Geneſis enim 1.Dominus, Orbem vniuerſum ſeptenario dierũ numero,ex nihilo condens,Mundum in ſui fine iam labentem, Septem Sacramentis reſtaurãdum, & recreandum,hominemque redimendum fore ſignificauit.Tangit Sot.diſtin.prima,quæſtione 6. artic.1.verſic.igitur.

Illam etiam ſupradicti Candelabri Exodi 25. illuſtriſſimam figuram,ſecundo notabis loco.

Quid pulchrius illo,Prouerbiorum capit.9 dici poteſt:Sapientia ædificauit ſibi domum,excidit columnas ſeptem &c.ideſt,Deus ab initio,in ſua æternitate ędificauit mẽte ſacratiſſima ſua Eccleſiam, & poſuit in ea ſeptem fortiſſimas columnas;ſcilicet Sacramenta ſeptem legis gratiæ,quibus tota innixa eſt Eccleſia Chriſti militans, Sot.4.diſt.3.q.5.ar.4 concluſ.4.

Idem patet clarè, quando 4.Regum 5. Eliſeus Propheta dixit ad Naaman Syrum: vade, & lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua: Quid clarius?

Septem etiã Agnæ,quas Abraham Geneſ.21. ſeparauit à gregibus, & obtulit Abimelech in ſignum perpetui fęderis,hæc ſeptẽ figurarunt Sacramenta pacis perpetuæ; per quæ Deus ipſe placatur. quid conformius excogitari poteſt?

Aliam figuram inuenies Gene. 43. in ſeptem Iacob genuflexionibus.

Has ego figuras (alias omittẽs) ex Sacris literis breuiter collegi. Alias poteris videre in principio libri, qui Aureum opus de veritate contritionis nuncupatur. * Poſuimus 7. Sacramentorum figuras: Ponamus etiam peccatorum mortalium, quæ contraria ſunt, aliquas ſignificationes oportet. Septem.n.peccata ſignificãtur in ſeptem populis, qui terram promiſſionis Iſrael promiſſam tenebant.ita Magiſt.ſenten.ex Chryſoſt.& Gl.in cap. Non ſolum;verbo. Septem 32.q.7. Caniſ.in Doctrin.tit.de peccatis.c.2.Nauar.in 1.prælud. Manual.num.3.& in c. 23.num.3.S.Ant.1.p.tt.7.ca.2.§.6. Et in prologo.2.p.verſiç. Et quia, ea æquiparat ſeptem viris leproſis.Et 1 par.tt.5.c.3.§.1.ęquiparat ea ſeptem vijs difficilibus.4.æquiparat ea ſeptẽ cæcis.Quinto æquiparat ea ſeptem beſtijs. Sexto per ſeptem Dęmones.Septimo,per ſeptem capita Draconis. vide in d. prologo. 2. p. & Summam Med. 1.p.tt.primo quæſt.13.

Quæritur quid hæc vox,Sacramentum,ſignificet? vt complura (haud neceſſaria) quæ ex Hiſtoriographis,& Calepino,verbo Sacramentum,adduci poterãt,omittamus.Reſpondetur tria maximè hac denotari voce, iuramentum, ſ.ſecretum,& ſacram, vel ſacratã rem abditam, ſiue abſconditam; 2 Vox Sacramentum quid.

De

De quibus ſuccinctè loquitur Sot. 4.diſt.1.q.1.art.1.& alij.

De iuramento, patet in Concil. Toletano.11.cap.9.ibi Sacramenti exactione adſtringatur, ideſt iuramento. & in capitulo: Sacramẽtum autem, ſecunda, quæſtione quarta, vbi habetur, quòd Sacramentum iuramenti à Sacerdotibus non recipiatur. & tex. in capitulo illud Sacramentum 35. quæſtione 6. & glo. verb. Ecce in §. Ecce, ead. cauſ. & quæſtione, vbi habetur: quòd quatuor Sacramenta inueniũtur circa cauſas matrimoniales, i. quatuor iuramenta, & eſt totus. titul. C. Sacramenta puberum, i. de iuramento puberum.

De Secreto, ſunt hæc duo teſtimonia Daniel 2. capitu. in principio: Sacramentum hoc reuelatũ eſt, & in fine. quoniam tu potuiſti aperire hoc ſacramentum, & Tobiæ 12. Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt, i. ſecretum.

De tertio, autem, ſcilicet de re ſacra abdita, complura ſunt tàm Sacræ Scripturę quàm Sacrorum Cõciliorum teſtimonia, quorum aliqua tangit Nauar. cap. 22. num. primo. Viguerius. c. 16. & De hoc noſter hic ſermo.

3 Quid eſt Sacramentum? Quia Concilium Trident. Seſſ. 7. de Sacramentis agens nullam Sacramẽti nobis determinatã tradidit diffinitionem, ponam ſententiam libri, qui ſecundo loco, ſancto ſuccedit Concilio, Cathechiſmi ſcilicet Concilij Tridentini ad Parochos. Qui in tractatu de Sacramẽtis pag. 154. ex omnibus diffinitionibus. quæ paſſim a Doctoribus tradũtur; illam D. Auguſtini (ait) locum primũ tenere, his verbis: Sed cum multæ rationes ſint, quę ad hanc rem explicandam aptæ, & accommodatæ videantur; nulla tamen planius, & dilucidius eã demonſtrat, quam diffinitio à D. Auguſtino tradita, quam deinde omnes Doctores Scholaſtici ſecuti ſunt. Sacramentum, inquit ille, eſt ſignum rei Sacræ. cap. Sacrificium de Conſ. diſt in. 2. Sot. 4. diſt. 1. q. 1. articu. 2. verſic. Satis. Vel vt alijs verbis, in eandem tamen ſententiam, dictum eſt. Sacramẽtum eſt inuiſibilis gratię viſibile ſignũ ad noſtram iuſtificationem inſtitutum. Vnde patet clariſſima ſacramenti diffinitio, ſimulque elucet. S. Doctoris Auguſtini auctoritas: omnes ſiquidem eum ſequuntur. Nec omittere volo quod multis ab hinc annis ab illuſtri admodum magiſtro meo D. Didaco de Vera Iuris vtriuſque Doctore, atque Canonici iuris Salmanticæ primario profeſſore meritiſſimo audiui, apud ſeipſum (& apud me etiam) mirabilem ſacramenti diffinitionem illam eſſe, quã idẽ D. Auguſt. tradit in lib. de Corpore Chriſti: & habetur in c. Multi, prima, quæſtione prima, videlicet, ſacramentũ eſt, per quod ſubtegumentis rerum viſibilium Diuina virtus ſecretius ſalutem operatur. Quas duas Sacramenti diffinitiones (omiſſis multis alijs, quę a Magiſt. ſenten. 4. diſt. 1. D. Tho. 3. p. q. 60. artic. 3. & Catech. ſupra, & alijs traduntur) vtpotè præcipuas hic tantum ponere decreui, ſatque eſſe iudicaui, vide Nauar. c. 22. nu 1. & tradit Sot. 4. d. 1. q. 1. art. 1. verſi. Ex his ergo.

Quid ſit Sacramentũ.

Q. Quot ſint nouæ legis ſacramenta? Reſp. (vt figuratum cum figura conueniat) de Fide eſſe determinatum, nouæ legis ſacramẽta eſſe 4

Quot ſint.

ta eſſe tantum numero ſeptē, nec plura, nec pauciora, text. in c. Ad abolendam de Hæret. Conci. Floren. ſub Eug. 4. Conc. Cōſtantien. Seſſ. 15. & nouiſſimè in Conc. Trident. Seſſ. 7. can. 1. quę ſunt Baptiſmus, Cōfirmatio, Euchariſtia, Pęnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. tradit etiā Cathe. Rom. de ſacramentis: & communis Doctorum Catholicorum cohors in 4. diſtin. 1. vbi S. Tho. in 3. par. q. 60. arti. 1. Sot. 4. diſt. 1. q. 6. art. 1. Canoniſtæ in Rubrica de Sacra. non iter. Gloſ. in c. veniens, de tranſaction. Nauar. Manual. c. 22. nu. 2. Reprobata illorum opinione, qui Matrimonium dare gratiā negabant, vt infra nu. 9. dicetur, & reprobata Glo. 1. in c 1. de Conſecra. diſt. 5. quæ dicebat: Vnctionem extremam non eſſe propriè ſacramentum.

5 Quare ſeptem. Sed cùm bona, quanto plura, tāto meliora: quare ſeptē ſacramenta inſtituta, & non plura, vel pauciora? Reſp. ita factū eſſe ob multas, diuerſaſq; cauſas. Prima, (ſecundum Mag. ſent. in 4. diſt. 2. S. Tho. 3. par. q. 65. art. 1. Scot. 4. diſt. 2. q. 2. Durā. ead. & omnes.) Quia cum homo anima conſtet, & corpore, & ſecundum corpus ſic ſuā habeat vitam ordinatam, vt ſ. primo, ex vtero matris naſcatur. Secundo corroboretur, vires augendo. Tertio quia natura fragilis, aliquando infirmetur. Quarto ſanus factus accipiat preſeruatiuum, ne in eandem reincidat infirmitatē. Quinto vt potē corruptibilis, & mortalis, ſuo tempore moriatur. Sexto, quòd non tantum ſit ſibi, ſed ad alios regendos atq;, docendos. Septimo curet, ne progenies finiatur, cum naturale ſit homini generare ſimilem ſibi. Eodem modo ſe habet vita ſpiritualis quo ad animam: primo enim ex vtero S. Matris Eccleſiæ Chriſto renaſcitur per Baptiſmum. 2. Anima roboratur, & creſcit per Confirmationem. 3. cum infirmatur, Sacramento pœnitentiæ ſanatur. 4. Poſt ſanitatem in Sacramento pęnitentiæ recuperatam, accipitur præſeruatiuum, Sacramentū Euchariſtię, quod hoc habet particulariter. 5. quia ſæpe ex infirmitate, aliquæ ſolent remanere reliquiæ, Sacramento extremæ vnctionis tollitur. Et quia quinque ſupra dicta proprium reſpiciunt vniuſcuiuſque ſpirituale commodum: ad Eccleſiæ totius vtilitatē duo alia inſtituta ſunt Sacramenta. 6. quia neceſſarius eſt miniſter, qui dicta ſacramenta alijs conferat atque miniſtret, conſtituitur Ordinis ſacramentum. 7. Et quia ſancta adminiſtraturus, neceſſe eſt vt ſancte, & non ex nephario coitu naſcatur, inſtitutum fuit ſacramentū Matrimonij, quod non ſolum eſt in officium naturæ ad propagationem prolis, ſed etiam ſacramentum. Conc. Flor. ſupra.

Secunda cauſa, ſecundum D. Thom. 4. diſtin. 2. q. & alios. Quia ſacramenta ordinantur contra triplicem culpam, & contra quadruplicem pœnam. Vnde Baptiſmus contra peccatum originale. Pœnitentia contra mortale. Extrema vnctio contra veniale. Ordo contra ignorantiam: Euchariſtia contra malitiam. Confirmatio, contra impotentiam, & Matrimoniū contra concupiſcentiam.

Tertio ſecundū Duran. 4. Quia ſacramenta pręparant hominem, & expediunt ad actus virtutem, quæ

quæ ſunt ſeptem, tres Theologicæ, & quatuor Cardinales, ſeu morales. Ad actum Fidei præparat Baptiſmus, ideo dicitur ſacramentum Fidei. Ad actum Spei vnctio Extrema, ideo dicitur ſacramentum Spei. Ad actum charitatis expedit Euchariſtia. ideo proprijſſimè Charitatis ſacramẽtum appellatur. Ad actum Fortitudinis armat Confirmatio, quæ ſacramentum Fortitudinis nuncupatur. Ad actum Iuſtitiæ, ſacramentum Pœnitentiæ, quod Iuſtitiæ ſacramẽtum dicitur. Ad actum Prudentiæ, Ordo, ideo ſacramentum Prudentiæ cenſendum. Ad actum Temperantiæ expedit nos Matrimonium, & ideo ſacramentum Temperantiæ appellatur.

Quarta, Quoniam ſacramenta ſunt Septem, ſecũdum ſeptem diuerſitates hominum in Eccleſia: ſacramentum primum eſt intrantium, vt Baptiſmus. Secũdum eſt pugnantium, vt Confirmatio. Tertium eſt vires reſumẽtium, vt Euchariſtia. Quartum eſt reſurgentium, vt Pœnitentia. Quintum, eſt exeuntium, vt extrema vnctio. Sextum eſt miniſtrantium, vt Ordo. Septimũ eſt nouos milites introducentium, vt Matrimonium. De his cauſis vide etiam in Inſtituta Canonica.lib.2.de Sacramentis, & Sot.4. diſtinctio.1.quæſt.6. articu.1.

6 A quo inſtituta. Quæritur. A quo ſint hęc ſacramenta inſtituta? Reſpondetur, ꝙ ex excellentia muneris, patet qualis, & quanta dignitas fuerit, magnificentiaq; largitoris: Venerat enim filius hominis in hunc mundum peccatores ſaluos facere: Medicus ipſe ſapientiſſimus, vt ſanaret ęgrotos, vulnerum noſtrorum efficaciſſima, ſeptem, ſcilicet inſtituit ſacramenta. Quę ab ipſo ſolo inſtituta fuiſſe, de Fide determinat Concil. Trident. Seſſ.7.can.1.ſic inquiens: Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis nõ fuiſſe omnia a Ieſu Chriſto domino noſtro inſtituta &c. Anathema ſit, ꝙ habetur in Iure antiquo, in c.ad abolendam.de Hęretic. D.Auguſt.lib. de vera Religione. D.Ambr.lib.4. de Sacram.c.4.& omnes, vt tradit Nauar.c.22.nu.2. & in Præludio, 10.nu.4. Catechiſ.Rom.pag.132. latiſſimè Couar. libr 1.variarum reſolution.c.10.nu.3.vbi ait in tãtum eſſe verũ, quòd Eccleſia, nec Apoſtoli potuerint Sacramẽta inſtituere. reprobata opinione illorum, qui dixerunt Sacramentum Pœnitẽtiæ fuiſſe ab vniuerſali Eccleſia in Concilio Niceno inſtitutum, vt ait Gl. in principio.de Pœniten.diſtin.5.& illorum, qui aſſerebant vnctionis Extremę Sacramentum fuiſſe a D.Iacobo inſtitutum, vt infra dicetur, & tangit Sotus 4. diſtinct. 1.quæſt. quinta, articul.2.

Sed, cum Deus abſque Sacramẽtis poſſet humano generi gratiam, & gloriam gratis donare, vt ait Gloſ.1.c.Inſtitutio.de conſecr. diſtin.2. quare fuerunt inſtituta? 7 Quare inſtituta. (vltra rationes quas dicta Gloſſ. Cathechiſmus Rom. & Victoria. in principio materiæ de clauibus, ponunt) Dic quòd cum mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus ſponſus animarum dulciſſimus, qui mediãte ſua paſſione, animas venit æterno ſuo Patri reconciliare, ſciret, ſponſam ſuam (omnem animam in gratia) aliquãdo peccati labe ſuper carbones denigrãdam fore, vt haberet in promptu reme-

remedia, hos, ſcilicet, diuinos fontes, quibus ſubito purgata, in gratiam ſui rediret Conditoris, hæc ſacroſancta in noſtræ regenerationis lauacrum inſtituit ſacramenta, quod Diuinus ille vates (Iſa. 12.) prædixerat dicens: Haurietes aquas in gaudio de fontibus Saluatoris &c. tangit Sotus 4. diſtinctione prima, quæſtione prima, artic. 1 verſicu. Ad rei huius: tradit Caniſius in Doctrina Chriſtiana. de Sacramentis. c. 6.

Ad Titū 3.

8 Cum a Conc. Trid. Seſſ. 7. Can. 2. Sacramenta nouæ legis a veteris differre, diffiniatur de Fide. Quæritur in quo differant? Pro quo primo Nota, quòd per peccatum Adæ, & quodcunque aliud peccatum mort. nō ſolum Adam incurrit indignationem, ſed etiā omnes poſteri eius, & tota natura humana, & ſic duplex erat olim indignatio, contra perſonam, ſcilicet, & contra naturam. Quo ſuppoſito. Reſpond. ꝙ in veteri lege per eius ſacramenta, tollebatur indignatio prima particularis contra ſingulos homines, ſed manebat adhuc indignatio Dei contra totam humanam naturam. Quæ indignatio generalis, nunquam vſque ad Chriſtum a tota humana natura fuit ablata: & ſic non erāt tunc homines Deo perfecte grati, in illa lege, ſicut nunc in noua, quando, omnis indignatio particularis, & communis ablata eſt. Reſolutiuè ergo, ſacramenta veteris legis non conferebant perfectam gratiam, quam ſignificabāt; nouæ autem legis ſacramēta, perfectiſſimam gratiam, quam ſignificant, continent, & conferunt, ea dignè ſumentibus. Conc. Flor. ſub Eugenio 4. verſiculo, hoc docet Eccleſia S. Auguſt. libr. 18. contra Fauſtum. capitulo 13. S. Thom. tertia par. quæſtio 65. articul. primo. Silu. in verbo ſacramentū. & alij. Concil. Trident. Seſſ. 7. can. 6. vide etiam Caniſium in Summa Doctrinæ Chriſtianæ, qui capit. 6. de Sacramentis differentiam ponēs, ſic ait. Quam ob rem hæc longe præſtent legis antiquæ ſacramentis, virtute vtique maiora, vtilitate meliora, numero pauciora, intellectu auguſtiora, obſeruatione faciliora, ſignificatione præſtantiora, quæ prærerquam, quòd ſignificant, etiam ſanctificant, ac ſalutem dant.

In quo differant a veteris legis.

9 Quæritur Vtrum omnia ſeptem ſacramenta conferant gratiam? Reſpond. quòd quamuis olim fuerint, qui cœco ducti errore dixerint: Matrimonium non cōferre gratiam, vt aiebat Glo. verſi. pro beneficijs, in c. is igitur 23. diſt. & Glo. 1. & Gloſ. verſi. deſponſata. in cap Honorentur 32. q. 2. vt refert Nauar. ca. 22. nu. 83. Hodie tamen in Conc. Flo. ſupra & Trid. Seſſ. 7. can. 6. de Fide determinatur omnia ſeptem Sacramenta gratiam conferre, non ponentibus obicem: & idem habetur Seſſ. 7. & 24. cap. 1. tenet S. Thom. 22. quæſtione 100. artic. 2. ad 6. & in 4. diſt. 25. q. 3. art. 2. & diſtin. 26. q. 2. artic. 3. & communis: Nauar. c. 22. nu. 3. Sot. 4. diſt. 1. q. 3. art. 1. 3. & 4.

An conferant gratiam.

10 Cvm ex Concil. Tridē. Seſſ. 7. can. 3. de fide habeamus diffinitum hæc nouæ legis Sacramenta non eſſe inter ſe paria, ſed vnū ab alio differre, quæramus oportet in quo inter ſe differant?

Nota in quibus Sacramēta inter ſe differāt.

§. Primo Reſpō. ꝙ differunt in hoc, quod tria, Baptiſmus, Confirmatio,

matio, & Ordo non poſſunt itera ri, ita, ꝙ ſi ſacerdos mortuus a Domino reſuſcitaretur, nullum horũ trium deberet reaſſumere Sacramentorum, S.Tho.4.diſt.2.q.1.& eſt tex.in c.Licite.32.q.7.& capit. Quod quidem.1.q.1.Armilla verbo.Sacramenta.nu.1.quod contra in alijs, etiã in Matrimonio, quod morte diſſoluitur naturali, ſi verè mortuus coniugatus ſurrexiſſet, aliã (ſi vellet) poſſet ducere vxorem. Quædam alia Sacramenta laudabiliter, honorificeque frequentantur (modo dignè) vt Pœnitentia, & Euchariſtia (vt ſuis locis dicetur.)

Alia quędam iterabilia ſunt, & (ſecundum aliquos) nõ frequentabilia, vt Extrema vnctio, & Matrimonium.

Sed neſcio qualiter hoc dicãt, cum Extrema vnctio (vt infra videbis) quoties opus fuerit, debeat iterari, etiam ſi in eodem anno quis ter, quaterùe ad extremum vitæ peruenerit.

Matrimonium etiam, abſq; vllo peccato poteſt laudabiliter iterari: & vir, mortua vxore, licite aliam ducere, maximè ex duabus cauſis. Prima cum vrget neceſſitas, vt in Rege Philippo.2.qui ob Regnorum vtilitatem quater contraxit Matrimonium. Secunda, & fortior cauſa eſt cum quis vult illud D. Pauli.1.Corin.7.adimplere: Melius eſt nubere quam vri. Vt Ego ita fortiſſimæ complexionis agnoui virum, qui ob animæ ſuæ periculum vitandum ſepties duxit vxorem, ex quarũ vnaquaque filios habuit, quorũ aliquot diuerſarum Religionum habitũ ſumpſerunt; Vt ego vidi. Quam pœnam incurrant iterantes prima tria non iterabilia, vide infra. de Baptiſmo.nu.46.

§.Secundo, Differunt, ꝙ tria nõ iterabilia imprimunt Characterem in anima indelebilem etiam per mortem, Qui Character eſt ſignum ſpirituale animæ a Deo impreſſum, quo baptizati ab alijs diſtinguuntur, & ita in reſurrectione generali baptizati anima vnũ habebit ſignum: confirmati duo: cõfirmati, & ordinati habebũt tria, vide tex.in cap Conſultationi, de temp.Ordi.c.Diſplicet.23.q.4.ca. Licitè.32.q.7.c.quomodo, in medio.de conſecr.diſtin.6. & Conci. Trid.Seſſ.7.can.8.Nauar.c.22.nu. 2.Silu.verbo Sacramenta, & alij. Sot.4.d.1.q.1.articu.1. verſiculo: haud.

§.Tertio, Differunt, ꝙ Sex ſacramenta tantum conſiſtunt, & conferuntur in vſu & applicatione.i.dum a Miniſtris cõferuntur, nam Chriſma ab Epiſcopo conſecratum, non eſt ſacramentum Cõfirmationis, ſed ſolum cũ Epiſcopus vngendo, profert formam. Nec aqua benedicta poſita in fonte Baptiſmali eſt ſacramentum, ſed quãdo quis baptizat cum ea: & ſic de alijs, vt notat bene Gloſ. verbo ſacramentum in capit.1.de conſecr.diſt.4. Sacroſanctum autem Euchariſtiæ ſacramentũ, non ſolum cum cõſecratur, ſed poſtea vbicunque terrarum integræ, & incorruptæ illæ inueniantur ſpecies, eſt ibi verum ſacramentum, & per cõſequens totus Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Conc.Trid. Seſſ.13.can.5.c.3.& 5.de refor.ca. Multi.1.q.1.

§.Quarto, ꝙ alia Sex Sacramẽta, etiam cùm conferuntur à miniſtris, tantùm ſunt, & dicuntur Sacra-

ſacramenta: Euchariſtia autem hoc habet peculiare, quòd ſit ſacramentum; & cùm in Miſſa offertur, eſt Sacrificium, Concil. Trid. Seſſ. 22. c. 1. de Sacrif. Miſſæ. & Catech. Rom. pag. 281. & 286.

§. Quinto, quòd vnumquodq; aliorum Sacramentorum tantùm dicitur Sacramentum vnius rei, ſcilicet, inuiſibilis gratiæ. Euchariſtia verò particulariter dicitur ſacramentum geminæ rei, videlicet, Chriſti ibidem exiſtentis, & inuiſibilis gratiæ, ſicut in alijs. tex tus in c. Cum Marthæ. de Celebr. Miſſarum. c. 1. de Summa Trinit.

§. Sexto, ꝙ in Sex alij Sacramẽtis, tantùm adeſt Deus per gratiã: in Euchariſtia autem ſpecialiter adeſt ipſe Ieſus Chriſtus Dominus noſter aliorum Sacramentorum inſtitutor, reali exiſtẽtia: tradit Viguerius de Euchariſt. verſi. 7. Conc. Trid. Seſſ. 13. can. 1.

§. Septimo, ꝙ omnia alia Sex Sacramenta poſſunt dari, & recipi abſq; ſacramentali Confeſſione, cũ contritione tantùm; ſi dans vel recipiens ſit mortalis peccati conſcius; Euchariſtia autem nullo modo poteſt abſq; Sacramentali Confeſſione confici, vel recipi: dũmmodo ſit copia legitimi Confeſſoris. Vt habetur in Conc. Triden. Seſſ. 13. can. 11. Nauar. c. 1. nu. 44. reiecta opinione Caiet. & aliorum. vt infrà videbimus.

§. Octauo, ꝙ Eccleſia nullum feſtum inſtitutionis alicuius Sex Sacramentorum celebrat, Euchariſtiæ autem ſanctiſſimæ inſtitutio bis in anno recolitur, in ipſomet inſtitutionis die, Iouis videlicet Sancti; & in feſto Corporis Chriſti. Conc. Trid. ſup. can. 6.

§. Nono, ꝙ quamuis per receptionem cuiuſlibet Sacramẽti dignè, conferatur gratia, qua anima redit in gratiam, & Dei priſtinã amicitiam: vel gratia augetur, ſi eam habet: in nullo tamen aliorũ Sacramentorum fit cõiunctio animæ cum Chriſto, ſicut in Euchariſtia, nam qui digne communicant, fiunt (vt ait D. Chriſoſt.) Chriſtiferi. quia eſt cibus animæ, non ſic alia.

§. Decimo, ꝙ omnia ſacramenta (exceptis Euchariſtia, & Ordine) poſſunt confici à non ieiunis: licet de conſilio Baptizans, & Cõfirmans debeant eſſe ieiuni, text. cum Glo. in c. ſacramenta. de Conſecr. diſt. 1. & c. Vt ieiuni de Conſecr diſt. 5. Et omnia poſſunt recipi à non ieiuno, excepto Euchariſtia, & Ordine ſacro, quia illum recipiens tenetur communicare, vt infrà de Pœnitentia. nu. 12. dicetur. Item omnia poſſunt miniſtrari à non ieiuno, excepto Ordine Sacro, qui in Miſſa datur.

§. Vndecimo, ꝙ tempore interdicti, tantum conceditur Baptiſmus, Confirmatiò, & Pœnitentia omnibus cap. Quoniam; de ſent. excom. lib. 6. ca. Alma mater, eod. & Euchariſtia infirmis tantum, text. in c. Non eſt. vbi Gloſ. verbo Baptiſmum. & verbo Pœnitentiã. de Sponſal. Matrimonium poteſt contrahi, non autem benedici, cætera autem Sacramenta non conceduntur. Glo. verbo: quod facit, in c. Ne forte, de pœnit. diſt. 1. Nauar. c. 27. nu. 171. B. Medin. lib. 1. c. 11. §. 13. in Summa.

§. Duodecimo. Quod ſuſpenſus à collatione Sacramẽtorum, ſi de facto illa cõferat, vltra peccatum quòd incurrit, non confert effectum virtutis ſacramentorũ, execu-

cutio-

cutionem.ſ.Ordinis, quæ eſt effectus Ordinis, licet conferat charačterem, ſi in forma Eccleſiæ confe ratur; præterquam in Baptiſmo; quia à quocunque detur in forma Eccleſiæ proficit ad ſalutem, quo ad omnem ſuum effectum. cap.1. de ſumma Trinita. in fin. propter eius neceſſitatem, quod non contingit in alijs ſacram.capit. Quanto.de conſuetud.Glo.verbo,dummodo,cap.ſi celebrat. de cleric.ex commu. Vbi habentur ſupra dicta verba, quæ obſcura ſunt ſatis, niſi intelligantur de Sacramento Ordinis tantùm.S.Thom.3.p.q.67.arti. 3.4.& 5.

§.Decimo tertio. Quòd Baptiſmus (ſecundum communiorem opin.) habet hoc priuilegium præter alia ſacraměta, quòd receptus in fictione, vel peccato mortali; recedente fictione, vel adueniente contritione, vel ſaltem debita attritione, incipit Baptiſmus valere text.cap. tunc valere. de Conſecr. diſt.4.Victoria nu.23. & Sot. diſt. 18.q.3.art.3. Quod etiam in Confeſſione locum habere probat Sil. latè Confeſſio.2.nume.26.& Bart. Medin.in ſum.lib.1.cap.12.§.3. & inſinuat Nauar.c.9.nume.13. Imò idem Medina. lib.2.c.6.verſiculo. Prima.che ſe bene.dicit hoc etiam procedere in omnibus Sacramentis, vt notauimus infra de Confeſſ. nume.78.

§.Decimo quarto, quòd tantum Baptiſmus, & Pœnitentia in neceſſitate poſſunt dari ab excommunicato, & ab Heretico, ſecundum veriorem opinionem quam ex Victor de Clauibus.§. ſed nunquid, & aliis, reſoluimus infra, de abſolutione nu.64.

§.Decimo quinto, quòd de ſolo Baptiſmo dicitur; ꝙ ſicut ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti; ita ſunt ſeptem dona Baptiſmi, quæ numerat Glo.verbo. Septem in c.Præuenit.30.q.1.

§.Decimo ſexto, quòd in Matrimonio, tantùm, inuenitur contractus quidam, & Sacramentum; in alijs tantum Sacramentum. Communis.

§.Decimo ſeptimo, ꝙ in nullo aliorum Sacramentorum requiritur Patrinus, niſi in Baptiſmo, & Confirmatione. Communis.

§.Decimo octauo, ꝙ recipiens aliquod Sacramentum ab Excommunicato, præter Baptiſmum, & Pœnitentiam tempore neceſsitatis, peccat mortaliter Nauar.c.22. nume.4.

§.Decimo nono, quòd Religioſi ſunt excommunicati propter adminiſtrationem Sacramentorum ſine licětia Epiſcopi, vel Parochi, excepto Baptiſmo, & Pœnitentia in neceſsitate Nauarr.ſup.nu.7.& c.27.nu.102.

§.Vigeſimo, quòd tătùm in Matrimonio materia, forma & miniſter ſunt in eodem ſubiecto; quia conſenſus primu contrahentium eſt materia, ſecundus forma, miniſter ipſi contrahentes, vt infra de Matrimonio num.16.dicetur. non ſic in alijs.

§.Vigeſimo primo, ꝙ tătum per ſuſceptionem duorum Sacramentorum acquirit ius vnus in alterũ. nam per ordinationẽ acquirit ius Epiſcopus in illum, qui ante ſæcularis erat; & per Matrimoniũ vir in vxorem, & econtra. Cõmunis.

§.Vigeſimo ſecundo, ꝙ tantùm fit irregularis iterans Baptiſmum, & Matrimonium, non autem alia Sacramenta: quia nullo iure caue

tur,tenet Scot.& Palud.4.diſtin.7. vbi Sotus q.vnic.ar.5. & Magiſtri omnes communiter in 3.par.q.72. artic.5.Turre crem.in c conſtat.de conſecr.diſt.4.Caſtro lib.1.de lege penali.c.7.Couarr.in Clem. Si furioſus.1.par.principio nume.7.vbi alios citat. contra Canoniſtas, & Nauarr.

§.Vigeſimo tertio,quòd Matrimonium tantum(& ſecundum aliquos pœnitentia) poteſt contrahi per procuratorem.vt ſuis locis videbimus.

§.Vigeſimo quarto,quòd Sacramenta imprimentia characterem, & Matrimonium accepta violanter; poſtea reſcindi non poſſunt, alia ſic.cap.Maiores.§. Item quæritur.de Baptiſmo.Nauar.Prælud. 6.num.5.

§.Vigeſimo quinto,quòd Matrimonium habet duos miniſtros, vnum eſſentialem cōferentem Sacramentum qui fuit ab initio; aliū auctorizantem,qui datus eſt à Cōcil. Triden. (vt ſuo loco dicetur) alia vero vnum tantum.

§.Vigeſimo ſexto,quod tempore Ceſſationis à Diuinis,tantū poſſunt adminiſtrari Baptiſmus,Confirmatio,Pœnitentia, & Matrimonium de præſenti,omnibus,Euchariſtia infirmis,vt notauit Magiſter quidā meus fuiſſe reſolutum à toto Clauſtro Salmanticenſi. & tradit Bart.Medin.Su.lib.1.c.11.in fi.

§.Vigeſimo ſeptimo,quòd conficiens alia Sex Sacramenta loquitur in perſona propria: Ego te baptizo, Ego te abſoluo &c. conficiens autem Euchariſtiam loquitur in perſona Chriſti. probat tractatus Sacerdotalis Nicolai de Ploue. de Euch. & Sot. in 4.diſtin.13. q.1.artic.1.

§.Vigeſimo octauo, quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus tantū ſuſcepit Euchariſtiæ Sacramentū, non autem ſic alia.probat. Sot.diſ. 14.q.1.art.7.fin.

§.Vigeſimo nono, quòd tria Sacramenta imprimentia characterem non requirunt ætatem, vel vſum rationis in ſuſcipientibus; in alijs ſic. Sotus 4.diſt.25.q.1.arti.2. concluſione 3.

§.Trigeſimo, ꝙ Miniſter aliorum Sacramentorum, non poteſt ſibi Sacramentum præbere, vel ſumere.ſ.ſe Baptizare, Confirmare, Abſoluere &c. In Sacramento autē Euchariſtiæ Miniſter ſeipſum communicat. Sot.4.diſt.13.quæſt. 1.artic.4.verſiculo:Secundo arguitur.Et in Matrimonio,vbi ipſi contrahentes ſunt Miniſtri. Vt infra de Matrimonio dicetur.

§.Trigeſimo primo, quòd tantùm in Sacramento pœnitentiæ poteſt fieri ne forma concurrat ſtatim quòd offertur materia,quia facta Confeſſione, poteſt abſolutio differri; in alijs autem Sacramentis,non; ſed ſtatim quòd applicatur materia debet applicari,& forma,vt in Baptiſmo &c.Silueſt.ver bo vnctio.q.7.

§.Trigeſimo ſecundo,quòd hoc eſt particulare Sacramento Extremæ vnctionis tantum,habere formam deprecatiuam.Sot.4.diſt.23. in textu.& q.1.ar.4.Catech.Rom. pag.344.fin.vbi quare.

§.Trigeſimo tertio, quòd Sacramentum pœnitentiæ collatum à non proprio Miniſtro.i. à non habente iuriſdictionem;vltra peccatum quod committit, nihil valet, nec tenet abſolutio. In cæteris autem Sacramentis,licèt Miniſter ſit impeditus,ſi attentet,tenet Sacramen-

mentum, licèt peccet. Vt ſi Diaconus ſolemniter baptizaret; Epiſcopus ſuſpenſus ordinaret, priuatus, vel excommunicatus &c. conſecraret. Sot. 4. diſt. 23. quæſt. 2. art. 1. verſiculo. Sed eſt.

§. Trigeſimo quarto, quòd quilibet, ſanus vel infirmus recipiens omnia ſex Sacramenta, vere recipit illa; ſacramentum autem Extremæ vnctionis ſi ſano conferatur, nullum eſt; quia de eſſentia ſacramenti requiritur infirmitas, nõ qualiſqualis, ſed quæ putatur ad mortem. Sot. 4. d. 23. 2. art. 2. cõcl. 1.

§. Trigeſimo quinto, quòd duo tantum ſacramenta Baptiſmus. ſ. & Confirmatio non requirunt de rigore iuris ętatem in ſuſcipiente, alia quinque ſic.

§. Trigeſimo ſexto, quòd (vno excepto Baptiſmo, in neceſſitate) omnia dependent à Sacramento Ordinis, quia requirunt Miniſtrũ Ordinatum. Catech. Rom. de ſacr. Ordinis in principio, quod olim habebat locũ in Matrimonio, cùm abſque Parochi licentia, vel præſentia erat verum ſacramentum, cùm vir, & mulier inter ſe ipſos de præſenti contrahebant, vt per totum tit. de ſponſal.

§. Trigeſimo ſeptimo, quòd ſacramentum Ordinis differt à reliquis, ꝙ nullum aliorum ad hoc cõditum eſt, vt Miniſter ſimilem facultatem, ei, quam habet, conferat ſuſcipienti: ſed hoc huic ſacramẽto eſt peculiare, ꝙ per ipſum ſimilis poteſtas. ſ. ſacerdotalis ipſi, quæ eſt in miniſtro traducitur in ſuſcipientem. Sot. 4. diſt. 24. q. 1. artic. 2. verſic. Quòd ſi.

§. Trigeſimo octauo, ꝙ Materia Sacramenti Ordinis in hoc differt à materia aliorum ſacramentorũ. quòd in alijs ſacramentis tota efficacia eſt ab ipſo Deo, & Sacramẽto; ſed in Sacramento Ordinis efficacia eſt partim à miniſtro, Epiſcopus enim dat poteſtatem. S. Tho. relatus, & ſecutus à Victoria. numero 229.

§. Trigeſimo nono, ꝙ inter omnia ſacramenta, Euchariſtiæ ſacramentum illa trina pollet ſignificatione præteriti temporis, præſentis, & futuri; videlicet recolitur memoria paſſionis eius quæ fuit, mens impletur gratia, de pręſenti, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Sot. 4. d. 8. q. vnica. ar. 3. in prin.

§. Quadrageſimo, quòd omnia alia ſex Sacramenta poteſt recipere omnis vtriuſq; Sexus fidelis: ſacramento autem Ordinis ſola fœmina priuatur. Sot. 4. diſt. 25. q. 1. art. 2. & communis.

§. Quadrageſimo primo, ꝙ hoc eſt peculiare in Baptiſmo, ꝙ dans vel recipiens illum bis, fit irregularis. Sot. 4. diſt. 25. q. 1. art. 4. verſiculo, Ex his. & communis Theologorum quamuis alij contra, Vt ſupra differentia 22.

§. Quadrageſimo ſecundo, quòd tantùm in Sacramento Matrimonij, poſt materiam, formam, & Miniſtrum, ad validitatem Sacramenti requiruntur duo, vel tres teſtes: Concil. Trid. Seſſ. 24. cap. de reformatione.

§. Quadrageſimo tertio, ꝙ tantùm Baptiſmi Sacramentum poteſt à fœmina miniſtrari. niſi quando in Matrimonio concurrit cum viro, vt dicetur, de Matrimonio.

§. Quadrageſimo quarto, quòd tantùm Sacramẽtum Baptiſmi poteſt recipere infidelis, non autem alia Sex. communis. Et miniſtrare illum.

§.Quadrageſimo quinto, quòd Sacramenta Pœnitentiæ, Matrimonij,& Baptiſmi ſolùm, habent duplicem materiam, propinquã, & remotam. Cætera autem tantùm habent vnam.Vt ſuis locis patebit.

§. Quadrageſimo ſexto, quòd tantum in Baptiſmo,Confirmatione, & Pœnitentia contrahitur paternitas,& filiatio.cap. Omnes.cũ reliq.30.q.1.

§.Quadrageſimo ſeptimo,quòd nullum Sacramentum (vt ita dicam) contrariatur alteri, præter Matrimonium,& Ordinem ſacrũ, quæ ita ex diametro pugnãt,quòd ſi vxoratus recipiat Ordinem ſacrum ſine licentia vxoris peccat mortaliter,& non poteſt petere debitum (regulariter loquendo) reddere tamen tenetur. Quia non potuit vxori præiudicium inferre.Et è contra, ſi habens Ordinem ſacrũ contrahat, nullum eſt Matrimonium.Communis.

§.Quadrageſimo octauo, quòd nullum Sacramentum requirit in ſuſcipiente ſcientiam literarum: niſi ſacram.Ordinis,vt ſuo loco videbis.

§.Quadrageſimo nono, ꝙ alia ſex Sacramenta poſſunt quolibet die miniſtrari: Sacramentum autem Ordinis tantùm die ſabbati, vt infra.de Ordine dicetur.

§.Quinquageſimo,quòd vnumquodque ſex Sacramentorum poteſt vnicuique in ſolidum adminiſtrari;Sacramentum autem Matrimonij non poteſt conferri niſi duobus ſimul.Vt patet clarè.

Poterant aliquæ aliæ inueniri differentiæ,quæ,cõſulto, omittuntur diligenti ſpeculatori. Quas in nomine alio ſic inuenies.

Quæritur Vtrum omnia hæc nouæ legis Sacramenta ſint ad ſalutem neceſſaria?Reſp. Quædã eſſe abſolute neceſſaria? vt Baptiſmus.Niſi quis (enim) renatus fuerit ex aqua &c.Ioannis 3. 11 *Vtrum ſint neceſſaria ad ſalutẽ.*

Quædam ex præcepto, Vt Euchariſtia; ſemel in anno. Vt habetur.in c.Omnis.de Pœnitent.& remiſ. (& dicemus infra de vſu Euchariſtiæ) & Confirmatio volenti accipere primam tonſuram, vt in Conc.Trid.Seſſ.23.cap.24.de reformatione.

Quædam ſunt neceſſaria ex ſuppoſitione,vt Pœnitentia eſt neceſſaria illi, qui in aliquo interiori, vel exteriori incidit mortali peccato. vt dicetur infra de Confeſſione.

Quædam ſunt neceſſaria reſpectu Eccleſiæ,vt Ordo.Quia per ipſum creantur miniſtri Eccleſiæ. Quædam ſunt neceſſaria,quia per ea commodum cõſequimur finẽ: vt Confirmatio, quæ perficit Baptiſmum. Extrema vnctio perficit Pœnitentiam.Matrimonium vero per propagationem cõſeruat multitudinem in Eccleſia.

Et licèt hæc diuiſio videatur aſſignari à Catechiſ.Romano,de Sacramentis,pagina 168. Reſpondetur tamen breuius,& commodius videlicet, quòd aut ſunt neceſſaria,quo ad totam Eccleſiam,& ſic omnia ſunt neceſſaria, vt ſupra probatũ eſt, vel loquimur de vno quoque fideli in particulari; & ſic non vnicuique omnia, ſed quinque priora: reliqua duo ita ſunt neceſſaria, vt non contemnantur. Nam ſine hoc quòd quis Ordinetur, vel Matrimonium contrahat poteſt ſaluari:Concil.Trid. ſeſſ.7. can.4.& ſeſſ.& 6.de Iuſtificatione cap.7.

cap.7.& Can.5. Vide Caniſium in Doctrina Chriſtiana de Sacramentis.c.5.& 6.Sot.4.diſt.1.q.6.art.4.

12 Quæritur. Vnde hæc Sacroſancta Sacramenta habeãt vim, & efficaciam? ℞. Quòd licèt quilibet minimus Chriſti labor ſufficientiſſimè noſtram operaretur redemptionem, vt habetur in cap. Damnamus, de Summa Trinit.& in Extrauag. Vnigenitus. de Peniten. & remiſ. in communibus,& tradit S.Thom.& communis, & Angel. Verbo Indulgentia. nu.9. quia tamen in ara Crucis, illud diuinum Sacrificium (quod in præſepe inceptum fuerat) ab illo æterno Sacerdote, qui ſe obtulit hoſtiam viuam pro nobis ſuo Patri, perfectum fuit; Conc. Trident. Seſſ.22. de Sacrificio Miſſæ. cap.1. Pſalm.109. ad Hebræos.7. & 5. & c.Sacerdotes. de Conſecr. diſtin.5. Gene.14. Et ex eius dormientis in Cruce latere ſanguis exiuit, & aqua; & ibidem Chriſti ſanguine teſtamentum ſuum, quo hanc Sacramentorum hæreditatem ſuę dilectiſſimæ ſponſæ, relinquebat Eccleſiæ, confirmatum, rubricatumque fuit: Conc. Trid. ſupra. Leo Papa, Epiſtola 24. in princip. Bernar. ſuper Cantic. Apocal.21. text. in c. Omnibus.24. q.1. Clementi. 1. de Summa Trini. cap. Loquitur.24. q.1. capit. Nuptiarum.27. q.2. ideo à paſſione dicuntur omnia Sacramẽta vim, efficaciamque ſumpſiſſe. Mag. in 4. Vbi Scot. diſt.2. q.1. Duran. ead S.Thom.3. par. q.64. art.2. Sot.4. diſt.1. q.3. arti.5. concl.2. Catechiſ. Rom. pag.187. licèt per diuerſa ſuæ ætatis tempora, (vt ſuis patebit locis) fuerint quædam inſtituta ante mortem, & poſt reſurrectionem.

Quamobrem omnia Sacramẽta conferri, adminiſtrarique debent ſigno Cru † cis adhibito, non de eſſentia Sacramenti; ſed de neceſſitate præcepti (vt male errás, meo iudicio, Teſaurus Sacerdotalis.1. pag. fol.154. Commendans omnes Chriſtianos, ſępe ſe Crucis ſigno munire debere; ſic ait: Nam, & omnia Sacramenta Sacerdotalis miniſterij Crucis ſigno perficiũtur; & Baptiſmatis vnda, non niſi per Crucem ſanctificata, peccata relaxat: nec ſine Crucis ſignaculo quis Sacerdotis gradus aſcendit. (Hæc ille.) Sed tantum fieri debet ex bene eſſe, & ſancta Eccleſię conſuetudine. Quia abſq; ſigno Crucis (modo eſſentialia fiant) omnia perficiuntur Sacramẽta. Vt infra num. proximo. Vellem dictum auctorem excuſare, nec video quomodo, quia illa verba (licèt ipſe non ponat) habentur in c. Nunquid. de Conſecr. diſtin.5. Sed loquitur textus ibi interrogatiue, & ad aliud propoſitum & non ita abſolute. 13

An neceſſarium ſit dignum † facere in adminiſtratione Sacramentorum.

Quæritur quot requiruntur eſſentialia in quolibet Sacramento? Reſp. (Relictis ambagibus à quibuſdam factis) quod requiruntur illa tria, quæ Concil. Flor. ſub Eugen.4. §. Hæc autem. in hæc verba requirit: Hęc autem Septem Sacramenta, tribus perficiũtur, rebus, tanquam materia. verbis, tanquam forma. perſona Miniſtri conferentis Sacramẽtum, cum intentione faciendi quod Eccleſia facit, quorum ſi aliquid deſit, Sacramentum non perficitur. Et habetur (licèt non ita expreſſe) in Catechiſ. Rom. pagina 163. verſiculo. Primum igitur. Et etiam pagina 169. Siluestr. verbo Sacramenta. 14

Quot requirãtur I omni Sacramento?

menta. in principio. Angel. & alij Summiſtæ. eod. verbo. Inſtituta Canonica. libr.2.in principio. Nauar. cap.22.nu.2.in fin. Sot.4.diſt. 1.q.1.articu.8. verſiculo, Ad hoc autem.

15 Quæ attentio requiratur, vel intentio?

SEd cum requiratur intentio in omnium Sacramentorum adminiſtratione, & etiam in Officij Diuini recitatione: Quæritur quæ intentio requiratur? Pro maiori intelligentia. Reſp. duplicem eſſe intentionem, quæ in ſupradictis, & alijs rebus ſimilibus inueniri poteſt. Vna dicitur formalis, altera virtualis. Formalis intentio vel actualis dicitur, illa, qua quis in ipſomet actu aduertit, atque attendit ipſum actum quem facit. Vt cũ Baptizat, abſoluit, conſecrat, vel recitat, habet in actu intentionem Baptizandi, abſoluendi, conſecrandi, atque recitandi. Virtualis autẽ dicitur, quando quis à principio operis habuit intentionem formalem faciẽdi ſupradicta: ſed poſtea in ipſamet actione obliuiſcitur, fugitque ab eo attentio. Verbi gratia accipit Sacerdos in Sacriſtia hoſtias ad conſecrandum, pro communicandis; portat, & collocat ſu per aram poſt calicem. poſtea tempore conſecrationis hoſtiæ, ſine alia intẽtione omnino oblitus fuit de alijs hoſtijs, vel formis. in hoc caſu hoſtiæ ſunt conſecratę per intentionem virtualem, etiam ſi non habuit formalem intentionẽ, quia oblitus fuit. Et ſic in facti contingentia determinatum fuit in Complutenſi Academia. Sic in Baptiſmo, & alijs, licet melius ſit quòd ſemper adſit formalis intẽtio; ſufficit tamen virtualis ad actus validitatem; vt diuerſis locis probat Nauar. maximè de dolore virtuali. capitu. primo. & melius, & clarius ex D. Thom. probat Sot.4. diſtin. prima. quæſt.5. artic.8. propoſitione.1. & 2. De quo vide etiam S. Thom.1.2.q.1.art 6.ad 3. & Armilla. latè infrà.

¶ De tertia intentione. ſ. habituali, quam ponit Scot. & Sot ſup. quia non ſufficit, nihil dicemus. S. Thom.4.diſt.15. Armil. verbo Horæ. nume.19.

QVæritur quot conſiderantur: & reperiuntur in omni Sacramento? Reſp. Tria inueniri; Sacramentum ſolum, vel res ſola, vel Sacramentum, & res Sacramenti ſimul. Quod exemplo patebit ſequenti: Euchariſtiam ſumens in mortali peccato, recipit tantùm Sacramentum, & nõ rem Sacramenti. i. gratiam. Communicans ſpiritualiter tantum, quia nõ poteſt Sacramẽtaliter: recipit rem Sacramenti. i. gratiam, non autem Sacramentum. Ille autem qui digne communicat, recipit vtrumq; Sacramentum, & rem Sacramenti. ſ. gratiam. ita tangit Silue. verbo Sacramenta, & habetur, in c. cum Marthæ. de Celebr. Miſſ. 16 Quot conſiderentur in omni Sacramento.

CVm ex Concil. Triden. Seſſ.7. Can.3. de fide pateat vnũ Sacramentum alio eſſe dignius, nec omnia inter ſe æqualia eſſe; inueſtigare oportet quod illorũ ſit maius, atq; dignitatem ponere ſingulorum. Quod, vt manifeſtum fiat. Nota Sacramẽtum quodlibet alio eſſe maius vel dignius, poſſe dici quadrupliciter. ¶ Primo modo, ratione neceſſitatis atque efficaciæ. Et ſic quo ad neceſsitatem, & efficaciam, maius omnium Sacramentorum eſt Baptiſmus, tollit enim quodcunque inuenerit peccatum veniale, Originale, & mortale, & 17 Quod Sacramentorum maius vel digniꝰ.

omnia

omnia alia impediméta, vt ſuo dicetur loco. Et quia eſt principium, fundamentum, & ianua omnium Sacramentorum. text. in §. verum. 32. diſtin.

Secundo modo, propter rem ſubiectam, & ſanctitatem, & ſic maius omnibus eſt Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, vbi ipſemet Dominus noſter Ieſus Chriſtus omnium Sacramentorum autor, & inſtitutor vere, & realiter continetur, Vt ſuprà. num. 10. differentia. 6. Et de eius excellentia ſupra reliqua Sacramenta vide Concil. Triden. Seſſ. 13. de Euchariſtia. cap. 3. & Can. 1. & dicitur infrà in principio de Euchariſtia.

Tertio modo. Propter auctoritatem Miniſtri, & hac ratione, Confirmatio & Ordo primatū tenent, quia ab Epiſcopo, & ſuprà, conferri debent. c. Manus. de Conſec. d. 5. Concil. Trid. Seſſ. 7. de Confirmatione. Can. 3. & videbis infrà, de miniſtro vtriuſque Sacramenti.

¶ Quarto modo, Propter antiquitatem, & prioritatem, & hac conſideratione Matrimoniū poteſt maius dici. iuxta c. 1. de maior. & obedien. Vbi habetur: ꝙ qui prior eſt tempore, potior eſt iure. Secundo, quia in meliori loco inſtitutum, in Paradiſo, ſ. terreſtri. Tertio, quia inſtitutum in ſtatu innocentiæ. Quarto propter ſignificationem quam gerit, Chriſti. ſ. & Eccleſiæ: vt in c. Debitum. de Bigamis. Quinto ratione peccati vitādi, prolisq; ſuſcipiēdæ. Sexto quia niſi per Matrimonium generarētur Miniſtri, & Sacramētorum ſuſceptores; nō eſſet qui alia Sacramenta ſuſciperet, vel (niſi ex damnato cōplexu) adminiſtraret. Septimo quia Matrimonium eſt apud omnes nationes, licet in quantum eſt Sacramētum, apud Chriſti tantum fideles. Aliqua dictorum tangit Gl. verbo. Non debet. in c. Ecce. 95. d. & Glo. verbo, Quia corpus. in c. Nihil. de Conſ. diſ. 2. & Summa. de Exēplis, & ſimilitudinibus. lib. 8. c. 43.

Utrum peccatori exiſtenti in mortali peccato, petenti Sacramenta ſint conferenda? Nota. Primo (vt ſuis infrà dicetur locis) Parochum teneri audire ſubditorum cōfeſſiones, & Euchariſtiam miniſtrare ſæpius quàm in Paſchate, quando currit præceptū. Secundo, Quod ille qui petit Sacramenta, cùm petit à Parocho dicitur in iure, exactor; quia exigit quod iure ſibi debet.) & de talibus intelliges. c. Nō prohibeat. de Conſ. d. 2.) Quādo autem petit ab alio qui poteſt Sacramenta miniſtrare, licet non teneatur, vt ſunt ſimplices Sacerdotes ab Ordinario expoſiti, & Regulares, qui ex ſuis priuilegijs poſſunt, (vt infrà de abſolutione dicetur) ſed regulariter ad id non tenentur; tunc nō dicitur exactor, ſed petens prece, quod ſibi non debetur. Nunc ſic, per ſequentes ℞. concluſiones. 18

V. Peccatori petenti ſint Sacramenta præſtanda.

Prima Concluſio. Peccatori publico exigenti Sacramēta publicè à ſuo Parocho, poſſunt, & debent negari: quia iam, per ſuorum delictorum publicitatē amiſit ius exigendi, quouſque publicè pœniteat. Notorium autem eſt, quod manifeſtum eſt per ſententiam, confeſſionem propriam, vel rei euidentiam, ita, ꝙ nulla poſſit tergiuerſatione celari. Nauar. c. 21. nume. 55. Sot. d. 12. q. 1. ar. 6. concl. 1.

Secunda Concluſio. Parochus, ſubdito exigenti Sacramenta publicè, vel ſecreto, non poteſt nega-

re propter mortale peccatum occultum, quod in confeſſione audiuit, à quo, aliqua de cauſa, illum non abſoluit, quia aliàs eſſet reuelatio peccati occulti, ſimulq; ſigilli fractio. vt ait Nauar.c.21.nu.55. & in c.Sacerdos. de Pœnit.diſt.6. nu.84 Secùs ſi ab alijs extrà confeſſionē ante, vel poſt ſciret; quia iam tunc reputatur ſcire alio modo.ſ. extra confeſſionem, & tunc procedit.4.concl. Sot.ſup.concl.2.

Tertia Concluſio. Publico peccatori (meretrici, vel vſurario, & ſimilibus) quantumcunque in occulto pœnituerint, & ſanctiſſimè confeſſi fuerint, publicè exigenti, ſunt Sacramenta negāda, quouſq; illis, qui viderūt illum publicum eſſe peccatorem, per publicam pœnitentiam, ſibi à Sacerdote iniunctam; vel bonam cōuerſationem, & exemplum, vel per fidē Sacerdotis de eius licentia dicentis Populo eum iam eſſe confeſſum, & emendatum; ſatisfaciat. Ne eum videntes, & ſcientes peccatorem publicum, nec videntes vel ſcientes eius pœnitentiam, ſcandalizētur. Secus autem ſi in occulto petant, quia tunc dare debet. Conci. Colonienſe. de Confeſſione.§.Verum poſtea.ad finē. S. Bonauen.vt refert Nauar. ſup.Sil.infra.& alij.

Quarta Concluſio. Parochus ſciens alicuius peccatum occultū, non ex confeſſione, ſed quia alij duo, vel tres ſciūt & ſibi dixerūt: tali peccatori in publico exigenti Sacramenta, nō poteſt, nec debet negare: quia talis peccator, per peccatum occultum nō amittit ius petendi publicè. Si autem petat in ſecreto, non debet dare; ſed ſecreto monere, vt abſtineat. Et in hoc caſu loquitur text.c. Non prohibeat.de Conſecr. diſt.2.vbi ſic ait: exactorem moneat. S.Tho.4.Silu. infra. Palud.4.diſt.9. Sot. diſt. 12. q.1.art.6.verſi. Si autem ille.

Quinta Concluſio. Quomodocunq; publicè, vel occultè, Sacramenta petantur ab illo, qui non eſt Parochus, (ſecluſa neceſſitate) poſſunt negari, quia talis confeſſor, ſiue peccatum ſit publicū, ſiue occultum ſibi ex cōfeſſione, vel extra; poteſt remittere pœnitentem ſuo Parocho dicens: non eſt mei iuris tibi Sacramenta conferre, vade ad Parochum tuum. Vel alias (maximè ſi eſt vir doct⁹, & prudens) poterit complures inuenire excuſationes, argumento eorum quæ ait Armil. verbo, Confeſſio Sacramentalis. nu.18. Quædam ſupradictorum tangūtur ab auctoribus.Sot.ſupra. Ang.& Armil.verbo Sacramēta. melius omnibus Silueſtr. Euchariſtia.3. q.7. Victor. ſup. nume.80. Nauar cap. 31.nume.55. licèt nullus ita clarè, & diſtinctè loquatur tāgendo omnia quæſtionis particularia, vt facimus hic.

19 Sacramenta an a malis miniſtris accipienda?

QVæritur Vtrum liceat Sacramenta petere, vel recipere à malis Miniſtris? Reſpon. Aut talis Miniſter eſt tantum in mortali peccato; aut eſt excommunicatus, vel præciſus, ab Eccleſia. Primo caſu, quādo tantum eſt in mortali, ſemper licèt ab eo Sacramenta recipere, licèt, ipſe mortaliter peccat, ſic cōferendo, dummodo Ego illum ad hoc non induxerim. Inducere autem talem miniſtrum, duobus tantum caſibus licèt. Primo, quando ipſe tenetur.ſ.quia cum Parochus ſit, tenetur die Dominico celebrare, & tūc poſſum illū inducere, quia in tali

tali caſu, Ego vtor Iure meo, ad qđ ille tenetur. Secundo caſu, Quando Ego v.g. in Paſchate, vel in articulo mortis, teneor Sacraméta recipere; tunc poſſum illum inducere S.Th.3.par.q.64.ar.6. in ſolutione, &c. in 4.diſt.5.q.2. & notat Caietan. Sot.4. diſt.1.q.5.art.6. verſ. Vt ad rem. & infrà per 8. propoſitiones. Secundo caſu, quando Miniſter eſt excommunicatus, ſi nō eſt publicè denunciatus, vel nō eſt publicus Clerici percuſſor, poſſum ab eo recipere Sacramenta, ſicut dictum eſt de exiſtenti in mortali peccato, vt patet in Extrauag. Ad euitāda. quam ponit Nauar. c.27. nu.35. & omnes, & ca.22. nume.4. Sot. ſuprà & infrà. Si autē eſt denūtiatus publicè, vel publicus Clerici percuſſor, vel quomodocunq; ab Eccleſia præciſus: tantùm Baptiſmus in neceſſitate poteſt ab eo recipi, ſecundum omnes. & habetur ſuprà. nu 10. differentia. 14. & c. Siquem forte. & c. Subdiaconus 24.q.1. S.Thom. Caiet. Adria. Duran. Scot. & Palud. quos citat Victor. nu.30. & etiam Pœnitentia in articulo mortis; etiam ab Hæretico. vt ſupra dict. nu 10. diximus, & de omnibus ſuprà dictis vide Sot.4.diſt 1.q.5. ar.6. per dictas 8. concluſiones tractans ſupradicta.

29 VT materiæ Sacramentorum in genere finē imponamus, aliqua primo notanda ſe offerunt.

Primo Nota. Quòd cùm omnia Sacramenta, illis quatuor, (de quibus ſuprà nu.14.) materia, forma, Miniſtro, & intentione conſtent, Vnumquodq; eorum vitiari poſſe, ideſt Sacramentum nullum eſſe, ſi quis in aliquo quatuor ſupra dictorū faciat præter id, quod Sancta Eccleſia Romana tenet.

Vitium in materia.

Si quis, enim, oleo, vino Baptizaret, vel Balſamo; nō eſſet Baptiſmus. Vel ſi Epiſcopus cum aqua, vino confirmaret, vel lacte; nihil facit. Vel ſi quis abſolueret volentē permanere in mortali, minimè abſolueret. Vel ſi Sacerdos panem conſecraret Caſtanearum, vel Fabarum, nihil faceret. Et ſic de materia aliorum Sacramentorum.

Vitium ex miniſtro.

Secundo, Si quis laicus confirmare, abſoluere, cōſecrare, vel vngere attentaret, nihil faceret; cum nullatenus ſit horum Sacramentorum miniſter.

Vitium ex intentione

Tertio, Si quis Miniſter (quantumcunque omnia alia requiſita ſeruaret) Baptizaret, confirmaret, abſolueret, conſecraret &c. abſq; intentione actuali, vel virtuali faciendi ſaltem, quòd Sancta mater Eccleſia Romana facit, nullum cōfert Sacramētum. Ang. Baptiſmus, 5.nu.8. Silu. §. Thom. Armil. & omnes Concil. Flor. & Trid. ſuprà.

Vitium in forma.

Quarto, de forma: Quę viciatur, illam variando ex quinq; modis.

Primo. Cum mutatur ſignificatio verborum, & ſenſus: nō eſt Sacramentum.

Secundo. Quādo in forma ſubtrahitur, vel minuitur aliquid eſſentialis formæ.

Tertio. Quando formæ additur aliquid, quod corrumpit ſenſum.

Quarto. Tranſponendo litteras, vel ſyllabas, ita quod ſenſus corrumpatur.

Quinto. Interpollando formā, quando interpollatio verborum, & actus ita eſt notabilis, quòd verè corrūpatur intentio. Quas quinque variationes poteris in vnoquoque Sacramento exemplificare. De quibus vide aliqua per Angel. Baptiſmus, 2. num.13. 14. & 16. &

per

per alios ſcribentes, licèt non ita clare,& per Victor.in Sum.de Baptiſmo,& melius per Theſaurum Sacerdotalem 1.par. fol.24.

Materiæ vt applicanda forma? Secūdo.Not.quòd in Baptiſmo, Confirmatione, Extrema vnctione,& Ordine melius,tutius, & cō ſultius eſt applicare materiam durante prolatione formæ, ſecundū Gl.in c.Detrahe.1.q.1. Caiet.1.to. opuſc.27.quæſtionū,quæſt. 23. & quodl.1.q.16.& 3. part. q.66.ar.8. Maior.4.diſtin.2.q.2.Vbi Ricar.& Scot. quos refert & ſequitur Armilla verbo Baptiſmus, nume.26. Palud.& Silueſt.Baptiſmus, 5.§.2. & vnctio.§.7.Nauar.c.22.nu.7. & 8 quàm expectare cōiunctionem moralem.i. ſtatim finita forma. vt tenet Sotus 4.diſt.3.q.vn.ar.8. verſic.Quando autem,& Victor. ſumma.num.29. & alij.Sed aduerte ꝙ non eſt neceſſarium,vt pūctuatim tota materia ſimul concurrat cum tota forma, ſed ſatis erit ita ſeruare modum, vt ante quàm finiatur tota forma, incipiat miniſter applicare materiam, vel ante quam applicetur tota materia incipiat proferre formam. Vt ait Caiet.dicta q. 16.

Miniſtrans in mortali. Tertio Nota.quòd recipiēs, vel miniſtrans aliquod Sacramentum ſolemniter, vt miniſter in peccato mortali exiſtens, peccat mortaliter,S.Tho.3.par.q.64.ar.6.Silueſt. Confirmatio.nu.4. ad medium.Victor.nu.29.Nauar. c.22. nu.3. Sot. 4.diſt.1.q.5.ar.6.

Niſi prius miniſter habeat contritionem ad adminiſtrāda omnia Sacramenta. Vel recipiens attritionem ſaltem,quam putet contritionem ad recipienda ſex Sacramenta,Sotus 4.diſt.21.q.1.ar.4. verſic. Et ꝑ hoc ſoluitur. & d.1.q.3.art.1. verſic. Eſt ergo tertia opinio.Nauar.ſuprà. (* Quod procedit Non ſolum in Sacerdote miniſtrante; Sed etiā in quolibet alio miniſtro Eccleſiæ,officium ſuum tanquam Eccleſiæ miniſtro exercēte, vel ſacra tangente.Vt ex s.Th.ſup. & in 4.d.5.& 24. & alijs probat Nauar. c.25.nu.72.Imo. Canon.28. pœnitentialis,Sic ait: Qui committit ſacrilegium Eccleſiam violando,vel Chriſma,ſiue Calicem Sacrū pollutis manibus accipit, vel ſimilia ſacrilegia committit pœniteat. 7. annis &c.)

Ad Euchariſtiam autem conſecrandam miniſter, vel illam accipiens tenentur Sacramētaliter cōfiteri,ſi habeāt peccatum aliquod mortale non legitime confeſſum, & adſit confeſſoris copia. Concil. Trid.Seſſ.13.Can 11.(& dicemus. infrà ſuo loco) licèt talis miniſter ſic in mortali miniſtrādo, vera cōficiat Sacramenta,& conferat. Cōcil.Trid.Seſſ.7. can.12. Et in mortali etiam accipiens vera recipiat Sacramenta, licèt non rem Sacramenti.i. gratiam, vt diximus, ſupra.nu.16.& habetur in Conc.Cōſtantien. Seſſ. 8. contra 4. Vuiclef errorem. Conc.Trid. ſupra, & eſt communis opinio, ſecundum Victor.ſumma. nu.28.

Quarto Nota benè. (eſt, enim ſummopere neceſſarium, & à nemine tactum.) Quod eſt differentia inter adminiſtrantem, & recipientem Sacramenta cum attritione tantùm: quòd recipiens recipit gratiam,cùm virtute Sacramentorum fiat de attrito,contritus, vt late infrà de attritione videbis. Adminiſtrans autem,remanet in ipſomet peccato mortali, in quo erat; quia attritio non fit contritio per **Adminiſtrans vel recipiens. cū attritione.**

illam

illam adminiſtrationem, ſicut per receptionem: & in alio nouo peccato, quia miniſtrauit in mort. abſque contritione.

Quinto nota. In omni Sacramẽto quædã inueniri de eſſentia, vel ſubſtantia Sacramenti; quædã ex neceſſitate tantum præcepti. Subſtãtialia ſunt quorum vnum ſi omittatur, Sacramentum non perficitur. Vt ſupra, num. 14. diximus. ¶ De neceſſitate prҿcepti ſunt illa, quæ licèt omittantur, Sacramenta perficiuntur. licèt, qui ex malitia: negligentia craſſa, vel contemptu omiſerit, peccet mortalit. S. Tho. 4. Silu. Baptiſmus 1. q. 4. & omnes. Vide tex. cum Glo. in c. Literas. de Celebrat. Miſſ. Vt ſunt (v. g.) omnes Sacræ Cæremoniæ, ritusq; in adminiſtratione Sacramentorum obſeruari conſueti; quos, alio nomine, Sacramentalia appellamus. Vt in Baptiſmo Sal, Chriſma, Oleum Catecumenorum, Catechiſmi. In Conſecratione totus Miſſæ apparatus. Vt patet in Conc. Trid. Seſſ. 7. de Sacramen. Can. fi. tex. c. Ad abolendam. de Hæret. ca. Omnes 22. diſt. c. Quis neſciat. 11. diſt. cum præceden. c. Non decet. cum multis alijs 12. d. cap. Alienus cap. Quia 24. q. 1. Thom. Vualden. 2. to. de Sacramentalibus. * In quibus Sacramentis Eccleſiaſticis exhibẽdis attendenda eſt conſuetudo Romanæ Eccleſiæ. Vt not. Ioan. And. in c. Super. col. fin. de cenſib. & in c. Dolentes. de celebr. Miſſ. & in c. 1. de Baptiſ. Sacramentale Neapolitan. fol. 8. col. 4.

In Sacramẽta, aliqua eſſentialia, alia non.

De quorum rituum, Sacrarũq; Cæremoniarũm antiquitate, inſtitutionis cauſa, ſanctitate, ſignificatione, & neceſſitate, vide Caniſiũ in Doctrina Chriſtiana. de Sacramentis cap. 8. Vbi complures citat Doctor.

Sexto Not. Omnia Sacramenta Latina lingua, Græca, Hebræa, Hiſpana, Italica, vel quacunq; alia, dummodo principalia remaneãt ſignificata, miniſtrari poſſe. Secundũm Palud. quem refert & ſequitur Armil. Baptiſmus. nu. 14. S. Th. & Silu. Abſolutio. 1. q. 5.

Sacramẽta poſſũt quacunque lingua adminiſtrari.

Vltimo No. Verba, quæ Theſaurus Sacerdotalis 1. par. fol. 134. ſic ait: Sacramenta Eccleſiaſtica, in quibus fundatur omnis Chriſtiana Religio, ſolicitè miniſtrentur, & celebrentur, ac deuotè exerceãtur, & ſuſcipiantur: Vt cultus Diuinus non ſolum conſeruetur, ſed augeatur: & in laudem Dei, & cũ gratiarum actione omnia conuertantur, & finiantur: & ad vitæ, & gloriæ æternæ meritum, & veræ beatitudinis fruitionem finalem perueniatur. Amen.

Sacramenta qua deuotione ad miniſtrãda.

DE BAPTISMO.

Tractat Magiſt ſent. in 4. diſt. 3. Vbi s. Thom. Marſ. Scot. Gabr. Palud. Duran. Maior. & omnes Sententiarij. maxime nũc Domin. Sot. S. Thom. 3. part q. 66. & ibid. Caietan. Concil. Flor. in vnione Armenorum c. 5. Concil. Trid. Seſſ. 7. de Baptiſmo. per Canones 14. In iure Canonico in Decretalibus, & Clementinis, per totum titulum de Baptiſmo, in Decreto latiſsimè de Conſecratione diſt. 4. Angel. Silu. Tabien. Armil. & alij Summiſtҿ verbo Baptiſmus. Victoria. in Summa. à nu. 8. Vſq; ad 40. Catechiſ. Roman. de Baptiſmo. pag. 176. optime Nauarrus, c. 22. à nu. 5. Abb. Innocen. & alij Canoniſtæ per totum (maximè in c. Maiores)

res) de Baptiſmo Viguerius optimè. de Baptiſ.& alij.

Figuræ Baptiſmi.

PRimo præmittendum eſt hoc Baptiſmi Sacramētum, quoniam primum, & principaliſſimum remedium eſt contra peccatum, maximè primum, quod à primo contraximus Parente; clariſſimè, mirabiliterq; in multis ſacræ ſcripturæ locis, fuiſſe à Deo promiſſum & figuratum; Vt (vltra figuras quas Catechiſ.Roman.pag.179.affert) Videre eſt Geneſ.17. de Circunciſione. ¶ Eſai.44. effundam aquam ſuper ſitientem &c. ¶ Ezechiel.36. effundam ſuper vos aquam mūdam, & mundabimini &c. ¶ Et de tranſitu Maris Rubri. Exod.13. ¶ Mirabilis figura habetur Exod.2. Vbi vt ſaluaretur Moyſes mittitᵉ in Flumē, quem ex aquis ſuſcipit filia Regis ideſt, Eccleſia. vide ca. Nec quemquam. de Conſec. diſt.4. ¶ Nec minor alia figura, Iudith 12. Vbi ad amputandum Holofernis caput, Iudith ſe baptizabat in fonte.* Baptiſmus etiam figuratur per arcā Noe 1. Petri c.3. & optima figura vel prophetia Baptiſmi eſt illa Ezech.16. ca. ibi: Et quando lota es nō es lota aqua in ſalutem, nec ſale ſalita. Vide alias complures figuras per Marquardum de Suſanis. tract. de Iudæis 3.p.c.1. nu.68.

Verbū: Baptizo, quid ſignificet?

Secūdo Præmittend. Quid hoc verbum: Baptizo, ſignificet? Quāuis Silueſt. verbo Baptiſmus 1.& alijs alias ponant ſignificationes. Dic melius cum s.Thom. Soto, & alijs quòd Baptizare, Græca lingua, ſignificat lauare. Vnde (licet nullus tradat) intelligis illud Iudith. 12. quòd exibat in vallem, & baptizabat ſe. i. lauabat ſe.

Tertio Præmitten. Quod ſicut Decalogus duas continebat tabulas, per quorum mandatorum ibi contentorum fractionem, & trāſgreſſionem omnis condemnatur, & perijt homo: ſic ad eorundem hominum reparationem, & liberationem duæ aliæ inuentæ, atq; inſtitutæ ſunt tabulæ. Prima eſt Baptiſmus, qui prima poſt naufragiū tabula nuncupatur Gl. in c. Secunda. de Pœnit. diſt.1. alia in c. Multiplex. verbo, Per Baptiſmi gratiam, ead. diſt. Alia tabula eſt pœnitentia. vt infrà in principio de pœnitentia patet. Quibus ſuppoſitis:

Baptiſmus prima tabula poſt naufragium.

QVæritur, Quotuplex ſit Baptiſmus? ℞. quod tripliciter ſumitur, & dicitur Baptiſmus. Primo propriè. Secūdo ſimilitudinarie ſignificat duas alias actiones, quarum quælibet dicitur etiam baptiſmus, & ſic triplex eſt baptiſmus, Primus ſanguinis, de quo Chriſtus dicebat Ioan. 12. Baptiſmo habeo Baptizari. i. in ſanguine meo. Qui Baptiſmus idem eſt quod Martyrium. Vt in ca. Catecumenus. de Conſecratio. diſt.4. & communis. Secundus eſt Baptiſmus Flaminis. Vel pœnitentiæ. i. deſiderium accipiēdi fidem, vel Baptiſmum aquæ, vt ſi (v. g.) quidam gentilis Diuino tactus ſpiritu veniret ad Catholicam Eccleſiam, vitam ſuam miſeram antiquam deplorando, animo firmiſſimo Fidem recipiēdi, habita facultate in itinere, vel iam dùm catechizatur moreretur in eodem propoſito, abſq; Baptiſmo aquæ, talis dicitur Baptizatus Baptiſmo Flaminis. i. Spiritus Sancti. De quo

1 Baptiſmus triplex.

actuum primo c. Vos autem Baptizabimini Spiritu Sancto. de quo fit mentio. in c. Firmiſſimè 15. q. 1. & ibi Glo. & cap. Neceſſarium. de conſec. diſt in. 4. & Greg. Nazianz. lib. de Sæculis. Tertius dicitur Baptiſmus fluminis, vel aquę. de quò eſt noſter hic ſermo, & titulus. Et in hoc Baptiſmo Baptizabat Chriſtus, vt Ioan. 3. venit Ieſus in terrã Iudæam, & Baptizabat. ¶ De hoc triplici Baptiſmo, vide D. Auguſt. lib. 4. de vnico Baptiſmo. tex. c. Baptiſmi vicẽ. de conſ. diſt. 4. c. Debitum. de Baptiſmo Gloſſ. verbo: Ab originali. in cap. 2 de Præsbyt. non Bap. 8. Thom 3. par. q. 66. artic. 11. Silu. Bap. 1. q. 1. Vict. num. 24. Nauar. cap. 22. num. 5. Sot. d. 3. q. vn. ar. 11. Gloſ. 1. ca. 1. de Conſecratio. diſt. 4.

2 Quis Baptiſm' maior.

QVęritur Quis ſit potiſſimum trium horum Baptiſmatũ? ℞. quòd baptiſmus Flaminis eſt potior, & perfectior baptiſ. aquæ: baptiſmus vero ſanguinis ambobus excellentior, probat, ex D. Aug. Sot. ſup. ar. 12. in pricipio. Quæ omnia Chriſtus recepit Sot. d. ar. 11. ſup.

3 Vtrum oſa Baptiſmata ſint ſacramenta.

QVæritur Vtrum omnia hæc baptiſmatum genera ſint ſacramenta? Reſp. Tantùm baptiſmum aquæ eſſe ſacramentum; quia aliàs eſſent plura ſacramenta quàm Septem. Nauarr. Victor. Sotus ſupra.

4 Baptiſmus ſolemnis quando fiebat.

DE hoc ergo tertio baptiſmo Quæritur, quotuplex ſit baptiſmus aquæ? Reſp. Eſt duplex, vnus ſolemnis, qui adultorũ, alius non ſolẽnis qui & paruulorũ nuncupatur. Paruulorum autem baptiſmus, maiora habet priuilegia, quàm adultorum, nam poteſt quotidie, & omni tempore, etiam interdicti, conferri, vt de ſacram. in genere. num. 10. differentia. 11. diximus. Adultorum autem, ſiue ſolemnis, non poteſt conferri niſi duobus anni tẽporibus, videlicet in Sabbato ſancto, & Vigilia Pentecoſtes. vt in c. Duo. de Conſec. diſt. 4. Qui Baptiſmus non eſt nunc in tanto vſu; ſed nihilominus Eccleſia Catholica illis diebus fontem benedicit Baptiſmalem, quibus ſolebant Catecumini Baptizari. Nũc autem ſi quis adultus ad Catholicam conuertitur fidem, quócunq; tempore, poſt debitam legis ſanctiſſimæ noſtræ inſtructionem, & cathechizationem (vt dicam) poterit Baptizari. Vt communis docet vſus.

QVæritur. Quid eſt aquæ Baptiſmus? ℞. varias ab antiquis poſitas fuiſſe diffinitiones, Hugo enim de s. Victore, & alij, aquam ipſam dicebant ſacramentum Baptiſmi. Sed non eſt tenendum. Quia aqua non ſignificat lotionem, aſperſionem, vel im merſionem, quibus Baptiſmi ſacramentum perficitur, iuxta c. Detrahe. 1. q. 1. ibi, accedat verbum ad elementum, & fit Sacramentum; ſed tantùm elementum aquæ. Vnde melior eſt diffinitio, quã à Magiſt. in 4, diſt. 3. tradit s. Tho. ibid. Et alij. Silueſt. & Summiſtæ verbo Baptiſmus Glo. 1. in c. 1. de Conſe. diſtinct. 4. Videlicet Baptiſmus eſt ablutio exterior corporis, facta ſub præſcripta forma verborum. Tenet idem Direct. Inquiſitorum. lib. 1. tit. 4. Victoria. In pricipio de Baptiſmo. Sed vltra has, & duas alias quas ponit Sot. 4. diſt. 3. q. vn. ar. 1. perfectius diffinit (in hęc verba). Nauar. 2. 22. nu. 5. Sacramentũ Baptiſmi eſt Sacramentum aquæ natu- 5 Quid eſt Baptiſmus aquæ.

naturalis, qua vnus ab alio, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, cum debita intentione, abluitur. Vel dic mecum (ſi placet.)

Baptiſmus eſt ablutio exterior corporis.
Aqua naturali facta,
Sub certa verborum forma.
Præſcripta, & determinata.

Quæ diffinitio omnes partes eſſentiales continet; patet enim clariſſimè in ea quæ ſit materia, & forma Baptiſmi, quod non inuenies in diffinitione Magiſtri; & aliorum.

6 Baptiſmus an ſit Sacramentum? Quęritur An Baptiſmus ſit Sacramentum? Reſp. eſſe de fide determinatum in c. Firmiſſimè §. Primo de Sũma Trinit. c. Ad abolendam. de Hære. cum multis alijs. Concilium Florent. & cætera Concilia, maximè Trid. Seſſ. 7. de Sacramen. Can. 1. s. Thom. 3. part. q. 66. Nauar. ſup. & omnis Catholicorum Schola. Immo ꝙ dicitur per excellentiam Sacramentum Fidei, & quare. Vide Glo. in ca. Nihil. de Conſecration. diſt. 4.

7 A quo inſtitutum? Quæritur A quo ſit inſtitutũ? Reſp. Sicut & cætera omnia Sacramenta, fuiſſe à Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum. Vt habetur in dicto Cõcil. Tridẽ. ſupra & diximus: ſupra de Sacram. in genere.

8 Quando fuit inſtitutum. Quæritur Quando fuit inſtitutum? Reſp. Quòd quamuis aliqui voluerunt, ꝙ Chriſtus inſtituerit Baptiſmum, quando Ioan. 3. dixit Nicodemo: niſi quis renat[?] fuerit ex aqua &c. Alij, quando dixit diſcipulis ſuis: Matth. vlti. Ite in Vniuerſum mundum &c. Baptizantes eos in nomine Patris &c. Vt refert Glo. 1. ca. 1. de Conſ. diſt. 4. Verius, & tenendũ eſt, Baptiſmi Sacramentum fuiſſe ante Chriſti paſſionem inſtitutum quia Ioan. 3. habetur quòd Chriſtus baptizabat, & non eſt credendum quòd baptizaret baptiſmo Ioannis. Non enim eſſet orta ambitio illa inter diſcipulos Ioannis dicentes quòd Chriſtus plures baptizabat. Eſt ergo communis Doctorum opinio, vt tradit Victoria ſum. nu. 8. baptiſmi Sacramentum ante Chriſti paſſionem, & Ioan. 1. quando à Ioanne fuit in Iordane baptizatus, fuiſſe inſtitutum. Tenet s. Amb. & habetur in capi. Per aquam, & Gloſſ. ibid. & Gloſſ. verbo. Ad inuocationem in c. Ex quo. Glo. verbo Neceſſarium in ca. Primo de Confec. diſtin. 4. s. Greg. Nazian. & D. Aug. quos ad hoc citat, & mirabiliter (quaſi de fide eſſe) declarat Catechiſm. Ro. pag. 187. Vbi omnino Vide. & s. Thó. & Nicol. de Lyr. Sot. 4. diſt. 3. q. 1. ar. 2. & tradit Victor. numer. 9. Vbi ait ſic eſſe ſine aliqua dubitatione tenendum.

Quæritur Quando præceptũ baptiſmi cepérit obligare? Reſp. quòd quamuis baptiſmi Sacramẽtum ante paſſionem (vt ſup. dictum eſt) fuerit inſtitutum, non tamen cœpit obligare niſi poſt Chriſti paſſionem, & Reſurrectionem. Quia per Baptiſmum cõfiguramur Chriſti paſſioni, & reſurrectioni s. Thom. 3. par. q. 66. ar. 1. Conc. Toletanum. 4. c. 5. & ſic Marc. vt. fuit promulgatum præceptum illud Qui nõ crediderit cõdemnatur. Victoria. nu. 12. in fi. Armil. baptiſmus, nu. 3. 9 Quãdo cœpit obligare præceptũ Baptiſmi?

Sed

10 Quare Baptizamur in fonte?

SEd cũ omnis Chriſti actio, noſtra ſit instructio, vt habetur in Extrauaganti. Vnica. de Pœnis. in communibus in pricipio & ait D.Thom.3. par.q.81.ar.1.& Chriſtus non in fonte, vel vaſe aliquo, ſed in Iordanis flumine fuit baptizatus;cur Nos non baptizamus in flumine,vel aliquo riuulo, vel vaſe alio,ſed in baptiſmali fōte,quo, ex inſtitutione Ilerdenſis Cōcilij. & c.Omnis Presbyter. de Conſec. diſt.4.& Clementinæ 1. de baptiſ, Vniuerſalis vtitur Rom. Eccleſia? Reſp.Quia Baptiſmus aſſimilatur fonti. Primo in hoc quòd fons eſt ſui communicatiuus, Nulli, enim ſe fons occultat.ita baptiſmus cōmunis eſt pauperi & diuiti. Vnde Zachar.13. Erit fons patēs domui Dauid, in ablutionem peccatorũ. Secundo. Quia fons eſt ſordium ablutiuus,& baptiſmus omnia lauat crimina.Iudith.12.Iudith exibat in vallem Bethuliæ & baptizabat ſe in fonte.i.lauabat ſe. Alias complures cauſas poteris colligere ex Summa de exemplis & ſimilitudinibus.lib.1, ca.10

DE MATERIA.

11 QVæritur, Quæ ſit baptiſmi materia? Reſp.quòd ex ſupradictis diffinitionibus conſtat eſſe aquam veram & naturalem.& patet de fide Ioan.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c.& ca.pen.Vbi Glo.verb.Elementum. de bapt.c.Filius, c.Non dubito. de Conſec.diſt.4.Conc.Floren. & hodie Trident. Seſſ.7. de bapt. can.2. s.Tho.3.part.q.60.ar.5.& 6. q.66. ar.3.4.& 5.Ang.Silu.Armil. & omnes.Catech.Rom. pag.179. Naua. c.22.nu.5.Sot.4.diſt.3.q.vn.ar.1.et plenius.ar.3.* Et explicat vno verbo tantùm,optimè Tiraquel. de retract.§.1.glo.21.num.18.dicens:id quod magis eſt notādum, cum ex communi & Theologorum,& Canoniſtarum ſententia nihil ſit magis, è forma, quā illa aquæ immerſio,& verborum prolatio.

QVæritur. Quotuplex ſit baptiſmi materia? Reſp. duplicem, quædam dicitur proxima,quæ eſt ablutio ipſa,altera remota,quæ eſt aqua vt ſup. dictum eſt.& probat Sotus.ſupra.& Silu.baptiſmus.Secun.in princ.ex Paludano. Cuius materiæ oblitus fui ſupra de Sacramentis in genere num.10.§.45.in 1.impreſſione, dicens Pœnit.& Matri.tantum habere duplicem materiam. 12

Baptiſmi materia duplex.

EX dictis colligitur.Primo.Baptiſmum in aquis artificialibus,compoſitis, lambicatiſuè non poſſe conferri,vt in aqua Roſacea, vel ſimilibus, quæ naturales non ſunt, Vt tradit communis opinio Theologorum in 4. diſt.3. Secūdũ Nauar. ſup. Silueſt. ſuprà. Armil. & omnes.Victor.nu.12.in fin.Inſtituta Canonica.lib.2. ca.Primo. Sotus 4.diſt.3.q.Vnica.art.4.in fi. 13

Baptiſ. an fiat in aqs artificialibus?

Secundo colligitur,ꝙ poteſt fieri in aqua quacunq; elementali, ſiue Maris, ſtagni, fontis, fluminis, vel pluuiæ,etiam paludis, niſi tantum eſſet ingroſſata, ꝙ aquæ amitteret raritatem s.Tho.3.part.q.66. ar.4.Palud.Ricard.& Silu.Baptiſmus 2.q.3.Catech.Rom. pag.179. Sot 4.diſt.3.q.vn.ar.4.

Tertio.Quòd poteſt fieri in aqua reſoluta ex niue,glacie,gelu,& rore cœli,vt tenent ferè omnes contra Marſil. & quoſdam alios. licèt non in niue,gelu,& glacie,dũ ſunt condenſata s.Thom.& alij relati à

Silu.ſuprà.Sot.ar.4.argumento 4. Vbi etiam dicit, quòd fieri poteſt in aqua ſulfurea.& balneorum, & alijs ſimilibus mineralibus.

An in lixiuio, brodio &c. V. in aqua lateris Chriſti?

Quarto. Quòd poteſt fieri in lixiuio,& in aqua expreſſa,& depurata ex luto, & in brodio, non ita ſpiſſo ꝙ aquæ ſpeciem amitteret s.Thom.diſtin.4.Silu.& Sotus. ſuprà. Vbi etiam ait poſſe fieri in aqua per aliquam artē ex vino limphato extracta: quòd fieri poteſt.

Quinto Quòd,cùm verè ex latere Chriſti & ſanguis & aqua exiuerit,&ſecundum s.Thom. fuerit vera aqua;potuiſſet tunc in illa verus conferri Baptiſ.Silu.ſup. Ang. Baptiſ.3.nu.5.& reſoluit Sot.4. d. 3.q.vn.a.4.arg.2.

14 Vtrum. in ſaliua?

QVæritur Vtrum Inſtante neceſſitate,poſſit Baptizari aliquis cum Saliua? Reſ.ꝙ nō, quia expreſſe prohibetur. in c. pe. de Bap.

15 V. eſt aqua ex arboribus

VTrum in neceſſitate poſſit aliquis cum aqua illa quæ cadit ex arboribus & Vitibus, cum ſecantur,vrina,ſudore, lachrimis, vel aqua illa quæ ſanguini ſupernatat,cùm vena aperitur. vel ſimilibus liquoribus Baptizari? Reſp. ꝙ non,Doct.& Sot. ſup.

16 V. ex aqua Salis.

DVb.An ſicut ex aqua fit Sal, ita ſi ex Sale colligatur illa aqua quæ (maximè tempore hyemali) ex illo fluit,poſſit fieri Baptiſmus? Angel. verbo Baptiſmus 3. nu.2.negat,ſed non abſolutè, quia dicit, ꝙ propter amaritudinem, quod eſt falſum, cum ex aqua Maris,& ex alia ſalſa,ex aqua Sal cōgelatur,fieri poſſit Baptiſmus. (vt dictum eſt.) Silu. Baptiſmus 2. in fine,abſolutè dicit, quòd non. Armilla autem (poſt illos) verba Baptiſmus. numer. 23. dicit, quòd ſi fiat, tenet Baptiſmus. Cuius opinio mihi placet. cum idē ſit quod de aqua reſoluta ex niue &c.b.Tabien.Baptiſ.4. num.8.

Pro maiori intelligentia Not. ꝙ in omnibus ſupra dictis aquæ ſpeciebus vel liquoribus, non impeditur Baptiſmus propter accidentalia, vt ſi aqua eſt calida, vel frigida, turbida vel clara, dulcis vel amara; benedicta, uel non recens,uel uetus (quoſdam.) fœtida, uel omnes,quia ī ea mixta fuit paruula quantitas aquæ roſaceæ, vel alterius,quia cum ſit in parua quātitate admixta,non impedit,ſecundum omnes,& Concil.Floren.ſub Eug.4.Ang.Baptiſ.3.num.3.Ricar. 4 diſt.3.ar.3.Glo.in c.Baptiſmi uicē.de conſec.diſt.4.

Not. ꝙ Baptiſmus non debet dari extra Eccleſiam.nec in ſupradictis aquis,niſi ī neceſſitate. Victor Papa 1.Ep ſtol.ad Theophilum.ut habetur in Summa Conciliorum. fol.9.& in Clement.1. de Baptiſmo.

Qñ Baptizandum extra Eccleſ. Baptiſmus quare in aqua?

QVæritur. Quare baptiſmi Sacramentum fuerit in aqua inſtitutum, & non in uino, oleo,Balſamo,uel alio pretioſo liquore? Reſ. Primo.Quia Chriſtus in aqua fuit Baptizatus, ut ſupra diximus, Secūdo Quia cùm ſit Sacramentū tantæ neceſſitatis, oportebat ut materiam ſic haberet cōmunem,& facilem,quæ ubiq; poſſet faciliime reperiri. Tertio.Propter ſignificationem abſolutionis interioris animæ.Quarto.quia melior fit ablutio in aqua,quàm in alijs liquoribus.Cum alijs enim potius quis ungitur, quàm lauatur. has, & alias rationes uide p Silu. Baptiſmus.num.1. et per s.Thom. et Sotum 4.diſt.3.q. un.ar.3. 17

DE FORMA.

18 QVæritur. Quæ ſit forma Sacramenti Baptiſmi? ℞.cum diſtin.aut quo ad Ecclesiam Latinam,aut quo ad Græcam. In noſtra Eccleſia Latina hæc eſt forma. Ego te baptizo in nomine Patris,& Filij,& Spiritusſãcti.Amẽ. ita habetur Matth. vltimo baptizantes eos in nomine Patris &c. & habetur in cap.1.de Baptiſ. Vbi Glo.verbo,In nomine.tex.in ca.In Synodo.de Conſec.diſt.4.Gloſſ. in c.1.& tex.in c.Propriè ead.d.Concil.Flor.ſub Eugenio 4.c.5.Tridẽt. Seſ.7.de baptiſmo.Can.4.Catech. Ro.de baptiſmo. pagi.183.s.Tho. 3.par.q.66.ar.5.Mag.ſent.4.diſt.3. Duran.diſt.3.q.1.Sot.diſt.3.q.1.ar. 5.Silu. verbo Baptiſmus 1. q. 3. & alij Summiſtæ ibid. Nauar. ca.22. nu. 5.Gręca autem Eccleſia tali vtitur in Baptiſmo forma ſcilicet Baptizetur ſeruus Chriſti (Petrus, vel Ioannes) in nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti.Amẽ.s.Th. & alij ſuprà.Pro quo Not. ꝙ licèt Silu.Baptiſ.1.in fi.& alij, dubitent an baptizati à Græcis, vel Latinis tali forma, ſint baptizati: iam eſt determinatum in Conc. Flor. ſup. Græcos, ſiue Latinos ſub illa forma verum conferre baptiſmum, licèt Latinus ſic baptizãs peccaret. Vide Sot.ſuprà verſiculo, Percontaberis.

Græci qua forma vtantur.

19 VT particulares totius formæ voces declarẽtur, Quæritur in primis V. Ego, ſit de ſubſtantia formæ? Reſp.ſecundum omnes, ꝙ cũ in verbo illo, baptizo,ſatis plenè intelligatur Ego, ſi quis ſine tali voce baptizaret, eſſet verus baptiſmus, cùm Græci, ſine pronomine illo (vt ſupra dictum eſt) baptizent.Conc.Flor.ſup.Glo.verbo Ego te.in ca. 1 de Bapt.vbi Innoc. tex.expreſſius.in ca.Retulerunt.de Conſ.diſt.4.s.Tho.3.part. q.66.ar. 5.& q.72.ar.4.in fi. Sot.Nauarr.& alij ſupra. Inſtituta Canonica. lib. 2.de Baptiſ.Victor.Sũ.nu.17.Ang. Baptiſ.2.nu.1.Ricar.4.diſt.3.art.2. qui omnes concludunt: Ego, non eſſe de ſubſtantia Sacramenti; ſed de præcepto: & peccare illum,qui ſine,Ego, Baptizaret.

Ego, an ſit de eſſẽtia?

SEd Quæritur An ſit mortale peccatum illud omittere? Reſ. ꝙ rariſſimè aut nũquam, erit mortale (ſecluſo cõtemptu) vt ait Sot. 4.diſt.3.q.vn.ar.5. verſi. Quod ſi. 20

An mortale omittere?

QVęritur Vtrum ille qui loco: Ego,dixerit in plurali: Nos te Baptizamus, cõferat verũ baptiſmum? Reſp.cum diſtinctione. Si Baptizat Papa, Cardinalis, Archiepiſcopus,Epiſcopus,vel ſimiles perſonæ, quæ ob dignitatis auctoritatem, loco, Ego,ſolent dicere, Nos: tũc erit ver⁹ Baptiſm⁹. Quia ex acommodatione,& communi vſu loquendi, in ſimilibus idem eſt dicere,Nos,quod,Ego.Licèt ſic Baptizando peccarent,quia recedunt à forma communi Eccleſiæ,Silu.Baptiſmus 1 q.6. Bonau. in 4.diſt.5.Scot.diſt.6.Ang. Bapt ſmus 2.nu.4 Palud.4. diſt.3. quæſt. 1.ar.3.s.Tho.3.par.q.66.ar.4. & 5. Armil.baptiſ.nu.11. Victor. Summa,nu.13.Sot.4.diſtin.3.quæſt.vn. ar.quinto,verſicul. At vero iam in fine. 21

Quid ſi pro Ego ponatur Nos?

Si autem ille qui Baptizat eſt perſona communis,vel particularis,vt parochus &c. non tenet baptiſmus.ex omnibus,ſupra,maximè Victoria, ſuprà. Quia in tali perſona,Nos ſignificat,Ego,& tu,

non ſicut in Prælatis, vt ſuprà dictum eſt.

22 *Quid ſi duo ſimul baptizarent?* QVid ſi duo ſimul baptizarẽt (quia vnuſquiſque prætendit ad eum pertinere, & eſt litis, qua durãte nihil eſt innouandum, vt patet per totum titulum, vt lite penden. nihil innouetur) & vnuſquiſque diceret: Nos te Baptizamus &c? Reſ. ꝙ licèt Palud. 4. diſtin. 3. q. 1. & Ricar. & Dur. diſt. 3. q. 3. Caietan. 3. part. q. 67. ar. 7. & alij, dicãt eſſe verum Baptiſmum: Contrarium tamen tenet s. Tho. 3. par. q. 66. ar. 5. & q. 67. ar. 7. & alij in præcedenti quæſt. citati, quam opinionem s. Thom. reputat veriorem, & ſecuriorẽ Victoria. nu. 17.

Si autem vnuſquiſque totum faceret, ſ. Ego te baptizo, &c. ſimul dicentes formam, & applicantes materiam, verè Baptizant.

23 *V. pnomẽ, te, ſit de eſſentia?* QVæritur. Vtrum Pronomen illud: te, ſit de eſſentia Sacramenti? Reſp. quòd ſic. tex. in c. 1. de Bapt. s. Tho. 3. par. q. 66. ar. 5. Scot. 4. diſtin. 3. q. 2. ar. 3. Vbi Gabr. Innoc. in d. ca. 1. Angel. infrà. Silu. Bapt. 1 q. 6. Armil. baptiſmus, nume. 5. Nauar. capit. 22. nu. 5. Victor. num. 18. & nouiſſimè Catechiſm. Rom. pag. 183.

42 *Quid ſi aliud loco: te?* QVid ſi loco, te, poneret quis nomen proprium Baptizati, videlicet, Ego Baptizo Petrum in nomine Patris &c. Reſp. quòd eſſet baptiſmus, licet peccaret ſic faciens. Aureolus. 4. diſtin. 3. q. 2. Ang. baptiſ. 2. nu. 2. Silu. ſupra. Armil. ſuprà, Theſaurus Sacerdotalis, pag. 25. Sot. 4. diſt. 3. q. vn. ar. 5. verſi. Ex hac reſolutione.

25 *Loco: Baptizo poni põt aliud.* QVæritur. Vtrum eſſet baptiſmus, ſi loco: baptizo, poneret, abluo, mergo, &c. ℞. ꝙ (quicquid Cõpendiũ Theologiæ, lib. 6. c. 9. & Glo. fi. in fi. in cap. Multi ſunt, de Conſec. diſtin. 4. & Silu. bapt. 1. q. 6. Armil. nume. 5. & alij, indiſtinctè loquantur:) Dicendum eſt cum Angel. baptiſ. 2. nu. 3. Victor. ſub. nume. 18. Sot. 4. diſtin. 3. q. vn. ar. 4. verſicul. At vero iam. quòd ſi quis diceret; Ego te abluo, mergo, te aqua infundo, vel aſpergo, vel lauo, eſſet ver⁹ baptiſmus, quia ſunt ſynonima. Diceret autem: Ego te balneo, mitto, vel mundo ab originali, non tenet.

26 *In an de eſſentia?* QVæritur. Vtrum Præpoſitio illa: In, ſit de eſſentia Sacramenti? Reſp. quòd ſic. Quia expreſſe habetur Matt. vlti. Baptizantes eos in nomine Patris &c ca. 1. de bapt. & ibid. Innocen. Thom. 3. par. queſtio. 66. ar. 5. Gualdenſ. quem refert, & ſequitur Angel. baptiſ. 2. nume. 6. Silu. Bapt. 1. num. 6. Nauar. cap. 22. nu. 5. Sot. 4. diſt. 3. q. vn. ar. 5. verſi. Neq; vero.

27 *Quid ſi in nominib⁹.* SEd. Vtrũ ille qui diceret: in nominibus Patris, & Filij, &c. loco, in nomine, baptizaret? Reſp ꝙ non. Quia in nomine eſt de eſſentia, vt ſupra, & Glo. verbo. Nominis. in c. Hereticus. de Conſec. diſt. 4. & patet in Concil. Flor. & Trid. Seſ. 7. de Sacramẽto baptiſini Can. 4. Magiſt. in 4. d. 3. c. 5. s. Th. relatus à Silu. baptiſ. 1. nu. 6. Angel. bapt. 2. nu. 7. Palud. 4. d. 3. q. 1. ar. 3. Victoria. nu. 16. Sot. ſup. verſic. Apparet. & melius verſiculo, Vt ergo. Vbi ait: quòd ſi nõ malitioſè, ſed lapſu linguæ fecit, erit baptiſmus. Quia patet ꝙ id habebat in mẽte, & fuit error in lingua.

28 *Quid ſi multiplicaretur: in.* VTrum. Qui diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus Sancti, verè baptizet? Reſp. ꝙ ſic, ſecundum Sot. 4. diſt. 3. quæſt.

vn.

vn. ar. Verſiculo Apparet.

29 V. ſit Bapti. in nomine ſãct. Trini.

Vtrum teneat baptiſmus his verbis datus: Ego te baptizo in nomine Sanctiſſimę Trinitatis? Primo videtur quòd ſic, quia in c. A quodam. de Confec. diſt. 4. habetur ꝙ baptizati in nomine ſanctæ Trinitatis, non ſunt rebaptizandi, per quem tex. idem tenet Caiet. 3. par. q. 66. ar. 6.

Sed cõtraria opinio eſt communis, & tenenda. Quia quamuis tex. ille dicat: in nomine ſanctæ Trinitatis; eſt intelligẽdus, explicitè, vt Glo. ibid. & Glo. ſi in c. Multi. ead. diſt. 4. & alia. verbo, In nomine. in c. 1. de bapt. declarat. Tenet s. Tho. 3. p. q. 66. ar. 6. Angel. Baptiſmus, 2. nu. 9. Silu. baptiſ. 1. nu. 6. Armil. eo. nu. 6. Catech. Rom. pag. 183. Sot. 4. diſt. 3. q. vn. ar. 6. Scot. Adria. & cõmunis, quam refert, & ſequitur Victoria. ſum. nu. 16.

30 Quare nõ?

SEd Quare ſit baptiſmus in nomine Ieſu Chriſti (vt infrà dicetur) & non in nomine ſanctiſſimę Trinitatis, cum in dict. c. A quodã videantur æquiparari? Reſp. ſecũdum Gl. in d. c. A quodam, & alios, ꝙ in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, tantùm intelligitur trium perſonarum eſſentiæ vnitas, & in nomine Ieſu Chriſti intelligitur vnctus, vnguens & à quo vngitur.

31 V. teneat in noie genitoris, geniti. &c.

QVid ſi daretur baptiſmus in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis? Grauis eſt quæſtio. nam s. Tho. 3. par. q. 66. ar. 5. & 6. D. Bonau. Scot. Argẽtina, Aliaco, Ricar. & deniq; communis opinio Theologorum, quam refert, & ſequitur Ang. baptiſ. 2. num. 10. Silu. baptiſ. 1. q. 6. Et videtur hoc ſentire Glo. in c. Multi. de conſec diſt. 4. dicunt quòd non. Contrariam tamen opinionem, imo quòd ſit verus Baptiſmus tenent Goffredus, Innocentius, & Ioannes, quos refert. Silueſt. ſuprà. probat, & defendit multis rationibus Caiet. ſuprà s. Tho. ſuprà. Quam opinionem reputat veram Victor. ſup. nu. 14.

In qua quæſtione, cùm ex vna parte vrgeat auctoritas s. Thomæ s. Bonau. & cõmunis opinio Theologorum; ex altera auctoritas tanti Doctoris, atque Summi Pont. Innoc. 4. (quem Canoniſtarum ſplendorem vocat Ang. in ſumma) & Illuſtriſs. Card. Caietani, quibus (vltra alios) acceſſit confirmatio Victoriæ. (qui communiter Theologiæ illuſtrator noſtris temporibus nuncupatur) quam opinionem tutiorem, verioremq; dicam, pœnitus ignoro. Credo tamen, quòd ſi in facti contingẽtia, hoc mihi occurriſſet (penſatis omnibus) ſequerer Innoc. & Caietanum. Ad quod moueor, Primo. Quia iſti duo Illuſtriſſimi Doctores Theologi moderni, Caietanus. ſ. & Vict. (cùm poſt omnes alios Theologos ſcripſerint) viderunt eorum rationes, & fundamenta. Quibus non obſtãtibus, cùm vterque Dominicanus ſit, deberetq; D. Thomam ſequi, atq; defendere; nihilominus tamẽ in hoc, contra eum, cum Innoc. & alijs voluerunt tenere. Secundo. Quia licèt Sot. 4. diſt. 3. q. vn. ar. 5. verſ. Hoc interim. D. Th. ſequatur; non tamen omnino ab Inno. diſcedit, verſiculo, Et quidẽ fateor. Vbi tandẽ, & Ang. & Silu. ſupr. concludunt ſub conditione eſſe Baptizandum. Tertio. Quia Palud. dubitat, vt refert Victoria. ſuprà. * De illo autem qui non baptizat forma à Domino tradita, Vide Canon. 48. ss. Apoſto. Siquis (inquit) Epiſcopus, aut presbyter, ſecundum ordi

nationem Domini non baptizauerit in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctũ, ſed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paraclitos, deponitur.

32 GRauius vrget dubium V. ſi quis nunc Baptizaret in nomine Ieſu Chriſti tantùm, eſſet verus Baptiſmus? Reſp. 1. ꝙ licèt cõmunis Doctorum ſchola teneat olim Apoſtolis conceſſum fuiſſe, vt ſic Baptizarent; vt teſtatur D. Th. 3. par. q. 66. ar. 6. & Summiſtæ omnes: & Vict. nu. 15. Catechiſmus tamen Concilij Tridẽ. de Baptiſmo. pag. 184. dubitat, an Apoſtoli aliquem ſub hac forma Baptizauerint. Sed quicquid olim fuerit, ℞. ad quæſtionem, quòd s. Th. ſuprà. Scotus, & omnes in 4. diſt. 3. & Viguerius de Baptiſmo. Ang. Baptiſ. 2. nu. 8. Silu. Bap. 1. num. 4. in fi. Armil. nu. 6. citans Palud. & communis opinio, quã refert, & ſequitur Victoria. ſuprà. & Sot. 4. diſt. 3. q. vn. ar. 6. verſi. Ex hac ergo, tenent non eſſe Baptiſmum.

Baptiſmus in nomine Ieſu Chriſti collatus nunc an teneat?

Sed (Salua tantorum virorum correctione) contrarium videtur verius. Primo, quia ſic diffinitum eſt à Nicolao Papa, & habetur. in cap. A quodam. de Confec. diſt. 4. Vbi reſpondit non eſſe rebaptizandos, qui in nomine Chriſti fuerãt Baptizati. Et dicere (vt quidam dicunt) ꝙ forſam Papa noluit ibidẽ determinare, eſſet manifeſtiſſimus error. Quia ſi talis nõ fuiſſet verus Baptiſmus, Papa deciperet tot, quot ſub illa forma fuerint Baptizati, cum ingenti animarum perditione. Vel ad minus, ſi hoc non determinaſſet Papa, vt Papa; ſed vt Doct. (vt ait s. Tho. & Sot. ſ.) in re tã graui, & ardua, diceret, ſubcõditione Baptizãdos. qđ nõ facit, Sed ait abſolutè: nõ eſſe Baptizandos.

Secundo. Quia hoc etiam tenẽt D. Ambroſ. & Baſilius, vt habetur in eo. c. A quodam. & in dict. Catechiſmo. ſuprà.

Tertio. Quia hoc tenẽt grauiſſimi auctores Mag. in 4. Hugo de s. Victore. lib. 2. de Sacrã. par. 6. ca. 2. Adria. 4. q. 2. s. Athanaſ. lib. de Trinitate, & Spiritu Sancto. s. Cypri. epiſt. ad Quirinũ. Beda, in Lucã. c. 2. Auctor imperfecti. homil. 3. ſup. Matth & Caiet. 3. par. q 66. ar. 6.

Quarto. Quia Scot. & Ricar. in 4. d. 3. q 2. ar. 3. non audent contrariam partem affirmare.

Quinto. Quia in Iure Canonico idem tenent tres ſolemnes Gloſæ. prima, in c. 1. de Baptiſ. ſecunda in d. c. A quodam. tertia. in cap. Multi de conſec. diſt. 4.

Sexto. Quia nouiſſimè hoc tenet, & probat Catechiſ. Rom. ſup. declarando idem eſſe: quãuis Apoſtoli, in communi forma, ſcilicet In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Baptizauerint.

Quapropter, licèt Victoria ſup. nu. 15. nõ fuerit auſus aliquid determinare; Ego hanc ſecundã ſententiam, vt veriſſimam, atq; fundatiſſimam amplector. Quamuis qui nunc ſic Baptizaret, peccaret mort. (ſecundum omnes) deuiando à communi forma, * qua nunc vtitur Sancta Romana Eccleſia.

QVæritur. Vtrum illa copulatiua: &: ſit de eſſentia Baptiſmi, vel an ſatis eſſet dicere; Ego te Baptizo in nomine Patris, Filij, Spiritus Sancti? Reſp. eſſe de ſubſtantia Sacramenti. Ang. Bapt. 2. nu. 11. Silu. 1. nu. 6. in fi. Innoc. in c. 1. de Bapt. Armil. nu. 7. & omnes concludentes ſine, &, non eſſe Baptiſmum; & ſufficere ſi eius 33 Ec.

loco

loco ponatur, quæ, quia ſinonima ſunt, idemq; omnino ſignificant. * tenet etiam Palud. Adrian. Marſil. & melius omnibus Ioã. Maior. 4. tractantes de forma Baptiſmi.

34 Amen. EX concluſione formæ maior reſtat dubitatio: An hæc vox: Amen, ſit de eſſentia formæ? Quidam dicunt eſſe tantum de præcepto, ſicut de, Ego, dictum eſt. Ita Nauarrus. Viguerius. Theſaurus Sacerdotalis, Argentina, & alij. Alij dicunt, nec de præcepto eſſe, ita Silu. Bapt. 1. q. 3. Armil. eod. verbo. q. 7.

Alij nullam mẽtionem faciunt de: Amen. vt Glo. verbo. Ego te in c. 1. de Bapt. Victor. Compendium Theologiæ, Gl. c. 1 de Conſec. diſt. 4. Catech. Rom. Ang. Sot. & alij.

Alij autem, gratia argumentandi, contendere poterunt eſſe de eſſentia; ſequentibus rationibus.

Primo. Quia Alex. 3. in cap. 1. de Baptiſmo; hæc ait formalia uerba: Si quis puerũ ter in aqua immerſerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, amen: & non dixerit: Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti amẽ: nõ eſt puer Baptizatus. Qui tex. (meo iudicio non poteſt aliter interpretari, cum dicat clare: qui Baptizat, & non dicit: Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, amẽ: nihil facit. Ideo Gloſator non ponit caſum, ſed dicit: caſus patet.

Secundo. Quia Glo. uerbo, Neceſſarium. in c. 1. de Conſec. diſt. 4. dicit formã eſſe: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Tertio. Quia Glo. in c. Multi. de Conſec. diſtin. 4. ſic ait: Quia iuxta Euangelium, ter debemus immergere: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

Quarto Facit, quia Glo. in d. c. 1. de Baptiſ. uerbo. Ego te. nihil dicit de Amen, ſed de Ego, eo quòd de illo poſſit dubitari, cum intelligatur in uerbo, Baptizo.

Quinto. Quòd Doctores, ſupra, qui nullam mentionem faciunt de Amen, Videtur ſentire eſſe de ſubſtantia, cum tantùm quęrant, an pro nomen, Ego, ſit de ſubſtãtia, nihil dicentes de Amen.

Sexto. Quod Catech. Rom. pag. 184. declarans formam Baptiſmi, dicit, ꝙ ſi omittatur Ego, eſſet Baptiſmus, de Amen, autem, nullum uerbum.

Quibus omnibus non obſtantibus, cùm ex Euangeliſtis tantum habeamus: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spirit⁹ Sancti: credendum eſt non eſſe de neceſſitate ſacramenti, ſed tãtum de neceſſitate præcepti: ſecundum communem.

DE MINISTRO.

QVæritur. Quis ſit Sacramenti Baptiſmi Miniſter? Reſp. aut extra neceſſitatem, aut in neceſſitate. Extra neceſſitatem tantum eſt Sacerdos proprius, ul. Parochus, ul. alius Sacerdos de Epiſcopi, uel Parochi licẽtia ſanct. Thom. 3. part. quæſt. 67. ar. 1. 2. 3. 4. & 5. Qui proprius Sacerdos etiam in præſentia Epiſcopi, & etiã Epiſcopus præſente Parocho, poteſt Baptizare. Catech. Rom. pag. 189. Sotus, 4. diſtin. 4. q. un. ar. 1. & 2. 35 Baptiſmi miniſter.

QVid ſi alius Sacerdos ſine tali licentia, & neceſſitate Baptizaſſet? Reſp. quòd peccat mortaliter, ut probat Angel. Bapt. quint. numero 1. Silu. Bapt. 36 Quid ſi Sacerdos ali'

3.nu.1.Armil.nu.39.non tamen ſit irregularis (quamuis Armil. ſup. abſq. ratione d cat ꝙ ſic) quia nul lo Iure cauetur.

37 Quid ſi clericus nō ſacerdos &c. DVbium eſt difficilius, Quid ſi alius Clericus Sacerdote mi nor abſque neceſſitate Baptizaret ſolemniter? Reſp. quòd vltra peccatum mortale quod committit, ſit etiam irregularis. per cap.1. de Clerico non ordin.mini. Angel. & Silu. ſupra. idē Silu. irregularitas, §.12. citās Calderinum. Palud. & Ric.4.diſt.5.Sotus 4.diſt.4. q.1.ar. 3.Ledeſma.4.diſt.1.q.2.ar.1.& cō. 2. Villa Diego. de irregularitate. Tractat.2.Nauar.c.22. nu.7. & ca. 27.nu.242.& communiter omnes.

38 Quid ſi nō ſolēniter? QVod magis vrget, eſt. An ſi talis Clericus nō ſolēniter (vt ſupra) Baptizaret, ſine dicta neceſſitate, fieret irregularis? Palud.4.diſt.5.q.2.conc.2. Maior. diſt.5.q.vn.in probatione 2.concl. Silu.Baptiſm.3.in princ. Tabiena. baptiſ.6. §. dicunt ꝙ ſic. innuit Ga br.d.5.allegans pro hoc Ange. Nec reprobat Turre Cremat. in c. Conſtat.de Conſec.diſtin.4. Propendit Sot.4.diſtin.4.q.1.ar.3.concl.2. per tex.cum Gloſ.in c.Primo. de Cleri co non ord.mini. ita tenuerunt Ledeſ.Cano, Sotomayor, & alij Magiſtri Salmanticæ.in 3.part.q.67.

Sed licèt pro parte affirmatiua tot ſint auctores, probabilius videtur contrarium. Primo quia ſic Baptizare abſq; ſolēnitate, nō eſt actus alicui ordini annexus p ſe.

Secundo. Quia in ſeptem Codicibus antiquis manu ſcriptis, tantū dicebat illa Rubrica ſic: De non ordinato miniſtrante. Vt patet in margine dicti tex. in iure Canonico reformato p Grego.13.ad qnod alludit Caſus.in dict.c.Primo. Vbi ait: Nota caſum in quo non ordinatus punitur.

Tertio. Quia ſic tenet Nauar. c. 22.nu.7.& Ledeſma.1. par.q.8.ar. 4. (licet.ar.2. videatur dicere contrarium.) & Cano. 3. part.additionis q.8.ar.1. (quamuis 3. par.q.76. dixerit contrarium.) & cum hac opinione ſe conformauit Doctor. Henricus Salamanticæ.

De Miniſtro autem in neceſſitate (relictis ijs quæ de Angelo bono, vel malo, aut ſancto ex Paradiſo, tradit Angel.Bapt.Silu. Baptiſmus, 3.& alij, quodnunquam fiet) Dic; quòd licet olim fuerit opinio s. Cypriani quòd Hæretici etiam in neceſſitate non conferebant Baptiſmum. Vt patet in c.Si quis inquit, &c. Quomodo exaudiet, cū alijs.de Conſec.diſt.4.Hodie tamē omnis, Sacerdos, vel non, vir, vel mulier; in peccato mortali, excommunicatione, ſuſpenſione, irregularitate, interdicto, vel hæreſi, etiā publica conſtitutus in articulo neceſſitatis baptizans, verū confert ſacramentum, modo adſit intētio faciendi (ſaltem) quod Catholica Eccleſia facit. eſt cōmunis omniū. Et (vltra infinita ferè capitula de iure antiquo; vt c. In neceſſitate, c. Quinque, ca. A quodam. cum multis ſequen.1.q.1.) eſt hodie de fide determinatum in Concil. Florent. ſub Eugenio 4.ca.5.Concil.Lateranen.1.ſub Innocen.3.& nouiſſimè Triden.Seſſ.7.Can.4. Tenet etiam Iuo Carnotem 1.par.cap.241. Burcard.lib.4.c.47.Anſel. lib.9. ca. 54. Magiſt 4. Vbi s. Thom. & omnes diſt 5. Catechiſmus Ro. pag.190. 39 Miniſter in neceſſitate
* Canon autem 45. ss. Apoſto. qui ſic ait: Epiſcopū, aut presbyterū, q hæreticorum baptiſma, aut ſacrificiū ſuſceperit, deponi pcipim*, etc.

intelligi

intelligi debet, quando eſt alius q̃ baptizet, vel, quando tales hæretici alio baptiſmo baptizarent.

40 Quis ordo ſeruandus quãdo ſunt multi miniſtri?

QVæritur. Quis ordo eſt ſeruã dus quando multi inueniuntur præſentes, cùm aliquis in neceſſitate baptizatur? ℞. quod ſemper debet illum baptizare maior, ſi ſcit formam, & non eſt aliqua cenſura innodatus. Primo, Præsbyter. Secundo loco Diaconus. Tertio Subdiaconus. Quarto Clericus in minoribus. Quinto prima tonſura initiatus. Deinde vir, & mulier, & denique infidelis vltimo loco, &c. habetur in c. Mulier, c. In neceſſitate, cum alijs, de Conſec. diſtinct. 4. s. Tho. 3. par. q. 67. ar. 1. 2. 3. 4. & 5. Palud. & alij in 4. di. 3. maxime Sot. q. vn. ar. 3. Angel. Baptiſ. 5. nu. 1. Silu. Bapti. 3. nu. 1. Armil. nu. 41. Catechiſ. Ro. pag. 191. Nauar. c. 22. nu. 7. & oẽs.

41 Quid ã Religioſis.

QVæritur. Vtrum Religioſus Baptizans puerum abſque neceſſitate, & licentia debita, incurrat excommunicationem Clement. 1. de priuileg. vel aliquã irregularitatem? Reſp. quòd non. Nauar. c. 22. nu. 7. & ca. 27. nu. 101. Vbi dicit communem, & Sotus. ſupra Concluſione 2.

42 De patre Baptizãte filium.

VTrum Pater Baptizãs filium ſuum ex legitimo matrimonio natum, in neceſſitate, incurrat aliquod impedimentum cum vxore ad exigendum, vel reddendum debitum? Reſp. quod licet Palud. & Sotus, attentauerint tenere q̃ ſic; contrarium reſoluit & benè Nauar. c. 22. nu. 40. in fi. per c. Ad limina. 32. q. 1.

Secus autem ſi talis filius eſt ex fornicatione, quia ſi eius pater fornicarius, etiam inſtante neceſſitate eũ Baptizet, non poterit poſtea eius concubinam, matrẽ illius filij in vxorem ducere. quia cognatio ſpiritualis, quæ inter Baptizãtẽ, & parẽtes, Baptizati, ex. c. 1. de Cogn. Spiri. in 6. ĩpedit, & dirimit, obſtat talibꝰ ne poſſint ꝓher. Nauar. ſup.

NOta. Pro occurrentibus ſimilibus neceſſitatibus, q̃ licèt optimũ ſit cõſiliũ, vt oẽs formã Baptiſmi addiſcãt; Obſtetrix tñ tenetur illã ſub peccato mortali ſcire. Quia vnuſquiſque tenetur neceſſaria ſuæ artis ſcire Nau. c. 22. n. 7. 43 Obſtetrix tenetur ſcire formam

QVæritur. Quot ſunt Baptiſmi effectus? Reſp. principales effectus eſſe ſeptem. 44 Quot Baptiſmi effectꝰ.

Primus, Baptiſmus remittit omnem culpam Originalem, & actualem. Conc. Flor. & Trid.

Secundus Remittit totã pœnã debita peccatis, ità q̃ Concil. Flor. ait: q̃ ſi ſtatim moriatur, in Paradiſum euolaret c. Per baptiſmum, de Conſec. diſt. 4. Ambroſ. quẽ refert, & ſequitur Mag. in 4. diſt. 4.

Tertius. Dat gratiã. Etiam B. Marię Virgini contulit. Victoria. n. 21.

Quartus. Baptiſmo vitatur damnationis periculum, & aperitur regnũ cæleſte. c. Maiores, & Gl. ibid. in princio. de Baptiſmo. & eius.

Quintus. Remittitur etiam in parte fomes peccati ca. Non ex æquo de Conſec. diſt. 4.

Sextus. Tollit omnem irregularitatem. excepta ex bigamia c. Acutius 26. diſt. & (ſecundum communiorem opinionem) etiam ex homicidio, in Iudice Glo. c. Si quis viduam 50. diſt. & §. Ecce. 51. d. Maiolus tamẽ lib. de irregularitat. lib. 5. c. 51. num. 10. nullam vult excipi niſi Bigamię irregularitatẽ, quod ex alijs probat, latiſſime Couar. in Clem. ſi furioſus 1. p. §. 2. nu. 2. dicens communiorem, & tenendã.

Septimus. Tollit infamiam. Glo. in ca. Sine Pœnitentia. de Conſec. diſt. 4. Vide Ang. Baptiſmus 7. Silu. 6. & alios Summiſtas, maxime Sotum 4. diſt. 6. q. 1. ar. 5. 6. & 7.

Dicto de materia, forma, Miniſtro, atque Baptiſmi effectu, quaſdam alias quæſtiones declaremus oportet, maxime de modo.

45 Baptiſmus an poſſit iterari? Quæritur. Vtrum Baptiſmus poſſit iterari? Reſp. quod non. Ita poſt S. Tho. & ibid. Caiet. 3. p. q. 66. ar. 9. & communem opinionem quam reſoluit Victoria. ſumma. num. 36. Sot. 4. diſt. 3. q. un. ar. 9. eſt diffinitũ hodie in Conc. Trid. Seſſ. 7. can. 11.

46 Pœna iterãtis Baptiſmum. Qvid ſi quis Baptiſmum reiteraret? Reſp. magnam unicuique trium Sacramentorum nõ iterabilium, per reiterationem irrogari iniuriam. Quare utroque Iure, talibus grauiſſimæ ſunt ſtatutæ pœnæ. Itaque bis Baptiſmum ſuſcipiens peccat mort. & fit irregularis c. Qui bis, de Conſec. diſt. 4. Inſtituta Canonica lib. 2. §. Illi quoque. & §. Quod ſi quis. Nauar. c. 22. nu. 6. Coua. in Clemen. Si furioſus 2. par. in princ. nu. 8. & hoc de Iure Can. De iure autem Ciuili. punitur ultimo ſupplicio. L. 2. C. Ne ſanctum Baptiſma. * De quibus loquitur Canon. 46. pœnit. dicens: Qui ſcienter rebaptizatur, ſeptem annis pœniteat, & feria 4. & 6. in pane & aqua, ieiunando, tres quadrageſimas facit. Et hoc ſi fecit pro hæreſi introducenda. Si autem pro munditia, ideſt pro ſalute corporis obtinenda. tribus annis pœniteat. c. 7. de Apoſtatis ca. qui bis. de conſec. diſt. 4. &c.

Clericus autem Baptiſmum iterans (ultra ſacrilegij peccatum) eſt excommunicatus & irregularis, & deponẽdus ab officio, & beneficio c. fin. de Baptiſ. Inſtituta Canonica d. §. Illi quoq; Abb. in c. Ex tuarũ. de Apoſtatis. & tanquã indignus Sacerdotio, deponitur l. 1. C. Ne ſanctum Baptiſm. uide Summa. de Exẽplis & ſimilitudinib⁹ li. 8. c. 68.

Quare aduertere debent Baptizantes, ne quem Baptizẽt, ſine prẹuia diligenti indagine, ſit Baptizatus puer, nec ne. * De quibus uide Canon. 46. ss. Apoſt. qui ſic ait: Epiſcopus, aut presbyter ſi eum, qui uerum baptiſma habeat, iterũ baptizauerit, aut pollutum ab impijs nõ baptizauerit, deponitor, ut qui crucem & mortem Domini derideat. Neq; diſcernat ueros Sacerdotes à Sacerdotib⁹ impoſtoribus. Si autem puerum ſub conditione iterum baptizet, non fit irregul. Vide. infrà. in 3. par. c. 14. nu. 57.

Qværitur. An puer ſit aqua aſpergendus, uel mergendus ſemel, bis, uel ter in aquã? Reſp. Quòd olim ſtatutum fuit ab Eccleſia ut Baptiſmus, trina fieret merſione. * Vt habetur in c. de trina. de conſec. diſtin. 4. & latè in Canon. 49. ss. Apoſt. in hæc Verba: Si quis Epiſcopus. aut presbyter in una initiatione non in tres immerſiones, ſed unam duntaxat, quæ in mortem Domini detur, peregerit, deponitor. Vide Angel. Baptiſmus. 4. num 3. Silu. Baptiſm. 5. nume. 2. Armil. nu. 24. s. Thom. & alij. & Victor. nu. 19. Quæ conſuetudo mergendi, in paucis hodie ſeruatur Regionibus. 47 Vtrũ puer aſpergẽdus vel abluendus.

Pro quo aduerte, quòd ubi talis etiam nunc conſuetudo durat, eſt

puer.

puer trina illa immerſione Baptizandus, niſi iuſta excuſet cauſa, vt quia aqua eſt modica, vel mors timetur pueri. Quia tunc ſatis eſt aquam etiam modicam infundere.

Nota ſummopere, ꝙ ſi puer ſit trina merſione Baptizandus, oportet ne Baptizans intendat per trinam merſionem illam, Baptizare, ſed per vnam quæ trinã continet; quia alias, ſi puer ante ſecundam, vel tertiam merſionẽ moreretur, non eſſet Baptizatus. S. Thom. 3. p. q. 66. art. 7. & Palud. quos refert & ſequitur Armil. Baptiſ. nu. 25. Silu. ſupra. Sot. 4. diſtin. 23. q. 2. art. 2. & diſt 3. q. vn. ar. 7. licèt Victor. num. 19. allegans Caieta. pro contraria opinione, & Theſaurus Sacerdotalis. fol. 25. de tit. Baptizãdi, loquantur ſine diſtinctione, dicentes: ꝙ ſi puer ante ſecundam, vel tertiã moriatur; eſt Baptizatus, & nõ diſtinguit ſi vna vel trina fuerit (vt alij faciunt) intenta merſio. ſic opinio prima verior & ſecurior.

Sed quia hæc conſuetudo iam non ſeruatur, vnuſquiſq; tenetur ſuæ ritum ſeruare Eccleſiæ. ſecundum omnes. & ſupra dictos, & Catechiſ. Rom. pag. 184. Melior autẽ ritus, & mod⁹ eſt, qui fit per aquæ ſuper caput infuſionem, quo (vt ait Sil. Bapt. 5. nu. 1.) S. Laurentius Baptizabat. & patet ex communi Eccleſiæ traditione in picturis, Ioãnem Baptiſtam ſic Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, & alios Baptizaſſe. Quod ipſum Dominum, Apoſtoloſq; feciſſe credendũ eſt.

48 **Vtrum liceat puerũ moriturũ ĩ flumẽ mittere?**

QVid ſi ob aquæ penuriam, quis intendẽs Baptizare puerum morti proximũ, mitteret eum ex alto ponte in flumẽ, dicens: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij &c.? Reſp. Primũ, eſſe aliqua inueſtiganda remedia, vt ſi poſſet cum pallio, vel veſte, vel cum fune aquam extrahere de flumine; poſtea aqua ex pallio, vel fune expreſſa poſſet puerum baptizare. Vel Secundo modo poterit ligare puerum in caniſtro, pallio, vel fune, & ſic mittens, & extrahens dicendo ſimul formam, eſſet baptizatus.

Sed dato quod nullum ſit remedium. Reſp. ad quæſtionem; talem non eſſe baptizatum, ita tenet Palud. 4. diſt. 3. q. 1. Scot. diſtin. 5. q. 3. Marſil. 4. q. 1. Angel. baptiſ. 4. nu. 1. Silu. Baptiſ. q. 8. & Baptiſ. 4. q. 2. Armil. nu. 19. Nic. Niſæ. de bapt. 4. q. 5. & communis opinio, quam refert & ſequitur Sot. diſtin. 3. q. vn. art. 8. verſic. Quid autem ſi nulla. & refert Victoria infra. Io. Maior autem. in 4. diſt. 4. q. 4. & Panor. in c. Non vt apponeres. de baptiſ. & Victoria in ſumma. num. 19. & Gabriel, & Olkot quos refert Sotus ſup. tenent eſſe verum baptiſmũ.

Et licèt videatur durum à communi recedere, veram, vel ſaltem probabiliſſimam, ſecundam iudico ſententiam. Primo. Quia idem Silueſt. ſupra, ait complures Caniſtas de hoc caſu conſultos, in facti contingentia iudicaſſe verum fuiſſe baptiſmum.

Secundo quia illud quod quidã (Armil. maximè) dicunt eſſe, ſcilicet neceſſarium quòd baptizans baptizandum attingat; non videtur rationi conſentaneum, nec aliquo iure cautum.

Tertio. Quia S. Petrus. (vt in Actibus habetur) vnica aſperſione, ſine contactu aliquo, complures Baptizauit. Quia alias ſequeretur; Primo, hominem in feneſtra alta conſtitutum, non poſſe mitte-

re

re aquam ſuper puerum in terra collocatum cum debita Baptiſmi forma,quod videtur falſum.

Secundo ſequeretur, ꝙ ille qui tantum habet vnam manum non poterit alium Baptizare,quia non habet aliam qua puerum tangat. Quod eſt abſurdum. Et tradit Scotus,ſupra propoſitione.4.

49 Quid ſi nõ eſt morti proximus?

SEd quid ſi puer non eſſet morti proximus. Sed neceſſarium eſt vt vitam perdat temporalẽ ſi mittatur in flumen, vel in puteum altum?Sot.4.diſt.3.q.vn.arti.8. in fine, concludit in hoc caſu non eſſe mittendum.

50 V. In Bapt. conferatur omnib' æqualis gratia?

QVæritur.Vtrum.In baptiſmo conferatur omnibus æqualis gratia, ratione Sacramenti? Reſp. Primo quòd quo ad adultos,eſt dicendum quemadmodum de accedente ad Sacramentũ Pœnitentiæ. Quia ſecũdum quantitatem cõtritionis fit remiſſio pœnæ. (vt infra de contritione dicemus) ita in Baptiſmo adulti,quanto maiorem habuerit diſplicentiã, atque præteritæ vitę dolorem,tanto maiorem in baptiſmo recipiet gratiam.

De paruulis autem eſt quæſtio inter Doctores.Et licèt Gabr.Scot. & Caietanus. quos citat Victoria. infra. videantur tenere ꝙ aliquando paruulis donetur maior gratia vni quàm alteri.contrarium eſt verum:imo omnibus paruulis æqualem,virtute ſacramẽti, donari gratiam.Tenet D.Cyprianus.& habetur in c.Nec quenquam.verſi.Planè.vbi Gl.in prin de Conſecr.diſt.4.Bonauen. in 4.diſt.4.ar.1.q.3.primæ partis. Angel.bapt.7.nu.6.Sil. baptiſ.6.in fin. Argentina.4.diſt.4.q.1.q.Cõcl.1.& 2.Victoria,in ſumma.nu.22.Sot.4.d.6.q.1.ar.6.

51 V.Bapt.Ioannis fuerit ſacramẽtum?

QVæritur Vtrum baptiſmus Ioannis eſſet ſacramentum, & conferret gratiã?Reſp. ꝙ Ioannes baptizabat in aqua, & cum hac forma: Ego te baptizo in nomine Chriſti venturi. & ideò quia cõtinebat ſignum viſibile rei ſacræ, erat ſacramentum miſterij Chriſti,& præparatio quędam,& initium ſacramentorum gratiæ.& ſic erat ſacramentum medium inter ſacramẽta legis Moyſi & Chriſti.ita Viguerius de ſacramento baptiſ.verſ.14.Argentina infra.

Non autem erat ſacramentum Chriſti, nec conferebat gratiam, ſed tantum diſponebat homines. S.Tho.3.par.q.70.art.1.Ita vt omnes qui erant baptizati baptiſmo Ioannis, tenebãtur baptiſmo Chriſti baptizari.S. Tho.3. par.q.38.& in 4.diſt.2.q.2. art.2. (contra Magiſtrum) Armil.bapt.nu.1. Argentina 4.diſt.2.q.2.Durand.q.3.& 4. Scot.diſt.5.q.4.Sot.4.diſt.2. q.2.ar.1.& eſt tex.in c.Aliud.& cap.Non regenerabantur.de Conſecr.diſ.4. & diffinitur hodie in Conc. Trid. Seſſ.7.de Baptiſmo.can.1.

52 V. ſit Baptizãdus qui eſt in actuali voluntate peccãdi?

QVęritur.Vtrum debeat baptizari qui eſt in actuali voluntate peccandi? Reſp. ꝙ ſicut talis non eſt abſoluendus: ſic nec Baptizandus. S.Tho.3.p.q.68. ar.4.& 8.Scot.4.diſt.4.ar.5.Palud. q.1.Duran.q.2.Sot.d.5.q.vn.art.4. Viguerius de Bapt.verſi.9. Victor. nu.23.& eſt tex.in cap.Omnis qui ſuæ. de Conſecr.diſt.4.

53 Quid ſi de facto fuerit Baptizatus?

SEd quid ſi Parochus talem peccatorem de facto Baptizauit? Reſp.primo,talem parochum peccaſſe mortaliter.Secundo ꝙ ſic Baptizatus recepit characterem, nõ autem gratiam ſacramenti.Sed poſtea cum habuerit dolorem de pec

catis,

catis, quæ ante habebat, & de alio ſimul.ſ.φ ſacramentum recepit in mortali; tunc, etiam ſi ſacramentũ receperit in mortali, incipit ei Baptiſmus valere ad gratiam, tex. ex preſſus.in c.Tunc valere, de Conſecr.diſt.4.Tho 3.par.q.69. Viguerius.de Baptiſ.verſ.9.& 12.Armil. nu.54.Sot.ſupra, con.3. Et an hoc procedat in alijs ſacram. Vide ſupra de ſacramentis in genere. nu. 10.differentia.13.

54 Amẽtes an Baptizãdi? QVæritur. Vtrum amentes, & furioſi ſint Baptizãdi? Reſp. ſequẽtibus Concluſionib.

Prima Concluſio. Amens qui ſic natus eſt, & in amentia perdurat; quemadmodum alij pueri, eſt Baptizandus.

Secunde. Amens habens lucida interualla, videlicet, aliquando eſt amens, aliquando non, debet Baptizari ſecundum velle, vel non, quod habet quando non erat in amentia.

Tertia. Si quis in mortali peccato exiſtens, inciderit in freneſim, vel amentiam, ſi poſtea non redierit ad priſtinam ſanitatem, & iudicium, moriens in tali ſtatu peccati, & amentiæ, condemnabitur.

Quarta. Si quis Baptizaret talẽ amentem, qui in peccato mortali incidit in amentiam, peccat mortaliter, quia talis amens iudicãdus eſt ſecundum ſtatum, quo in amẽtiam incidit, licèt taliter Baptizatus caracterem recipiat, nihil proficit ei Baptiſmus dum in tali ſtatu fuerit. communis, quam reſoluit Victoria.nu.26.

Quinta. Qui ante quàm in freneſim incideret, vel amẽtiam, noluit Baptizari; poſtea factus amens, Baptizari non poteſt. Quia voluntas præterita iudicatur præſens, & durare. De hac q. vide S.Th.3.par.q. 68.art.5.& 6.Angel. Bapt.6.nu.10. qui citat.tex.cap. Maiores. de Baptiſ.Ricard.& Aureolum. Armil. nu.58.Silu.& alios.vide etiam Victor. nu.26. Viguerium de Baptiſ. verſic.9.Gl.verbo.Per manus.in c. Si qui apud de Conſecr.diſt.4.Catechiſ.Rom. pag.199.Sot.4.diſt.5. q.vn.art.12.

QVæritur. Vtrum filij paruuli infidelium poſſint inuitis parentibus Baptizari? Pro Reſp. Not. infidelium filios in triplici eſſe differẽtia. Quidam enim ſunt Iudæorum filij. Alij aliorum infidelium Maurorum, Turcarũ, vel gentilium, qui ſua gaudent libertate naturali. Alij infidelium filij, qui iure optimo ſunt Chriſtianorum ſerui. 55 V.Filij paruuli infideliũ ſint Baptizandi?

Primo. De infidelium filijs qui ſunt liberi, quamuis in terris commorentur Chriſtianorum, omnes tenent, non poſſe Baptizari.

De filijs autem Iudæorum, licèt Scot.4.diſt.4.q.9.Durand.q.6.Capreol.ibid. Nicol. Niſæ de Bapt.q. 10.Angel.baptiſ.6.nu.11.& Caiet. 2.2.q.10.arti.12.dicant.poſſe inuitis parentibus baptizari.S. Thom. tamen.3.p.q.68.art.10. Palud.4.d. 4.q.4.Armil.baptiſ.nu 57.& communis, quam refert, & ſequitur Silu.baptiſ.4.q.4. & 5.& Victoria. num.27.tenet φ non: & quòd hoc procedit etiam in filijs omnium infidelium.

Sed (ſalua pace tantorum virorum) licèt quo ad Iudæorum filios, & infidelium liberorum, ſit vera eorum opinio, & tenenda, quia multum differt Iudæorũ ſeruitus ab aliorũ ſeruitute, & quia Sum.Pont.Romæ non cogit Iudæorum filios, inuitis parẽtibus baptizari:

zari: Dicerem Ego Scoti, & aliorũ primam opinionem procedere in filijs infidelium qui iuſto titulo, ſub dominio ſunt, & poteſtate Dominorum Chriſtianorum, vt Duran. tenet, & Caiet. ſup.

Probatur quia iſte Dominus verus poteſt vendere Patrem, matrē, & filium paruulum ſimul, vel vnumquenque illorum ſeparatim, cui voluerit, & vbicunque, etiam in longinquam regionem. Quia, cum iſti, licet ſint parentes naturales illius pueri, non tamen ſunt Sacramento Matrimonij coniuncti, quia ſunt infideles, ideo verus Dominus abſque hoc reſpectu poteſt eos ſeparare. Tunc ſic: Si dominus ſecundus in longinquam regionē conſtitutus, cui Dominus primus vendidit prolem ſuorum ſeruorũ infidelium, poteſt abſq; hoc quòd expectet voluntatem parentum, (quia ſunt diuiſi, & eſſet quaſi impoſſibile eos inuenire) ſuum ſeruulum baptizare (alias daretur caſus, ſecũdum Victor. ſupra, in quo quis non poſſet ſaluari) multo melius videtur hoc ipſum poſſe facere, qui erat primus Dominus non ſolum filij, ſed etiam parentũ ſuorum, cùm in vnumquenque illorũ haberet plenum dominium?

Secundo. Quia ſi eſt verũ (quēadmodum eſt) ꝙ quilibet tenetur curare de ſalute animæ proximi ſui: maiori vinculo tenetur de ſalute ſuæ familiæ. Et quòd infidelis ſit proximus noſter, eſt communis. Et quòd iſte Dominus poteſt ſe cõformare cum opinione dicentium ꝙ poteſt, & cùm ſint auctores graues, erit tutus in conſciētia, patet omnibus clare. Ergo poterit inuitis parentibus illum baptizare, maxime ſi eſt periculum quòd talis filius, factus adultus ſectam ſequetur ſuorum Parentũ. De hac quæſtione vide ad longum in Sot. 4. diſt. 5. q. vn. artic. 10. & latiſſime Ambr. Catharin. in particulari. q. de hoc.

Tertio. Confirmatur exemplo, à ſimili. Quia Hoſpitale Annuntiatæ Neapol. ſtatim, quòd intelligit meretricem vllam ſecum habere aliquam filiam, ne in laqueum incidat diaboli cum matre, ea inuita, tollit filiã, & in arctiſſimo monaſterio claudit, ne pereat. * 4. Cõfirmatur, Quia filij Apoſtatarũ. i. recedentium à fide poſſunt inuitis parentibus baptizari. Gl. in c. Si baptizata. verb. qui de baptizato. de Conſecr. diſt. 4. & Henric. Boit. in c. ſicut Iudæi. 2. de Iudæis. quem refert & ſequitur Marquard. de Suſanis. tract. de Iudæ. 3. par. capit. 2. nume. 8.

Quæritur. Vtrum Beatiſſima Virgo Maria: S. Ioannes Baptiſta, & alij Apoſtoli fuerint Baptizati à Chriſto? De Apoſtolis. S. Aug. ſuper illud Ioan. 13. Qui lotus eſt, &c. dicit: Intelligimus Petrum, & alios diſcipulos fuiſſe Baptizatos, ſiue baptiſmo Ioannis (ſicut nonnulli arbitrantur) ſiue (ꝙ magis credibile eſt) Baptiſmo Chriſti. De Beatiſs. Virgine, & S. Ioã. ait Viguerius, de Sacramento Confirmationis. ver. 1. eſſe probabile quòd Chriſtus illos Baptizauerit. non ad deletionem alicuius culpæ in Maria: ſed propter alios Sacramenti effectus. tenet. Sot. d. 5. q. vn. arti. 2. Euodius autem. S. Petri Apoſtoli in Antiochena Sede ſucceſſor, (vt videre eſt apud Nizephor. lib. 2. c. 5.) ait ſolum Petrũ fuiſſe à Chriſto proprijs manibus baptizatum. Petrus 56 V. B. Virgo &c. fuerint Baptizati.

vero

vero deinde Andream, filioſq; baptizauit Zebedæi: & ij deinceps ſacrum Domini Ieſu Chriſti baptizauerunt Chorum. tradit Alexan. Turrecremata. de radijs Eccleſiæ, lib.4.c.15.in fine.

57 V. Puer in vtero poſſit Baptizari?

QVæritur Vtrum Puer in vtero nondùm totaliter natus, poſſit ante eius integram natiuitatem Baptizari. Reſp.cum diſtinctione; aut apparet caput, aut manus, vel pes: aut eſt intra vterū totus incluſus. Pro quo Not. quod in quocunq; iſtorum caſuū debet obſtetrix, quòd puer ſit viuus, certificari. Tunc ſic: Si apparet caput tantùm, & vrget periculum: debet Baptizari, & poſtea natus non debet iterùm bapt. S.Tho. 3.par.q.68.ar.4. & 11. Ang. Baptiſ. 6.nu.3.Sil.Baptiſ.4. num.2.Armil. nu.27.Palud.Duran.& communis quam refert, & ſequitur Victoria. in Sum.nu.32.* Canoniſtæ. in ca. Baptizari.diſtin.5.Vbi Archid.Dominic.Card.Alex. & in Clem.1.§. fin.de Summa Trinit.Henric. in c. Maiores.de Bapt.Hoſtienſ.in Summa.de Baptiſ.verſi.licet autem. cū ſequen. Lucas de Penna. in l.cùm ſcimus.colum.5 C.de agric.& cen ſib.libr.11. concludunt cum dicta communi.

Si autem appareat tantùm manus vel pes; omnes ſupradicti. & Landulf.Ricar.& S.Thom. (licet obſcurè) in 4.diſt.6.q.1.art.1. Cardin.in Clemen.Fidei.de Sum.Trinit.tenent, in tali periculo eſſe in manu, vel pede baptizandum. Et, ſi natus fuerit viuus, cum conditione.c.2.de Baptiſ.iterum baptizandum. vel, ſi natus fuerit mortuus, eſſe in cimiterio ſepeliendum. tēnet etiam Sot.diſt.5.q.vn.artic.11. * Et idem tenent Ricard.4. diſt.3. art.4.q.3.Scot.diſt 4.membro.1.q. 3.& Canoniſtæ.ſuprà citati, quos refert, & ſequitur Marquardus de Suſanis in tract.de Iudæis.3.par.c. 10.num.5.

Contrarium tamen, imò, quòd ſit verus Baptiſmꝰ collatus in qua cunque corporis parte, etiam cum modiciſſima aqua, tenet Panor. & Innoc. in cap. Debitum de baptiſ. Palud.Viguerius.de bapt.verſic.8. tenet Glo.& Additionator. verbo. Trium millium.in cap.Proprie.de Conſecr. diſt.4.Gofred. in ſumma de baptiſ.§.Item quæritur quid ſi. Nauar.optime.c.22.num.7. Quod reputo verius; cùm nullibi reperiatur eſſe eſſentiale quòd aqua caput tangat; imo contrarium patet, quādo S. Petrus tot Baptizauit homines, nec credendum aquam omnium capita tetigiſſe.

Si autem Puer totus ſit intra viſcera matris; communis omnium (per cap.Qui in maternis, de Conſecr.diſt.4.) tenet non poſſe. Si autem ſuper ipſum verè manu obſtetricis poſſet aqua immitti: credit piè Victoria eſſe verum Baptiſmū ſi fiat in capite. Ego etiam (de Diuina bonitate, vt par eſt ſentiens) idem dicerem cum Victor. * Qualiter autem exiſtens in vtero poſſit legitimari vide Bald. in l.eam quam.col.7.verſi.circa impoſſibile de natura.C. de fideicom. & de vtero an poſſit hæres inſtitui, & alia. Vide Tiraquel.de retractu.gl. 9.nume.75.

QVæritur. Quid ſi puer, vel Sacerdos moriatur antequam formam finiret ſubſtantialem Baptiſmi? Reſp. Diſtinguēdo, ꝙ ſi puer moriatur, creditur Deum illum defectum ſupplere. Ricar.4.diſt.3.q.3.ar.2. S.Th.ibid. 58 Quid ſi puer vel ſacerdos moriatur āte &c.

Angel.

Angel. Baptiſ.7. num.7.Silu.Bapt. 1.nu.5.citans Petrum, Alanum,& Summam Confeſ.lib.3.ti.24.q.21. Armil.nu.16.verbo Baptiſ. Si autẽ Sacerdos moriatur; iſti omnes dicunt ꝙ debet puer ſub conditione iterum baptizari.Ego autem ſic diſtinguo.ſ.ꝙ ſi erant teſtes, qui vere dicunt:quòd dicta aliqua parte formæ eſſentialis,ſubito Sacerdos mortuus eſt,vel aliter impeditus; non debet vllo modo ſub conditione,ſed abſolutè iterum Baptizari, cum ille qui prius inceperat, nihil fecerit. Si autem eſt dubium, vel quia teſtibus non adhibetur fides, vel teſtes dubitant,tunc ſub conditione debet Baptizari.

59 Quid quãdo ſecreto Baptizatus eſt puer.

QVæritur. An baptizato puero ſecretò, debeant repeti ſolemnes illæ ceremoniæ, & benedictiones Eccleſię,quę etiã exorciſmi dicuntur? Ange.Baptiſmus.4.nu.6.Silu. Baptiſmus.3.q.3. in fi Armil.num.30. Viguerius.de Baptiſmo verſi.6. Palud. Nauar.c. 22.nu.6. & num.49. & communis opinio, quam refert, & ſequitur Victor.num.37.tenet ꝙ ſic. Et ꝙ ſi puer moriatur,antequã ſuppleantur ſolemnitates publicæ,debet in loco Sacro, & cũ pompa ſepeliri.

60 Quid quãdo ſine immerſione dixit omnia alia?

QVæritur. Quid ſi Parochus credens puerum iam eſſe Baptizatum, dixit ſolemnes illas ceremonias,& orationes, quæ comitantur Baptiſmum,ſine immerſione tamen, & poſtea repetit quòd puer quando factæ ſunt ſolemnitates,non erat Baptizatus? Reſp.ſecundum Victoria.nu.37.talem debere poſtea in totum ſolemnitates reiterando,iterum Baptizari. Mihi autem, (cum loquatur Victoria ſine textu,aut ratione) videtur durum. Imo diceremus Ego tantùm ſufficere puerum non ſolemniter Baptizare. Quemadmodum cùm duo bona fide fuerunt Matrimonio in facie Eccleſię coniuncti;detecto poſtea impedimento nullitatis Matrimonij,ſufficit,(impetrata ſecretò diſpenſatione,)clàm inter ſeipſos Matrimonium ratificare,propter ſcandalum.Vt dicemus inf.de Matrimonio.

61 De prægnãte condemnata.

QVæritur.Quid ſi mulier prægnans condẽnaretur ad mortem, vel ex infirmitate aliqua ſit morti proxima, an ſit aperienda,vt puer viuus extractus Baptizari poſſit? Reſpon.cum diſtinctione.

Primo. Quando condemnatur ad mortẽ debet expectari eius partus, & poſtea executio fieri Iuſtitiæ.text.in l.Prægnantis.ff.de pœnis Palud. & D. Anton. & S.Tho. 3.par.q.63. quos refert, & ſequitur Armil.infra. Victoria.num.33. Sot.4.d.5.q.vn.art.11.

Secundo etiam ſi mulier prægnãs, naturaliter ob infirmitatem morti ſit proxima,non eſt aperiẽda viua,vt infans Baptizetur.Ang. Baptiſ.6.nu.2.Sil.4.q.2. Armil.nu. 18.Victor.& Sot.ſupra. Vigueri⁹. de Bapt.verſic.8.Qui ultra omnes addit,ꝙ etiam ſi mater eſſet iam à Medicis deſtituta, & ipſamet uellet & precaretur aperiri, ut infans extrahatur:non eſt faciendũ.Mortua tamen matre, ſtatim aperienda eſt & ſi inuentus fuerit uiuus, Baptizandus; ſi autem non, cum matre ſepeliendus

62 Quid ſi puer ꝓ fœmina Baptizatur.

QVæritur. Quid ſi ſacerdos cogitans Baptizare puerum,fœminam Baptizat? Reſp.ꝙ Ang. Baptiſmus.5.nu.13.Hoſtien. in Summa Sil.Bapt.3.num.13. Armil.nu.51.Victoria.nu.35.in fine.

Teſau-

Teſaurus Sacerdotalis. fol. 28. & omnes concludunt ex.D.Thom.4. d.30.q.1.art.1.Quòd ſi tantùm intendit Baptizare maſculum,& eſt fœmina, non tenet Baptiſmus. Si autem intendit Baptizare perſonā hanc,uel hominem uel fœminam; uel illam perſonam,qualiſcunque ſic;tenet Baptiſmus.Et in tali caſu debet nomen, ſicut ſuo cōgruit ſexui,appropriari,ut ſi fœmina fuerit, & nomen impoſitum eſt Ioannes;Ioanna uocetur; ſi Petrus,Petronilla:ſi Alfonſus,Alfonſina &c. de qua materia uide pulcre Sot 4. d.1.q.5 art.8.

63 Adult' Baptizandus an teneatur confiteri?

QVæritur. Vtrum Adultus Bāptizatus, uel Baptizandus, teneatur confiteri peccata ante Baptiſmum perpetrata? S. Tho.3.par.q.68.ar.5. S.Bonauent. 4.d.4.Silu.Baptiſmus.4.q.10.§.14. Armil.nu.5.D.Aug.& D.Ambroſ. quos refert,& ſequitur Viguerius de Baptiſ.uerſicu.5. Catech.Rom. pag.200.tenent quòd nō.Et eſt cōmunis, & tenenda cum Sot.4.d.5. q.un.art.6.& d.18.q.1.art.3.concl. 3.licèt Ang.Baptiſ.6. in fine.& Cōfeſſio.2.nu.2.cum Ricard.4. di.17. teneat ꝙ ſic.Quod eſt clare contra c.ult.de Pœnit.diſt 7.& capit.Sine pœn.cum Glo.ibid.de Conſecr.diſtin.4.Ratio eſt,quia ſecundum S. Thom.3.par.q.69.ar.1. Baptiſmus de ſe tollit omnem culpam. Conc. Trid.Seſſ.5.c.Si quis. & eſt etiam. In Seſſ.14. de Pœn.cap.1 ibid. Illiş etiam &c.& eſt communis.Tenetur tamen talis habere contritionem,uel attritionem reputatā contritionem, ſecundum Nauarr.c.1. nu.37.contra Sotum.

64 Monſtrum vt Baptizādum?

QVæritur. Qualiter ſit Monſtrum Baptizand. Landul.4. diſt.6.q.2.Angel. Baptiſ.6. nu.5.& S.Tho. & alij quos refert, & ſeq.Silueſ.Baptiſ.3.q.10.Armil. nu.52.Sot.d.3.q un.art 9 uerſi. Ad hunc: diſtingunt ꝙ ſi patet clare habere duas animas,ut quando habet duo capita, duo colla, & duas ſpinas in dorſo;tunc quilibet ſeparatim debet Baptizari. Si autem eſt dubium,ut quādo habet unum capu‑, & quatuor pedes, uel manus,uel duas ſpinas in dorſo; tunc fiat ſimpliciter Baptiſmus ſuper unum abſq; ulla conditione,& poſtea Baptizetur alius ſub conditione.c.2.de Bap.

QVid ſi dubitatur an aliquis ſit Baptizatus nec ne? Reſp. ꝙ quando eſt dubium iuris, ut quia ſunt diuerſæ opiniones, uel dubium facti, ut quando inuenitur puer in nemore,uel alio expoſitus loco, ſine teſtimonio, uel littera qua poſſit uerificari de eius Baptiſmo, tūc debet talis ſub conditione.c.2.de Baptiſ Baptizari.S.Thom.4.d.65.q.1.ar.1.Palud. D.Anton.3.par.tit.14.c.13. Angel. Bapt.4.num.8.Silue. eod.q.7 cum Ricard. Armil. num.32.Sot.diſt.3. q.un.artic.9. 65 Quid ſi dubitatur de Baptiſmo?

Ex alio autem dubio (modo ſeruata fuerint ſubſtantialia) non debet quis rebaptizari, licèt omiſſa fuerint omnia ſacramentalia, ſecundum omnes.Catechiſm.Rom. pag.211.fin.

QVid ſi parochi negligētia aliquis ſine Baptiſmo moriatur? Reſp.quòd eſt deponendus. c. Quicunque presbyter. de Conſecr. diſt.4.Inſt. Canonica. libr.2.de Baptiſmo.§.Baptizandi, & ibid.Gloſa. 66 Quid ſi qs ſine Bapt. moriatur.

VTrum. Poſſit quis ſaluari ſine Baptiſmo in re,ſed tātum in uoto? Reſp.quòd ſic.S.Bernar. Epiſt. 67 V. poſſit qs ſaluari ſine Baptiſmo?

Epiſt 76. ad Hugon. Magi. in 4. & 1. ſent. diſtin. 4. Inſti. Can. ſuprà. §. Quòd ſi quidam. & ibi glo. Sot. di. 5. q. vn. art. 2. & pater nouiſſimè in Conc. Trid. Seſſ. 7. de Sacram c. 4.

68 *De Patrinis?* VTrum Patrinus ſit de eſſentia? Reſp. ꝙ non. Sot. diſ. 5. q. vn. ar. 9. verſi. Circa.

69 *V. non Baptizat' poſſit eſſe patrinus.* VTrum. Non Baptizatus poſſit eſſe patrinus? Reſp. ꝙ nō. Nec in Confirmatione qui non eſt confirmatus. ca. In Baptiſmate, de Conſecr. diſt. 4. Vbi Gl. ait: quòd ſi de facto ſuſcipiat non contrahitur paternitas. Ang. Bapt. 8. nu. 2. Sil. 5. ad fi. & verbo Confirmatio in fin. Armil. Bapt. num. 37. S. Th. Ricar. 4. diſt. 24. arti. 1. q. 3. Nauar. cap. 22. nu. 46 licèt alij contra dicant. vide Sil. matrimonium. 8. q. 7. verſi. 12.

Qui nō poſſūt eſſe patrini. Secundo Item Pater, & mater non poſſunt leuare filium, quia cōtrahunt cognationem ſpirituale͂. Angel. ſup. nu. 1. Sil. ſup. Armil. nu. 38. per. c. Ad limina. 30. q. 1. idem ſi filium abſque neceſſitate baptizarent.

Tertio. Abbas, Monacus, vel alius Religioſus, non debent eſſe cō patres, ſi tamen leuent, fiunt compatres. omnes ſupra per c. Non licèt. 1. de Conſec. diſtin. 4. & c. Placuit. 2. 16. q. 1.

Quarto Vir, & vxor non poterant olim ſimul eſſe compatres. c. fi. 30. q. 4. hodie autem leuatum eſt per Concil. Trid. de quo vide Nauar. c. 22. nu. 39. in nouiori.

70 *Quot patrini.* QVæritur. Quot debeant eſſe? Reſp. ꝙ hodie per Conc. Trident. Seſſ. 24. vnus tantum debet eſſe, vel ad ſummum duo: quod olim ſtatutum erat in c. Non plures. cum alijs, de Conſec. diſ. 4. ſed non ſeruabatur.

Et de omni hac cognatione, & qualiter hodie intelligatur vide plura per Nauar. c. 22. à nu. 36. vſque ad 40. Vbi Nota. ꝙ neceſſe eſt, vt Parochus ſecundum Conci. deſignet patrinos; alias dubium eſt an omnes tangentes puerum ſint Patrini, ipſe autem Nauar. reputat verius quod ſic.

DE ritibus, cæremonijs, Catechiſmo, & exorciſmo, & de omnium ſignificatione. Vide Catechiſ. Rom. à pag. 212. 71

DE SACRAMENTO Confirmationis.

TRactat Mag. in 4. diſtin. 7. Vbi S. Tho. q. 2. ar. 1. & ibid. S. Bonauen. Scot. q. 1. Capreol. q. 2. Argē tina. q. 1. Duran. q. 3. Sotus ibid. & alij. S. Th. (Vbi Caiet.) 3. p. q. 72. arti. 3. vſque ad 8. Angel. Silu. Tab. Caiet. Armil. & alij Summiſtę verbo. Confirmatio. Victoria in Summa. Viguer. de Confirmatione. Nauar. c. 22. nu. 8. habetur in Decreto. de Conſecr. diſt. 5. & c. Omni tempore, de Conſecr. diſt. 4. c. Si iubet. 26. q. 6. In decretalibus. titulo de ſacra vnctione. & c. 1. de Sacrament. non iterand. Vbi Abb. Inn. & Canoniſtæ. cap. Quanto, de Cōſuetud. Conc. Flor. ſub Eug. 4. Conc. Tolet. 1. c. 20. Cartagin. 2. c. 3. Bracharen. c. 37. & nouiſſimè Tridē. Seſſ. 7. de Sacramento Confir. per tres Canones. & Seſſ. 24. c. 4. Catechiſ. Pij V. pag. 219. & alij.

BEnedicens Iſaac (Geneſ. 25.) filium ſuum Iacob ſic ait: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, & olei. Hac auctoritate (non incongrue) 1 *Figura.*

grue)

grue) illa tria Sacramenta prima figurantur, quibus homo magis indiget ad reſiſtendum Diabolo, in hac miſera peregrinatione; in qua (vt Iob habetur 7.) vita hominis militia eſt. Iacob enim idem eſt ꝙ luctator. Et quia homo natꝰ de muliere, luctari cum ſuis tenetur inimicis; Deus dat illi rorem cœli, id eſt, ſacramentum Baptiſ. Et quia factus Chriſti miles per Bapt. arma habeat neceſſe eſt; dat illi Deus abundantiam olei, in ſacramento Confirmationis, quo armatus, atque munitus poſſit cum ſuis debellare inimicis. Et quia tali militi neceſſarius eſt quotidianus cibus, quo ſuſtentari queat: In Euchariſt. ſacraměto tribuit ei frumenti, & vini abundantiam. i. ſub ſpeciebus panis & vini, parauit illi menſam, aduerſus eos qui tribulant illum.

2 Figuratur etiam hoc ſacramentum Confirm. Exod. 31. & habetur in capit. 2. de Conſecr. diſt. 2. Vbi facta vaſa, iuſſit Dominus oleo linire.

3 Item Ezech. 9. Signa. T. Thau. ſuper frontes virorum gementium.

Item, Pſalm. 74. Ego confirmaui columnas eius, quia omnis Chriſtianus columna eſſe debet fortiſſima ad reſiſtendum.

Item, Pſal. 108. Vt exhilarem faciem in oleo. Vt tradit text. in §. Per frontis. de ſacra vnctione.

4 Vox, Confirmatio quid? Qvibus, viſis Nota Primo, ꝙ hæc vox: Confirmatio, idē eſt quod robur, vel roboratio. text. in c. Primo. §. Per frontis, de ſacra vnction. & tradit Viguerius. de Confirmatione, in prin.

5 Confirmatio duplex. Secundo. Nota ꝙ Confirmatio, eſt duplex, prima interior qua confirmamur & conſolidămur ad credendum in Deum, & ipſum amandum. Et talis confirmatio fit per ſacramĕtum Euchariſtiæ, quæ habet effectū panis, de quo Pſ. 103. & panis cor hominis cōfirmet. Altera eſt Confirmatio exterior (de qua hic agitur) & eſt roboratio q̄dam ad conſtanter, audacterq; exterius confitendum ea, quæ ſunt Fidei coram perſecutoribus. Et hæc fit, & datur in hoc ſacramento. S. Thom. 3. par. q. 72. Viguer. de Confirmatione. §. 2.

6 Manus impoſitio q̄d? Tertio. Nota ꝙ ſæpe ſæpius inuenies in iure & Doctoribus hanc vocem: manus impoſitio, & eſt idem quod Confirmatio. tex. c. Primo. §. per frontis. de ſacra vnct. Nauar. c. 22. nu. 8. & omnes.

7 Sacramentum Confirmationis quid? Quæritur. Quid eſt ſacramentū Confirmationis? Reſp. ꝙ licèt Scot. 4. diſ. 7. q. 1. & alij prolixè diffiniant: poterit ſic breuius, compendioſiuſq; diffiniri: Confirmatio eſt ſacramĕtū Vnctionis Chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus frontem Baptizati inungit, ſub certa verborum forma. ita Mag. & ferè omnes in 4. d. 7. S. Tho. & Caiet. 3. p. q. 72 Nauarr. ſup. Caniſius in Doctrina Chriſtiana. de ſacramē. Confirm. c. 1. vbi multos citat.

8 Confirmatio an ſit Sacramentum? Quæritur. Vtrum Confirmatio ſit ſacramĕtum? Reſp. ꝙ ſic. Ita habetur determinatum de fide in c. Ad abolĕdam. de Hæret. Cōci. Flor. & Trident. de Sacram. Seſſ. 7. Can. 1. & de Confirmatione. Can. 1. eſt communis omnium. S. Th. & alij ſupra. Catechiſ. Rom. pag. 219. Viguer. & Vict. ſupra. Couarr. latè lib. 1. Variarum. c. 10. nu. 1.

9 A quo inſtitutum? Quæritur. A quo ſit inſtitutum? Reſp. ꝙ licèt D. Bonau. Alex. de Ales, & alij (quos refert Victo-

ria infra) tenuerint fuiſſe à quodā Concilio inſtitutum: Contrarium eſt de fide tenendum, Imo, cum vnum ſit ex.7. Sanctæ Eccleſiæ ſacramētis, à Chriſto fuiſſe Redemptore noſtro inſtitutum. Vt patet ſuprà de ſacramēt.in genere.nu.5. & probat latè Victor.nu.40.& melius Couar.lib.1.Var.c.10.nu.3. De quo non poteſt vllo modo dubitari, quia Actuum.8. & 19. patet ꝙ Apoſtoli Confirmabant.

10 Quādo inſtitutum? Quæritur. Quando fuit hoc ſacramentum inſtitutū? Reſp. ꝙ licèt Chriſtus nō inſtituerit hoc Sacramentum, illud exhibendo: inſtituit tamen, promittēdo illud. Ioan.16.cum dixit: Si non abiero, Et. Paraclitus nō veniet ad vos: Si autem abiero, mittam vobis eum. Viguerius ex S. Thom.3.par.q.72.Victoria.nu.4. Vbi quòd in Pentecoſte illa Spiritus ſancti miſſio fuit Sacramentum Cōfirmationis, vel eius vim habuit.

11 Quæritur. Quot ſunt de eſſentia huius Sacramenti? Reſp. eſſe quinque Primo requiritur materia. Secundo forma. Tertio Miniſtratio Epiſcopi. Quarto quòd ſuſcipiens ſit Baptizatus. Quinto ꝙ in fronte vngatur. Ita Silu. Confirmatio.nu.2. Petrus de Taran. in 3. diſt.18. Archid. in c. Nouiſſimè. de Conſecr.diſt.5. Theſau.Sacerd. de Confirmatione.fol.29.

QVÆ OMNIA REQVIſita vt declarentur.

12 Quæ materia? Quæritur. Quæ eſt materia Cōfirmationis? Reſp. Chriſma ex oleo oliuarum confectū, & Balſamo.cap.1.de ſacra vnct. Conc.2. Bracharenſe.c.4.S. Greg. in cap.1. Canticorum. Fabianus Papa. Cōci. Flor.ſub Eug.4.D.Cypr. Sermone de Vnct.Chriſmatis, & lib.1.Epiſto.12.S.Baſil. de Spiritu ſancto.c.27.S.Dionyſ.c.4. de Eccleſ.hier.S. Th.3.par.q.72.ar.2. Catech.Rom. pag.223.Sil.& Armil.nu.2. Victo. nu.41.Nauar.c.22.nu.8.

13 Quis cōſtituit hanc materiam? Quæritur. Quis conſtituit hac Chriſmatis materia in hoc ſacramento debere vti? Reſp. Omnes tenere hanc materiam eſſe in Eccleſia, ex traditione Apoſtolorum. Tu autem clarius & verius dices cum Catech. Rom. pag.223. in hæc verba; Igitur à Paſtoribus explicandum eſt, Chriſtum Dominum non ſolum eius autorem fuiſſe, ſed ſancto Fabiano Pōtifice Romano teſte, Chriſmatis ritum, & verba, quibus in eius adminiſtratione Catholica Eccleſia vtitur, præcepiſſe. Et paulo inferius; In primiſq; a Fabiano Pontifice, qui Apoſtolis Chriſmatis confectionē à Domino accepiſſe, nobiſque reliquiſſe, teſtatus eſt. Vide Sot. infrà. Couar.lib.1.Variarum.cap.10. nume.4. Per quod, & dicenda infra.§. Qua materia: patet erraſſe Theſaurum Sacerd. fol.29.§. Circa quod. dùm dicit Chriſtum, nec Apoſtolos tali materia vſos fuiſſe. Errauit & Scotus, dùm dicit hanc materiam fuiſſe ab Apoſtolis inſtitutam, licèt non legatur. Theſaur. ſupra.in fin.

14 V. Balſamū ſit de eſſentia? Quæritur. V. Balſamum ſit de eſſentia materię? Reſp. Duo in dicta materia reperiri oleum.ſ.& Balſamum. Oleum eſt de neceſſitate ſacramēti. communis omnium. Balſamum tantum de neceſſitate præcepti.c.1. de ſacra Vnct.c. Nouiſſimè. de Conſecr.d.5.c.1. de ſacram.non iterand. per quod.c. Tenet Caiet.3.par.q.72.art.2. Victor.

Sum.

Sum.nu.41.Sot.4.diſt.7.q.1.arti.2. Nauar.c.22.num.8.Couar.lib.Primo, variarum.c.10.nu.4. Et ita tenendum eſt, licèt Silu. & alij non diſtinctè loquantur, & licèt Palu. Duran.& Adr. quos refert Couar. ſup.contrarium inſinuent.

15 V. ſit de eſſentia materiam eſſe cōſecratā? VTrum ſit de eſſentia talē materiam eſſe conſecratam? Reſpon.ſic eſſe neceſſariam conſecrationem vtriuſque, vel olei tātum, quòd ſi contrarium fiat, ſacramentum non perficiatur. S.Tho.3.par. q.72.artic.3.Scot. Durand. Palud. Marſil.S.Anto.Ang. Confirmatio, nu.3.Silu.nu.2.Victor.num.42. Viguer.de Confirmatione, verſi.Primo Nauar.c.22.nu.8.Glo.in c.Peruenit.95.diſt.

16 Per quē ſit conſecranda? QVæritur. A quo debeat materia iſta vel Chriſma conſecrari? Sil. Confirmatio. q.2.Armil.nu.2. Victor. nu.43. per tex.c.Primo de.ſacra vnct.Catech. Rom.pag.223.Palud.& Archid.& Caniſius in ſumma, de hoc ſacramento.c.3.dicunt Epiſcopum conſecratum tantum, poſſe Chriſma conſecrare. Credit tamen Victor. Papam, ſimplici ſacerdoti dictam conſecrationem poſſe committere.Sed contrarium tenet Gl.c.Peruenit.95.diſt.& cum Victor.tenet. Caiet.3.p.q.72.ar.3.& Sot.diſt.23. q.1.art.3.verſi.Vtrum.

17 Quare conſecranda Chriſmatis materia. QVæritur. Quare debet Chriſma conſecrari? Reſp. ſacramentorum materias in duplici eſſe differentia. quaſdā enim ſacramētorum materias Chriſtus ſuæ ſanctiſſimæ carnis immediato conſecrauit contactu, quando illis ſacramentis eſt vſus. Vt in Baptiſmo & Euchariſtia. Aliorum vero ſacramentorum materias, quibus Chriſtus non eſt vſus, non conſecrauit, vt in Confirmatione &c.& ideo neceſſe eſt vt conſecrentur.S. Th.S.Bonau.Alex.de Ales, quos refert & ſequit' Vict. nu.42. Viguer. de confir.vſ.1.Catechiſ.Rom.pag. 224.in fi.Sot.d.23.q.1.ar.3.

QVæritur. Quomodo cōſecratur? Reſp.quòd debet in die Cœnę Domini ſolemniter ab Epiſcopo cōſecrari, veteri combuſto Chriſmate.Ang.verb. Conſecratio.nu.5.Silu.eod.num.2. per tex.in c.Quoniam, de ſent.excom. 6.& c.Si quis de alio, de Conſecr. d.4. Et qualiter ſit conſecrandum tradit Catech.Rom. ſup.à S.Fabiano Papa in hæc verba; Conſecratur autem Chriſma ſolemnibus cęremonijs ab Epiſcopo: ita enim ſaluatorem noſtrum docuiſſe in extrema cęna, cum Chriſmatis conficiendi rationem Apoſtolis commendaret, Fabianus Pontifex, ſanctitate, & martyrij gloria clariſſimus, tradidit.in Epiſt.2.ad Orien. Epiſcopos, & tradidit Caniſius de hoc ſacramento c.4. 18 Quomodo conſec.at?

QVæritur. Qua materia vtebātur Apoſtoli in adminiſtratione huius ſacramenti? Reſp. Sāctos Apoſtolos dupliciter hoc ſacramentum adminiſtraſſe; Primo modo per Spirit' ſancti viſibilem collationem, quemadmodum illis in Pētecoſte Spiritus datus fuit. Vt patet Act.8. Cum audiſſent Apoſtoli, quia recepit Samaria verbum Dei; miſerunt ad eos Petrum & Ioannem, vt acciperent Spiritum ſanctum. & Act c.15.& 19. Cumque cepiſſent loqui, cecidit ſuper illos Spiritus ſanctus. Et ſic Spiritus ſanctus deſcendebat ſignis viſibilibus ſuper Baptizatos, vt confirmarentur. 19 Qua materia vtebantur Apoſtoli.

Vtebantur etiam communiter

Apoſtoli Chriſmate in exhibitione huius ſacramenti; quando huiuſmodi ſigna viſibilia nõ exhibebantur. Dicit enim Dionyſ.c.4.Eccleſ.Hierar. Eſt quædam perfectiua operatio, quam Duces noſtri (1.Apoſtoli) Chriſmaticã hoſtiã vocant. tradit Viguer. de Confirmatione. verſi.1.S.Hieronym.contra Luciferianos.S.Cipr.Sermone de Vnctione Chriſ.Caniſius in Doctrina Chriſtiana.de Confirm.c.2. Victor.nu.44.in fi.

DE FORMA.

20 Quæritur. Quæ eſt forma ſacramenti Confirmationis? Reſp.eſſe hãc.Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti.Am. Conc.Flor.ſub Euge.4.S.Th.3.p.q. 72.ar 2.3.& 4.Vbi Caiet. Palu.Sil. Angel.Armil.& omnes,nullo excepto,vt ait Victor. nu.44.Nauarr.c. 22.num.8.Catech. Rom. pag.225. Sot.4.diſt.3.q.vn.ar.5.Qui ait Conſtãtinum Imperatorem fuiſſe à B. Silu.confirmatũ his verbis,Signet te Deus ſigillo fidei ſuę in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti in conſignatione fidei, Amen.

21 Quis tradidit hãc formam. Quæritur. Quis tradidit hanc formam? Communiter omnes tenẽt Eccleſiam hac vti forma ex Apoſtolorum traditione.Ange. Confirmatio. nu.9. ꝙ licèt non inueniatur in iure hæc forma, inuenitur in Pontificalibus.Victor.ſup. Catech.(autẽ)Rom. pag.224.225. clarius ait hanc formam inſtituiſſe,in hæc verba ſupradicta, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,& illam ſuis tradidiſſe Apoſtolis. qđ Credo verum & tenẽdum. Primo propter magnam ſanctitatem, autoritatem & antiquitatem. S. Fabiani Pontif.Max. qui id tradit.Secundo propter inſignem Catechiſmi Rom.autoritatem, eſt.n.à ſede Apoſt.poſt Conci.Trid.Confirmatus. tradit etiam Viguerius.de Cõfirmatione,verſic.2.

22 Qualiter forma vitietur? Quæritur. V. hæc forma aliquo poſſit modo vitiari? Reſpõ. eiſdem modis, quibus de Baptiſmi forma, ſup. dictum eſt, vitiari poſſe.Vt ex alijs tradit Silu.Confirmatio.quæſt.2.

DE MINISTRO.

Quæritur. Quis ſit huius ſacramenti miniſter?Reſpõ. ꝙ ſolus Epiſcopus,vt erant olim etiam ſoli Apoſtoli. ita de iure antiquo habetur. c.Manus.c. Nouiſſimè c. Vt Epiſcopi,de Conſecr.diſt.5.Euſebius Papa.1.Epiſ.3.ait.aliter pręſumptum eſſe irritum. Inno.PP.1. Epiſt.1.c.3.Greg.i Regiſtro.3. Epl. 9.ad Ianuarium. Ioã.PP.3.Epiſt.1. Concilium Vuormatien.8. Can.3. S.Leo.Epl.88.Clemens.4.Damaſc. Epl.etiam 4.S.Aug.relati & ſecuti à Catech.Rom.pag.227.& à Caniſio. de Confir.c.3. & nouiori iure in Conc.Flor. ſub Eugenio 4.& nouiſſimo in Conci. Triden.ſeſſ.7.de Confirm.Can.3. & ſeſſ.23. Can.7. & omnes Theologi. in 4.diſt.3. & Canoniſtæ,in c.Quanto,vbi Gloſ. verbo,Reſeruata. de Conſuetu.& melior.in c.Quoniam, de ſent. excommun.in 6. 23

24 Vtrum poſſit alius eſſe Miniſter Quæritur. Vtrũ Ratione immemorialis præſcriptionis poſſit Confirmationis ſacramentum ab alio quàm ab Epiſcopo miniſtrari? Reſpõ.negatiuè.vt reſoluit Couar.lib.1.Variarum.c.10.nu.14.

Quæ-

25 Quo iure Epi ſint miniſtri?

QVæritur. Quo iure Epiſcop⁹ ſit huius Sacramenti miniſter? ℞. Iure Diuino, vt patet, quia hoc Sacramētum tm̄ adminiſtrabant Apoſtoli, & hoc poſt quam facti ſunt Epiſcopi, & miſſi, vt latè & benè ex D. Th. reſoluit Viguerius, de Confirmatione. verſic. 3. Couar. ſupra nu. 7.

26 An ex commiſſione Papæ hoc poſſit Sacerdos?

QVæritur. An ex commiſſione Papę Sacerdos ſimplex, oleo ab Epiſcopo benedicto, poſſit confirmare? Grauis eſt Quæſtio. Sed Reſp. quòd quamuis multi grauiſſimi Doctores (vt ſunt. S. Bonau. Maior. Gab. in 4. & Scot. q. 11. Duran. q. 3. & 4. & Adria. 4. de Confirmatione, Caſtro. de hæreſi. verbo. Confirmatio. c. 10. num. 6. & alij in 4. diſt. 7.) teneant ꝙ non: Contrarium eſt verius & tenendum, imò Papam poſſe talem auctoritatem Sacerdoti committere.

Primo quia id fecit. D. Greg. Vt habetur in c. Peruenit. 95. diſt. vbi Gloſ. verbo. Concedimus, & eſt tex. expreſſus in cap. Quanto. §. 1. de Conſuetud. ibi: Sua temeritate. ſecus ſi noſtra autoritate, ita Hoſtien. ibid.

Secundo. Quia Concil. Florentinum in concordia Armenorum ait: legitur Papam id commiſiſſe Sacerdoti.

Tertio. Quia tenet S. Thom. 3. par. quæſt. 72. arti. 11. ad primum. Vbi Caiet. artic. 3. & communis in 4. diſt in. 7. Petrus de Taran. Ricar. quæſt. 1. art. 2. Palud. quæſt. 4. Cartuſi. quæſt. 5. Marſil. q. 5. arti. 3. Capreol. q. 1. Sot. q. 5. ar. 11. Ledeſma. 1. per. q. 15. ar. 11. Victor. nu. 50. Ferrarienſ. 4. contra Gentes. c. 60. Alexand. 4. par. quæſtio. 28. membr. 1. artic. 3. Communis etiam Canoniſtarum in d. c. Peruenit. Innocent. in d. c. Quanto. Ang. Confirmationis Sacramentum. num. 2. Sil. eod. Armil. nu. 3. S. Anton. 3. par. tit. 14. §. de miniſtro. Taper. ar. 12. contra Lutherum pagi. 220. Nauarr. c. 22. num. 8. Lindanus, libr. 4. Panopliæ. c. 26. Quod mihi hodie videtur iure nouo deciſum, cum Conc. Florentinum, & nouiſſimè Trid. Seſſ. 7. de Confirm. Can. 3. habeat Miniſtrum ordinarium Confirmationis eſſe Epiſcopum. Si Epiſcopus eſt ordinarius, ſequitur, quòd poteſt eſſe alius delegatus. Quod breuiter tetigit Nauar. ſup. & Catech. Rom. pag. 226. tractat latiſſimè Couar. lib. 1. Var. c. 10. ar. nu. 7.

SEd Quæritur. Vtrum Epiſcop⁹ poſſit committere ſuo Generali Vicario Sacerdoti vt pro ſe confirmet? Reſp. ꝙ licèt videatur, ꝙ ſic, quia qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur. Regula. Qui per alium, de reg. iur. in 6. Contrarium eſt verum & tenēdum, quia Epiſcopus non poteſt committere ea quæ ſunt Epiſcopalis Ordinis minoribus ſe; licèt poſſit ea, quæ ſunt iuriſdictionis. text. expreſſus. in c. Aqua. & ibi Gl. de Conſec. Eccleſ. vel alta. Glo. in capitu. Quanto. verbo, Reſeruata, de Conſuet. eſt communis. Inſtituta Canonic. lib. 2. de Confir. & ibi Gloſ. verbo, Simplex. 27 V. poſſit Epiſcop⁹ cōmittere Vicario ſuo Generali?

QVæritur. Vtrum requiratur, ꝙ Epiſcopus miniſtrans ſit ieiunus? Reſp. Reſolutiue (ſecundum communem) hoc eſſe tantum de conſilio. 28 Epiſcopus an debeat eſſe ieiunus?

QVæritur. An peccet mortal. Epiſcopus non confirmans? Reſp. ꝙ tunc erit peccatū mortale, quando in hoc fuerit nimium negligēs. Ita regulariter poteſt colligi ex Doctoribus. 29

30 Quæritur. Vtrum Epiſcopus confirmans non ſubditos, in currat Suſpenſionem, vt ſi ordinaret eos? Reſp. ꝙ licèt peccet, non tamen incurrit. Sil. (citans Pal.) verbo, Conf. in fi. Armil. nu. 1. & tenet Sacram.

V. Confirmans non ſuos incurrat Suſpenſionem?

DE SVSCIPIENTE.

31 Quæritur. An requiratur, ꝙ ſit Baptizatus qui vult confirmari? Reſpō. quòd cum Baptiſmus ianua ſit, & fundamentum omnium Sacramentorum. ca. Veniens, de Presbyte. non Baptiz. neceſſario requiritur Baptiſmus ante Confirmationem, alias Confirmatio erit nulla. c. Omnes fideles. c. Nouiſſimè, de Confec. diſt. 5. Si fidelis, ergo Baptizatus. Silueſt. Confirmatio. q. 4. Ang. nu. 3. Victoria. nu. 46. per c. Si quis, de presby. non Bapt. Nauar. c. 22. nu. 8. & nouiſſimè Conc. Trid. Seſſ. 7. de Confirmat. Can. 1. ibi, Baptizatorum. Catech. Rom pag. 219.

An requiratur Baptiſmus ante confirmationē?

32 Quæritur. An, & quare Chriſtus non ſuſceperit hoc Sacramentum? Reſp. quòd non ſuſcepit, quia non conueniebat dignitati eius, vt ipſe eſt Sacramentorum autor, à Sacramento plenitudinem acciperet. tradit Viguerius, in princip. de Confirmatione.

33 Quæritur. Vtrum Requiratur quòd linitio fiat in fronte? Reſp. ꝙ licèt Victoria in Summa. nu. 51. cum alijs, dicat non eſſe neceſſarium ꝙ fiat in fronte; Cōtrarium eſt verius, vt patet. c. 1. §. fin. de ſacra vnct. per quem tex. ita tenet Silu. Confir. q. 4. ad fin. Vbi ponit rationem, & patet clarius in c. Presbyteris, cum ſeq. de Conſecr. diſtin. 4. vbi dicitur: ꝙ Epiſcopi in fronte Chriſmare debent. vide S. Th. 3 p. q. 72. ar. 9. Nauar. inſinuat. c. 22. nu. 8. Inſtituta Canonica. li. 2. de hoc Sacramēto. §. Accedent. & ibi Glo. verb. Frontem. Theſaurus Sacerdot. fol. 3.

V. Requiratur linitio in fronte?

34 Quæritur. Quare in fronte? Reſp. quia vnctio fit ad conſignificandum id, quod confertur in hoc Sacramento. Vnde in Confirmatione datur audacia Confeſſionis, cuius oppoſitum, videlicet, timor & erubeſcētia principalius & euidentius in fronte manifeſtantur; ideo vnctio fit in frōte. Viguerius. verſi. 2. & omnes per illud Ezech. 3. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum. Catechiſm. par. 233.

Et quare?

35 Quæritur. An requiratur, vel ſit neceſſarium ſignū Cru † cis in adminiſtratione huius Sacramenti? Reſpon. ꝙ licèt Victoria in Summa. nu. 51. dicat eſſe neceſſarium, quia in forma dicitur: Conſigno te ſigno Crucis: Dubium tamē mihi videtur, cum nullus text. id præcipiat, nec vllus autor inter neceſſaria ponat. vide dicta de Sacram in gen. nu. 1. differentia. 13.

V. Requiratur ſignum Crucis?

36 Quæritur. An hoc Sacramentū ſit neceſſarium ad ſalutem? Reſpon. Primo, non eſſe abſolutæ neceſſitatis, vt Baptiſmus, Pœnitētia &c. Nec (ſtando in iure Diuino) quis tenetur confirmari. Nullibi enim inuenitur præceptum. Secundo Reſp. contemptum ſemper eſſe mortale. Victoria. num. 48. Nauar. c. 22. nume. 9. §. Tertio, & omnes. infrà.

V. Confirmatio ſit neceſſaria ad ſalutē?

37 Eſt autem Quæſtio grauis ſit ne mortale, an veniale peccatum illud omittere, non ex contēptu, ſed tantum ex negligentia? Reſp.

Quod peccatum erit omittere Confirmationem?

Reſp. quod licèt multi Doct. in 4.d.7. Ricard.& S.Bonau.q.2.arti.3.Durand.q.1.Palud.Maior.Marſil.q.5. art.4. Silueſt. verbo Confirmatio. Petrus à Sot. de inſtitutione Sacerdotum. lect.2.de Confirmatione, dicant eſſe mortale: Contrarium tamen eſt tenendum cum Adrian. 4.de Confirmatione.Scot.2.diſt.7. q.11.Couar.lib.1.var.c.10.num.9. Armil.Confirmatio.Caie.3.par.q. 72.art.8.ad Quartum.Vbi communis Magiſt.Sot.d.7.q.1.ar.8.Ledeſma.art.8.Victor.& Nauar.ſupra.

Solùm autẽ eſſet mortale illud omittere,quando Chriſtianus Tiranno occurrere debet, tenetur.n. ſe huius Sacramenti armis muniri,vt Fidem in trepide cõfiteri poſſit, & in hoc caſu ſunt limitandi auctores primæ opinionis.

38 Qui poteſt cõfirmari? Quæritur. Quis poſſit hoc Sacramentum recipere?Reſp. Baptiſmum,& Confirmationem, contrariam hanc habere generalitatem: Baptiſmum enim poteſt recipere omnis Paganus, Iudæus, Gentilis & Infidelis, maſculus vel fœmina:Confirmationem autem, debet recipere omnis vtriuſque ſexus Chriſtianus, ſeruus vel liber, c.1.de Conſecr.diſtin.5.& omnes, maxime Viguerius, de Confirmatione,verſiculo. Quo ad ſuſcipientes. Datur etiam hoc Sacramentũ mutis,ſurdis,monſtruoſis,hermaphroditis & morientibus,Sil.Confirmatio.q.4.& omnes Summiſtę. Viguer.ſup.verſi.5.Catech. Rom. pag.227.cum ſeq.

39 Quæ ætas requiratur? Quæritur. Qua ætate ſit hoc Sacramentum accipiendum? Variæ ſunt in hoc opiniones.Gl.in c.Vt ieiuni.de Conſecr.diſt.5.Marſilius,& alij dicunt pubertatis ætatem, duodecim ſcilicet annorum expectandam eſſe. S.Antonin. cui concordat Catech.Rom. pag.230. ait expectandum eſſe Septenium, vt pueri recordetur. Habetur etiã in Conc.Prouin.Mediolan S.Tho. autem,in 4.d.7.Vuald. de Sacram. Tom.2.c.55.& 56. quos refert, & ſequitur Petrus a.Soto, de inſtitutio.ſacer.de ſacra.Conf.lect.2.Angel.Silu.Gabr.quos refert & ſequitur Victoria.nu.49.Sotus,& alij dicunt:non eſſe expectandum vſum rationis.Quorum ſententia practicatur hodie maximè in Hiſpania; Omnes enim pueri duorum, triũ &c.annorum confirmantur (& benè quidem) quia licèt Conc.Trid. Seſſ.24.c.2. de refor.præcipiat Parochis habere librum, in quo Baptizati tantum,ſcribantur: Hodie ex communi conſuetudine,& Epiſcoporum mandato; Confirmati etiam ſcribuntur,ſimul cum nomine Confirmantis, atque patrini. Quod maximopere facit in fauorem infantium morientium. Quia ſi Confirmati diſceſſerint, maiorẽ gloriam, duplicemque characterẽ animæ impræſſum habebunt. Viguerius,ſupra.Facit tex.cap.Quoniam,de Senten.excom.6.dum dicit: Confirmationem tempore interdicti concedi, propter periculũ moræ, quod mihi ſummopere placet.& Petrus Sotus, ſuprà ait,antiquus ordo Eccleſiæ ſeruandus eſt. ſ.quod pueri ſtatim poſt Baptiſmum confirmabantur.

Quæritur. An requiratur Confeſſio Sacramẽtalis in adultis? Reſp.quòd Confeſſiò eſt tantùm de conſilio in omni ſacramento, (excepto Euchariſtiæ) Contritio autem eſt de præcepto.Communis,& dixi ſuprà de ſacram. in genere ad fin.& probat. Catechiſ. 40 V. Requiratur Confeſſio?

D 4 Rom.

Rom.pag.230.

41 QVæritur. An accipiẽs primam tonſuram, vel alios Ordines ante Cõfirmationem, peccet mortaliter; vel incurrat cenſuram aliquam? Reſp. Primò. Ante Concil. Trid. Seſſ.23.c.4. de reforma. Communis opinio habebat nõ eſſe mortale, vel vllam incurri cenſuram: ita S.Tho.in addition.3.part.q.35. art.4. Ledeſma.2. par.q.73.artic.4. Sot.4.diſt.7.q.5.arti.6. & 8.poſt.3. concl.& diſt.24.q.1.arti.4. Victor. & alij. Secundò Reſp. Nec poſt dictum Conciliũ incurri. Vt ait Sot. ſuprà relatus, & ſecutus à Nauar. c.22.num.9.in fine. (licèt ipſe Nauarr. ſibi videatur contradicere.c. 25.nume.68. dicens eſſe mortale) quia Concilium tantum præſcribit Epiſcopo, ne quem abſque Cõfirmatione admittat.

V. ſit mortale accipere primã tõſuram abſque confirmationis.

DE EFFECTV.

42 VTrum hoc ſacram. conferat gratiam (ſicut alia) inuenies ſuprà: de ſacramentis in genere. nu.9 & ꝙ imprimit characterem, & non ſit iterabile, ibid. nu.10.

43 MInistrans, & recipiens hoc ſacram. in mortali vterque peccat. Et mortaliter ſic miniſtrans verum confert ſacramentum. Suſcipiens autem, licèt characterem recipiat, non autem rem ſacramenti.i. gratiam. Vide de ſacram. in genere. ad fin.

DE PATRINO.

QVæritur. Vtrum Patrinus ſit de neceſſitate ſacramenti?

44 Reſpõ. tantùm eſſe de neceſſitate præcepti, & eſſe mortale illum nõ adhibere. Silu. Confirmatio. ad fi. Viguer. de Confirmatione, in fine. Nauar.c.22.num.9.§.Quarto peccat. Catech.Rom.pag.227.

QVæritur. Quot debeant eſſe Patrini? Reſp. tantùm debere eſſe vnum vel vnam. Angel.nu.12. Silueſt.eod.per text.in c.Non plures, de Conſecr.diſt.4. Viguer.ſup. Et quòd debet eſſe Confirmatus, vide ſuprà de Baptiſ.in fin. Et qualiter confirmandus debeat habere pedem dextrum ſuper pedem dextrum Patrini, vide in Pontificali Romano. 45

PRo Complemento totius materiæ Nota. Primò quòd licèt olim omnes qui tangebant confirmatum, erant Patrini, & contrahebant ſpiritualem cognationem. tex. cap.fin.de Cognat. Spirit.li.6. & tradit Silueſt. ſuprà in fi.& omnes: Hodie tamen per Conc. Trid. Seſſ.24.capi.2. tantùm extenditur cognatio illa, ſicut in Baptiſmo, vt habes ſuprà de Baptiſm.in fine, de numero Patrinorum. Vide Armil. Confirmatio. 46

Qualiter cõtrahatur cognatio ſpiritualis.

Quare Nota. ſecundò, ꝙ omnes poſſunt eſſe Patrini, niſi vir vxoris ſuæ. Et è contra. Vide Victor.num. 51. Nauarr. Armil.nu.1. & omnes. Et, ſi malitioſe teneret vxor maritum, vel contra, non poteſt ab illo exigere, benè tamen reddere teneretur debitum. Communis.

Quis poteſt eſſe Patrinus.

Tertio. Not. quòd quamuis Silueſt. Confirmatio. nume.4. dicat: Epiſcopum dare alapam confirmato, vt recordetur ſe hoc ſacramentum accepiſſe, propter periculum reiterationis: Verius tamen, & congruentius ait Catech. pagina 223. in fi. Epiſcopos maxillam Confirmati alapa percutere, vt recordetur, ſe pro Chriſti nomine aduerſa multa, mortem etiam ſubire eſſe paratum.

Quare detur confirmato alapa.

De alijs cæremonijs Sacramenti Cõfirmationis. Vide Catech. Romanum ſupra.

NOta Præterea, quòd licèt Eucharistiæ Sacramẽtum communiter à Doctorib⁹ tertio adſcribatur loco. Cùm tamen (ſecundũ Catechiſ. Rom. pag. 323.) Præſertim fideles hoc ipſo Pęnitentiæ Sacramẽto, ad ſacram Euchariſtiam ſumendam apti, idoneique reddãtur: Viſum mihi fuit de Sacramento Pęnitentiæ (præambulo ad Euchariſtiam) loco differere tertio; deinde de Euchariſtia.

DE SACRAMENTO Pęnitentiæ.

TRactat Mag. ſent. 4. vbi Doctores Theologi s. Tho. d. 14. q. 1. 2. & 3. Scot. q. 3. & 4. Duran. q. 1. 2. & 3. Capreol. d. 15. q. 1. cum ſequen. Maior. Palud. Gabr. & alij. Ang. Silu. Tabien. Armil. & omnes Summiſtæ. verbo Pęnitẽtia, & Cõfeſſio. Sotus 4. diſt. 14. cum ſequen. Ioannes Medina. C. de Pęnitentia. Melchior Can. in relectione de Pęnit. Victoria. in ſu. à nu. 104. Vigue. de Pęnitentia s. Tho. etiam 3. part. q. 84. Vbi etiam Caiet. & in Summa. Ledeſma. 2. par. q. 2. Bar. Medina, in ſumma. Et alij multi. In Iure etiam Canonico agitur in Decretalibus, Sexto, Clemẽtinis, & Extrauagantibus. per totum titulum. de Pęniten. & remiſ. In Decreto. per totam 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Diſtinctionem. de Pęnitentia. Vbi latiſſimè Nauarrus. & in Manuali. maximè c. 1. 2. & 3. & Nouiſſimè Concil. Tridentinum, Seſſ. 14. & Catech. Romanus &c.

NOtãdum Primo, ꝙ licet hoc ſanctum Pęnitentiæ Sacramentum, in multis diuinæ ſcripturæ locis, fuerit præfiguratum: mirabilius tamen Exod. 30. vbi Dominus præcepit Moyſi, vt faceret in templo labium æneum cum baſi ſua, in quo Aaron Sacerdos, & filij eius lauarent manus, & pedes, antequàm accederent ad Altare. Sic, cùm Sacramentum Pęnitẽtiæ neceſſarijſſimum ſit præambulũ ad Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipiendum (vt infrà dicetur) Dominus noſter Ieſus Chriſtus, hoc lauacrum ſalutiferũ in Eccleſia ſancta inſtituit, vbi tã Sacerdos celebraturus, quàm filij eius i. laici communicaturi, lauẽt manus, & pedes, i. cõfiteantur omnia mortalia peccata, tam interna, quã externa, quæ in ſacra Scriptura ſæpiſſimè per manus, & pedes ſignificantur. ¶ Accedit mirabilis Cygni ſimilitudo, qui inſtictu quodam naturæ, poſt quam coiuit ſe lauat, & aquis immergit, priuſquã comedat, & cibũ capiat. Sic peccator, qui peccatis conſenſit, & inquinatus eſt priuſquã cibum Sacratiſſimum Angelorum ſumat, Sacramenti Pęnitentiæ aquis, ſe debet lauare. Ita ait Marcardus. de cælibatu. par. 1. ca. 6. nu. 4. *Figura Sacramẽti Pęnitentiæ.*

Not. Secũdo, ꝙ quemadmodum Saluator ait: Non eſt opus benè ualentibus medico; ſic, ſi non intellexiſſet homines, poſt gratiã Baptiſmi in mortalia eſſe lapſuros: hoc Pęnitẽtiæ Sacramentũ nõ inſtituiſſet. Sed quia cognouit figmentum noſtrũ, ut Cęleſti⁹ ſapiẽtiſſimusq; Medicus, puidẽs infirmitatẽ; prouidit medicinam. Vt ait Cõc. Trid. Seſſ. 14. c. 1. Et ſic hoc Sacramẽtũ directe pugnat cõtra mortalia pecc. *Sacramẽtũ Pęnitentię inſtitutũm ꝑpter peccata.*

Nota.

Nota. Tertio. Quod quemadmodum ſuprà diximus, Baptiſmũ primã eſſe poſt naufragium tabulã: ita nunc Pœnitentiam, ſecundam eſſe dicamus oportet. Vt ait tex. c. Secunda. cum Glo. ibi. de Pœnis. diſtin. 1 Catech. Rom. pag. 288. Concil. Triden. Seſſ. 6. c. 14. & Seſſ. 14. Can. 2. Con. Colon. in expoſitione Symboli ibi, Remiſſionem peccatorum, Sot. 4. diſtin. 14. q. 1. ar. 6. & multi, quos citat Caniſius. in ſu. de Pœnitentia, c. 2. Viguer. de Pœnit. verſic. 4.

Pœnitentia dicitur ſecunda tabula, &c.

Vnde Nota quarto, quod cùm manifeſte pateat, hoc Sacramentũ fuiſſe contra mortale peccatum inſtitutum; & poſſimus dicere quòd quemadmodum prælium factum fuit in Cœlo inter patrem peccati, & Angelos lucis: ſic eſt prœlium in terra inter Pœnitentiam, & mortale peccatũ; Quæritur quid ſit mortale peccatum? Omiſſis varijs autorum diffinitionibus (etiam illa Nauar. prælud. 9. nu. 8. quæ lõgiſſima eſt,) mihi videtur in hunc modum diffinire: Peccatum mortale eſt dictum, factum, vel concupitũ, quod lex Diuina, vel humana iuſta, & acceptata prohibet fieri in materiâ notabili. Vel ſic: eſt commiſſio, vel omiſſio in cogitatione, verbo, vel opere in re notabili, contra legem Diuinam, vel humanam iuſtam, & acceptatam.

Quid ſit peccatum mortale?

1 Vox: pœnitẽtia, quid ſignificat?

QVibus ſuppoſitis. Quæritur quid hæc vox: Pœnitentia, ſignificet? s. Tho. 3. p. q. 85. Viguer. in princ. de Pœnit. Catechiſ. Rom. pag. 288. Nauar. prælud. 10. in princ. dicunt eſſe diſplicentiam de aliquo facto, quod ante placuit. Cum enim ante peccatori placuerit peccatum ſuum; neceſſe eſt (vt miſericordiam cõſequatur) vt de eodem diſplicentiam habeat. Vnde intelliges illã autoritatẽ Gen. 6. Pœnitet me hominem feciſſe, & illud 4. Reg. 15. Pœnitet me Saul Regem conſtituiſſe. ideſt (ait Deus) habeo me ad modũ hominis, quẽ pœnitet aliquid feciſſe. quia hæ paſſiones Pœnitẽtia, ira, furor, &c. non poſſunt in Deo inueniri. Vide Catech. pag. 289.

2 Quotupliciter accipiatur.

QVæritur. Hæc vox; Pœnitentia, quotupliciter accipiatur? Reſp. Quòd ſummitur dupliciter, aut ſine dolore, vt in Beatis, quos ſine dolore pœnitet ſuorum peccatorum; vt ait s. Thõ. 4. diſt. 14. q. 1. ar. 3. q. 3. & 4. Viguer. De pœnitentia. verſi. 5. Vel cum dolore, vt in viatoribus. qui nõ tantũ nolunt, ſed etiam dolent peccaſſe iuxta tex. ca. Pœnitentia. ſecundo. de Pœniten. diſt. 3. vbi ꝙ pœnitẽre eſt pœnam tenere. Nauar. ſup. Gl. verb. Imponere in Extrauag. ideſt de priuileg. ¶ Iterum, generaliter dicta, ſummitur dupliciter. Primo modo, pro mala Pœnitentia, quando ſcilicet concipio dolorem de aliquo bono à me, vel ab alio facto, vt quando me pœnitet feciſſe aliquam eleemoſynam. vel audio ab alio factam fuiſſe, &c. Secũdo modo ſumitur pro bona Pœnitentia, quando ſcilicet, diſplicẽt mihi mala mea commiſſa, & pœnitet me ea feciſſe (& de hac erit hic noſter ſermo) de quibus vide Silu. Arg. verbo Pœnitentia. & Nauar. d. Prælud. 10.

Item Pœnitentia duplex bona, & mala.

3 Pœnitẽ bona duplex.

QVæritur. Quotuplex eſt Pœnitentia bona? Reſ. quòd duplex: Pœnitentia virtus, & Pœnitentia inquantum Sacramentum s. Thom. ſuprà num. 2. Vel ſecundo modo, eſt duplex, interior, ꝙ exterior.

Quid

4 **Pęnitentia virtus q̃d.** QVid eſt Pœnitẽtia virtus, ſeu interior? eſt quidã habitus inclinãs ad prædictũ actum pœnitendi. Vt s.Tho.& Nauar.ſuprà. Vel clarius, eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum nõ committere s. Ambr. & habetur. in c.Pœnitentia.1.de Pęn. diſtin.3. Mag.4.diſt. 14.S.Tho 3. par. q.85. Viguer.in princip. de Pœnitentia. Silu.& alij à ſe relati, verbo, Pœnitentia, in principio. Catech. autem Rom.pag.290. in hæc verba deffiniens) ait: Intima Pęnitentia eſt illa, cùm ad Deum ex animos noſ cõuertimus, & comiſſa à nobis ſcelera deteſtamur, & odio habem⁹; ſimulq; illud à nobis ſtatutum, & deliberatum eſt, malam vitæ conſuetudinem, corruptoſque mores emendare, non ſine ſpe venię à miſericordia Dei conſequendæ.

5 **Quot requruntur ad veram Pœnitentiam interiorẽ.** QVæritur. Quot requirantur ad veram Pœnitentiã interiorem? Reſp. ſex requiri patres. Prima eſt Deteſtatio peccati. Secũda. Propoſitum amplius non peccandi. Tertia Pœna voluntaria. Quarta. Intentio remouendi ſequelam. Quinta. Quod ſit propter Deum. Sexta. Quod cum ſpe veniæ. Viguer.ſup. § 4.& Catech. Rom. ſupra. Sot.4.diſt.14.q.1.ar.1. verſic. Probo autem.

6 **Pænit. vir. tus vnde orta?** QVæritur. Pœnitentia virtus, vnde ſumpſit exordium? ℞. q̃d de iure naturali incępit ab ipſo primo omnium Parente. Vt eſt communis, & Cõc.Trid. Seſſ.9.c.14.& Seſſ.14.c.1.

7 **Pęnit. virt⁹ an omnib⁹ neceſſaria.** VTrum Hæc Pœnitentia Virtus, ſit omnibus neceſſaria? Reſp. Primo noſtro parenti Adæ, alijſq; omnibus, qui ſe mortali aliquo peccato inquinarunt ſemper neceſſariam eſſe ad ſalutem, declararunt nobis quaſi infinitæ ſacræ Scripturæ auctoritates; maximè Ezech.18.& 33. & aliæ, quas ponit, & declarat Cõc.Colon. de Pœnitentia. §. Ordinemur. quibus Dominus, à peccatoribus pœnitentiã exigit delictorum. Et, vltra communem omnium ſententiam, patet hodie clariſſimè in Concil. Triden. Seſſ.6.c.14.& Seſſ.4.cap.1. Nauar.c.1.nu.25.

PRo cuius maiori declaratione. Not. quòd lugere pro peccatis proprijs, eſt actus huius pœnitentię. Lugere pro alienis, eſt actus miſericordiæ. Lugere autem pro bonis æternis dilatis, eſt actus tertiæ beatitudinis: de qua Matth. 5. Beati qui Lugent. Viguer. ſupra. §. fin. 8 **Lugere pro peccatis q̃d**

ALteram diximus eſſe pęnitentiam exteriorem. Cuius tres ſunt ſpecies. Vna dicitur ſolemnis, altera publica, Tertia ſecreta Sacramentalis. Ang. Pęnitentia, in principio. Raim. & s.Thom. quos refert Silu.eod.verbo.nu.1. Armil. & Tabien.eod. Et melius in Conc. Colon. de Confeſſione. §. Tertia itaque. 9 **Pęnitentia exterior triplex.**

DE POENITENTIA. Solemni.

QVæritur. Quid eſt pœnitentia ſolemnis? Reſp. ꝙ pęnitentia ſolemnis eſt illa, quæ olim ſolita erat imponi in primitiua Eccleſia. Quæ cum illa forma, & ſolemnitate imponebatur; quæ traditur in c. In capite. 50. diſtin. & tradit s.Thom.4. diſt.14. & refert Ang.& Silu.& alij. Quę talis erat: Sacerdotes, & alij clerici portabãt ad portam Eccleſiæ magnos peccatores Populi in prima die Quadrage- **Pænit ſolẽnis quid?**

drage-

dragesimæ: & erat ibi coram omni populo, & aſpergebãt cinerem ſuper capita eorũ. induebanturq; ſaccis benedictis ad agendam pœnitentiam, &c.

11 Quib' pōt impeni? QVæritur. Quibus poteſt hæc ſolemnis pœnitentia imponi? Reſp. ꝙ omnibus, tam viris, quàm fœminis: non autem Clericis, vel Religioſis, niſi prius eſſent depoſiti. Nec laicis nobilibus.argum.d.cap.In capite.Angel. ſuprà.numer. 4. & Silueſt. eodem verbo.

12 Quis pōt illã īponere? QVis poterat hanc penitentiã ſolemnem imponere, & pro quo delicto? Reſp. quod tantũ imponebatur ab Epiſcopo, vel ab alio de eius commiſſione, ſecũdum ſupradictos: & pro crimine ſcandaloſo.

13 Vndetraxit originem. QVæritur. Vnde pœnitẽtia ſolemnis traxit originẽ, vel quis illam prior inſtituit? Reſp. Quod hęc ſolemnis Pęnitentia (ſuo modo) impoſita fuit primo omnium peccatori Adæ, parẽti noſtro à Deo cum Geneſ.3. fecit illis Deus tunicâs pelliceas, & præcepit Angelo vt eijceret Adam, & Euam ex Paradiſo. Quæ tunicæ pelliceæ fuerunt prima Cilicia, quæ in mundo facta ſunt. Ad cuius exemplar in primitiua Eccleſia, Pęnitentes ſacco induebantur, vt dictum eſt. Et viri ſanctiſſimi olim, & nunc Religioſi, viriſq; ſpirituales ad mortificandas, domandaſq; carnis rebelles paſſiones, cilicijs, animalium pilis cõtextis, vti conſueuerunt, & vtuntur. Vt tradit. D. Hieron.in vitis Patrum, & latiſſime Marcus Marullus, & alij ſancti: & his oculis hauſimus.

Ciliciũ vñ traxit exordium?

14 V.ſit hodie in vſu? VTrum Hæc ſolemnis Pęnitẽtia ſit hodie in vſu? Reſp. ꝙ non in totum. Sed ſicut olim, Pęnitentibus ſuper capita cinis imponebatur, aqua benedicta eos aſpergendo, ſic hodiè ſeruatur hæc cæremonia in Eccleſia, (quę inde traxit originem) vt in ipſo capite Ieiunij, ideſt, in prima diè Quadrageſimæ, omnibus cinis benedictus ſuper capita imponatur; atque benedicta aqua aſpergãtur, ad ſignificandum omnes nos peccatores eſſe, filioſque illius primi publici peccatoris.

Cinis benedictus vnde traxit origīnem?

Secundo. Remanſit etiam in tribunali Eccleſiaſtico cæremonia, quæ ſolet ſeruari maximè in crimine maleficarum, diuinationũ. (Italicè Strigariè, Hiſpanè, hechizerias) & cum quis vtitur officio internuntij inter amatores. Et tales ad portam Eccleſiæ ſolent in ſcala quadam, cum dedecore magno corã omni populo, pleni plumis, & melle, poni; cum mitra dedecoris (quàm Hiſpani Coroca vocant) vbi tales pęnitentes à pueris haud bene tractantur.

Tertio. Seruatur etiam ferè omnis hæc ſolemnis Pęnitentia in ſacro Inquiſitionis prætorio; vbi loço illius ſacci, quo olim pęnitens induebatur (qui ſaccus benedict⁹ dicebatur) nunc apud s.Inquiſitionem delinquẽtes habitello quodã Crucem habenti, in Pęnitentiæ ſignum, induuntur, (qui dicitur Hiſpanè Sant Benito, corrupto vocabulo, ideſt ſaccus benedictus.) Et tales peccatores ducuntur ad Eccleſiam, vel alium locum in publico theatro (Itali. Catafalco, Hiſpani Cadahalſo) vbi Domini Inquiſitores tales Pęnitentes quibuſdam virgis leuiter verberando, aquaq; bene-

Cęremoniæ S.Inquiſitionis, vnde ortũ habuere?

benedicta aſpergendo, dicto Miſerere mei, abſoluunt: aliaq; multa faciunt. Maximè quòd præcipiunt tali peccatori, vt illum habitellũ (Sanbenito) per annum continuũ, ſuprà omnes veſtes publicè portet. Quo anno finito, in perpetuam rei memoriam, aliorumq; exemplum habitus ille in Eccleſia parochiali Pœnitentis affigitur, cũ nomine Pœnitentis, cauſa, & grauitate delicti, & anno, in quo talis punitus fuit. Nec in perpetuum inde tollitur, immò poſt tempus renouatur.

15 QVis effectus huius ſolemnis Pœnitentiæ? Reſp. Quod p hanc Pœnitentiam ſolemnẽ (& alias publicas ſanctæ Inquiſitionis) efficitur pœnitens infamis. Et ſi eſt Laicus, irregularis ad Ordines ſuſcipiendos. Si vero Clericus, ad maiores Ordines ſuſcipiendos. tex. c. Illud. 50. diſt. Glo. 1. in c. Si quis poſt 50. diſt. Silueſt. verbo. Pœnit. num. 3. Vbi alios ponit effectus. Ang. Pœn. nu. 5. Hoſt. in ca. 2. de Offic. Archipreſ. Nau. capit. 23. nume. 74. * De ijs qui frangunt pœnitentiam ſolemnem ſibi impoſitam vide Canon. 25. pœnitentialem; in hæc verba: Qui frangunt pœnitentiam ſolemnem ſiue redeundo ad crimina priora, vel ſimilia, ſiue redeũdo ad negotiationem, vel militiam ſæcularem, quæ ſibi fuerant interdicta, ſola inter Eccleſiam fidelibus oratione iunguntur, à communione ſuſpendũtur, à Catholicorum conuiuijs ſeparantur, & pœnitere debent decẽ annis, & communicent in fine vitæ. & habetur. in c. De his vero 33. q. 2. & in c. Si quis vero. de pœnit. diſtin. 5.

DE POENITENTIA. Publica.

QVotuplex eſt Pœni. publica? Reſ. Duplex. Prima iudicialis. Secunda Sacramentalis. Iudicialis eſt illa, quæ à Iudice Eccleſiaſtico, in foro Eccleſiaſt. imponitur, vt quando præcipitur alicui ſeculari, eſſe in Eccleſia ſine calceis, cum candela accẽſa in manu, eo quod aliquem delinquentem extraxit de Eccleſia. Vel quando imponitur pro blaſphemia, vt aliquantulum in Eccleſia ſit humi iacens terram oſculando &c. Sacramentalis eſt illa, quæ imponitur à Confeſſore in foro pœnitentiali. 16

Quis effectus huius ſolẽnis pœnitentiæ.

Pœnit. publica quotuplex?

QVæritur Vtrum Sacerdos Cõfeſſor poſſit Pœnitentiã hãc publicam imponere? Reſp. Quod illam poteſt, & debet imponere, pro delicto publico, quo ſcandalizata eſt omnis Ciuitas s. Tho. Guiliel. Gofred. & Hoſt. relati à Silueſt. ſuprà. Facit c. 1. de Pœnit. & remiſ. & c. fi. 26. q. 6. Panor. in c. Quæſitum. de Pœnit. & remiſ. Sot. 4. diſtin. 19. q. 2. ar. 5. & nouiſſimè præcipitur in Conc. Tridẽ. Seſſ. 24. de reformatione. ca. 8. vide Nauar. c. 8. nu. 10. Catech. pag. 334. 17

V. Confeſſor poſſit imponere Pœnit. publicam? & pro peccato?

VTrum Pœnitens debeat, & poſſit ad hoc cogi? Reſp. q ſic, vt reddat bonum exemplum ijs, quos ſcandalizauit, etiam ſi pœnitens ſit Sacerdos. Silu. verbo Pœnitentia. Nec dicetur in hoc caſu, Sacerdos reuelare confeſſionem, imponendo Pœnitentiam publicã, quia neſcitur pro quo illam faciat pœnitens s. Tho. 4. diſt. 14. Armil. Pœnitentia nu. 2. 18

V. Pœnitẽs poſſit ad hoc cogi?

Vtrum

19 *V. Poſſit iponi ꝑ graui occulto?*

VTrum Poſſit imponi pro graui peccato, occulto tamen, uel quod pauci ſciunt? Reſp. ꝙ nõ, niſi pęnitens ipſe, ob deuotionem, uel maiorem ſatisfactionem hoc peteret ſecundum omnes, & clariſſimè in Concil. Colon. de Confeſ. §. Verum poſtea: ſic habetur: Hodie, pro crimine, quantumlibet enormi occulto, nolenti non imponitur publica Pęnitentia: nam uolenti eam adhuc imponi poſſe uetus Eccleſiæ præſertim Romanæ conſuetudo teſtis eſt. hæc ibi. & alia pulchra quæ uideas.

¶ *Pœnitentia tertia exterior eſt ſecreta; & dicitur Sacramentum Pœnitentiæ.*

20 *Sacramen. Pęnitentiæ quid?*

QVid eſt Sacram. Pœnit. Relictis multis diffinitionibus. Dic cum Nauar. c.22. nu.11. Pœnitentia eſt Sacram. abſolutionis, quo Sacerdos ſibi ſubditũ, & confitentem legitimè ſua peccata cum iuſto dolore, & propoſito ſatisfaciendi, abſoluit ab eis. Vel breuius cum Sot.4.diſtin.14.in tex.& q.1.ar.1. Pœnitentia eſt Sacramentum remiſſionis peccatorum, quæ poſt baptiſmum committuntur.

21 *A quo inſtitutum?*

A Quo fuit inſtitutum? Reſp. à Domino noſtro Ieſu Chriſto. vt probat latè Sot.4.diſt.14.q.1.a.1.& de Fide, determinatur, in Cõcil. Trid. Seſſ.14.c.1.& Seſſ.7.Can.1. Et probauimus latè de Sacram. in genere.

22 *Quando inſtitutum?*

QVando inſtitutum? Reſp. ꝙ poſt reſurrectionem, cùm Dominus in diſcipulos inſufflãdo, dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Vt patet. Ioan.20.& Matth.16.& 18.& habetur. in c. Vt conſtitueretur. 50. diſtin. & nouiſſimè declarat. Concil. Trid. Seſſ.14.c.1.& 8.& Can.3. Catech. Rom. pagin.294. Victor. ſum. nu.104. Sot.4.diſt.18.q.1.ar.1.

23 *V. Sit ad ſalutẽ neceſſarium?*

VTrum Sit ad ſalutem neceſſarium? Reſp. (Omiſſa Hæreticorũ impia temeritate) per hanc concluſionem: Sacramentum Pœnit. in mortali aliquo peccato, tam interiori, quàm exteriori, homini, tã Græco quàm Latino, lapſo poſt Baptiſ. eſt neceſſarium ad ſalutem in re, ſi poteſt, vel in voto, ſi confiteri non poteſt. Declarat Glo. ca.1. de Pœnit. d.1.5. Viguer. de hoc Sacram. §.4. Catech. Rom. ſup. Sot.4. diſt.14.q.1.ar.5.& hodie in Conc. Trid. Seſſ.14.ca.5.

24 *Quare inſtitutum?*

QVare inſtitutum? omiſſis alijs rationibus, Dic cum D. Ambroſ. lib. de Pœnit. & Caniſio. lib. de Doctri. Chriſtiana de Pœnit. c.2. ꝙ vt homo, qui mortale perpetrãdo, à ſuo elongatus fuerat Creatore, poſſet hoc Diuino Sacramento eidem reconciliari, in eiuſque priſtinam amicitiam rediret. vel aliter ſecundum. Catech. pagin.293. in hęc verba: Huius ãt rei illa omnino cauſa fuit, vt nobis de remiſſione peccatorum, quã Deus pollicitus eſt, cum ait: Si impius egerit Pœnitentiam &c. minus dubitare nobis liceret.

25 *Quot partes integrales?*

QVot ſunt partes integrales Sacramenti Pœnit.? Reſp. eſſe tres, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. text. in ca. Perfecta, & Glo. in ca. Quantus. de Pœnit. diſt.1. Conc. Flor. ſub Eug. 4.& Trid. Seſſ.14.cap.3.& Can.4. Catech. Rom. pagin.295.& 300. S. Tho.4.d.16.q.1.ar.1. (Vbi omnes Sen-

26 Sententiarij.)& 3.par. q.90. art.2. Vict.nu.10.Nauar. ca.22.nu.11.& prælud.10.de quibus partibus infrà particulariter agemus. * Quæ tres partes Pœnit. figurantur per tres illas deitas quibus itur ad terram promiſſionis.Exod.c.5.

DE MATERIA.

27 Materia duplex.

QVæ eſt huius Sacraměti materia? Diſtinguo, propiqua, aut remota. Propinqua ſunt actus Pœnitentis contritio, ſcilicet confeſſio, & ſatisfactio. Remota autē ſunt peccata s.Tho.3.par. q.84.ar.2.Ang.& Silu. nu.2. verbo Pœnit. Victor.nu.105.Nauar.ſup.Concil. Flor. & deciditur in Trid. Seſſ.14. c.1.& 3.& cap.4.Catech.pag.295. Sot.4.diſt.14.q.1.ar.2. & communiter omnes.

Materia remota dup.

MAteria remota quotuplex? Reſp.duplicem, vnam neceſſariā, vt ſunt peccata mortalia cū debitis circunſtantijs (vt infrà dicitur) aliam volūtariam, qualis eſt peccatum veniale, & peccata mortalia, alias legitimè confeſſa.

28 Quæ forma ſacramenti Pœnitentiæ?

QVæritur. Quæ eſt forma huius Sacramenti? Reſp. quòd licèt Viguer.de pœnit. verſi. 2.Suplē. & Palud. quos refert Sil. verbo, Abſolutio. 6. §.4. & alij dicāt eſſe: Abſoluo te à peccatis tuis: Contrarium tamen eſt verum: immo tātum eſſe illa verba Abſoluo te, quod tenuit olim Hoſtien. Inn. Scot.s.Th.3.par. q.84.ar.3. Armil. abſol.nu.4.& hodie determinatur in Concil.Flor.ſub Eugen.4. §.4.& Trid.Seſſ.14.c.3.vide Catech. Ro. pag 296.Sot.ſuprà ar.3.Nau.infrà. & alios.

VTrum Pronomen: Ego, ſit neceſſarium. vel, Vtrū ſufficiat dicere: Abſoluo te? Reſpon. Non eſſe neceſſariū. Silueſt. Abſolutio. 6.in fi. cum alijs quos ibi citat. Nauar.c.20.nu.11.Caiet.uerbo. Abſolutio Sacramentalis. Armil. Abſolutio.nu.4.Viguer. ſup. Nam ſicut diximus in Baptiſmi forma pronomē Ego, intelligitur ſub Abſoluo, & ſic habetur in Conc. Flor. ſupr. Abſoluo te.Sot.4.diſtin.14.q.1.ar.3. fin. 29 Pronomē: Ego an ſit neceſſariū.

QVid ſi cauſa grauitatis, diceret q.s(cū ſit Epiſcopus) Nos te abſoluim°. Vel Ego abſol uo uos.(abſoluens Papam, Epiſcopum, uel Regem) Reſp. ꝙ licèt Sacramentum teneret: quia ex accōmodatione uerborum, uidetur: Nos, & Vos, Ego, &c, te ſignificare in magnis perſonis: peccabit tamen, ſecundum Caiet. Summa. ſuprà. Vigue. ſup. Armil. uerbo. Abſolutio. nu.4. communiter omnes, & diximus ſuprà de Baptiſmo. 30 Quid ſi dicat Miniſter: Nos?

DE MINISTRO.

QVis eſt miniſter huius Sacramenti? Reſp. quòd licet in aliquib° Capitulis, Gloſis, & Doctoribus reperiatur, ꝙ quis in neceſſitate conſtitutus (ſi deeſt Sacerdos) confiteatur laico, ut habetur in c.Quem pœnitet, de Pœnit.diſt.1.Glo. uerbo. Sepeliat. in c.Placuit.16.q.1.(& an, & quando hoc liceat dicetur. infrà. de Cōfeſſione) uera tamen, & Catholica hæc eſt concl. Sacerdos ſolus, ritè, & rectè ordinatus, eſt miniſter huius Sacramenti Pœnitētiæ ſiue in extrema neceſſitate, ſiue extra illā. Ratio eſt, quia cùm Sacerdos habeat clauem ordinis, & iuriſdictionis 31 Quis Miniſter?

ctionis Ordinariæ, vel delegatæ; ipſe ſolus poteſt aperire, & claudere; (id eſt) abſoluere, vel ligare. Tradit Gloſſ. communiter recepta (ſecundum Nau. c. 26. nu. 26.) in c. Paſtoralis §. Præterea de Officio. Ord. & tradit Sot. 4. diſt. 18. q. 4. ar. 1. & habetur. in c. 1. §. Vna. de Summa Trin. tex. c. Omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſ. Et nouiſſimè hodie determinatur de fide in Conc. Trid. Seſſ. 14. ca. 1. & 6. & Can. 10. Catech. pag. 322.

32 Vtrum Sacerdos excõ. vel ſchiſmaticus poſſit abſoluere in articulo mortis conſtitutum, dicetur. infrà. De abſolutione. num. 64.

33 *Quot effectus ſacramẽt. Pœnit.* Quot ſunt effectus Sacramenti Pœnitẽtiæ? Reſp. quod Primus effectus eſt remiſſio peccatorum quoad culpam, & collatio gratiæ. Vt patet in Ezech. 18. & 33. Sapient. 11. Matth. 3. & 4. Lucæ 15. & 17. ſecunda. Corint. 7. Ioel. 2. Acto. 2. & multis alijs ſacræ Scripturæ locis, vbi Pœnitentia exigitur, remiſſio peccatorum promittitur.

34 *V. talis effectus ſequatur ſemper* Vtrum Iſte effect⁹ vere ſequatur, cùm peccator perfectè dolet? Reſ. ꝙ (ſalua Eccleſiæ correctione) mihi videtur eſſe articulũ Fidei in vtroque ſymbolo contentum, ibi: Remiſſionem peccatorũ, id eſt Confiteor, in Eccleſia Dei, benè diſpoſitis per pœnitentiam conferri remiſſionem peccatorũ. Quam Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 3. Recõciliationem cum Deo appellat. De fructu, & effectu huius Sacramenti, vide max. s. Thom. 3. par. q. 89. ar. 2. Vigue. de Pœnit. verſic. 8. Victor. nu. 107. Sot. 4. diſt. 15. q. 1. ar. 6. Catech. Roman. pag. 288. ſeq. Et ſic explicat Lippomanus i ſymbolo ibi: Remiſſionem peccatorum. lib. 1. in fin.

35 *V. Remittatur tota pœna cũ culp.* Vtrum. Remiſſa culpa, remittatur cum illa tota pœna? Primo not. quòd cum quis in mortale aliquod incidit, ſtatim (ſecundum præſentem iuſtitiam) eſt ad ignem æternum condemnatus, id eſt, quòd ſi tũc mortuus eſſet in illo inſtãti in infernum rueret. Miſericordia tamen Dei, qua peccator ad Sacramentum hoc adducitur, commutat illam pœnam æternam inferni, in temporalem Purgatorij. Quo ſuppoſito: ſit Concluſio, ſecunduſq; effectus: In Sacramento Pœnit. ſimul cum culpa, remittitur aliqua pars pœnæ. Vict. nu. 109. S. Tho. 3. p. q. 86 ar. 4. & in 4. d. 17. q. 3. ar. 1. Nauar. ca. 1. nu. 40. Silueſt. & Ange. verbo. Contritio. in fin. Vbi Silu. alios citat. Concil. Trid. Seſſ. 6. c. 14. Sot. diſtin. 15. q. 1. ar. 4.

36 *Aliquando remittipõt tota pœna debita.* Vtrum Aliquo modo remittatur omnis pœna per Sacramentum? Reſp. ꝙ talis diminutio pœnæ depẽdet à diſpoſitione, qua peccator (Deo adiuuante) diſponitur ad dolorem, & cõtritionem concipiendam de peccatis; Ita quòd (ſicut dicitur Deut. 15.) ſecũdum qualitatem delicti, erit plagarum modus; ſic hic, ſecũdum qualitatem Contritionis, erit remiſſio pœnæ. Et ſic Concluſio eſt vera: In Sacramento Pœnitentiæ poteſt remitti aliquando tota temporalis Purgatorij pœna, ſimul cum culpa. Glo. in c. Menſuram de Pœni. diſt. 1. al'a. in ca. Deus, qui. de Pœnit. & remiſſ. alia in Extrauag. 1. de Pœnit. & remiſ. verbo. Et confeſſis. in communibus s. Tho. 3. li. diſt. 19 q. 2. ar. 3. & in 4. diſt. 15. q. 2. ar 2. Nauar. ſupra. Viguer. de Pœnit. verſi. 10.

10.nu.176.Sot.4. diſt.15. q.1. ar.4. ad fi.Palud.& Silu.verſi.Cōtritio. in fi.licèt contra teneat Roſella.

37 V. Virtutes recuperentur? AN in ſacramento Pœnitentiæ virtutes,& dona deperdita recuperentur? ℞. quod tertius effectus huius ſacramenti eſt virtutū, & donorum deperditorum recuperatio.s.Th.3.p.q.89.a.2.Viguer. de Pęnitē.nu.174. §. Quartus effectus. Vbi reddit rationem dicens: Quia cum per ſacramentum Pęnitentiæ cauſetur gratia gratum faciens,& ſacramentalis, ex qua fluunt virtutes,& dona, quæ per peccatum mortale fuerūt deperdita: & ſi non eadem numero, propter ſucceſſionem, tamen benè eadem ſpecie.&c.

38 AN bona opera facta in gratia, mortificata per mortale peccatum, reuiuiſcant per ſacramentum Pœnitentiæ? ℞. hūc eſſe quartum effectum Pro quo Nota, opa quadrupliciter appellari mortua, ſ.mortifera,mortificata,& viua.Illa dicunt viua,quæ in ſtatu gratiæ ſunt facta. Mortifera,ſunt peccata mortalia.Hebręo 9.Mortificata dicūtur quæ in Dei gratia facta ſunt, adueniente tamen mortali peccato,mortificantur.Alia dicūtur opera mortua; bona.ſ. opa quę homo in mortali exiſtēs facit, vt eleemoſynæ,ieiunium &c.Quibus viſis.

V. Bona opera facta i gratia, &c. Prima Concluſio.Bona opera in Charitate facta, ſequente mortali mortificata, peccatore ad ſtatum Gratiæ redeūte, reuiuiſcunt, ideſt recuperant efficatiam perducendi actorem ad vitam æternam. Sot. 4.diſt 16.q.2.a.5.

Secunda Concluſio.Bona opera vnius,facta in Charitate, mortificata per mortale, peccatore perdurante in tali ſtatu vſq; ad mortem, & ſemper; Deus illa merita donabit aliçui, vel aliquibus ſuis amicis; iuxta illud 25. Matth. Omni abundanti,vel habenti,dabitur.Et Apocalip.3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronā tuam. Quia peccatum mortale non poteſt tollere ea, quæ ſunt in acceptatione Diuina, niſi in ordine ad eum qui peccauit, & quādiu peccatum manet.Vigue.de Pęnit.nu.175. & aliqua per Victor.n 112.113.cōis opinio ex D.Tho.& alijs,quos ſequitur Nau.c.Quærat.de Pęnit.diſt.3.

Tertia Concl.Opera,qnantumcunque mortaliter bona, facta in mortali peccato, abſq; dubio pereunt,& mortua reputantur, quātum attinet ad gratiam, & gloriā promerendam,c.Nihil 1.deconſe. diſt.5 & ca.Nihil. de Pęnit. diſtin. 3.Naua.c.1.nu.29. licèt valeant ad multa bona quæ tradit Glo.in cap. Quod quidam. de Pęnit. & remiſ. & ibid.Nauar.& in Manual. c.27. n.269.Maior.4.diſt.14.q.2. & Sot. ſuprà.& de omnibus his concluſionibus vide capitula, & Doctores quos affert Nauar.d.ca. Quærat. * De quib⁹ operibus viuis,mortuis, & mortificatis agit optime Ganda uo.quodl.4.quęſt.24.littera L.

QVæritur.Ad quantā dignitatem gratiæ redeat peccator verè pęnitens? Reſp. per ſequentes Concluſiones.Prima.Pœnitens, peccator nō ſemper reddit ad priſtinam innocentiæ dignitatem, à qua per mortale cecidit Nauar.c.1.§.Quibus cognitis. n 7. de pęn.diſt.6.Secunda Cōcluſio. peccator per veram Pęni.reſurgit quā quandoq; ad eandem, quam ante habebat dignitatem. ſecundum s. Tho.quem citat Nauar. ſup. nu.6. 39 Pœnitens ad quam dignitatē redeat?

Tertia Concluſio Peccator, per

ueram pęnitentiam; redit ſemper ad illam priſtinam dignitatē, qua inter filios Dei per gratiam cōputabatur. Immo ſemper ad maiorē redit, quia ſemper ad maiorē gratiam refugit, ut tradunt copiosè eruditi Ticinenſes. in 4. diſt. 22. & refert, & ſequitur Nauar. dicto num. 6.

40 Sacramen. Pęniten. & Sacramentalis Cōfeſſio differūt

QVæritur. Quæ differentia ſit inter Sacramentum Pœnitētiæ, & ſacramentalem Confeſſionem? Reſp. Primo. Non eſſe idem, nam conuertuntur hoc modo; quod Confeſſio ſacramentalis ſemper includitur in Sacramento Pœnitentiæ, non è contra; nā multoties fit Confeſſio Sacramētalis, in qua nō inuenitur ſacramentū. Vt quando (v.g.) Confeſſor negat aliqua, vel ex iuſta cauſa differt abſolutionem: tunc dicitur ſacramētalis Confeſſio, non autem ſacramentum Pœnitentiæ, quia defuit abſolutio. Quando autem confert abſolutionem, tunc fit ſacramentum Pœnitentiæ. Secundo. Dico quod in ſacramentali Cōfeſſione, ſicut in ſacramēto, tenetur Sacerdos ſeruare ſigillūm. Eſt communis, (& dicemus infra de ſigillo.)

41 Baptiſm. & Pęnitentia in quo differunt.

QVæ differentia inuenitur inter Baptiſmum, & Pœnitētiam? Cōc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. ponit hanc præcipuè, ſcilicet, ꝙ in Pœnitētia miniſter eſt iudex, non autem in Baptiſ. Alias cōplures poteris colligere differentias, ex ſupradictis de ſacramētis in genere, quarum aliquas nota: Baptiſmus non iteratur, Pœnitentia ſic: Baptiſmus tollit omnem culpam, & pœnam; Pœnitentia non ſemper, vt Baptiſmus, ſed rariſſimè. Baptiſmum accipiens adultus, nō tenetur confiteri, ſed tantum conteri (vt ſup. de Baptiſmo diximus) peccator aūt in mortali, etiam interiori exiſtens, etiam ſi perfectiſſimam habeat contritionem, confiteri tenetur; cùm tenetur, & pōt. Baptiſ. omnē fere tollit Irregularitatē: in ſacramento pęnitentiæ, de ſe nulla tollitur, niſi ex commiſſione Papæ, Epiſcopi, vel alterius pōteſtatē habētis. Materia Baptiſmi eſt ſimplex aqua: Materia vero ſacramenti Pęnitentiæ tres habet integrales partes, vt ſupra dictū eſt, & in ſequentibus de vnaquaque in particulari (prout ſequitur) agemus.

DE CONTRITIONE
prima parte pœnitentiæ.

QVæriſ. Quid hęc vox: Contritio, ſignificet? ℞. ꝙ ſignificat cor habere tritū, & quaſi in puluerem redactum. 42 Vox contritio quid? Catech. Ro. pag. 303. Vnde aduerte, quod, vt exterius ſignificemus cor interius deſiderare habere trītum, ſæpe ſæpius pugno, manu vè pectus, vbi cor ſedem habet, tundimus; vt illud mollificare poſſim⁹. Quod ēt ſignificat illud Luc. 23. in fi. de paſſione Domini, vbi dicit: Et oīs turba eorū, qui aderāt ſimul ad ſpectaculū iſtud, & videbant q̄ fiebant, percutientes pectora ſua, reuertebantur, in ſignū ꝙ eos pęnitebant vidiſſe Chriſtum mortuū. Et hac de cauſa, cùm hodie eleuatur Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, percutimus pectora noſtra, pœnitētiam agentes, ꝙ propter peccata noſtra fuerit Chriſt⁹ crucifixus. Quam crucifixionem eleuatio illa ſignificat. tangit hoc Sot. 4. diſt. 14. q. 2. art. 1.

Quæritur.

2 *contritio duplex.* QVæritur. Quotuplex eſt contritio? Reſp. eſſe duplicem, perfectam & imperfectam.

contritio perfecta. QValis dicit' contritio pfecta? ℞. ꝙ erit illa qua pure propter Deum principaliter, de peccatis noſtris ſup oia dolemus: licet ſecundario, etiam propter aliũ reſpectũ. Nau.ca.1.nu.7. & 8.

3 *contritio imperfecta* QVæ impfecta? ℞. ꝙ illa, qua, licet tm propter Deũ dolorẽ de peccatis concepimus, nõ non tñ ita feruide & ſuper oia, ſicut prima. Et hãc vocãt contritionem informem abſq; gratia, Scot. Marſ. Maior. Gabr. Medi. Caiet. Palu.4.d.17. vbi Capr. Argẽtina. Aegidius. Adria. Abulẽ. Ferrar. quarto contra Gẽtes, c.57. Victor. nu.121.

4 *Quid ſit contritio.* QVid eſt Contritio? Nauarri omiſſa diffinitione, c.1.n.1. quę lõgiſſima eſt: & alia, quã ponit Inſtituta Canon. de pęnit. li. 2. & Viguer. de pęnit. verſ.10. Quæ ita ſunt breues, vt non oẽs eius cũ tineant eſſentiales partes: Dic cũ Conc. Trid. ſeſſ.14.c.4. Cõtritio eſt animi dolor, ac peccatorũ præteritorũ deteſtatio, cũ ꝓpoſito cõfitẽdi & ſatisfaciendi, ac de cætero nõ peccandi. Ita ẽt Catechiſ. pag.302. eandem quaſi tradit Conc. Flor. & s.Th.4.d.18.q.2.a.1. Sot. diſt.17.q.2.ar.1. Caniſ. in doctrina, de pęnit. c.4. Nauar. c.1.nu.14. Catech. autẽ, pag. 304. Perfecta (ait) contritio, eſt charitatis actio.

6 *V. ſit præceptũ de contritione.* VTrum Habeamus præceptũ de Cõtritione? Reſ. ꝙ ſic, vt probant auctoritates ſupra, de pęnitentia virtute, allatæ. & Nauar. c.1.nu.31. Sot.4. diſt n.17.q.2.ar.6. & diſt.14.q.2.ar.9. Victor. & oẽs.

7 *contritionis varia nomina.* QVibus nominibus appellatur contritio in ſacra ſcriptura? ℞ ꝙ aliquando dicitur cordis compunctio Chryſ. in Ioel. 2. Aliquando mentis renouatio. De quibus vide Sot.4.diſt.17.q.2.ar.1. Aliquãdo hominis humiliatio &c.

8 *Peccatũ an odio habẽdum?* VTrum Sit peccatum odio habendum? Reſp. (omiſſis argumentis quæ afferri ſolent de impoſſibili) ꝙ peccator tenetur odiũ cõcipere peccatorum hunc in modũ. Nollem peccaſſe, ſi eſſet poſſibile, quantum in me eſt. declarat Sot. ſup. maxime ad fi. & alij quos refert & ſequitur Nauar. c.1.nu.2. Catech. Rom. pag.307. ibi. odiſſe.

9 *Vtrũ teneamur conteri de venialibus?* VTrum teneamur conteri de venialibus? ℞. ꝙ quãuis Silueſt. verbo confeſſio.1. n.14. dicat abſolutè ꝙ non tenemur; & licèt Vict. nu.10. Nauar. c.1.nu.24. & Viguer. de pœnit. verſ.10. dicant nõ requiri cõtritionem venialium, ſicut de mortalibus requiritur: Debet tamen per ſequẽtes propoſitiones (ſalua pace) diſtingui. 11

Prima. De omnibus venialibus in communi, ſufficit vnus dolor, licèt non ita maximus ſicut de mortalibus, ſed dilectio Dei, vel quædam diſplicẽtia, quæ ſufficit. ſecũdùm s.Tho 3.par.q.39.ar.1. Sot.4. diſt.15.q.2.ar.1. maxime cõcluſ.5.

Secunda. De quibuſdam venialibus poteſt eſſe diſplicentia, ſiue dolor, manentibus alijs; non ſic de mortalibus. Palud. quem refert Silueſt. Confeſſio.1.num.19. facit Nauar. c.21.nu.34. cum alijs.

Tertia. Habens mortalia & venialia, tenetur conteri de mortalibus, licèt placeant venialia, vel nõ diſpliceant Nauarr. capit. prim. numer.10.

Quarta. Habens tantũ venialia, & aſſumens illa pro materia ad cõfeſſionem, tenetur de aliquo (ſaltem) habere dolorem, & animum

vitandi de cætero, aliàs videretur non præbere materiam abſolutionis, vt infrà. de cõfeſsione dicetur.

10 V. peccator teneat dolere de peccatis?

VTrum Peccator teneatur habere dolorem pro peccatis? ℟. ꝙ debet habere triſtitiam, qua voluntas dolet, vt per pœnam inuoluntariam ſatisfaciat procul pa voluntaria. Neque enim Deus admittit ad eius amicitiã, niſi ita diſpoſitum, vt velit ſoluere debitum quo ad poteſt. Nauar. c. 1. nu. 15. Et ꝙ requiratur dolor, ait Conc. Flor. & Tridẽt. ſeſſ. 6. c. 6. Et Can. 3. & 8. & ſeſſ. 14. c. 4. & communis Doctorum cũ Magiſtro 4. diſt. 14. D. Ambro. Greg. & Aug. & alij. quod atetur Sot. diſt. 14. q. 2. a. fin. & diſt. 17. quæſtio. 2. ar. 4. Ledeſ. 2. part. quæſtio. 2. ar. 2. Cano. relectіon. de pœnitentia Catech. Ro. pag. 307. ibi dolere.

11 V. Dolor debeat eſſe maximus?

VTrum Talis dolor debeat eſſe maximus? Reſp. ꝙ ſic, cõparatiua apprætiatione, ſi detur optio: nõ autem oportet vt ſit maximus tenera affectione, uel intenſione. Nauar. c. 1. num. 7. & 8. & eſt communis Sot. 4. diſt. 17. q. 2. ar. 4. Ledeſ. ſupra. ar. 1. Vega. li. 13. c. 24. & 25. Sed cum fragilibus non expedit facere comparationem appretiatiuam in particulari. Nauar. Sot. & alij. & optime Flores Theolo. quæſtio. 4. diſt. 14. q. 2. ar. 3. cum Alex. s. Tho. & D. Bonauẽ. & alijs.

12 V. requiratur ſenſitiuus.

AN requiratur dolor ſẽſitiuus? Reſ. Duplicem eſſe dolorem vnum intellectiuum, ſenſitiuum alium. Intellectiuus eſt neceſſari⁹ ad cõtritionem; ſenſitiuus autem (qui conſiſtit in exterioribus, ſcilicet lachrimis, ſuſpirijs, ſingularibus &c.) non eſt neceſſarius, quãuis ſit bonus & laudabilis, s. Th. 3. par. q. 85. a. 1. & in 4. diſt. 17. q. 2. a. 1. Nau. c. 1. nu. 20. Vig. de pœnit. verſ. 10. Catech. Ro. pag. 304. & 305. So. 4. d. 17. q. 2. a. 4. Vict. n. 114. fi. Quia cõtritio, quæ eſt dolor intellectiu⁹ eſt (Deo adiuuãte) in poteſtate noſtra; ſenſitiuus autẽ, non ſic: & debet deſiderari, quia p lachrimas & alia ſimilia, mollificatur cor. tenet Palu. 4. d. 17. q. 1. a. 5. Immò Not. aliquos ita in prõptu habere lachrimas, ꝙ ferè dicatur eis eſſe natura le ſemp flere; & ij non tñ merentur ex facillimis lachrimis, ſicut alij, qui ex intimo cordis affectu illas deſiderant ꝓ peccatis ſuis fundere; licèt eis nõ concedatur ita faciliter ſicut primis. Vt notat F. Bar. Medin. in ſumma. lib. 1. cap. 2. vide Sot. diſt. 17. q. 2. ar. 1. concluſ. 1.

VTrũ. Talis dolor debeat eſſe propter Deum? ℟. ſecũdum Naua. c. 1. nu. 7. Sotum & Communem quòd ſic. & dicetur latius. infrà. de attritione. 13 Vtrum pp Deum.

GRauis eſt Quæſtio. Vtrũ ſufficiat dolor virtualis, vel an ſit neceſſarius formalis dolor? Reſp. Primo, ꝙ cũ pœnitentia mediũ ſit neceſſariũ ad ſalutẽ, poſt mortale cõmiſsũ, & cũ Cõcil. Flor. & Trid. ſeſſ. 6. c. 14. & ſeſ. 14. c. 4 de formali pęnitentia loquant: tutius eſt, ſemperq; conſulendum, vt homo, quãuis nõ recordetur peccati, habeat tamen, ſaltem in generali & ſub conditione actum contritionis, id eſt ſi forte peccaui, doleo &c. ita monet expreſſe s. Tho. 3. par. q. 80. ar. 4. ad 5. & prima ſecũdæ. q. 113. a. 5. ad 3. Cano. in relect. de pœnit. 3. par. fauet Sot. diſt. 17. q. 2. ar. 6. 14 V. ſufficiat dolor virtualis.

Secũdo. Reſp. Contritionem formalem illam eſſe, qua quis aduertens odit peccata propter Deum, aliquo formali actu. ſ. Doleo de pec- Contritio, vel dolor formalis quis?

peccatis, pænitet me peccaſſe &c. Contritio autem, vl dolor virtualis, dicitur ille, qui includitur in dilectione Dei ſuper omnia, licèt nõ recordetur ſuorum peccatorũ, vt (v.g.) accedit tirannus vt occidat me, niſi fiã Hæreticus, vel aliquod peccatum commiſero; Ego autem eleuans mentem in Deum, eligens magis mori propter eius amorem quàm peccare; (licèt non meminerim peccatorum meorum mortalium, quæ commiſeram) dicat habuiſſe dolorem virtualem, qui in illa Dei dilectione incluſus fuit.

Virtualis qualis?

Tertio. Reſpõ. ad Quæſitum. In Martyrio hoc eſſe particulare priuilegiũ, ratione Fidei, propter cuius defenſionem quis moritur. Ita tenet Sot. lib. 1. de natura & gratia c. 18. quem refert & ſequitur Nauarr. c. 1. nu. 5. communis. Sot. etiã 4. d. 15. q. 1. ar. 2. concl. 3. In alio autem actu dilectionis, vt puta; accedit quidam homo vt rem habeat cum quadam, illa tamẽ potius eligit mori, propter amorem Dei, q̃ peccato conſentire, ſine memoria ſuorum peccatorum præteritorũ: licet Sot. 4. d. 15. q. 1. art. 2. verſi. Nõ ergo ſana. & diſt. 17. q. 2. ar. 1. verſ. Hic autem repetitum. dicat nõ ſufficere Contritionem virtualem, & Petrus à Soto. de inſtitutione Sacerdotum. lectione 4. de neceſſitate pœnitentiæ, dicat eſſe temerarium hoc dicere, & Taper. artic. 3. contra Luterum, & Doct. in 4. diſ. 17. (vt S. Bonau. Duran. Palud. & alij) loquantur de pænitentia formali; contraria opinio, (quam ex Scot. & alijs communem dicit Nauar. c. 1. num. 1.) videtur mihi verior, & tenenda. ſ. ꝙ ſufficiat quilibet amor Dei, quo plus, quàm omnia alia diligitur, qui dicitur virtualis peccatorum pænitẽtia. Quæ concluſio eſt vera tantùm, quando defectus temporis, aut inconſideratio peccatorum fuit inculpata, & fuit in cauſa quo minus formaliter pæniteret. Ita limitat idem Nauar. ſupra. in fine.

Vtrum Requiratur propoſitũ Confitendi? Reſpõ. ꝙ ſic. hoc eſt, Contritio, in lege Euangelica, includit propoſitum ſubijciẽdi ſe clauibus Eccleſiæ. i. Confitendi Sacerdoti habenti iuriſdictionem. Nau. cum alijs. quos citat. c. 1. nu. 10. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. ibi. præſtandi cætera. Catechiſ. Rom. pag. 300. Sot. 4. d. 17. q. 2. arti. 1. & d. 14. q. 1. art. 3. verſi. Et per hoc. 15

V. Requiratur propoſitum confitendi?

Vtrum In contritione requiratur propoſitum ſatisfaciẽdi? Reſp. ꝙ cùm duplex ſit ſatisfactio (vt infra dicetur) quo ad primam quæ dicitur reſtitutoria, vel medicinalis, quã Confeſſor in remediũ peccatorũ imponit; tenetur pænitẽs habere propoſitum ſubmittendi ſe præcepto Confeſſoris, & implendi illã ſatisfactionẽ, quam (claue non errante) imponet. vt tradit Nauar. c. 26. nu. 20. & Conc. Tridẽ. Seſſ. 14. c. 8. Quo ad ſecundam autẽ, quæ eſt ſatisfactio pro peccatis præteritis, ſatis eſt vt habeat propoſitũ ſatisfaciendi in hoc ſæculo, vel redimendi per indulgẽtias, vel ſoluendi in Purgatorio. Sot. 4. diſt. 20. q. 2. ar. 2. ad 3. Scot. Ledeſ. 2. par. q. 20. ar. 3. fol. 292. & alij vt infra. 16

V. Requiratur propoſitũ ſatisfaciendi?

Vtrum. Sufficiat propoſitum virtuale Confitendi & ſatisfaciendi? Reſp. ꝙ Caiet. li. 1. opuſc. opuſc. 4. q. 1. tenuit requiri propoſitum formale. Sed poſtea in ſumma. verbo. Confeſſionis conditio. 12. & verbo. Confeſſionis iteratio; mutauit ſententiam, ſentiens 17

V. Sufficiat propoſitũ virtuale.

ſufficere propoſitum virtuale. Idē tenet Maior.4.diſtin.14.q 1. & tenuit quidam Magiſter meus Salamanticæ. Quod etiam concedit Nau.c.1.nu.11, nō ſimpliciter, ſed quando pœnitens non fuit in cauſa vt tempus non haberet faciendi tale formale propoſitum, vt (meo iudicio) eſt quidam ſolitus facere confeſſiones aliquas in anno, vltra illam, ad quam de præcepto tenetur; accidit, vt incidat in mortale peccatum: in quo ſtatu euenit illi infirmitas grauiſſima acuta, quam cùm ſentit dolet grauiſſime ſe incidiſſe in illud mortale, & ſtatim moritur. hunc dicerē Ego habuiſſe propoſitum tale virtuale confitendi, & ſatisfaciendi: quia in nulla mora fuit. Aliter eſſet ſi per duos, vel plures annos, non fuiſſet confeſſus, & fuiſſet negligens de ſua ſalute. Quo ad iſtum enim iudico non ſufficere virtuale.

18 **Quare requirit propoſitum confitendi?**

SEd cum per contritionem verā cōſtituatur quis in priſtina Dei amicitia (vt ſupra dictum eſt) quare requiritur propoſitum confitendi peccata, iam per contritionem dimiſſa? Reſp. ꝙ ante inſtitutionē Sacramenti pœnitentiæ, remittebantur peccata ſine tali propoſito confitendi Sacerdoti, (vt fuerunt dimiſſa peccata Petri, Magdalenę, Latronis & aliorum) ſed, cùm ſit nouum præceptum Domini, quòd quicunque inciderit in mortale, teneatur illud etiam Sacerdoti cōfiteri; ſi aliquis doleret de peccatis ſine propoſito ea confitendi, videtur iam facere aliud mortale peccatum, contra præceptum confeſſionis. Et cùm vnum mortale ſine alijs non poſſit remitti, omnia remanent non remiſſa. Quia iam nō diceretur habere veram contritionem quæ requirit verum propoſitum, vt dictum eſt. hoc tangit Nauar.c.1.nu.19.& Sot.4.diſt.14.q.1. ar.3.verſi.& per hoc.

19 **V. Requiritur propoſitū formale ampli⁹ nō peccandi?**

VTrum Pœnitens teneatur habere propoſitū formale amplius non peccādi? Reſp. ꝙ ſic. Ita tenet s.Tho.3.par.q.85.art.3.& q. 90.ar.4. & cōmunis cum Magiſ.4. diſt.14. cap.2. vbi Albe. ar.11. Duran.d.17.q.2.Palud.&Sco.diſt.22. Adrian.quodlib.5.a.3.Alex.4.par. q.96.memb.9.ar.2.Caiet. opuſ. de Contritione, q.1. Cano. relect. de pœnit.Victor.ſup.nu.115.Ledeſ.1. par.q.32.ar.1.dub.4.§. Pro ſolutione. Qui dicit, oppoſitum eſſe periculoſum. Et Sot. diſt.15.q.1.ar.2. ait, oppoſitum nō eſſe tutū, & diſt. 17.q.2.a.1.in fi. Et Petrus à Sot. de Confeſſione lect.4 in fi. ait, oppoſitum eſſe temerarium. Et quod magis vrget eſt Conc.Florē.& Tridē. ſeſſ.6.c.6.& ſeſſ.14.c.4. Vbi abſolutè requiritur propoſitum non peccādi de cætero. ex Nauar.c.1.n.12.

Quibus non obſtātibus, Si quis conſtitutus in articulo mortis contritionē ſufficientē habet de peccatis, ſed quia nō putat ſe victurum, non proponit emēdam de cætero; Sed tantum dolet de peccatis præteritis: in hoc caſu hoc propoſitū virtuale, (licèt formale de cætero non peccandi non habuerit,) dixit ſufficere Doctor illuſtris Cueſta cathedraticus vniuerſitatis Complutenſis, quem refert & ſequitur Nauar.c.1.nu.6.& probat & defēdit latè.nu.12.tenet D. Bonauen.4. diſt.14.ī expoſitione litteræ. innuit s.Th.ibi.q.2.ar.2.q.4. quare.1.2.q. 113.a.5. inter requiſita ad iuſtificationē, non numerauit propoſitum emendæ. tenet Maior, & Almain, Io.Medi.C.de pęni. tractatu.1.q.3.

dub.

dub.ſi.Vega.li.13.c.14.21.& 22.Pe. Sot.lect.17.de Cõtritione. & quidã Magiſtri, Mãtius, Gueuara &c.

20 Quando teneatur quis conteri ſub peccato?

QVæritur. Quando teneatur in mortali peccato exiſtens cõteri ſub nouo peccato? Reſ.ꝙ in tribus caſib9. Primo quotieſcunque imminet periculũ mortis. Secundo quãdo quis vult recipere, vel adminiſtrare aliquod Sacramentum (excepto Euchariſtiæ in quo cõfeſſio ẽt requiritur.) Tertio qñ alicui occurrit memoria pteritorum peccatorũ, cũ periculo complacentiæ de eis, quia tunc tenetur de eis, de nouo conteri. Nauar.c.1. nu.27.ĩ fi. vbi dicit cõem. & num.28.Sot.vbi ſup. Viguer.de pœnit.verſ.10. Qui in hoc errauit ſcilicet, ꝙ teneatur quis conteri ſub præcepto die Dominica. quod tenuit ante ipſum Scotus. lib.3.diſt. 17. quorum ſaluã pace dicendum eſt non eſſe præceptum, ſed conſilium. Vt late ex Caiet. & alijs probat Nauar.c.13 nu.17.

Vnde patet clare, ꝙ non tenetur quis vt peccatum facit ſtatim ſub nouo peccato conteri, vt probat Sot.4.diſt.17.q.2.arti.6.

21 V. Cõtritio de vnoquoque peccato ſit neceſſaria.

COntritio an ſit neceſſaria de vnoquoq; peccato in particulari? ℞.ꝙ licet Raim. in Sum. & Ang. verb.contritio.§.3. Armi.co. nu.1.Alex.4.p.q.69. memb.8.ar.2. Ric.4. d.16.ar.4.q.2.Dur.d.17. q.2. Palud.diſt.17.q.1.ar.2.Ludol.Car. in vita Chriſti.1.par.c.2. dicant de ſingulis peccatis mortalibus ſingulas contritiones eſſe neceſſarias: Contrarium tamen eſt verius, & tenendum cum Caiet. Primo To. opuſ.4.q.2.& ſuper s.Th.3. par.q. 87.ar.1.Sot.4.diſtin.15.q.2.ar.1.& diſtin.17.q.2. ar.3. concl.3. Victor. num.116.Nauar.c.1. nu.22. immò tantùm requiri vnam Contritionẽ ita intenſam ꝙ comprehendat omnia mortalia tenent alij &c.

SEd Nau. & Vict. videntᷣ in hoc contrariari; ꝙ Nauarrus dicit; ꝙ pęnitens non tenetur dũ recogitat, cõfiteturuẽ ſua peccata, de vnoquoq; dolere in ſpeciali ſed ſatis eſſe vt concipiat generalẽ Contritionẽ, quæ virtute ſe extendat ad omnia mortalia, in quocunq; tempore id fiat. Victoria verò dicit eſſe neceſſariũ ꝙ cũ pęnitẽs peccata in ſpeciali confitetur; tũc ſingulorum habeat ſingulares contritiones, quod non videtur mihi rationi cõſonum, ſed Cum Nauarro eſſe tenendum: licèt Sot. d. concl. 3. idem dicat. Patet etiam quia ille q neſcit numerum certum, non poſſet contritionem habere.

22 V. De maiori peccato maior debeat eſſe cõtritio?

VDe maiori peccato maior ſit habenda contritio? Reſp.ꝙ, quãuis in aliquibus Doctorib9 inueniatur ꝙ ſic, vt ait Viguer. verſ. 10. in medio & alij; eſt intelligendum de honeſtate & conſilio, non autem de neceſſitate. Sequeretur, enim teneri pęnitentem ſcire qualitates & grauitates omniũ peccatorũ, quod eſt falſum. Vt ait Vict. nu.118.Nauar.latè c.1.nu.31. Sot. 4.diſt.17.q.2.ar.4. concl.5.

23 Quot concurrant ad veram contritionem.

QVæritur. Quot cõcurrũt ĩ vera Cõtritione, vel hoĩs iuſtificatione? ℞. quatuor ſimul tpe cõcurrere, gratiã, ſ. dilectionẽ, contritionẽ, & peccatorũ remiſſionẽ. Gl.2.in c.Magna pietas, de pęnit. diſt.1. Primo præcedit gratia, iuxta illud: Gratia eius præuenit me. Secũdo. Sequitur dilectio, q a q gratiã habet, diligit, c.Oĩs q nõ. de pęni.diſ.1. Tertio ſuccedit cõtritio, q.n.diligit, conteritur. Quarto Succedit peccatorũ remiſſio, q̃ eſt

effectus contritionis s. Tho.4.diſt. 17.q.1.ar.5. Et quomodo iſta quatuor ſe habeant.vide s.Tho.1 2.q. 11.ar.8.Sot.lib.2.de natura & gratia c.12.Nau.c.1. nu.39. & 40.

24 V Qui perfectè dolet recipiat sẽ per gratiã?

QVæritur. Qui perfectè dolet, habetq; omnes partes eſſentiales perfectæ contritionis, ſemper nè recipiat gratiã? Reſp. ꝙ licèt Scot.4.d.14.q.2.ar.2.& Caie. 1.tom.opuſ.5.q.2.& 4.dicãt ꝙ nõ: quia alias poſſet quis ſcire ſe eſſe in gratia. Cõtrarium tamen tene, imo ꝙ quotieſcũq; peccator facit, quod tenetur, quodq; Deus ab eo exigit, ſemp conſequet̃ gratiam.tenet s Th.1.2.q.112 ar.2.ad 1.& q. 113.& 3.par.q.85.a.5.& 6.Caterinus.in Caiet.lib.5.Nau.c.1. nu.26. & 33.in fin.Cõmunis Theologorũ quos Vict.nu.120.ſequitur, dicens falſiſſimã eſſe Caietani opinionẽ. Quod eſſe contra diuinam ſcripturã in multis locis vbi Deus peccatoribus conuerſis veniã promittit, vt ſupra.de effectu pœnitẽ.dixi,& notat benè Sot.4.diſtin.18.q.3.a.3. verſ.Ex his ergo.Ad Arg.Caiet.℞. ꝙ nunquam homo põt ſcire an habuerit veram contritionem,quam ſi verè habuerit, ſtatim conſequitur gratiam.vt ſupra.nu.33. & 34. probauimus; & vide Caniſ. in doctrina Chriſtiana c. 19. in expoſitione Symboli.& Vigue. verſi. 10.

25 V. Poſſit ſciri aliquem eſſe in gratia?

QVæritur. Qñ põt mortaliter cõiecturari aliquẽ eſſe in gratia. & conſequẽter habuiſſe verã cõtritionẽ? ℞.ꝙ ille q intimo affectu, veroq; corde, dixerit hæc tria dicta: primũ. Dñe pœnitet me ſuper oĩa peccaſſe, ſaltem mortaliter, cũ propoſito amplius non peccãdi.Scdm; Propono tpe debito cõfiteri integre. Tertiũ. Et hoc purè pp tuũ amorẽ.Ita ex Ioan. Gerſon. re ſoluit Nauar.ca.21.nu.47.Sot.4. diſt.17.q.2.a.5.& Sil.Euch.3.q.16.

26 Quæ differentia ſit Inter pęnitentiam virtutem & contritionem.

QVæ differẽtia datur inter Pęnitentiã virtutẽ, & inter cõtritionẽ, quæ eſt pars prima ſacramẽti pęnitentiæ? ℞. Primò, ꝙ dolor qui eſt virtus includitur in dolore qui eſt contritio; non aũt ẽ cõtra. Secũdo ꝙ Pęnitentia uirtus eſt dolor voluntariè aſſumptus de peccatis, in quãtũ ſunt cõtra rationẽ, & bonũ honeſtum; nec requiritur ꝙ ſit maximus dolor, ſed ſufficit moderat⁹, cũ propoſito ſolo recõpenſandi, vel ſatisfaciẽdi. Sed cõtritio pars ſacramẽti pęnitẽtiæ, eſt dolor de peccatis proprijs voluntariè aſſumpt⁹ propter Deũ, ſummè dilectum; & oportet ꝙ ſit maxim⁹ qui poſſit eſſe in natura, nõ intenſiuè, ſed appreciatiuè. & debet includere propoſitum confitendi & ſatisfaciẽdi. Reſoluit Nauar. ſup. Vigue.d.verſi.10.Sot.d.17.q.2.ar.4.

27 Quæ conſiderãda ad contritionem?

QVæ cõſiderationes iuuabunt ad cõtritionẽ acquirẽdã? ℞. Primo, eſſe notandũ ꝙ cõtritio eſt dragma illa pdita, quã mulier quęrens euertit totã domũ: ſic ad inueniendã Dei gratiã per contritionem, Anima debet accendere cõſiderationis lucernã, ne, & ipſa (iuxta illud: Deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia nõ eſt qui recogitet corde) ſimul pereat. Conſideranda eſt ergo, primo, bonitas Dei offenſi, qui ad pęnitẽtiam nos adducit, qui ſua pietate & miſericerdia, (licèt ipſe offenſus) nõ ſolũ pluit ſup bonos, & malos, & Solẽ ſuũ facit oriri ſuper iuſtos & iniuſtos: ſed ipſe Sol iuſtitiæ, immittit ſuę ſãctiſſimę inſpirationis radios in aĩa peccatoris, & quaſi de domo ſua expulſ⁹, quotidie clamat: Aperi mihi; ſum.n.ad oſtium, & pulſo.

Secundo.

Secundo.Grauitas peccati mortalis,quod ita graue eſt, quòd expulit Angelos à Cęlo,Parenteſque primos à Paradiſo: & Pater ętern° miſit filium ſuum vt mortem pateretur, & nos à peccato liberaret.

Tertio.Fœditas animæ in mortali exiſtentis. de qua dicitur illud: Denigrata eſt facies eius ſuper carbones. Et illud: obſcuratum eſt aurum.

Quarto. Amiſsio bonorum cæleſtium, & ſpiritualium quibus ſemper peccatum priuat. & ſæpiſſime temporalibus & corporalibus. Quãto ergo odio odiſſet quis inimicum, qui ſimul cum tota familia & refamiliari illum non ſolùm deuaſtaſſet,ſed ſimul interfeciſſet? hæc & multo maiora facit peccatum.

Quinto.Mortis incertitudo,neſcimus enim diem,modum, locũ, neque horam.

Sexto. Diei extremi conſiderandum etiam iudicium, in quo peccata omnia omnibus manifeſtabuntur. Pœnæ quoque inferni ſæpè ruminandæ.

Septimo. Et quod horrendum eſt,quòd ſcimus certò nos peccata commiſiſſe, & an nobis dimiſſa ſint penitus ignoramus: nemo.n. ſcit dignus ne ſit odio, vel amore. Hæc & alia conſiderata & ruminata iuuabunt.quæ colligi poſſunt ex Concil.Trident. ſeſſ.14. Can.5.

Vide aliqua per Caniſium in doctrina. de pænitent.c. 4.Nauar. cap.1.nu. 39. Catechiſ. Ro. pag. 311.

DE ATTRITIONE.

QVæritur. Quid hæc vox: Attritio,ſignificet? Reſp. Quòd ſignificat alicuius rei comminutionem in groſſas partes: Sic quando homo non habet cor contritum, & quaſi in puluerem ſuæ indignitatis redactum; dicitur habere cor attritũ; quæ eſt comminutio imperfecta. 1 Vox: Attritio quid?

QVotuplex eſt attritio? Reſp. Duplicem perfectam, & imperfectam. Quæ erit perfecta? Reſp. Quod erit illa, qua tantùm propter Deum purè dolemus de peccatis; ſed non ita feruidè,& ſuper omnia,vt par erat, Nauar.c. 1.nu.33. Victoria. nu.121. Et hæc eſt, quam ſupra contritionem imperfectam,ſeu informem; dixim° in principio,de Contritione. 2 Attritio quotuplex.

QVomodo diffinitur attritio perfecta? Reſp. Attritio perfecta eſt dolor imperfectus de peccatis, propter Deum principaliter aſſumptus. Viguer.de pænit.verſi.10.in fi. & notat Nauarr. (citans Sot.) c.1.nu.42. & omnes communiter. 3 Attritio perfecta quid?

IMperfecta attritio illa dicitur; qua dolemus de peccatis, non propter Deum. 4 Imperfectam.

QVotuplex eſt attritio imperfecta? Reſp. eſſe triplicem. Prima eſt qua quis dolet de peccatis principaliter,vel ob id ſolum, quia timet infernum, infamiam,iacturam rei,vel infirmitatem &c. & proponit amplius non peccare, cum ſpe veniæ. De qua Conc.Trid.ſeſſ.14.c.4.Viguer.ſup. Nauar.c.1.nu.34.ibi: id quod. 5 Attritio imperfecta quotuplex.

Secunda. Eſt eorum,quos pænitet mortaliter peccaſſe; vellentq;

non

nõ peccaſſe; nõ tamen omnino ſtatuũt à peccatis abſtinere. Caiet.& Nauar.c.1.nume.33.& 42. Coron. Conf.c.3. De quibus pęnitentibus loquitur text. in c. Quod quidam. de pœnit. & remiſ.

Tertia.Eſt huic ſimilis,quando, ſcilicet quis concipit dolorem de peccato, principaliter propter infernũm, infamiam &c. hac tamen voluntate, ꝙ non ceſſaret a peccato ſi illæ pœnæ, vel incommoditates non eſſent.Concil. Trident.ſuprà, ibi: Si voluntatem peccandi excludat.Nauar.nume.34.ibi: niſi quando eo animo. Corona.ſuprà, & alij.

6 *Quæ attritio ſit contritio cum ſacramẽto.*

QVæritur. Quæ harum attritionum ſufficiat ad remiſſionem peccatorum cum ſacramento? Reſp.Primo.Cum attritione prima imperfecta, petere cõfeſſionem nõn eſt peccatum. Nauarr.nu.33.& 34.ibi.Quamuis talis.Secundo Reſp.ꝙ Secundam,& tertiam attritionem imperfectam habentes non ſolũ non conſequuntur gratiam cum ſacramento,quinimo peccant ſic petendo, vel recipiendo abſolutionem.Nauarr.c.1. nu.34.in prin. & in fi.

7 *Nota. V.Sufficiat attritio cõcepta propter pœnæ inferni timorem.*

SEd V.Sufficiat attritio tantùm, quæ concipitur propter timorem Inferni, vel fœditatem peccati &c.cum ſacramento pœnitentię ad remiſſionem peccatorum? Grauiſſima eſt quæſtio (maxime hoc tempore.) Ad quam tamen ſic reſpondendum exiſtimo.ſ.ꝙ quamuis Canus in relect.de pęni.3.par. & Ioan.Medin.C. de pœnit.tractatu.1.q.5.ad finem.Duran.4. diſtin. 17.q.13.S.Anton.3.par.ti.14.c.19. §.5.Alfonſus Caſtro. verb. Abſolutio hæreſum.primo. Vuald.Tom. 2.de ſacramentis.cap.143 Rofenſ. Taper.& Couar.in c.Alma mater. Sixtus Senen.in Bibliotheca. libr.6. c.71. & 202. Et alij quos refert D. Henricus Salmãtinus, in quadam lectura (licèt eorum aliqui nõ clare id dicant) & F.Bart. Medin. in ſumma.c.2.verſi.la materia.& Corona Confeſ.c.3.§.Sexto quandoque; pag.44.dicat ſufficere attritionem etiam agnitam ob turpitudinem peccati vel timorem inferni. & licèt idem ſentiat Vega. libr.13. c.33.& libr.Confutationum errorum contra claues. ca.122. & 125. & quamuis Doctor idem Salmantinus in ſuis ſcriptis dicat per Cõcil.Trid.ſeſſ.14.c.4.hanc opinionẽ tanquam veram in Academijs Italiæ & Hiſpaniæ practicari; ſicque Magiſtros Salmantinos eam recepiſſe: Contrarium tamen (immo ſi cum tali attritione non adſit dilectio Dei, ſaltem virtualiter,) non ſufficere,tenet Nauar.c.1.nu.8. & 34.& 44.in fine.& Sot.4.diſt.17.q. 2.artic.5.concl.1.& 2.& clarius.d. 12.q.1.ar.4. verſi.Et per hoc ſoluitur.Vbi dicit hanc eſſe opinionem S.Tho.Quod etiam affirmat Vict. nu.121.Viguer.de pœnit. verſic.1. ad fin.& Cordub.ſæpe.lib.1.quæſtionarij.quæſt.2. & alij nouiores.

Quæ harum opinionum ſit vera, difficile eſt iudicare, maximè cum prima adducat pro ſe dictum Concil.Trid.ſeſſ.14.c.4. Vbi quaſi (ſi non benè verba perpẽdantur) videtur determinatum ꝙ ſic.

Sed (ſub ſanctæ Eccleſiæ correctione, iuditioque meliori) licet pro prima opinione tot, tam grauesque ſint autores: ſecunda opinio mihi placet.Primo: propter auctoritatem S.Tho. quem ad hoc allegant Sot.Victor.& Viguer.

Secundo. Propter auctoritatem Na-

Nauarri,& Soti,& aliorum. maxime Victoriæ & Soti,qui cum viderint auctores opinionis primę,eorumque rationes; tenent contrarium cum S. Thom.4. diſt.17. q.2. art.1.q.1.

Tertio. Quia nullus erit qui nō conſtituat differentiam (etiam maximam,) inter attritionem perfectam,illam ſcilicet, quam quis cōcipit purè propter Deum, cū propoſito amplius non peccandi,quæ non fuit contritio,eò, ꝙ ille actus dilectionis non fuit ita efficax, &c. ſuper omnia (vt ſupra.diximus de contritione) & inter attritionem, quæ principaliter concipitur,propter timorem inferni, quæ omnino timor ſeruilis eſt. Qui timor lōgiſſime diſtat à filiali timore. ſecundum omnes.

Quarto.Quia Concil.Trid.non dicit clarè id, ad quod allegatur: Sed penſatis omnibus, dicit hoc.ſ. ꝙ ille quem pœnitet de peccatis propter timorem inferni, cū propoſito ceſſandi a peccato, habet donum Spiritus ſancti, à quo impulſus ille emanauit,& quòd pœnitens adiutus ab ipſo Spiritu ſancto,qui incœpit; diſponetur in ſacramento, vt recipiat gratiam.i.in ſacramento mutabit propoſitum; & ille timor ſeruilis,qui non ſufficiebat ad abſolutionem, incipiet eſſe filialis, quia conuertetur adiutus ad amorem Dei, ſaltem virtualem, qui ſufficit cū attritione hac.

Pro quo eſt,vltra omnes,Not.ꝙ Concilium hoc dixit ad reprobandam eorum opinionem, qui dicebant talem attritionem habentes peccaſſe,& fieri magis peccatores & hypocritas.Eſt Secūdo. Notan. ꝙ Concil. non dixit ꝙ ille ſic attritus cum ſacramento gratiam acquiret,vel impetrabit: Sed dicit: & quamuis ſine ſacramento pœnitentiæ, per ſe, ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam, in ſacramento pœnitentiæ, impetrandam diſponit. Quod mihi videtur clare dicere, quòd in ipſa Confeſſione præparabitur ad ſuſceptionem ſacram.dignè.Quod patet clarius in autoritatibus quas de Niniuitis,& Dauide, ponit dictum Cōcil. qui timore concuſſi, ſi poſtea non haberent pœnitentiam virtutem,qua dolerent propter Deum, non ſaluarentur; cum ſit in dicto Concil.ſeſſ.14.c.4.determinatum; nullum ante baptiſmi promulgationem, poſſe ſine hac virtute ſaluari. Ergo ſequitur ꝙ iſti a principio perterriti ſeruili timore, poſtea illum ſeruilem in amorē, vel timorem mutarunt filialem, quò, ſine pœnitentiæ ſacramēto (quod tunc non erat inſtitutum) ſaluati ſunt.Vt patet clariſſimè in Concil. Colon.de ſacram.pœnit.§.Hæc ergo Fides.& ſeq. vbi ponit differentiam inter has duas pœnitentias, ſeu attritiones;filialem.ſ.& ſeruilem,in hęc verba: Sed quos in hoc dolore contriſtatos (ſeruili) Deus clementer reſpicit: hi,quum ex timore per fiduciam miſericordiæ ad timorem filialem gradum fecerint; tum demum ad veram pęnit. contriſtantur. Et clarius in §.ſeq. & §.Ergo cum.& in §.Vides ergo, poſt multorum Patrum ſentētias, concludit in hæc verba: Caſſiodorus in Pſal.110. Metum iudicij ianuam conuerſionis appellat, modo tamen diſcretio dilectionis addatur.

Sed melius,& clarius (meo iudicio) habetur in d. Concil.Trid.

ſeſſ.

ſeſſ.6.c.6.vbi clare dicitur, ꝙ peccatores,vt iuſtificentur, dum licèt vtiliter à Diuinæ iuſtitiæ timore fuerint concuſsi, Deum diligere incipiunt. Quid clarius? Vnde per dictum Conci.Colon. & per dictũ ca.6. patet clare intellectus noſter ad cap.4.ſeſſ.14. licet nullus ſic explicet.

Exemplo etiã patet de illo, qui propter homicidium fugiens iudicem ingreditur Monaſterium & fit monachus: & poſtea conuerſus ad Deum, omnia ſua illi,propter ſuum amorem committit.licet ingreſſus primus fuerit ob metum. Nota aliud exemplum de Setta ſutoris, quod ponit Sot.4.diſt.14.q.1.art.5.verſic.duplex autem.quod optimum eſt.

8 Vtrum Attritio perfecta ſufficiat cum ſacramento?

QVæritur. Circa quæſtionẽ illam duriſsimã Caiet.Primo To. opuſc. opuſc.4. q.1.& opuſc.5.q.5. V. Attritio illa perfecta, (quam ſupra diximus) quando ſcilicet quem pœnitet propter Deum mortaliter peccaſſe, & ſtatuit in corde amplius nõ peccare; ſed non ſic concipit peccatum, vt rem ſupra omnia deteſtabilẽ, nec reputat illud vitandum ſupra omne vitabile, ſufficiat cum abſolutione Sacramentali ad remiſsionẽ peccatorum? Reſpond.quòd licèt Caiet.ſupra. (cui nullus contradixit) vt ait Nauar. c.1. nume.36.tenuerit quòd non. Nauarr. tamen. ſup.iuſtiſsima de cauſa, validiſsimiſque rationibus contrarium tenet. cuius opinionem veriſsimam contra Caietanum iudico. Immo exiſtimo, (ſi Caiet.opinio eſſet vera) ꝙ ex mille hominibus forſan pauci ſaluarentur. De qua ſententia vide Catech.pag.310. Vbi Nauar. opinio videtur confirmari.

QVæritur.Quomodo, vel quã do attritio cum Sacramento fiat contritio,vel homo ex attrito contritus?Reſp.ꝙ quotieſcunq; inuenitur in Doctoribus ꝙ attritio fit contritio,vel attritus cũ Sacramento, eſt intelligendum de attritione perfecta: & non de imperfectis.ita Scot.4.d.17.q.2.art.1. Caieta.Tom.1 opuſc.opuſc.4.q.1. Nam imperfecta. i.actus attritionis imperfectæ nunquam fit contritio,etiam per dignam ſacramẽti perceptionẽ. Nauarr.c.1.nu.38. cum S.Th 4.d.17.q.2.ar.2. Duran. q.2.Sot.4.diſt.17.q.2.arti.5.& q.1. ar.4.Col.13.& Canus. de pœnit.3. par.Victor.nu.121.Ioan.Medin.de pænit.tractat.1.q.5.ad fi.Vega.lib. 13.c.34.Cordub.lib.1.Quæſtionarij.q.2.Viguer.de pœnit.verſic.10. Et ſic quãdo Nauar. c.1.nu.41.42. 43 & ca.22. nu.13.dicit hominem attritum per ſacramentũ fieri contritum, intelligi debet de illo qui veram attritionem habet, & hoc modo ipſe Nauarr. interpretatur Sotum dicto nu 42. Pro quo facit, quòd S.Th.3.p.q 79.art.1.communiter receptus (vt ait Nauarr.d.c. 22.nu.13.) dicit per virtutem Sacramenti aliquem attritum, fieri contritum. Et Notandum ꝙ nõ dixit:omnem attritum,ſed aliquem attritum fieri contritum cum Sacramento: ergo nõ omnis attritus, ſed perfectè attritus. 9 Attritio quãdo fiat contritio?

EX quibus infertur differentia inter attritionem perfectam, quæ putatur Contritio ab illam habente; & inter attritionis illas imperfectas.ſ.quod attritio exiſtimata contritio, eſt ſufficiens diſpoſitio ad recipienda omnia ſacramẽta(excepto Euchariſtiæ,quod etiã requirit Confeſsionem) & ad illa 10 Attritio perfecta & imperfecta in quo differant?

omnia

omnia adminiſtranda, ſecundum Sot.4.diſt.12.q.1.ar.4.verſi. Et per hoc.illæ autem attritiones imperfectæ non ſufficiunt. Et de extrema Vnctione probat Nauarr.c.22.nu.13.cum communi ibid.

11 Attritio ob fœditatē peccati. Secundo infertur idem eſſe dicendum de illo quem pænitet peccaſſe propter fœditatem peccati, quatenus peccatū eſt offenſa Dei, quia ibi inuenitur dilectio virtualis,& ſic hæc attritio eſt eadem cū perfecta attritione. Nauar.c.1.nu.8.ibi.vel eo quod eſt eius offenſa, & num.44.fin.

DE CONFESSIONE.

1 Confeſſio quadrupliciter ſumitur. PRimo Nota. Confeſſionem quadrupliciter ſumi. Primo pro gratiarū actione. Vnde veniunt intelligendæ multæ Diuinæ ſcripturę auctoritates,quæ ita habent: Confeſſio, & pulchritudo. Confeſſio, & magnificentia,& in multis Pſalm. habetur: Confitebor,& Confitemini Domino & Matt.11.Confiteor tibi Pater.Nauarr.c.2.nu.2.Concil. Coll.de Confeſſ.

Secundo. Confeſſio ſignificat Confeſſionem Fidei.Rom.10.Corde creditur ad iuſtitiam, ore autē Confeſsio fit ad ſalutem.

Tertio.Eſt Confeſsio debiti.quę duplex eſt iudicialis & extra. de qua Iuriſtæ.

Quarto.Cōfeſsio eſt delicti.quę etiā duplex eſt.Iudicialis, de qua Ioſue.7.Da gloriam Deo, & Confitere,& indica nobis &c.Alia extra iudicialis, & hæc eſt duplex, quędam generalis.Vt illa quam facimus in principio Miſſæ,&c.Alia eſt particularis.

Particularis item eſt duplex, quædam conſultiua amico facta, (vt infra dicemus de Confeſsione facta Laico) alia ſacramentalis ſecunda pars ſacramenti Pœnitentiæ, cuius tractatum (Diuino fauore) proſequimur.

QVid eſt Confeſsio Sacramentalis? Viguerius. de Pœnitentia. verſic.13.quatuor ponit diffinitiones.Inſtituta Canoni. lib.2.de Pœnitentia.§. Conſtat, ex S.Anton.& alijs,alias ponit duas. Silu. & alij ſummiſtæ alias: Quibus omnibus,aliam compēdioſiorem addit Nauar.c.2. in principio in hunc modum:Confeſſio Sacramentalis eſt peccatoris accuſatio ſecreta,de ſuis peccatis,coram proprio Sacerdote: vt ab illis Sacramentaliter abſoluatur. Vel dic breuius: (& fortè compendioſius.) mecum,vt ſequitur. 2 Quid eſt cōfeſſio Sacramentalis?

Confeſsio Sacramentalis, eſt legitima, Coram idoneo Sacerdote, propriorum peccatorum declaratio, vt detur abſolutio.

(Cuius diffinitionis ſingulares voces infrà explicabimus) Quam diffinitionem tradit ex S. Tho. & alijs. Ang.Confeſſio in prin.Silue. eod. & colligitur ex Concil. Trid. Seſſ.14.c.5. * Et D. Greg. Homel. 40. ſic ait: Quid ergo eſt peccatorum confeſſio,niſi quædam vulnerum ruptio?

QVæritur.Quo iure ſit Cōfeſſio ſacramentalis inſtituta? 3 Quo iure inſtitutæ.
℞. Varias circa hoc olim fuiſſe opiniones. Quidam.n.dixerunt de iure naturali in Paradiſo terreſtri fuiſſe inſtitutā. Alij a Ioſue,Alij à Beato Iacobo Apoſtolo, Alij ab vniuerſali Eccleſia in quo dam Conc. Quas opiniones tradit

Gl.in

Glo.in ſum.de Pœnit.diſt.5.Vbi la tiſſimè Nauarr.& Canoniſtæ in c. Omnis,de Pœni.& remiſ. Quibus non obſtantibus ſit concluſio.Con feſſio ſacramentalis fuit iure Diui no, à Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtituta.Ita tenuit.S.Aug.lib.2.de viſitatione infirmorum. ca.4.& S. Cyrillus.& Hugo.2.lib.ſacramen. Pœnit.c.1.& 14.S.Thom 4.diſ.16. & 17.& 3.par.q.60.artic.2.& com munis Theologorum in 4.diſt.17. Concil.Colon.mirabiliter.de Con feſſione.§.Sed hic iā. & ſeq.Frāc. Turrianus annotatione in Clemē tem.c.2. Victor. nu.191.Sot.4.diſt. 18.q.1.art.1.concl.2.Nauar.cap.2. nu.3.Catech.Rom.pag.114.Quod iam hodie ſacro ſanctum Triden. Concil. de Fide determinauit ſeſſ. 14.cap. 5.& Can.3.vide multa per Caniſium.in doctrina. de pœnitē. c.6.Ceremoniæ autem, & modus hoc ſacramentum adminiſtrādi.ſ. genuflexio, capitis detectio &c. ſunt ex conſuetudine, & more Ec cleſiæ,vt notat Conc.Colon.ſupr. & omnes Catholici Doctores.

Ceremonię Sacramenti Pœnitentiæ quo iure?

Sed vt rem omnem intelligas; Aduerte, quòd quando ſancti Do ctores afferūt figuras, & exempla ſacræ ſcripturæ,vbi peccata quædam manifeſtabantur; ea intentio ne id faciūt, ne hæc difficultas ma nifeſtandi crimina,etiam interna, videatur inſolita in noua Chriſti lege.Concil.Colon. de Confeſſ.§. Vt autem populus.Quia licet Cō feſſio ſacramentalis non fuerit iu re naturæ inſtituta. (vt ſupra dictum eſt & probat Nauar.capit.2. nu.2.) non tamen eſt alienum à iu re naturæ, vt ſecreta reuelentur fi deli, & ſecretiſsimo amico,ad remedium, & conſilium vt probat Sotus ſupra.Quare limitandus eſt

Nō eſt aliena à iure naturali cōfeſſio ſecreta.

Vuald.de ſacramentis.c.134.maximè.137.139. & 143. Roſenſis. c.8. Echius.Enchiridio.Raulin. ſermone de pænitentia.

4 Quæritur. Quando fuit inſtituta? Reſpō.vt ſupra de inſtitutione ſacramenti Pęnitentiæ.nume.22.

5 Vtrum. Confeſsio ſit neceſſaria ad ſalutem? Reſpō. quòd videtur quod non,per text.in c.Petrus.c.Lachrimę.cum multis alijs. de pænit.diſtin.1.quibus habetur: Contritionem, & lachrimas delere peccata,ſine vocali Cōfeſsione. Quibus non obſtantibus cōtrariū eſt de fide tenendum, immò Con feſſionem eſſe omnino neceſſariā in re, vel in voto ijs, qui poſt Baptiſmum, mortale aliquod commiſerunt. text.c.Omnis,de pænit. & remiſ.c.Verbum. de pænit.diſt. 1.c.Adhuc.c. Inter hæc. ſecūdo de pænit.diſtin.3.Concil.Cabilonen. c.8.& 33.Clemens 1. in Epiſt.1.ad Iacobum.Conc.Colon.de Confeſ. §.Oportebat.D.Dionyſ.Epiſt.6 ad Demop.Tertul.de pænitentia.Ori gen.in Pſal.37.homil.1.Cypria.de lapſis, & omnes alij ſancti, & Do ctores, & determinatur hodie de fide in Concil.Trid. ſeſſ.14. c.4.& Can.6.vide Victor ſum.num.126. Sot.4 diſt.18.q.1.art.1. Ad iura au tem cōtraria Reſp. abſolutè quod quotieſcunque in ſacra ſcriptura, vtroque iure; vel Doctoribus reperiatur nō eſſe neceſſariam ad ſalu tem ſacramentalem Confeſsionē, debent intelligi ante inſtitutionē, & ſufficientem ſacramenti Pænitētiæ promulgationem. S.Petri au tem,Magdalenæ, Matthæi, latro nis,& aliorum peccata ſic fuerunt dimiſſa ſine Confeſsione;quia tūc non erat inſtituta ſacramentalis

Confeſſio. Vtrum neceſſaria ad ſalutem?

Con-

Confeſsio: Nunc autem hæc eſt Catholica concluſio. Nullus poſt Baptiſmum, qui mortale aliquod commiſit, poteſt ſaluari ſine Sacramentali Cóféſſione in re, vel in voto. Conc. Trid. & omnes, ſupra Catechiſ. Rom. pag. 315. & ſeq. Vnde reprobatur error Duran. 4. diſt. 17. q. 14. (cum quo ferè Medin. C. de Confeſſ. q. 5.) dicentis de Confeſſione, potius eſſe exornamentum Eccleſiæ de Conſilio, quàm præceptum. c. Omnis, de pœn. & remiſ.

6 Quare fuerit Confeſſio præcepta.

SEd cum Deus nouerit peccata noſtra, etiam antequam perpetrarentur, quare exigit hanc vocalem Confeſſionem? Conc. Colon. de Confeſs. §. 2. ad hanc quæſt. reſpondet in húc modum: Requirit autem Deus hanc Confeſſionem peccatorum noſtrorum, non quod ignoret ea, quamuis non Confeſſa nam, quũ faciebas ea præſto erat, quum admitteres nouerat; ꝙ aliter homo ſentire non poſſet quid Deus per miſericordiam illi cóceſſerit. Qui. n. memor eſt cumuli peccatorum ſuorum, erit & magnitudinis miſericordiæ Dei. hæc ibi. & in §. Hæc autem, reddit alias rationes. ſ. vt animæ arrogantiam frangamus, & vt caueamus ne iterum eadem committamus. Et quia hac Confeſſione maximoperè Fides acuitur, & exercetur.

7 V. Modus confitendi ſit nouiter inuentus.

VTrum Hic modus, quem ſeruat Eccleſia de Confeſſ. facienda, ſit nouiter inuentus? Reſp. hunc modum expreſſiſſe Dionyſ. Epl. 8. ſupra. Clemens. ſupr. & li. 8. Apoſt. cóſtit. c. 8. Caſtro. verbo Cóféſſio. Roſenſ. & EcKius ſupra. Vega. lib. 13. in Concil. Trid. c. 27. Canus de pœnit. 5. par. Sot. 4. diſt. q. 1. ar. 7. & diſt. 18. q. 3. ar. 3. & de natura & gratia. c. 16. Couar. in c. Alma mater. 1. par. nu. 6. multá adducés.

8 Quis teneatur confiteri?

QVæritur. Quis tenetur confiteri? Concluſio generalis. Omnis vtriuſque ſexus fidelis, habens aliquod mortale, tenetur confiteri, ex præcepto Diuino, quia tenetur recipere hoc Sacramentũ (vt ſupra. d. eſt) & probat bene Sot. 4. diſtin. 18. q. 1. art. 1. concl. 4. Nauar. in Sum. in prin. de pænit. diſt. 5. maximè Sotus. ſupra. concl. 5 hanc ponit cóclusionem: Confeſſio Sacramẽtalis ſemper ab Orbe redempto, fuit neceſſaria Iure Diuino, & contrarium ſemper Hæreticum.

AN adultus Baptizatus vel Baptizandus, teneatur confiteri? vide de Baptiſmo. nu. 63. 9

AN Papa teneatur Confiteri ſemel in anno: vide latè Couar. c. Alma. de ſenten. excom. 6. 1. par. §. 1. num. 5. 10

11 Quãdo tenetur quis cóſiteri?

QVæritur. Quando teneatur habens mortale peccatũ confiteri? vel quando obliget præceptum Cóféſſionis, ſub nouo mortali peccato? Reſpõ. Cum diſtinctione. Aut iure Diuino, aut poſitiuo. per tex. c. Omnis.

12 V. ſtatim poſt peccatum?

ET Primo. Vtrum iure Diuino teneatur quis cóſiteri ſtatim, cùm mortale commiſit? Reſp. 1. ſecundum communem, quam ex S. Thom. Innoc. Pan. & alijs, reſoluit Nauar. c. 2. nu. 9. nullum, etiam Sacerdotem, vel Monachum, etiam ſi peccatum fuerit publicum, ad id ſtatim cóſitendum teneri. quãuis Innoc. contrarium voluerit cótra communem, & alij quos citat Silu. infrà.

Quibus caſibus teneã quis confiteri iure diuino?

Tenetur autem quis iure Diuino cóſiteri his ſeptem caſibus. Primo quando eſt in articulo mortis naturaliter propter infirmitatem, vel

vel violenter, quando à Iudice punitur.S.Th.quodl.1.art 11. Palud.4.diſt.17.q.2.& diſt.9.q.1. Sot.diſ. 18.q.1.ar.4.concl.3. Canus de pœnit.ad fi.Ledeſma.2.par.q.5.art.5. dub.2. Silueſt. Confeſſio.1.§.2.Adria.& alij, quos ſequitur Couar. in c.Alma mater.1.par.§.1.Nauar. c.2.nu.9. Quod eſt verum,cũ quis etiam eſt in periculo mortis probabili, quale habet qui ingreditur bellum. Qui vult facere longã maris nauigationem, & timetur naufragium, & ſcit quod tunc nõ erit copia Confeſſoris.Et mulier grauida,quæ experta eſt in alijs parturitionibus (vt ſic dicam) pati mortis periculum. & alia huiuſmodi. Hi omnes, ſi adſit mortale peccatum tenentur cõfiteri. Nauar.ſup. vbi nullam facit diſtinctionem de attic.& periculo mortis.tenet Bartol.Medin.Summa.lib.1.§.41.Sot. ſup.concl.5.

Secundo. Quando homini conſcientia dictat per ſtimulos, & inſpirationẽ,vt conuertatur in Deũ, Nauar.d.nu.9.Palud.Silu.ſup. vbi dicit communem. & S. Anton 3. par.tit.14.§.13.c.19. Ang. Confeſſio.1.§.31.Alcocer.c.7. Maior.4.d. 17.q.2.Duran.q.10.Adria. de Confeſſ.q.3. Petrus Soto de inſtitutione Sacerdotum. Sot.4.diſt.18.q.1. ar.4.Canus.de pœni.5.par.Couar. c.Alma.1.par.§.1.nu.7.concl.5.Io. Med. de Confeſſione.c.16.Ledeſma.2.par.q.5.ar.5.dub.5.

Tertio.Quando aliquis voto ſe obligauit, vel iuramento in aliquibus diebus confiteri.Nauar.cap.1. nu.10.Bart. Medin.ſup. Vel quando acceptauit in Pœnitentiam, in remedium ſuorum peccatorũ quater,Decies, vel omni menſe confiteri.Medin.ſupra.

Quarto.Quando, pœnitens probabiliter credit ſe per totum annũ non habiturum oportunitatem cõfitendi.Silu.ſupra, verſi. Quartus. Nauar.nu.10.ſup.

Quinto. Quãdo quis eſt in mortali,& vult communicare vel celebrare, vt ex illo.1. Corint.11.Probet autem ſeipſum homo &c.colligit Cõc.Trid.Seſſ.13.c.7.& Can. 11.& tenet. D. Thom. 3.par.q.80. ar.4.Sot.diſt.12.q.1.arti.4.& d.18. q.1.art.4.Conc.6.Ledeſ 1.par.q.2. ar.4.Victor.Sum.nu.146. Cordub. lib.1.q.16.verſic.4. Petrus Soto.de Euchariſtia lectione. 12. Can. de Pœnit.5.par.Couar.ſupra.Caſtro. verbo Euchariſtia; Hæreſi.10.fin. Communis in 4.d.9.& 17. vt teſtatur Sot.diſt.12.q.1.ar.4.verſi. Contraria tamen opinio. de qua latè Torrenſ.3.Confeſ.c.6.§ 9.Bar. Medin.ſup.Nauar.c.4.nu.10.

Ex quo infertur, illud oppoſitũ quod ante tenuit Caiet.verbo: Cõmunio. & ſumma Confeſſorum. fol.195.cui fauet Ricar.diſt.17.q. 6.ar.3.Palud.q.2.Adria.q.3. de Cõfeſ.propendet.Roſenſ.art.15.dicit probabile.Armil. verbo Communio.num.1.eſſe iam pluſquam falſum, & temerarium. Quamuis quidam Doctores recentiores nondum audent dicere illud fuiſſe erroneum, & tanquam tale damnare.vt Cordub.Petrus Soto. & Couar.& D.Guerrero Archiep. Granaten.qui de hoc viua voce fuerũt conſulti.

Sexto.Quando quis vult recipere aliquem Ordinem Sacrũ in cuius receptione debet communicare,ſecũdum laudabilem, & approbatam conſuetudinem,ex opinione S.Thom.quodl.1.arti.11.quem refert,& ſequitur Nauar.c.1.nu.9.

&

& tenet Sot.diſt.18.q.1.ar.4.concl. 6. Et habetur in Pontificali, Epiſcopum omnes ordinatos Ordine Sacro debere communicare. Catechiſ.Rom.pag.373.

Septimo. Quando quis probabiliter timet periculum obliuionis. Quod tenuerunt aliqui procedere ante tex.c.Omnis vtriuſque.de pœnit.& remiſ. Poſt eius autem inſtitutionem, quia ſatis obliuioſis prouiſum eſt cum præcepto de ſemel in anno; tantum nunc eſt de conſilio.Nauarr.c.21.nu.35.Bart.Med. d.§.41.Sot.ſup.concl.7.

13 *Iure poſitiuo quādo tenetur qs confiteri?* IVre autem poſitiuo, Quæritur quando tenetur quis, habēs mortale, confiteri? Reſpō. quod ſemel quolibet anno. Vt ait tex.in c.Omnis.de pœn.& remiſſ.confirmatus à ſacro Trid. Conc.Seſſ.14.Can 8. Communis omnium.

14 AN Papa teneatur confiteri ſemel in anno tractat Nauar. in Gloſ.in Summa.de pœnit.diſtin.5. num.32.vide etiam ſupr.nu.10 fui enim oblitus.

15 *Quæ ętate teneat̄ qs confiteri?* SEd cum in d.c.Omnis. requiratur ætas diſcretionis ad hoc pceptum; Quæritur. Qua ætate teneatur quis ad hoc præceptum? Reſp. quòd licèt Viguer. de Conf. verſicu.14.& alij, tenuerint quòd etiam ſi puer, vel puella poſt ſeptennium, peccent mortaliter: non tenentur confiteri ex præcepto poſitiuo.d.c.Omnis; ſed ex iure Diuino, quia licèt habeāt annos diſcretionis ad peccandum; non habent annos diſcretionis, quos Eccleſia requirit ad Communicandum; (qui cēſentur in puella.12. in puero. 14. & tunc ligantur præcepto annalis Confeſſionis) Silueſt. tamen, cum quo communis, & vſus, tenet contrarium, immo quod teneantur poſt ſeptennium, cùm diſcretionem, & rationis vſum habēbunt. declarat Sot.diſtinct.18 q.1. articu.3.ad fin. & omnes moderni communiter.

QVæritur. Qua parte anni debeat hoc præceptum impleri? Reſp. Quod pręceptum de annua Confeſſione finiri videtur in fine Quadrageſimæ, in qua pius mos Cōfitendi obligat, ſecundum quoſdam. Quibus fauet Concil.Trid.Seſſ.14.c.5.& Can.8.Sixtus.IIII. in quadam Extrauag. D. Tho.4.diſt.17.q.3.arti.1.q.4.& clarius quodl.1.ar.11.Ioah.Medin.de Confeſſ.q.20. refert Vict. nu.192. ex Renano ſuper Tertull. Quibus nō obſtantibus Dico, ſatis impleri hoc præceptum in quolibet tempore totius anni, quod finitur in Paſcha. Victor. nu.137. Canus de Pœnitentia.5.par. Sot.4.diſt.18.q. 1.art.4.Ledeſma.2.par.q.5.artic.6. dub.6. facit Nauarr.c.21.nu.35.& 45.cum Silu.& S.Anto.Bart.Med. Sum.lib.1.§.41. 16 *Quo tempore?*

VTrum. Qui hoc anno nō fuit Confeſſus, tranſacto anno, illi currat præceptum Confitendi? Reſpō. quòd licèt. S. Anton.2.par. tit.9.cap.2.§.3.& Sil.verbo Eucharistia.3.q.15. & alij dicant, quod non teneatur confiteri. Quia iam non currit præceptum anni præteriti: Contrarium eſt verius, & tenendum. Immo quod ille, qui præterito anno non eſt confeſſus, etiā tranſacto tempore præcepti, tenetur ad Confeſſionem: tenet Ioan. Medin.C.de Confeſſione.q.1. art. 4.ad fin.Bartol.Medin.ſumma lib. 1.§.41. tenet & probat latiſsime Nauarr.man.capitul.21.nume.45. & Victor. Summa. numero 147. 17 *Quid ſi annus tráſit?*

¶ Quod etiam procedere in eo

F qui

qui non communicauit in Paſchate probat late Nauarr.ſupra, & tenet eſſe verius; licet teneat cõtrarium.S.Anto.Silu.ſupra, & Sot.in nuat. & tenet expreſſe Victor.nu. 148.& Ioan.Med.ſupra,& Bartol. Med.lib.1.§.42.verſi.La quinta cõſa.& Armil.ver.Communio.nu.6. Sed re vera mihi placet Nauar.opinio propter eius fortiſsima fundamenta,atque autoritatem.

In cuius Confirmationem facit communis vſus Orbis vniuerſi. Nam omnes illi, qui non communicarunt in Paſcha,adimplere procurant illud præceptum poſtea, licèt peccauerunt illud tempore debito non ſeruantes.Secundo facit; quòd à prælatis,pœnis, & cenſuris conſtringuntur illud poſt Paſcha implere: Quod eſt maximũ argumentum

18 QVæritur. Vtrum ille qui confeſſus fuit in paſchate, & cõmunicauit, eſtque oblitus alicuius peccati mortalis,quod poſtea venit in memoriam, teneatur confiteri illud, pro illo anno; vel poſsit aliam expectare Quadrageſimam? Reſp.ꝙ Vict.nu.137.abſolutè ait; quòd nõ tenetur illud ſtatim, ſed quòd poteſt aliam expectare Confeſsionem anni proximi futuri. Sotus autem.4.diſt.18.q.1. arti.4.verſi.Ex his aſſertis.idem aſſerit; modo obliuio non fuerit ex culpa ſua.Itaque,qui ſufficientem ſuæ conſcientiæ fecit examinationem, ſi aliquorum peccatorum fuit oblitus; non tenetur vſque ad ſequentem annum illa confiteri Barto. Med.d.§.41.probat quòd ſi infra eundem annum recordatur, tenetur illa confiteri;ſi autem trãſacto anno non, & hoc videtur rationabile.

V. teneat quis confiteri peccatum oblitum?

QVæritur.Qualiter debeat fieri Confeſsio vt perfecta ſit? Pro cuius explicatione, propoſitæ diffinitionis Confeſsionis ſingulares voces,particulaſque declarare oportet,vt promiſimus.Primo enim diximus: Confeſsio eſt legitima. 19

Confeſſio qualiter ſit facienda.

PRIMO DIXI,
Legitima.

NOta ꝙ aliud eſt interrogare: quot ſunt conditiones validæ Confeſsionis? aliud quot ſunt conditiones perfectæ Confeſsionis? Reſp. Cõditiones omnes ſunt numero ſexdecim. Quas ponit,& explicat Nauar. licèt breuiter,c.2. nu.5.S. Tho.4. diſt.17.q.3.artic.3. D.Anton.3.par.tit.14.capit.1.& 2. Caiet. & Armil.verbo Confeſsio. 1.§.2.melius. Sotus.4.diſt.18 q.2. art.2. & alij.

Quo ſuppoſito, datur cõcluſio. Conditiones(abſolute) neceſſariæ ad validitatem Confeſsionis ſunt tantum quatuor,ſcilicet.

Conditiones neceſſariæ.

Accuſans, Integra, nuda, parere parata.

Sot.ſupra in prin.Corona,in cõditionibus.Secunda cõcluſio. Omnes aliæ duodecim nõn requiruntur ad validitatem, ſed ad perfectionem (V.G.) In Conſecratione, quædam verba ſunt omnino neceſſaria,ſine quibus Cõſecratio inualidatur, alia licet ſint de præcepto, tamen ſine eis ſtaret Conſecratio.& ſic de alijs. (vt ſuo loco, dicemus) Has omnes ſexdecim cõditiones Doctores, omnes his verſibus,comprehendunt.

Sit ſimplex, humilis Confeſsio, pura,fidelis.

Atque

Atque frequens, nuda, et diſcreta, libens, verecunda.
Integra, ſecreta, et lachrymabilis, accelerata.
Fortis, et accuſans, et ſit parere parata.

Quòd ſi quis uoluerit breuius illas ſummare poterit, dicere omnes in una tantum comprehendi, ſcilicet, ꝙ ſit perfecta.

SEd antequàm dictas conditiones declarem*; aduertere ſummopere eſt neceſſarium: aliam eſſe conditionem, uel præambulum ante ingreſſum Confeſsionis, uidelicet examen conſcientiæ: Quare ergo:

20 Quę examinatio peccatorũ requiratur? QVæritur. Qualem examinationem peccatorum tenetur pęnitens facere, ut accedat diſpoſitus ad confeſsionem legitimè? Reſp. ꝙ Armil. Confeſſ. nu. 9. Catech. Rom. Conci. Colon. de pęnitent. §. Quòd generalis. Et alij dicunt, ꝙ tenemur facere, qualem in rebus arduis ſolemus adhibere. Nauar. autem, c. 9. num. 16. ait: tantam debere eſſe, ac ſufficere, quãta uiro prudẽti, & æſtimatori humano, uidebitur neceſſaria hominibus eiuſdem qualitatis, & cõditionis, cuius eſt pœnitens ille, attenta ſaltem ipſius uoluntate, qua cupit interrogari a Confeſſario, & de interrogatis reſpondere, Victoria etiam nu. 161. (poſt multa) concludit in hæc verba: Sufficit autẽ taliter examinare, quòd etiã ſi amplius examinaſſem per aliquod aliud tempus, non recordarer aliorum & hæc ſufficit. Hæc ille.

Ex quibus omnibus patet, quàm culpabiles ſunt pęnitentes, qui cũ per totum annum non fuerint peccata ſua confeſſi, accedunt in ſeptimana Sancta, quaſi inuiti ad Confeſſionem cum parua, vel quaſi nulla animarum ſuarum præparatione. Longe tamen culpa digniores Confeſſarij, qui cum tali periculo perditionis vtriuſque, eos ſic impræparatos, indigeſtaque peccatorum mole onuſtos, admittunt. Caueant obſecro, ne ambo in foueam cadant, aduertantq; ꝙ Concil. Trid. Seſſ. 14. c. 5. dicit: poſt diligentem diſcuſſionem. Et paulo inferius: vt poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit. Nunc conditiones declaremus.

Prima & ſexta Conditio. Simplex. & Nuda. ideſt. Ne ex ſuaui eloquentia delectet. Ne ſit verboſa, narrans hiſtorias, vel peccata aliena. Ne ve excuſet ſe, potius quàm declaret. Ne ſit veſtita colore obſcurante peccati turpitudinem, & grauitatem, ſed ita nudè proponãtur peccata, vt facile poſſit Confeſſor quale ſit mortale, venialeuè peccatum diſcernere, cũ omnibus ſuis circunſtantijs, vt ſunt coram Deo manifeſta. Vt in c. Cõſideret, de pœn. d. 5. Vbi latiſſime Nauarr.

Secũda. Humilis. Ideſt, vt in modo locutionis appareat reus confuſus, genuflexus, & diſcoperto capite, ſicut proditor, vel vxor in adulterio deprehẽſa, & cum ſignis animi ſubmiſſi; quia ex abundantia cordis os loquitur.

Tertia. Pura. Ideſt ſine mixtione rerum impertinentium. Nec indicet aliquid vnde Confeſſor veniat in notitiam peccati alieni, vel complicis. (vt infra latius.)

Quarta. Fidelis. 1. Vera. Non eſt dicendum mendacium in Confeſſione circa materiam neceſſariam. Quid autem de eo qui dicit mendacium veniale? vide infrà.

Quinta. Frequens. Confeſsio ex conſilio debet frequentari: quę fieri poteſt de peccatis iam alias abſolutis, contra Scot. contrarium dicentem. Itē poteſt fieri de conſcientia ſcrupuloſa & dubia. Verum, quare uera eſt nimis ſcrupuloſus, debet ex conſilio docti Confeſſoris, dum anguſtias ſentit ſuorum ſcrupulorum, inclinare in extremum magis amplum, cōtra illam anxietatem, & facilius quam alij excuſatur à Confeſsione ſcrupulorum, niſi quando ita certus eſſet, ut poſſet ueraciter affirmare hæc duo: Primum ꝙ illud nō ſit ſcrupulus. Secundum ꝙ ſit dubium uerè practicum rationabiliter conceptum. Ita conſulti Salamanticæ grauiſsimi Magiſtri. Ledeſ. 2. p. q. 5. dub. 4. ar. 4. Vict. n. 130. Caiet. ſum. uerbo. ſcrupulus. Nau. c. 21. n. 42. Cordu. lib. 3. q. 14. in princ. & §. 5. col. 6. cū Gerſone. Probatur. Scrupuloſus conformat ſe recto & prudenti dictamini Sapientum catholicorum per quos Chriſtus nos docet; ſemper, enim habet lucem, Duces. ſ. & Doctores in Eccleſia: hi autem dicunt ita ſuaue eſſe iugum Chriſti, ut concedat hanc amplam libertatem homini timorato & ſcrupuloſo: ergo uoluntas huic iudicio conformis, eſt recta.

Confeſſio quādo frequentāda?

No'a pro ſcrupuloſis.

Item, Frequens, ſi quando ſit periculum reincidendi, maximè ob conſuetudinem, quia peccatum primū ſuo pōdere trahit in aliud. ſecundum omnes.

21 Parochus an teneat audire confeſſiones &c.

Quæritur. Quam frequentius teneat parochus audire ſubditorum Confeſsiones, & alia Sacramenta adminiſtrare? Reſp. hac concluſione. Parochus tenetur, ſub mortali, adminiſtrare omnia Sacramenta, quotienſcunque ſubditus illa: ſub eodem peccato, tenetur recipere. Ricard. quē refert & ſequitur Silueſt. Euchariſtia. 3. q. 7. Ioan. Med. C. de Confeſſione. Nauar. cap. 21. nu. 56. Sot. infrà. & omnes.

22 V. teneatur ſub peccato?

Sed an teneatur ſub dicto peccato, ultra dictos caſus. (V. G.) cum aliqui uolunt confiteri ſingulo menſe, uel aliquibus feſtiuitatibus? Reſp. quòd licet dictam concluſionem procedere in illis caſibus, teneant ſupra dicti autores, Sotus tamen. 4. diſtin. 13. q. 2. art. 2. uerſicu. Dubium autem. quem ſequutus fuit in publica lectura grauiſsimus quidam Doctor Salmantinus, tenet; Parochum teneri ſub mortali audire ſuos ſubditos petentes Confeſsionem aliquoties, ultra dictos caſus.

Quod Ego Probo. Primo. Argumentum ualet de medico corporali ad ſpiritualem, ut facit text. cap. Omnis. de pœnit. & remiſ. ſed Medicus corporalis, etiam ſi particulariter propter ſtipendium non eſſet obligatus, tenetur ſub mortali curare infirmum, quē nullus alius poteſt curare, & ſanare; ut tenent omnes. Ergo & Parochus, cum ad id maiori ſit adſtrictus uinculo, quia ſibi principaliter cura ſuorū parochianorum uel ſubditorū eſt commendata. Et cum quis ſit infirmus mortali infirmitate ſpirituali; uidetur ad illum ſanandum teneri, cùm nullus alius ſine priuilegio id poſsit.

Secundo. Argumentum ualet de Paſtore ouium, ad Curatum animarum (ita ſiquidem in ſacris literis & Concilijs uocantur Paſtores animarum) cum ergo Paſtor ouium, maximè ſibi cōmiſſarū, teneatur ex lege iuſtitiæ prouidere

dere ſuarum ouiũ neceſſitatibus, & de paſcuis, ne fame vel infirmitate pereãt; alioquin tenebitur de damno ex malitia, negligentiaue ſua dato; ſequitur, q maiori vinculo ſit adſtrictus paſtor ſpiritualiũ ouium ſibi à Chriſto commiſſarũ, maximè ſi videat eas lupum rapacem, id eſt mortale aliquod peccatum, poſſidere.

Tertio. Probatur quia in d.cap. Omnis, non præcipitur fidelibus, ne ſæpius confiteantur, vel communicent; ſed dicit q teneãtur ad minus, ſemel. Vnde (ponderando verbum: Ad minus,) datur intelligi q Parochi teneantur ea Sacramenta ſæpius adminiſtrare petentibus. vide etiam tex. c. Et ſi, nõ frequentius. de Conſecr. diſt. 2.

Septima. Diſcreta. Id eſt verbis honeſtis. maximè in 6. præcepto. de quo vide. Nauar. cap. 5. nu. 4. & c. 16. nume. 4. non deſcendendo ad particularia.

Item, vt vno verbo, dicat numerum peccatorum eiuſdem ſpeciei. Sotus addit: non oportet vt pœnitens noſcat quæ ſint maiora, vel minora peccata. Nec verò requiritur magna diſcretio rationis, ſed ſufficit vt puer, vel parum cordatus habeat rationis vſum, quamuis debilem. Alexand. D. Th. Gabr. Caiet. Victor. Sot. diſt. 12. q. 1. ar. 9. concl. 1.

Octaua. Libens. Ex amore ſalutis ſpiritualis, & actu humano libero. Neq; verò malum eſt quòd imperfectus ſeipſum trahat, vel inuitum, vel per metum, ſi modo intendit ritè confiteri. Addit Armil. Si tamen, (quia venit inuitus) decreuerat non confiteri aliqua, niſi confeſſarius veluti extraheret de corde; tenetur ſimul fateri hoc propoſitum fictionis.

Nona. Verecũda. De qua ſupra. conditione. 1. iuxta id ad Roma. 6. Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? erubeſcat ergo, & non tanquam glorioſè iactans, facinus confiteatur. Et ſatius eſt, vt ipſe prius incipiat verbo aperire peccata, prout nouit; quàm vt confeſſor omnia roget. vel per ſcriptum legat. vide Sot. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 4. in fi. Concil. Triden. Seſſ. 14. cap. 5. Dicat omnia cum aperta & clara Confeſſione. Et interim, memento non interrũpere accuſantem ſe. Caietanus in Summa. Caueat autem, ne prauus pudor, verecundiaue diabolica impediat fateri omnia, etiam ſi erubeſcat. Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis. D. Aug. & habetur. capit. Quem pœnitet. de pœnit. diſt. 1.

Decima integra. Vide in 4. conditione. Debet fateri omnia de quibus habet conſcientia, ſaltem dubiam peccati mortalis, alias non abſolui. Et circunſtantias neceſſarias, de quibus infrà ita vt dubia dubiè, certa dicat certò. Caiet. verbo. Confeſſio. Quare, ſi deſit integritas ſcienter & ſine cauſa, nil ualet abſolutio, & eſt reiteranda Cõfeſſio. Nauarr. capit. 9. & infrà, & Concil. Trident. Seſſ. 14. capit. 5. & Can. 6. At ſi unum, uel multa peccata obliuiſcatur, abſque notabili negligentia diſcuſſionis, integra eſt Confeſſio. Vel ſi quid omittat ex ignorantia iuris, uel facti etiã culpabili. uel dum ſola reſeruata cõfitetur Epiſcopo. uel habet circunſtantiã, quam, ex cauſa, expedit non fateri huic Cõfeſſori.

Vndecima. Secreta. Quia non tenetur, niſi uni Sacerdoti uice Dei,

ſecretiſſime fateri.Dixi:non tenetur,quia ſecus ſi vult. (vt infrà .) Ex traditione autem conſtat hunc modum ſecretè confitendi, eſſe à D.N.Ieſu Chriſto inſtitutum: Cōcil.Tridē.Seſſ.14.c.5. Vbi aduerte. Quòd licèt Confeſſio Sacramentalis,ſecreta, fuerit a D.noſtro inſtituta,& præcepta:non tamen vetuit vel prohibuit, quin aliquis in Eccleſiæ ædificationem, vel in ipſius maiorem abnegationem, vel alia iuſta cauſa, poſſit publicā ſuorum peccatorum ſacramentalem Confeſſionem facere.Conci.Trid. d.c.5.declarat Nauarr.c.2. nu.8.& ita ſe explicat Caiet. opuſc. ad Articulos Pariſienſes ſibi impoſitos. artic.5. & colligitur ex Tripartita hiſt.lib.9.cap.35.Nicephor.lib.12. capit.28.Taper.artic.5.pag.213.& 197. Aiala . de traditionibus . Caſtro.verbo.Confeſſio.Vega.lib 13. capi.28.Oſius in Inſtitutione.cap. 46.& 47.Sot.4.diſtin.18.q.1.art.1. & q.2.ar.6.

V. Modus confitendi ſecreto ſit iure Diuino inſtitutus.

V. ſit de eſſētia quod ſecreta?

Item.Not.ꝙ etiam publica,quæ antea Confeſſor (vt homo) nouerat, tenetur ei pœnitens in ſacramētali Confeſſione reuelare tāquam iudici:Sot.diſt.18.q.2.ar.4.cum S. Th.4.16.q.3.ar.3.q.1.ad 2.

Not.etiam, ꝙ quocunq; modo Confeſſio non ſit ſecreta, vel quia aliquis inuenit ſchedulam in qua erant peccata, vel quia pœnitens, vel Confeſſor eſt ſurdus, & locutus fuit ſic altè, vt alij circunſtantes audierint peccata, vel quia qs malitioſe ſe abſcondit vt audiret peccata pœnitentis, vel quia in hoſpitalibus, vbi non eſt commoditas ſic ſub miſſa voce confitendi, vel quando pœnitens data opera propter infirmitatem,neceſſitatē, ædificationem, vel aliam iuſtam cauſam confitetur peccata publicè;eſt valida & Sacramentalis Cōfeſſio.Vt probat Nauar. ca.2.nu.8. (& dicetur infra.de abſolutione.) & Nauar.c.21.nu.36.

Decimaſecunda. Lachrymabilis.i.cum lachymis cordis interioribus,de quibus Nauar.c.1.nu.23. & 35. & c.2.nu.8. exteriores autē lachrymæ (vt ſupra dictum eſt) licet ſanctiſſimæ, laudabiles, & procurandæ; non tamen ſunt neceſſariæ omnes.

Decimatertia . Accelerata.i. ꝙ peccator confiteatur mox vt peccatum commiſit,de conſilio tamē. Ille autem, qui ſtatim vt peccauit confitetur, multa bona conſequetur, magis quàm ſi Contritionem tantum conciperet. Per Confeſsionē enim fit ſecurior de venia. Fortificatur contra recidiuum peccati; Opera bona quæ facit ſunt viua,quia in Charitate facta: Conſequitur etiam alios fructus pœnitētiæ,quos ſupra poſuimus; & illos Confeſsionis,quos infra dicemus.

Confiteri ſtatim poſt peccatum quā vtile?

Decimaquarta. Fortis. Ne quid ſileat timore, & pudore prauo.vide ſup conditione.9.

Decimaquinta. Accuſans.Vt ſibi,& non Dæmoni,vel alijs, imputet peccatum. Et quando deceat, vel non,confiteri circūſtantias excuſantes.vide.infra.

Decimaſexta. Parere parata. In quibus teneatur pœnitens obedire;vide de Satisfactione.

SECVNDO, DIXI. Coram.

23 QVæritur.Si Confeſſor reperit ſe non potuiſſe abſoluere à certis caſibus;& tamen poſtea obtinet facultatem abſoluendi,

V. poſſit qs Sacerdoti abſenti cõfiteri, ab illoq; abſẽs abſolui?

di, nec reperire poteſt pœnitentẽ, quem tamen reputat adhuc manere in gratia: An poſsit abſoluere illum in abſentia? Et ſi poſsit quis confiteri abſenti Sacerdoti, per literas, & ab illo abſolui? Reſp. ꝙ per dictum S.Aug. & habetur in cap. Quem pœnitet. de pœnit. diſt. 1. & per Catech. Rom. pag. 322. videtur quòd non. Quæ ſententia eſt probabilis, quia eam etiam tenet Ric. Scot. & Communis Theologorũ. in 4. diſt. 17. Gabr. Rai. Caiet. Summa, verbo. Confeſsio, conditione. 11. Sot. 4 diſt. 18. q. 2. ar. 6. verb. Secundum membrum. Vict. nu. 171. Simon Maiol. de irregular. lib. 1. c. 26. num. 2.

Sed licet hæc ſit communis opinio; verior, & mitior, conformiorque Dei miſericordiæ, videtur mihi contraria; immo in caſibus ſupradictis, & cum quis eſt incarceratus; vel aliquo alio loco detentus, cui non conceditur Sacerdotis copia, vel quando quis eſt infirmus, qui non poſsit adire, vel portari ad Sacerdotem, etiã ægrotantem: & ſimilibus, poſſe quem confiteri per literas, & in abſentia abſolui. ſecundum Palud. 4. diſt. 17. q. 2. ar. 1. & Adria. in 4. de Confeſſ. q. 1. quos refert & ſequitur (multis adductis fundamentis) Nauar. c. 21. nu. 36. & c. 27. nu. 268. fine. Tener Sil. Confeſsio. 1. num. 16. vbi dicit: ſic confeſſum fuiſſe. D. Thomã Archiepiſ. Cantuarienſem. Item ꝙ Nauar. c. 26. nu. 14. refert ex D. Anton. quòd ipſe, & multi grauiſsimi Theologi ſuper hoc congregati in quodam Cõc. idem tenuere. Tenet etiam Silu. Cõfeſſor. 3. §. 1. & Confeſſor. 4. §. 6 Petrus Soto. de Cõfeſſione. lect. 11. Taper. ar. 5. pag. 210. dicit probabiliſsimũ. Ledeſ. Med. Cordub. in Summa. q. 19. fauet. D. Cypr. libr. 3. epiſtolarum. epiſt. 13. Leo Papa. in c. Qualis. 30. q. 5. in fi. Et tenet expreſſe Horozco. in Opuſculis inſinuat Couar. lib. 2. Variarum. c. 13. nu. 6. dum ait; niſi iuſta cauſa adſit, quæ rem hanc, & actum iuſtum licitum reddat, nẽpè infirmitas corporalis aliuduè ſimile impedimentũ. Ad c. Quẽ pœnitet. Reſp. ꝙ eſt verum, quãdo poteſt pęnitens ipſi Sacerdoti confiteri. ita Nauar. in d. c. Quẽ pęnitet.

24 V. teneatur qs ſic cõfiteri vel &c.

SEd An teneatur quis dicto modo, vel per nuntium vel interpretem, vel mutus per illã diligentiam, quam ponit Caieta. & refert Sot. ſupra? Reſp. reſolutiue ſecundum omnes, ꝙ licet quis poſsit dictis modis cõfiteri (eſt enim in ſua poteſtatę) non tamen ad hoc tenetur, etiam in articulo mortis. Scot. Ricar. Palud. Sot. ſupra. Adr. Caie. quos refert & ſequitur Couar. ſupra. Ratio eſt, quia (aiunt) interpres non tenetur ſigillo Confeſsionis, cum ſe teneat ex parte pænitentis, contra Silu. qui multos pro ſe citat. verbo Confeſsio. 3. num. 2. & 3. Canum de pænitẽtia. Viguer. de Confeſsione. verſi. 20. Quorum opiniones diuerſæ poterũt in hũc modum concordari: ſcilicet quòd interpres, & alij, qui quouis modo audiunt peccata, non teneantur ad ſigillum, videlicet ſacramentale; nec ſi frangerent illud, punirentur vt Sacerdos; Sed tenẽtur ſub mortali peccato ad ſigillum naturali iure. Et ita poſſunt intelligi omnes caſus, quibus laicus audit peccata alterius. Tradit late Nauar. cap. 8. nume. 4. cum S. Thom. & alijs, & Sot. 4. diſt. 18. q. 4. artic. 1. verſi. Occaſione autem, & articu. 6. in fine. Iure autem diuino ſolo attento, te-

Interpres quo præcepto teneat ad ſigillũ?

neri quem confiterī tali modo ſemel ante mortem.ſ. per interpretē &c.tenet S.Tho.Suplem. Piſan. Archid.quos ſequitur Siluef. Confeſſio.1.nu.16.Palud.d.17.q.2.Maior.q.1. Quia Deus præcepit abſolutè Confeſſionem,quæ aliquo ex dictis modis,fieri poteſt. Quæ opinio mihi videtur vera: licèt Scot. Ricard. Ang. & Roſella contradicant. & Caietan. vt refert Victor. nume.173.qui loquitur ſine diſtinctione.

TERTIO DIXI: Idoneo.

25 QVæritur. Quot requiruntur vt quis idoneus dicatur Confeſſor? Reſp. tria requiruntur. Duo eſſentialia, ſinę quibus nulla eſſet abſolutio. Aliud non ſic neceſſarium, quod inualidet abſolutionem. Primum quod requiritur eſt, quod habeat poteſtatem Ordinis,& iuriſdictionis. Tunc dicetur habere poteſtatem ordinis; cùm quis fuerit Sacerdos ritè, & recte,ordinatus. Quia in ipſa ordinatione datur omni Sacerdoti poteſtas abſoluendi; quæ dicitur ordinis,vt habetur. in Conc.Triden. Seſſ.23.c.15.& declarat Nauarr.c.4.nu.7.Sot.in 4.d.20.q.1.ar 5. Poteſtas, autem iuriſdictionis confertur cùm aliquod ei parochiale datur beneficium, vel quando eligitur ratione alicuius priuilegij, vel bullæ. Vel quando ab Epiſcopo approbatur ad audiendas Confeſſiones.ſecundum Concil.Trid.ſupra. vide Bart.Medin. Summa lib.1.c.12.§.1.Couar.libr.1.Var.capit.10. nu.11.& omnes.

Quis ſit idoneus Confeſſor?

Secundum quod requiritur eſt, debita ſcientia ad diſcernendum inter peccata venialia, & mortalia; & eorum circunſtantias, & remedia adhibenda. * Vide Spec.tit. de Aduoc.§.6.verſi. Sed nunquid. quem refert & ſequitur Additionator Alberici in verbo Iudex. Vbi interrogat. An ignorans, vel illiteratus poſſit eſſe iudex.

QVanta ſcientia requiratur in Confeſſore? Reſp. ſcientiam in Confeſſore tripliciter conſiderari. Primo, quo ad perfectionem. Secūdo, quo ad ſufficientiam, Tertio, quo ad validitatem actus,& peccatum vitandum. Pro quo ſequentes nota aſſertiones. Prima. Confeſſor perfectus ille dicitur, qui omnibus ſibi confiteri volentibus, ſatisfacere poterit per ſeipſum. Talis autem iudicabitur, qui moralem Theologiam; vtriuſque Iuris peritiam, atque Conſtitutiones Synodales illius regionis probè nouerit. Vt notat Nauar. cap.4.num.8. Et talis eſt ſufficiens vbicunque,& pro quacunque perſona.vide text. in cap.1. & per totam diſt.38. 26

Quæ ſcientia requiratur in Confeſſore?

Secūda. Qui in Ciuitate aliqua, vel magno loco, exponitur ad omnium perſonarum Cōfeſſiones audiendas; erit ſufficiens Confeſſor, ſi ſciat vel intelligat libros caſuū conſcientiæ, vel Summas, quas lingua latina, vulgari, vel alia, ad hoc munus habere debet. Et intelligat peccata cōmunia quę committūr, vel committere ſolent illi, quos audit, cum ſuis circunſtantijs. Et quibus criminibus ſit excommunicatio annexa: Peccata reſeruata: Et quando facienda ſit reſtitutio. Vel ſaltem ſciat de ſupradictis dubitare, vt alios cōſulat. Reſoluit Nau. c.4.nu.8.ex S.Tho.4.diſt.17. & ex cap.Omnis.§.Sacerdos. de pœnit. &

& remiſ. Caiet. & alijs. Med. infra. Et ſuper omnia vide tex. in c. Quæ ipſius. 38. diſt. vbi habetur ea, quæ Sacerdos ſcire debet.

Tertia: Confeſſarius, qui neſcit in quibus caſibus poſsit, vel non, abſoluere; neq; differentiam inter maiorem, & minorem excommunicationem; neq; peccata mortalia communia; cum debitis circunſtantijs; & ſaltem circa dubios cōtractus, neſcit dubitare; nō, ſolum nō abſoluit; ſed peccat taliter officium exercens. Victor. nu. 168. Nauar. c. 4. nu. 12. Sot. 4. diſt. 18. q. 4. ar. 3. & late Armil. Confeſſor. num. 2. Reſoluit ex S. Th. D. Bonau. Alberico, & alijs; Silu. Confeſſor. 3. §. 2. Quia ſi ille ignorat peccata, quæ pœnitens dixit; facit Confeſsionē nullam. Ideo talis eſt reiteranda Confeſsio. (vt infrà dicetur) & tradit ſub. 12. documentis bene Bart. Med. Sum. lib. 1. c. 6. & c. 12. §. 1. Et qualiter teneatur dimittere officium; vide Nau. c. 25. nu. 133.

Quarta ſi pœnitens eſt vir doctus, qui poteſt inſtruere, vel docere talem inſufficientem Confeſſorem de ſuis peccatis, circunſtātijs, & contractibus: tunc Sacerdos nō peccabit, confidens de ſufficientia ſui pœnitentis; & Confeſsio tali facta, erit valida; quia in hoc caſu, ſufficientia pœnitentis ſupplet inſufficientiam Confeſſoris: ſicut ſæpè diligentia Confeſſoris (in examinando pœnitentem) ſupplet defectum examinis debiti. Tradit D. Anton. Nauar. c. 4. nume. 13. Vbi alios caſus vide.

Quinta. Quod eſt maxima differētia, inter illum qui eligit virum idoneum in Confeſſorem, & inter illum, qui non idoneum. Quòd ille qui ex conſilio idonei Confeſſoris aliquid facit; licèt erret, excuſatur, quia cōſuluit virum doctum. Alter autem, ſi errauerit, non excuſabitur quia elegit in ſufficiētem. Secundo. Quòd inſufficiens inducit pęnitentem in deſperationem. Idoneus autem conſolatur illum per remedia quę ſcit adhibere, infundendo vinum & oleum ſecundum text. c. Omnis. de pęnit. & remiſ. Sic Iudas deſperationem paſſus eſt, quia (relinquēs Apoſtolos) abijt ad Phariſæos. Vt tradit. Silu. verbo Confeſsio. 1. §. 12. Qui ergo vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærat Sacerdotem ſciētem ligare, & ſoluere; ne, cùm negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit. text. c. Quem pęnitet. de pęnit. diſt. 1. in medio.

Sexta. Prælati omnes tam Sæculares, quàm Regulares præficiēdo ad Confeſsiones audiendas, taliter in ſufficientes; illos approbando, vel tolleratos, & approbatos ab alijs, tollerando; peccāt grauiſsimè. Vt ex S. Bonau Alex. & alijs. probat Nau. c. 4. nu. 12. verſi Et ꝙ ille. & nu. 14. verſ. Superior autem.

Septima. Illi autem, qui examinatis ab Epiſcopis, & approbatis, ſecundum Concil. Triden. Seſſ. 23. c. 15. confeſsi fuerint, videtur mihi (ſaluo meliori iudicio) quòd in foro conſcientiæ ſint excuſati coram Deo, etiam ſi tales Cōfeſſarij errauerint. Epiſcopi autem, ſi illos abſq; neceſſaria approbarunt ſcientia, luent pęnas negligentię ſuę: quia Sanctum Cōcilium. hoc illis commiſit in ædificationem: non in animarum perditionem, & deſtructionem. Quod colligitur ex.

l Bar-

l. Barbarius, ff. de Officio præt.& Nau.ca.9.nume.11.Talium autem Sacerdotũ imperitia minimè excuſatur.c.Si in Laicis.38.d.

Octaua. Quod quotieſcunque (maxime poſt d.Cõc.Trid.ſupra) in bullis, vel priuilegijs, conceditur facultas eligendi Cõfeſſorem idoneum; debet intelligi, de approbatis ab Epiſcopo, ſecundum formam d.c.15.Conc. Trid.Ita tenent omnes Doctores.

27 Propri⁹ Sacerdos, & idoneus Sacerdos differunt,&q dicaturpro prius.

QVibus viſis, Nota quòd alius dicitur propri⁹ Sacerdos, alius idone⁹ Sacerdos.Proprius Sacerdos eſt Papa in vniuerſum.Epiſcopus in Diœceſi ſua. Parochus in Parochia: eſt communis omnium. ¶Proprius autem Sacerdos Papæ,eſt ille, quem ipſe eligit in Confeſſorem: Qui auctoritate Diuina habet poteſtatem non ab ipſomet Papa conceſſam. Vt latè probat Nauar.c.27.num.260. licèt contra teneant Sot.4.d.18.q.4.ar.2.& Victor.num.154. Et tenetur Papa tali ſuo Confeſſario obedire, & pœnitentiam implere, etiam ſi præcipiatur renunciare Papatui. Bald.in c.Dilectus.col.2. de Appellat. * Quod procedit etiam tenendo ſententiã Soti, quia ſecundum tex.in l.lege receptum eſt.ff.de iuriſ.om.iud.quem allegat,& declarat Ludou.Rom. ſingul. 143. cum ſua additione,maior poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni minoris iudicis.Et qualiter Cardinales, Epiſcopi, eorumq; familiæ poſſint eligere Cõfeſſorem vide Summiſtas, & clarius Victor.ſupra.Idoneus autem (vltra ſupradictos qui ordinariam habent iuriſdictionem) ille dicitur, qui per priuilegia Religionum,vel alia quæcunque, vel per expoſitionem Epiſcoporum ad audiendas confeſſiones, illam habet delegatam. ¶Sed Nota,quod quãuis inueniatur in libris,quod Parochus poteſt dare licentiam alicui Sacerdoti, vt audiat Parochianos ſuos,eſt intelligẽdum, dummodo talis Sacerdos ſit idone⁹, & ab Epiſcopo approbatus. Et ſic,cùm alicui concedit licẽtiam Ordinarius, ponit ſine Parochorum præiudicio. Quod melius explicatur in licentijs conceſſis Bononiæ ab Illuſtriſſimo, atque Reuerendiſſimo D.Cardin.Paleoto, primo Archiepiſcopo meritiſſimo.

SEd cum in Bulla Confraternitatis s.Trinitatis (quam quo ad hoc ponit Nauar. c.27. nu.263.) & in Bulla Corrigię,s.Aug. vt in ipſa patet: & in Bulla Cruciatę,pro Hiſpanijs, & in multis ſimilibus habeatur, quòd tales poſſint eligere Confeſſariũ ex approbatis ab Epiſcopo, qui eos poſſit abſoluere ab omnibus peccatis, & cenſuris etiã Papæ reſeruatis, etiam in Bulla cęnæ, ſemel in vita &c. Quæritur Quis cenſeatur talis, vt per hanc Bullam poſſit iuſtè eligi? 28 Quis dicaẽ cõfeſſor idoneus per bullas eligibilis?

Pro cuius reſolutione Not. Primo; quod Papa poteſt, & ſolet dare licentiam eligendi Cõfeſſorem ſine Epiſcopi, vel Parochi licẽtia. Ludou. Rom. Conſ. 266. Ripa de peſte.nu.35. Mandoſius in praxi ſignaturæ gratiæ, titulo. Confeſſio. fol.75. col.2.

Secundo Not. quod dupliciter approbat Epiſcopus. Primo modo diſcernendo quòd iſte ſit idoneus Confeſſor,abſq; hoc, quòd ei vllã tribuat Iuriſdictionem. Secundo. Tribuendo ei, non ſolum approbationem; ſed etiam iuriſdictionem. Et conſtat quòd eam iuriſdictionem poſſet Epiſcopus ſubdelegatis

tis reſtringere ad certa loca, vel pſonas. Perpendi verò oportet, an Epiſcopus concedat approbationem, vel iuriſdictionem in perpetuum, uel ad tempus. Quibus ſuppoſitis ad quæſtionem his Reſp. concluſionibus.

Paroch⁹ ſẽper eſt idoneus confeſſor?

Prima Cõcluſio. Parochus, quãdiu habet beneficium curatum; Vicariam perpetuam alicuius parrochiæ; Vel quid ſimile, eſt idoneus: atque ideo eligibilis virtute bullarum dictarum, uel priuilegiorum. Et hoc vbicunq; fuerit; Probatur. Quia Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. ita abſolutè dicit. Nec exprimit vt Parochus reputetur idoneus ab hoc, vel ab alio Epiſcopo. Et ſic eſt uſus in cõfinio diuerſarum Diœceſum, vt vnus Parochus vicinum Parochum alterius Diœceſis euocet, vt illũ adiuuet in confeſſionibus ſuorum audiendis. Ita multi Magiſtri dixerunt conſulti Salmanticæ. & alij. ut D. Fràciſcus Blanco Archiepiſcopus Compoſtellæ.

Secunda Concluſio. Quamuis Epiſcopus ad libitum poſſit Preſbyteris ſæcularibus ſuæ Diœceſis, & dare approbationem idonei Cõfeſſoris, uel auferre datam: quando tamen confert eam Regularibus, non poteſt ſemel approbatum Confeſſorem reprobare, niſi forte, ſuperueniret noua, & grauis cauſa. Quod (ultra motum proprium Pij V. quem cõfirmauit Greg. xiij. per Hieronymum Mattheum Prothonot. Apoſt. ann. 1584.) probat Nauar. c. 27. nu. 266. & fuit declaratum ſic ab Illuſtriſs. Cardinalibus Congr. Cõc. Trid. mẽſe Iun. 1587.

Tertia Concluſio. Confeſſor ſæcularis, uel regularis, (quamdiu retinet dictam approbationẽ ab aliquo Epiſcopo) eſt ita eligibilis p dicta priuilegia, & bullas, vbicũq; terrarũ fuerit, ſicut de Parocho dictũ eſt, concl. 1. Ita Magiſtri Salamanticæ in publica lectura. Mantius, Gallo Frat. Bar. Med. D. Archiepiſc. Blanco. Et Probatur, quia ante Concil. Trid. quilibet Sacerdos non impeditus, erat eligibilis per tales bullas, & priuilegia: ut tenet communis opinio, quam refert, & ſequitur Sot. 4. d. 18. q. 4. a. 3. & ar. 2. col. 2. s. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 7. Gab. 4. diſt. 17. q. 2. ar. 3. dub. 2. ibid. Palud. q. 3. ar. 2. Adria. de Cõfeſſione, q. 5. dub. 1. Silue. Confeſſor. 1. §. 5. & Excommunicatio. 7. caſu. 14. §. 1. Ioan. Medina de Cõfeſſione, §. Si quæras. Hoſtienſ. in c. Omnis de pœnit. & remiſ. Nau. man. ca. 4. nu. 3. & in c. Placuit de pęnit. d. 6. nu. 8. 40. & 49. Abb. in Clement. 1. de priuil. Siculus, Felinus, Ripa de peſte. pag. 36. nu. 41. & in Hiſpania conſultus de hoc Commiſſarius Bullæ Cruciatæ, D. Franciſcus à Freſneda Epiſcopus Conchenſis, reſpondit ſic hoc Papã declaraſſe.

Contrarium tamen tenet Canus, p 5. relectionis. de pęnitentia, & Archiepiſcopus Granatenſis Guerrero. & D. Delgado Epiſcopus Gienenſis. D. Torres Epiſcop⁹ Canarię. & alij Doctores Complutenſes, quibus videtur fauere tex. in Clementina. Dudum. de Sepult. Vbi habet: quod Religioſi ab vno Epiſcopo approbati, non poſſunt audire confeſſiones extra loca, ad quæ ſunt approbati, & deſignati, quòd abſolutè tenet Sot. d. 18. q. 4. ar. 3. verſic. Ad Gloſ. Sed Reſ. quod dicta Clem. nõ negat eſſe idoneũ: ſed tantum quod iuriſdictionem, quam Mendicantes recipiunt ab Epiſcopo, nõ poſſunt exercere extra loca illius Diœceſis: At talis bulla

bulla

bullã vel priuilegium confert iuriſdictionem à Papa. Vnde Silueſt. & Sot. qui fatetur, quod quilibet Sacerdos non impeditus cẽſura, erat eligibilis per bullam; loquebantur ante Concil. Triden. non autẽ poſt. De hac re vide Nauar.c.27.nu.265. Poteſt tamen Epiſcopus iuriſdictionem ab eo fluentem in Confeſſores, etiam Regulares, reſtringere ad certa loca, perſonas & tempora. ut dixi. notab.2.

Sacerdos põt cõfiteri cuicunq; approbato

Quarta Concluſio. Preſbyter ſęcularis, adhuc retinet facultatem, ex conſuetudine ſibi cõceſſam, eligendi in ſui confeſſorem quemlibet ex Confeſſoribus approbatis. idq; abſq; bulla, uel priuilegio aliquo. Vide Sot.d.18.q.4.ar.4. Probatur; quia Concil. Trid. id non ſubſtulit, ſed ſolum reſtrinxit, ne quis eligatur niſi approbatus, & hęc cõſuetudo rationabiliter eſt inducta. Quia Sacerdos quotidie celebrãs, tenetur Iure Diuino præmittere confeſſionem peccati mortalis, ante celebrationem, ſi ſit copia Confeſſoris ex Conc. Trid. ſeſſ.13. c.7. & Can.11. in fi. ut facile reperiret Confeſſorem ad implendum præceptum.

Regularis inter agẽs cui confiteri debeat.

Quinta Concluſio. Regularis, etiam ſacris initiatus, ſi habet facultatem à Papa per aliquam bullam, uel à ſuperiore (dum fortè iter agit.) eligendi Confeſſorem, poſſet eligere Sacerdotem ſæcularem idoneum, uel regularem, Nauar.ca.4.nu.2. & clarè, nume.7. & quidam Magiſtri Salmanticæ, Bartol. Medin. & communiter Dominicani probatur quia ante Concil. id poterat, ut patet ex approbatione Canonis 3. ſed circa Regulares, nihil innouat. ergo?

Vtrum Sacerdos qui peccauit cum filia ſua ſpirituali ex cõfeſſione, ſit idoneus Sacerdos, & poſſit illam audire, & abſoluere, s.Thom. in addition.3. part. q.20. a.2. Silue. Confeſſio.1.nu.16. Ang. Confeſſ.5.nume.8. Victor.q.ult. de Clauibus dicunt: quod non debet illam audire; ſed ad alium amittere. Adrian. 4. de Confeſſ. quòd in ſua Diœceſi fuit prohibitum ſub excommunicat. Si tamen illam audiat, & abſoluat, erit abſoluta, modò ad hoc ſit benè diſpoſita. ita Victor. & omnes ſup. & tangit Sot.4. d.20.q.2.a.5. Imo Sacerdos Orientalis non debet audire uxorẽ. Glo. ca. Omnes, 30.q.1. * Et quæ pœnitentia ſit talibus taxata in Can. pęnitentiali; Vide Canon. 2. in fine Decreti. & habetur in c. Si quis Sacerdos, 30.q.1. &c. Non debet. vbi etiam de Epiſcopo. & de ipſamet muliere. & de hac q. Vtrum Parochus poſſit audire illam cum qua peccauit, vide latè Henric. quodl. 9.q.24. Vide etiam infra. de cognatione ſpirituali, nu.246. 29

Sacerdos an poſſit audire concubinam ſuã in cõfeſſione?

Sacerdos in mortali qd ſi abſoluat?

Tertium. Quod diximus requiri in Confeſſore (ſed non de eſſentia eſt probitas Confeſſoris, ſcilicet, quod ſit abſque mortali peccato ad conferendum Sacramẽtum. Si autem, in mortali adminiſtret; licet ipſe peccet mortaliter; veram tamen confert abſolutionem. Ideo vera ſacramentalis eſt Confeſſio. Quod (vltra communem) determinatur in Concil. Trident. ſeſſ.14.c.6. & Can.10.

De illo qui habet impeditam iuriſdictionem per cenſuras &c. uide de abſolutione, infra. in quibus caſibus poſſit, uel non, abſoluere.

QVARTO DIXI: Sacerdote.

30 Vtrũ poſſit quis confiteri Laico. QVæritur. Vtrum in neceſſitate teneatur quis (abſente Sacerdote) confiteri laico. Et ſi confiteatur, an illum poſſit abſoluere? Reſp. quòd licèt aliqui quos refert Ang. verbo Confeſſio. 3. nu. 1. & alij Summiſtæ dicant, quod in neceſſitate, tenetur quis confiteri laico de præcepto, vt mos eſt laicis nautis in procella maris, quib9 fauet Magiſter 4. d. 17. Vbi D. Th. Palud. q. 3. Durand. q. 3. Maior, Gabriel. Marſil. tex. D. Aug. in c. Quẽ pœnitet. de pœn. d. 1. & text. in c. 1. de pœnit. d. 6. Glo. in c. Cepit. verbo Perciperet, 24. q. 1. Beda. in Iacob. §. Confitemini. Vide de Diacono audiente cõfeſſionem apud D. Cyprian. lib. 3. Epiſtola 17. His tamen non obſtantibus, ſequentes pono aſſertiones, vel dicta.

31 PRimo. Dico. Nullũ tale de hoc eſſe præceptum. Et ſi fieret tali laico, non eſſe ſacramentalem. Nauar. c. 2. nu. 4. cum communi 4. diſt. 17. Ange. confeſſio. 3. nu. 1. Vbi cum Scot. Rich. & alijs. dicit communem. Sot. 4 d. 18. quæſt. 4. ar. 14. Vict. nu. 143. Nec Magiſter, & D. Tho. contrarium tenent.

32 SEcundo. Dico Licebit tamen in articulo mortis aperire peccata quædam optimo, & fideli amico laico non vt abſoluat, quia non poteſt; ſed primo, vt amiſſa (forte) loquela, ille eam confeſſionem referat Sacerdoti venienti, vt illum priuatum loquela abſoluat, dummodo ipſe infirmus Sacerdoti abſoluturo, ſigna oſtendat contritionis. Nauar. c. 27. num. 269. (Et dicetur latius. infra de Abſolutione) Secundo. Quia Clericus non Sacerdos poteſt illum abſoluere ab excõmunicatione reſeruata, & cõcedere indulgẽtias ſuarum bullarũ, s. Tho. & s. Anton. & alij quos refert & ſequitur Nauar. c. 27. nu. 41. Tertio vt oret Pro illo etiam cum precatione illa Eccleſiæ: Miſereatur tui. & Indulgentiam. Quarto. vt iuuet illum ad contritionẽ, conſilium, & ſatisfactionem. Et hoc tantum volunt Doctores ſupra citati: tenet Armil. verbo Abſolutio. §. 9. Victor. ſupra. Ledeſm. 2. par. q. 7. a. 3. Mantius & alij Magiſtri.

TErtio. Dico. Habens peccata enormia, vel valde infamia: 33 non debet in eo neceſſitatis articulo laico aperire. Scot. & Communis, in 4. diſt. 17. Sot. diſt. 18. q. 4. a. 1. conc. 3. Turre Crem. in cap. Quem pœnitet. de pœnit. d. 1. Vict. ſup. Immo ſecundum communem, quam refert & ſequitur Nauar. capit. 21. nu. 41. eſſet peccatum mortale, ſic imprudenter ſua peccata ſecreta detegere laico, ſine fructu abſolutionis; & cum graui periculo, vt ait Sot. ſup.

SEd. Vtrum poſſint duo pœnitentes, ſimul vni cõfiteri Sacerdos? vel contrà, vnus poſſit confiteri duobus Sacerdotibus ſimul? ℞. 1. nullum ad ſic confitendum teneri. Quia talis confeſſio eſſet aliquo modo publica, ad quam nullus tenetur, quamuis liceat illam facere; vt ſupra. Reſp. 2. quòd talis confeſſio poteſt dicto modo fieri, ex cauſa; & erit ſacramentalis, ſecundum Richar. quem refert, & ſequitur Siueſt. Confeſſio. 1. nume. 23. Sot. diſtin. 18. q. 2. ar. 6. fin. licèt contradixerint Ange. & Scot. 4. diſtinctio. 17. 34 Vtrum duo poſſint ſimul confiteri vni?

QVIN-

QVINTO, DIXI: propriorum peccatorum.

35 Quæ peccata confitenda?

QVæritur. Quæ peccata teneatur quis confiteri? Reſpō. Primo. Quod tenetur confiteri omnia ſua, tā interna, quàm externa: & non aliena, niſi quatenus aliquo modo licèt: text. in ca. Omnis de pœnit.& remiſ.ibi: ſua. Et habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 15. cap. 5. ibi: ſui.

Secūdo. quod mortalia omnia, quæ aliquando peccator recte non fuerit Confeſſus. Et de quibus dubitat probabiliter, ꝙ non fuerint confeſſa. Et de quibus dubitat, an ſint venialia, vel mortalia. Communis omnium, deciſa in ca. Omnis. Vbi Glo. verbo peccata & determinatur de fide in Concil. Triden. ſupra & Can. 7. Tenetur etiā confiteri circunſtantias, quas infra neceſſario eſſe confitendas dicemus.

Tertio. (contra Hæreticos) etiā peccata commiſſa contra duo vltima Decalogi præcepta. de fide. in Concil. Trid. dict. Can. 7.

DE CIRCVNSTANTIIS peccatorum.

36 Quot ſunt circunſtantiæ?

QVæritur. Quot ſunt circunſtantiæ vniuſcuiuſq; actus? Reſp. eſſe Septem, comprehēdiq; in illo verſiculo: Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, quādo, Quas explicat s. Tho. in 4. d. 17. q. 7. ar. 3. Summiſtæ. verbo Confeſſio. Nauar. cap. 6. num. 2. & latiſſimè in ca. Conſideret. de pœnit. diſt. 5. Sot. 4. d. 18. q. 2. a. 4. Quis peccauit, an vxoratus, ſolutus, vel Religioſus &c. Quid ſcilicet furaſti, rem ſacram vel non. &c. Vbi. ſ. fuit commiſſum peccatorum in loco Sacro, publico, vel ſecreto. Quibus auxilijs, an. ſ. peccauit ſolus, vel induxit alium ad peccandum. Cur. ſ. reliqt audire Miſſam, vel occidit hominem, vel furtum fecit. Quomodo an peccauit naturali vaſe, vel non &c. Quando. ſ. laborauit in feſto, vel facit alios, laborare, manducauit prohibita. &c.

Sed pro maiori intelligentia, nota, non omnes has circunſtantias, ſemper, in omni peccato poſſe inueniri; Quædam. n. conueniunt vni peccato, aliæ alij. vt (V.G.) fregit quis ieiunium, hic dicetur circunſtantia. Quis, an. ſ. habeat ætatem, vel non. Et Cur, an propter gulam, vel iuſtam cauſam. Nō audiuit quis Miſſam, hic eſt interrogandus: quam ob cauſam, an propter negligentiam, vel iuſtam cauſam. Furatus fuit. Interrogandus, quid? an. ſ. rem Sacram? Vbi, an, à loco Sacro? Cur, an propter extremam neceſſitatem? Quomodo, an fregit oſtium &c. & ſic de alijs. Habuit quis cogitationem, plenū deſiderium, vel copulam cum muliere. hic interrogandus; Quis. ſ. ſit ille, ſolutus, vxoratus, vel Religioſus, vel cum voto caſtitatis? Secundo. Quæ. ſ. ſit illa: nupta, virgo; ſoluta, conſanguinea, affinis, Deo dicata voto ſolēni, vel ſimplici. Vbi. an in loco Sacro, vel non, in publico vel non. Quibus auxilijs, an ſolus vel induxit alium vt portaret literas, munera, vel vt ſeruaret portam, (vt dicit) dum peccatū perpetrabatur. Cur? an iniquo alio aīo, præter libidinē. Quo, Quomodo? an in vaſe naturali, vel non, extra, vel non, modo ſolito vel non? Quando an in feſto ſolemni uel non?

non? ſed hoc nõ eſt neceſſarium, vt infra dicetur.

Not. Omnes circunſtantias tripliciter diuidi, Quædam ſunt mutantes ſpeciem, quædam aggrauãtes, aliæ autem minuentes.

37 Quę circũſtantiæ neceſſario cõfitendæ?

QVæritur. Quæ circunſtantiæ ſint neceſſario confitendæ? Reſp. ꝙ ſunt neceſſario cõfitendæ circunſtantiæ, quæ ſpeciẽ peccati mutant. Vt in actu luxuriæ, cùm nupta ſit adulterium. Furtum in loco Sacro ſit Sacrilegium &c. Quod hodie determinatũ eſt de fide in Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 5. & Can. 7. Quod Concilium (cùm poſt eius editionem ſcripſerint) ignorarunt Vict. num. 176. & Scrutinium Sacerdotale. Vel uitio ſtãpatoris factum eſt, ut uterq; autor dictum Concilium de fide hoc decidiſſe, non allegauerit. Tenet, dicens communem, Couar. 1. par. de Sponſ. c. 1. num. 14.

38 Circunſtantiæ an cõfitẽdę in peccatis mentalibus.

SEd An ſit confitenda talis circũſtantia, cum tantum peccatũ mente perpetratur, ut cum quis deſiderat accedere ad nuptam, Sacratam &c.? Reſp. tales circunſtãtias etiam uoluntatis eſſe confitendas, ut probat latè Nauar. c. 6. nu. 8. contra Sotum. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 4 dicentem: non eſſe neceſſarium confiteri circunſtantiam Virginitatis, ſi peccatum nõ fuit actu, ſed uolũtate commiſſum. Quem etiã carpit ſuus Barto. Medin. in Sum. cap. 9.

39 SEd quia Conc. Trid. ſupra (ſtatuendo, de fide, ſupradictas mutantes ſpeciem eſſe neceſſario confitendas) non loquitur negatiue, i. non prohibet alias non confitendas eſſe. ſ. aggrauantes, uel minuẽtes &c. adhuc de iſtis ſunt opiniones inter Doctores.

QVæritur Ergo. Vtrum circunſtantia, qua peccatum alleuiatur, uel aliquo modo excuſatur, ſit confitenda? puta: Mulier inuenta ſola in quodam loco, multis blanditijs, perſuaſionibus, actibus impudicis, doniſq; allicitur, ut peccet; & peccat. Item, famem patiens in neceſsitate, nõ extrema, furatur, &c. Reſp. quod licet multi quos Nau. c. 6. nu. 5. citat, (cum quibus olim idem Nau.) tenuerint non eſſe confitendam; nũc tamen idem Nauar. contrarium tenet; immò quod ſit cõfitenda. Quã opinionẽ ueriſſimam credo. Quod eſt dicendum quãdo peccatum alleuiatur, uel extenuatur remanẽdo mortale. Quando autem circũſtantia ita extenuat peccatum, ꝙ de mortali illud ueniale faciat, uel nullum; ut qui ob magnam infirmitatem non ieiunauit, uel non dixit officium Diuinum &c. tenetur quis illam confiteri, ſecundum cõmunem Theologorum in 4. & S. Bonau. diſt. 16. & Nauar. c. Confideret. de penit. diſt. 5. & in dicto. c. 6. nu. 5. Vict. nu. 175. Sot. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 4. 40 Vtrum circunſtantia alleuians peccatũ ſit confitẽda.

41 V. Circunſtantia. Cõfidentiæ ſit confitẽda?

VTrum Peccans hac circunſtãtia. ſ. confido de miſericordia Dei, quod per confeſſionem remittetur mihi peccatum; teneatur confiteri hanc circunſtantiam? Reſp. quod non. ſecundum Caiet. 2. 2. q. 121. ar. 2. Nauar. c. 6. num. 3. fin. * Et quamuis Abb. in cap. Ex tranſmiſſa de eo qui cogn. conſan. uxoris ſuæ. dicat ꝙ peccans ſub ſpe ueniæ grauius peccat, ſecundũ aliquos, & eſt peccatum cõtra Spiritum ſanctum: non ſic rigide eſt intelligendum ut ſonat.

24 Peccans in

VNde infertur ad quęſtionem V. qui peccat in confidentia

confidẽtia bullæ an gaudeat illo priuilegio?

tia Bullæ,vel priuilegij, quod habet; poſſit per illã bullam, vel priuilegium abſolui? Pro Reſponſione ſit Concluſio. Qui ex confidentia Bullæ accipiendæ,vel acceptæ, vel alterius priuilegij, facilius ſe præcipitat in caſum reſeruatum, etiam cum excõmunicatione, poteſt nihilominus per tale priuilegium,vel bullam abſolui.tenet.D. Xuarez. de indulgẽ. q. 5. Silueſt. verbo Indulgentia,q 10.verſicu.5. Nauar.in §.In Leuitico. notab. 30. num.7.Ledeſ.2.par.quæſt.29.ar.1. Cordub.lib.5.de Indulgen.q.34.in fi.& quæſt.37.propoſition. 3. licèt in Summ. de caſibus. quæſtio. 22. videatur hoc negare. Nec obſtat, quod priuilegium meretur amittere,qui ſpe priuilegij,peccat,vt probat Couar.lib.2.Variarum cap.20. num.15.ſignificat.D.Anton.1.par. titulo 10.c.3.§.4. Silueſt.ſupra.ſed explicatur ibi: ſi hoc exprimatur in indulto.Ioannes Lupi.Margarita Confeſſorum. Doctores tamen Sandoual. & Manuel Coſta Catedrarij primarij vtriuſq; Iuris Salman.hoc limitarunt ſic;ſi bulla ſcilicet vel priuilegium fuit cauſa finalis delinquẽdi,vt qui peccat propè Eccleſiam ſpe immunitatis, nõ fruitur immunitate. Nauar. ca.25. num. 21. Et qui deliquit cum conſanguinea,ſpe Matrimonij;difficilius obtinet priuilegium,vel diſpẽſationem; & illa non gaudet niſi id exprimat.Nauar.ca.Si quando, de Reſcript. Sed hi limitandi ſunt pro foro exteriori tantum, vnde vera eſt concluſio prima.

43 V circunſtãtia qua peccatũ augeť intra eandem ſpeciẽ ſit cõfitenda?

Vtrum Circũſtantia quę peccatum auget, intra eandem ſpeciem,vel ex magno, facit maximum;ſit confitenda,vt(verbi gratia) furtum viginti ſcutorum, eſt mortale. Et centum ſcutorum eſt mortale. Et mille ſcutorũ eſt mortale. Vtrum ſufficiat dicere: commiſi furtum quod eſt mortale: vel ſit neceſſarium dicere quantitatẽ? Reſp.quod licèt olim, in quodam literario congreſſu, tenuerim eſſe neceſſarium; quia videtur rationi conformius,& tenet Marſi.4.diſt. 17.q.12.ar.1.Armil. Sot.4.diſt.18. q.2.ar.4 & Bar.Medin.Sum. c.9.§. 1.Maior. Gabriel.4. diſt.17.Victo. nu.179.in fin.tamen, quia contraria opinio eſt communior,& probabilior.& eam tenent, s. Tho. & s.Bonau.vt ait Vict.ſupra.& colligitur ex Conc.Trid.ſeſſ.14.ca.4.& 5.& Can.7. ſecundum Nauar. 6.6. nu.6.per eiuſdem Nauar.rationes, videtur ab ea non eſſe recedendũ: niſi quando tali peccato fuiſſet annexa aliqua particularis circũſtantia, vt ſi eſſet impoſita in aliqua Diœceſi excommunicatio furandi tantam quantitatem, & cum alijs limitationibus; de quibus Nauar. ibid.nu.9.

44 V. circũſt. diei feſti,ſit neceſſario cõfitenda?

Vtrum Circunſtantia diei feſti,ſit neceſſario confitenda. vt blaſphemare,fornicare,iuramẽtũ falſum dicere, furari in die Dominica,&c? Reſp.antiquos quoſdam,quos citat Silue. verbo Confeſſio.1.num.11. tenere eſſe confitendam.Nauarrus autem ca.6. nu. 10.cum s. Thom. Caieta. Almain. Silue. verbo Circunſtantia, q 3.& verbo.Dies Dominica,q.fi.& verbo.Confeſſio.1.num.11.& Sot.infra,& idem Silu.in Roſa aurea, ca ſu.36. cum doctiſſimis Dominicanis, tenent non eſſe neceſſario confitendam.Ratio eſt, Quia licèt qui peccat fiat ſeruus peccati; in feſtis tamen prohibitum tantummodo eſt opus ſeruile manuum. s. Tho.

Qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati?

Silueſt.

Silu.ſupra.Sot.4.diſt.18.q.2.art.4. Medin.infra.nõ autem ſpirituale. Bart.Med. tamen, in Sum.c.9.§.1. dicit circunſtantiam diei feſti tantùm duobus caſibus eſſe confitendam. Primo quando quis fornicatus eſt in die Iouis, vel Veneris ſancti. Secundo quãdo, cùm quis iret ad confitendum ſua peccata, committeret aliquod peccatum graue. Hoc autẽ licèt ſit laudabile & conſulendum, Ego dicerem talem circunſtantiam confitendam de conſilio, non de neceſſitate.

45 V. circunſtantia loci ſit neceſſario confitenda.

VTrum. Circunſtantia loci ſit neceſſario confitenda, vt blaſphemare in Eccleſia, iurare, mentiri, murmurare, vel falſum teſtimonium dicere? Reſp. ꝙ licèt aliqui abſolutè dicant circunſtantiã loci ſacri eſſe neceſſariò confitendam, ſine aliqua diſtinctione; tantùm tamen in quatuor caſibus debet neceſſario cõfiteri. Primo. Quãdo quis commiſit furtum in loco ſacro. Secundo. In effuſione ſanguinis humani violẽter, in loco ſacro. Tertio. In effuſione ſeminis humani in loco ſacro, cum eſt mortale illud effundere. ſ. in pollutione, copula mortali, vel cum propria vxore. Nauar. latiſſimè. c.16. nume.32. Quarto. Quando frangitur immunitas Eccleſiæ, malefactorem ab ea iniuſtè extrahendo. In alijs autẽ peccatis minimè eſt neceſſaria; vt blaſphemare, iurare falſum, mẽdaciũ dicere, murmurare, falſum teſtimoniũ dicere in Eccleſia. Nauar. (vbi probat) c.6.nu.11.& 12. Silu.Cõfeſſio.1.nu 11. & alij. Sot. 4.diſt.18.q.2.ar.4.Bart.Medin.c.9. §.1.& De hoc particulari, & quomodo Eccleſia polluatur ſex caſibus, Vide Nauar c 27.num.256.& infrà.in 2.par.de interdicto.

46 V. talia peccata cũ tantum mente ꝑpetrantur ſint cõfitenda cũ d.cta circũſtantia?

SEd Vtrum Cogitationes horũ quatuor caſuum ſint confitendæ: vt (verbi gratia) cogitauit quis in Eccleſia furtũ facere, occidere, adulterare, ſemen emittere? &c. Reſp. ꝙ licèt S.Th. quem refert, & ſequitur Silu.ſupra, dicat abſolutè tales cogitationes eſſe confitẽdas: Debet tamen intelligi cum hac diſtinctione. ſ. exiſtens in Eccleſia cogitans furari, adulterari, occidere aliquem, extrahere aliquem ab Eccleſia, habere pollutionem, &c. extra Eccleſiam; nõ tenetur hanc circunſtantiam loci ſacri confiteri. Si autem exiſtens extra Eccleſiam, cogitauit eadem in Eccleſia committere; tenetur hanc circunſtantiam confiteri Sot.4. diſtin.18 q.2. ar.4.Nauar.c.6.nu.12.

47 V. circunſtantia propriæ perſonæ ſit confitenda?

CIrcunſtantia propriæ perſonæ an ſit neceſſario, & quæ confitenda? Pro Reſponſione Nota; vniuſcuiuſque perſonæ duplices eſſe circunſtãtias. Quædam dicuntur velut accidẽtales, vt Dignitas. Quia, cæteris paribus, plus peccat qui eſt aliqua Dignitate ſublimis, quam qui illa caret c. Homo. 40.diſt. Et Prælatus magis quam ſubditus.c.Præcipuè.1.q.3. Doct°, pluſquam ignorãs.c. Sicut dignũ. de Homici. & multo plus ille, qui affectat ignorantiam, vt liberius peccet, quàm peccaret ſciẽs.c.pen. 37.diſt.& bonus pluſquam malus, & tales circũſtantiæ, quæ aliquando peccatum augent, non ſunt neceſſario confitendæ, licèt ſit vtile, quia, vt plurimum, ſpeciẽ non mutant. Quãdo autem talis eſt circunſtãtia, quæ mortale vnius ſpeciei, facit alterius, eſt confitenda neceſſario, vt quando ſit contra votum, vel ſtatum alium voto annexum; vide Nauar.c.6.nu.13.

48 *V. Circunſtantia ſcādali ſit neceſſario cō fitenda?* VTrum Circunſtantia ſcandali ſit neceſſario confitenda? Reſp.triplex eſſe ſcandalum. Primum dicitur formale.ſ.quādo aliquid eſt dictum, vel factum eo animo, vt aliū ad mortale quis inducat. Et hæc circunſtantia eſt neceſſario confitenda. Secundum. Cùm opus ſuo genere bonum, aut indifferens eſt, ſed ſecundum ſpeciem, & apparentiam malam præbetur occaſio peccandi mort. & hęc etiā eſt confitenda. Tertium eſt. Cùm quis corā alijs peccat mortaliter, abſq; vllo animo alios inducendi ad peccandū. Et tunc, diuerſæ ſunt Doctorū opiniones: an ſit talis circunſtantia confitenda? S.Tho.2.2. q.43.artic.3.negat: quem ſequitur Caiet.Sum.verb.Scādalū. Adrian. tamen.4. de Sacramē.Confeſſ.q.4. Maior.4.diſtin.38.q.3.Silu.verbo. Scādalum.q.3.ſentiunt ꝙ ſic. Quæ opiniones (ſecundum Nauar.c.6. nu.19.) concordantur hoc modo; vt neceſſario ſit confitenda, quādo veriſimiliter peccando coram talibus, eſt præſumendum quod peccarent mortaliter, licèt hoc non intenderet peccans, alias non.

49 *Quid de circunſtantia qua ſocius criminis detegitur.* QVæritur. De illa tam controuerſia quęſtione. Vtrum qui habet circunſtantiam neceſſario confitendam, quam ſi confiteatur, detegit ſocium criminis, teneatur illam confiteri, vt Cōfeſſio fiat integra, vel illam tacere, ne proximum infamet; Vt cum quis habuit rem cū propria matre, vnica filia, vel ſorore? Reſpon. Primo, Quod loquimur de illo, qui abſq; vllo interpoſito remedio debet cō fiteri illi qui ſocium agnoſcit. Secundo. Reſp. Quod licèt cōmunis opinio quam fatetur Nauar.c.7.p totum, & reſoluit Vict.nu.174.& ex S.Tho.S.Bonau. & multis alijs reſoluit Sot.4.d.18.q.2.art.5.ad 4. & (latiſſimè omnium) Cordub. in Sum.de caſibus cōſcientiæ. q.1. teneant talem circunſtantiam eſſe confitendam: Contrarium tamen, immo non eſſe cōfitendam, etiam in articulo mortis, tenet (citās Canum) Bar.Med.Sum.lib.2.c.4.§.1. del Complice. Et quo ad articulū mortis fatetur Sot.ſup. tenent Armil.verbo.Circunſtātia.n.11.in fi. & Viguer.de Cōfeſ.verſi.27.§.Qd ſi non poſſunt: allegantes pro hoc Caiet.verbo Cōfeſſio.conditione. 3.& hæc ſunt verba Viguerij: Dominus Caiet. dicit quod peccator poteſt cōfiteri alia peccata, & ſubticere illud, quod abſq; alterius infamia non poteſt cōfiteri.licèt Sotus interpretet aliter Caietanū.)

Quid quando duo p̄cepta ſunt contraria? Hanc opinionem, contra cōmunem, cū Inn.& Hoſt. (grauiſſimis auctoribus) tenet, & grauiſſimis argumentis defendit Nau.ſup.illo præcipuè; ꝙ quādo duo præcepta cōcurrūt ſeruāda, ſi ſimul vtrūq; non poteſt ſeruari, minus tenetur maiori præcepto cedere. Probat Vict.nu.127. ſibi cōtrarius. At præceptum de non infamando proximum, eſt Diuinum naturale, quod eſt maius; præceptum autē de integritate Cōfeſſionis eſt tantū Diuinū poſitiuū, quod eſt minus. ergo.

Immo (meo Iudicio) in caſu quo quis haberet rem cum matre, vel filia cū Patre, ſunt duo præcepta; primum, de non lædendo famam proximi. & Secundum de honorandis parentibus, nè ſicut Chan filiꝰ Noe, verēda detegat Patris ſui.

Not.tamen hic, quod Victor.ſupra.in hoc particulari, cōtrarium tenet.ſ. eſſe maius præceptum de integritate Confeſsionis, quam de ſeruan-

ſeruanda fama, quod non videtur verum, & vltra Nauar. poſſet multis probari exemplis. Vlterius, fundat Nauarr. ſuam opinionem per iura, quibus cauetur, quod quãdo contra communem eſt tex. vel ratio cui non poteſt bene reſpõderi, poteſt à communi recedere. vt ipſe & alij recedunt, cum quibus & ego. Primo, quia eius opinio rationi conformior. Secũdo quia dicto fundamento nullus reſpõdere poteſt. Illuſtris tamen I.V. Doctor Vera Salmãt. Magiſter meus, toto Orbe celebratiſsimus, has concordauit opiniones ſic; vt cõmunis procedat quando ſocius eſſet perſona vilis, & plebeia, paruiq; honoris; ita quod ferè nihil noui attulerit Confeſſori illud ſcire. Contraria autem, quando eſſet nobilis, & honorata perſona.

50 *V. An confitenda circunſtantia filiæ ſpiritualis.* VTrum ſit confitenda circunſtantia, quãdo quis Sacerdos peccauit cũ filia ſpirituali ex Confeſſione? Reſp. quod ſic, ſecũdum S.Th. 2.2. q. 154. art. 10. ad ſecundũ Armil. verbo: Circunſtantia. & Sacrilegium. nu. 1. & alij. vide tex. in c. Omnes quos, cum ſeq. 30. q. 1.

51 *V. venialia ſint confitenda?* VTrum. Teneatur quis confiteri venialia peccata? Reſp. ꝙ quamuis aliqui abſolutè dicant quod ſic. Alij, ꝙ tantum tenetur quis venialia confiteri, quando in Quadrageſima vult Communicare; & habet venialia tantum, vt ait Caiet. 1. tom. Opuſc. de Confeſſione; tractatu. 5 & Angel. cum alijs, quos citat. verbo: Confeſſio. 1. nu. 17. & Confeſſio. 2. nu. 4. & alij. De his tamen ſequentes nota Cõcluſ. Prima. Nullo iure tenetur quis ad Confeſſionem venialium, etiam ſi venialia mixta ſint mortalibus, vel ſeparata. Victor. nu. 129. Nau. c. 21. nu. 34. Sot. diſt. 18. q. 1. artic. 5. vbi ex Conc. Trident. & c. Omnis. de pœnit. & remiſſ. probant.

Secunda Concluſio. Peccata venialia ſunt legitima materia Confeſſionis; & eſt laudabile illa confiteri; & contrarium eſt hæreſis, dãnata in Concil. Trid. Seſſ. 14. c. 5. & Can. 7. Nauar. c. 2. nu. 11.

Tertia Concluſio. Qui tempore Quadrageſimæ, non habet niſi venialia; ad communicandum nõ tenetur confiteri venialia in particulari, vel in generali, ſed tantum ſe præſentare Sacerdoti, & dicere: quod ille non habet quid confiteatur, & tenetur illi credere. Vict. ſupra in fine Sot. ſupra. & S.Th. 4. d. 17. q. 1. quæſtiun. 4. ad 1. quamuis aliqui contrarium dixerint.

Quarta Concluſio. Conſtitutio, qua Monachi Benedictini tenentur ſub mortali quolibet menſe cõfiteri, non extenditur ad alios Monachos vel Moniales. Quod (cum eſſet olim ſub opinione) hodie tamen Concil. Triden. Seſſ. 25. de Regul. cap. 10. tantum aſſerit conſulendum. vide Glo. in Clemen. 1. de ſtatu Monac. verbo. Singulis. Sot. diſt. 18. q. 1. art. 5. quamuis Silueſt. verbo. Religioſus. 7. §. 11. verſic. 2. putet ad alios extendi. vide Nau. cap. Placuit. de pœnit. diſt. 6. num. 110. cum ſeq. Patet per regulam: Odia. de Reg. iur. 6. Et ſic hoc ſtatutum, cum ſit grauiſſimum, tantùm debet extẽdi ad illos Nigros, de quibus loquitur. Extenditur tamẽ ad Canonicos Regulares, quia de eis loquitur etiam Rubrica Tituli. Et tenet Oldradus. Conſ. 222. Nec credo Nauarro (ſalua pace) dicenti. c. 21. nu. 59. Moniales ſub mortali ad hoc teneri, quia Conc. Trid. tantùm dicit: admoneantur.

52 V. Monachi non habentes niſi venialia teneātur illa confiteri?

VTrum Tales Monachi non habētes niſi venialia, teneantur quolibet menſe confiteri, cum nullum mortale habeant? Caiet. quem refert Sot. infra. Innocent. Ricard. Alexand. & alij quos citat Angel. ſupra, & Silueſt. infra. tenet quod ſic; Nihilominus tamen, contrarium eſt tenēdum, immo; quòd ille, qui tantum habet venialia; nō obligatur pręcepto Diuino, vel humano Eccleſiæ., vel Religionis. Sot. dicto art. 3. verſiculo: De Monachis. D. Thom. ſup. Scot. & Gabriel. q. 1. Palud. Duran. q. 9. Ledeſma. 2. par. q. 5. ar. 3. & q. 22. art. 1. Et in hoc inclinat Nauarr. ſup. Quod (vltra omnes) probo clariſſimè, per Gloſ. verbo. Menſibus. in dicta Clemen. 1. de Stat. Monac. vbi hæc verba habentur: Arctantur ergo Monachi ſingulis menſibus, ad quod fideles arctantur ſingulis annis. de pœnit. & remiſſ. Omnis: ergo cùm per dictum cap. Omnis. & Concil. Trident. Seſſ. 14. c. 5. & c. 7. & communem opinionem, nullus fidelium teneatur venialia quolibet anno confiteri: nec Monachi ſemel quolibet menſe? quid clarius. Quod etiam tenet Silue. Confeſſio. 1. §. 14. Vega. libr. 13. introduction. c. 30.

53 V. quando in Iubileo requiritur cōfeſſio requiratur de venialib⁹.

SEd quid quando in Iubileo requiritur Confeſsio facienda intra certum tempus publicationis. V. qui tantum habet venialia, teneatur confiteri? Reſpon. quòd licèt Nauarr. §. in Leuitico. notab. 18. nume. 17, cum S. Anton. dicat: non requiri: Contrarium tamen eſt tutius, cum Cordub. lib. 5. quæſtionarij. quæſt. 28. Sufficit autem tunc confiteri in poſtrema Dominica Iubilei. Sot. quarta, diſtin. 21. quæſtio. 2. articulo. 3. colum. 5. & alij Magiſtri, & Mantius publicè.

SEXTO DIXI: declaratio.

QVæritur. Qualiter ſint confitenda peccata, & declaranda? Reſp. quod ſic ſunt peccata declaranda, vt Confeſſor duo rectè calleat: peccata. ſ. (cum ſuis circunſtantijs) an ſint mortalia, vel venialia. Et quantum fieri poterit, peccatorum numerum certum, vel veriſimilem, ſicut ipſe pęnitens habet in mente. Quia cum ſit Iudex, & ſecundum allegata, & probata debeat proferre ſententiam; debet omnium notitiam habere. Catech. Rom. pag. 321. & omnes communiter in cap. Omnis. de Pęnit. & remiſ. & in c. Conſideret. de Pœnit. diſt. 5. 54 Qualiter declaranda peccata?

VTrum Numerus peccatorū ſit neceſſario aperiendus? Reſp. ꝙ facta ſufficienti conſcientiæ diſcuſſione (vt ſupra diximus) tenetur pœnitens declarare numerum certum peccatorum mortalium, cum debitis circūſtantijs (de quibus ſupra;) ſi ſcit certum: ſi autem non poteſt dicere certū; quia punctualiter nō recordatur; dicat quem putat eſſe veriſimilem; vt, peccaui vigeſies, plus minus vè. vel fui in tali peccato per annum, ter vel quater peccans qualibet hebdomada, & addat poſtea; vel toties, quoties Dominus ſcit me illum offendiſſe. Quod multum prodeſt, vt infra dicetur. 55 V. Numer⁹ peccatorū ſit neceſſario confitēdus?

Pro quo Not. Primo quod non eſt ſatis dicere commiſi tale peccatum ſæpè, vel ſæpiſſimè, quia eſt numerus indeterminatus, ſecundum omnes.

Secun-

Quid quando oblita ſunt pcā in cōfeſſione?

Secundo quòd ſi quis cōfitetur peccatum ſub hoc dubio, ſcilicet cōmiſi fornicationem decies, paulo pluries, aut paucioribus vicib⁹. ſi poſtea recordatur alicuius peccati eiuſdem ſpeciei; non tenetur illud confiteri, quia illo numero primo, incluſum fuit illud peccatum oblitum. Secus, ſi recordaretur multorum peccatorū, vt ſi cōfeſſus fuit peccaſſe decies, vel duo decies; & poſtea recordatur peccaſſe vigeſies (quia error magnus fuit in primo numero) tenetur illa peccata confiteri. tenet expreſſe. Sot.4.diſ.18.q.2.ar.4. Vide Nauar. c.6.n.14.eſt communis. vide Vict. num.178. Sed verè (ſalua pace) mihi uidetur quòd ſi quis dixit: peccaui decies in hoc peccato: & de omnibus alijs quę Deus ſcit me comiſiſſe in hoc caſu; quorum non recordor, dico meam culpam: non teneri amplius confiteri, ſi poſtea aliqua uenerint in memoriam, dū modo ſufficiens examen, ac debitum prius fecerit.

Diligentia ad cōfitendū qualis?

Tertio. Not. quod Sot. ſupra. & Victor. ſupra. (ex Caietano) dicūt non eſſe faciēdam nimiam, anxiā, uel ſcrupuloſam peccatorum circa numerum diligentiam, uel diſcuſſionem, ſed ſufficit mediocris, adhibita diligenti cura. Quod maxime procedit, cùm quis uult confeſſionē generalem facere de omnibus ſuis peccatis alias confeſſis, ſecundum omnes.

56 V. Mentiri in cōfeſſione ſit mortale peccatum.

Utrum Mentiri in cōfeſſione, ſit mortale peccatum? ℞. qđ licet Victor. num.130. dubitet (ubi nullus eſt dubitandi locus) dicens eſſe probabile, quod qui cōfitetur peccatum mortale, quod nō fecit, peccet mortaliter: Sine dubio tamen eſt dicendum, quod quotieſcunque quis confitetur peccatum mortale quod nō fecit: aut ſine iuſta cauſa tacet aliquod mortale, quod cōmiſit; peccat mortaliter. Quia in iudicio Confeſſionis, & grauiſſime eſt mentitus. Et tenet, ut illa confeſsio ſit ualida, confiteri idipſum mēdatium mortale, qđ prius fuerat confeſſus: alias nō eſt integra confeſsio. Quod ipſe Vict. probat. & benè Armilla. verbo: Cōfeſsio.1.nu.9. ubi alios citat. & Sotus. d iſt.19.q.2.ar.4. concluſio.3.

Eſt autē dubiū de illo, qui mētitur uenialiter in cōfeſsione, uel confitetur ueniale peccatum, quod non fecit, an peccet mortaliter? Cōis Magiſtrorū, 2.2. q.69. ar. 2. tenet, dicere mendacium in confeſsione, circa materiā non neceſſariam; ſi modo ſimul præbeat ſufficientem materiam, non eſſe mortale. Caiet. autem ibidem cōtrariū tenet. a. 1. dicens: mendacium leue dictū in confeſsione, eſſe mortale peccatum. quem refutat Sot. ſop. 57

57 De mendacio ueniali.

Sed licèt ipſemet Caiet. poſtea in Summa, uerbo, Confeſsio. cōditione 4. Sot. ſup. Victor. nume.141. Bart. Medi. Sum. lib.1.§.35. uoluerint hoc dubium declarare; non tamen ad plenum ſatisfecerūt. Quapropter. Not. pro clariori diſtinctione: quod quando quis confitetur aliquod peccatum ueniale, qđ non fecit, inter alia peccata mortalia; uel inter alia uenialia, quæ ad materiam, uel, pro materia ad abſolutionem aſſumpſit; tunc tātum erit ueniale peccatum illud mendatium ueniale quod dixit. Si autē nullū aliud peccatum cōfiteretur; niſi illud quod finxit ſe feciſſe; tūc eſſet mortale peccatum, quia accipit abſolutionē ſine materia, quia illa materia, quam præbuit, fuit

falſa ſcilicet peccatum veniale fictum. Ita tangit Armil. ſupra. clariſſime Nauar.c.21.nu.37.Corona Confeſſorum de confeſſ.in 4. conditione. & tenuerunt Magiſtri Salmanticæ.

58 ET hoc modo eſt intelligendus Bar.Medi.c.12.§.2.lib.1.quando dicit: quod qui confitetur venialia, tenetur ſub mortali habere propoſitum cauendi ab illis in futurum,ſcilicet,quod debeat intelligi; quòd ſi Ego confiteor decem peccata venialia, ſatis erit quòd habeam propoſitum cauendi ab ab aliquibus, quia eſſet onus importabile,cauere ab omnibus.

59 *Qualiter meretrix vl. alius inueteratus peccator teneatur peccata confiteri.*

QVæritur. Qualiter teneatur declarare ſua peccata meretrix,vel alius peccator, qui longo tempore fuit peccatis inuolutus? Victor. nu. 178. & Nauar. ca.6.nu.15.ex Caiet.tom.1. opuſc. opuſc.18.q.3. & alijs, concludunt ſatis eſſe declarare ſuum ſtatum in communi, ſcilicet fui in lupanari per decem annos, admittentes homines cuiuſcunque ſtatus, ſeu cōditionis. Sotus tamen 4. diſt.18. q.2.ar.4.ait (bene quidem) hanc generalitatem, cū grano ſalis eſſe intelligendam. Quapropter,

Ad huius quæſtionis reſolutionem, Dico, me audiſſe pluſquam triginta cōfeſſiones generales iſtarum meretricum: & ex hac experientia,& modo, quem ſeruant in cōfitendo ſua peccata: videtur mihi (ſalua pace) aliter dicendum.

Nota oīa, & pōdera. Pro quo Dico Primo.Quod quaſi ſemper (etiam ſi per decennium fuerint in tali loco) recordantur, in certo numero, de peccatis grauioribus,& habent in mente ſemper (puta)cōmiſi toties cum Preſbytero,vel Religioſo,(de ijs,quos nouerunt eſſe tales) & de illo gloriantur aliquando, cum ſodalibus ſuis.Et vlterius illorum peccata ſecreta publicant illos nominando. Vel admiſi, contra naturā, toties. Quod ſemper vidi dixiſſe in certo numero, niſi quando vtroq; vaſe ita frequenter vtebantur, ꝙ nulla eſſet differentia.Et ita de iſtis peccatis tenētur dicere certum numerum,ſi ſciunt.

Admoneo lectorem,me ſic poſſe de auditis in confeſſione hic liberè loqui,q̄a audiui in diuerſis Regionibus totius mundi: & multis, ab hic,annis. Ideo impoſſibile omnino eſt in alicuis cognitionem, quem poſſe venire.

Secūdo Dico, quòd non omnes in lupanari exiſtētes ęqualiter peccant; erit enim aliqua mulier, per annum integrum, vel amplius in quadam villa,vel ciuitate; quę certò poſſit dicere: p totū annum, vel duos,tèr, quatèruè peccaui quotidiè.Vnde Confeſſor numerū ſciet.

Tertio. Dico. ꝙ in eodē lupanari vna mulier (quia alijs pulchrior) committit,etiam actu viginti peccata quotidie,alia (quia nō ſic pulchra) forſan per vnum menſem,totidem,non committet.

Vnde ad audiendas talium confeſſiones aliqua aduertenda ſunt.

I.Quod nō tm̄ ſunt peccata carnis naturalia, quæ tales mulieres perpetrantur,ſed multoties,vna cū altera turpiſſimè coniunguntur.

II.Quod etiam poſt vnūquenq; carnalem actum,ne ſequatur conceptio,ſemē foras emittunt. quod eſt grauiſſimū ſcelus cōtra naturā.

III. Quòd ſi aliquādo contingit (licèt raro) vt fiat grauida; procurat aborſum, ne ab iniquiſſimis actibus impediatur.

IIII.Quod

IIII. Quod ſæpiſſimè, in ipſo actu turpi, furantur quicquid poſſunt ab homine, ſecum concumbenti.

V. Quod in principio noctis faciunt peccatum cum aliquibus; vt donetur ſibi quantitas, vel ſtipendium quoddam, vt illam noctem ſimul tranſigant, & accepta pecunia, fugiunt; nec adimplēt turpem fidem quam promiſerāt; nil de accepta pecunia reſtituentes.

VI. Quod cauſa inuidiæ, aliquādo faciūt aliarum mulierum amatores interficere.

VII. Quod multoties permittūt ſe contra naturam, cauſa lucri, miſerabiliter cognoſci.

VIII. Quod multoties, (etiam in confeſſione) negāt nomen, patriā, & ſtatum, ne agnoſcantur, & ad meliorem vitam reducantur.

IX. Quod inueniuntur multæ, quæ ſæpe cauſa lucri contraxerūt matrimonium cum vno eodemq; viro (verbi gratia) Eſt prius mos in aliquibus Ciuitatibus, vt in hebdomada Sancta deducantur ad cōciones, & Diuina officia; vt cōuertātur à via ſua peſſima. Fingit quædam ſe velle conuerti, & ciues, vel nobiles procurant colligere dotē ex eleemoſynis, vt tradatur viro. Tunc amator iſtius mulieris (quaſi extraneus, & qui nunquam talē cognouiſſet) dicit: ſe propter Dei amorē illam velle ducere in vxorem. Donatur illis dos, coniunguntur in Matrimonium (& ſępiſſimè contingit, illā eſſe alij legitimè nuptam) & trāſacta Quadrageſima, fugiunt in aliam Ciuitatem, vbi ſequenti anno idipſum facinus perpetrarūt. Quod (nū mentior Deus ſcit) fecit quædā ſepties, & poſtea ceſſauit ab hac iniquitate quia fuit depræhēſa, & caſtigata: illeq; ad Triremes perpetuo miſſus.

X. Quod multoties vtuntur veneno, & maleficijs: ne deſerantur ab amatoribus ſuis.

XI. Quod tenentur reſtituere, qđ ſibi in magna quantitate donatum eſt ab illis, qui alienare non poterant; vt ſunt filij famil. & Religioſi. Vt, ex communi, reſoluit Silue. verbo Meretrix. Et illud, quod per fraudem, vltra ſibi debitum, acceperunt. Ange. verbo. Meretrix. Armil. & latiſſimè. Nauar. capit. 17. num. 33.

XII. Quod nūquam adimplent præcepta confeſſionis, communionis, ieiuniorum, & audiendi Miſſam rarò, & male.

Cum ergo hæc, & alia multa in diſcurſu ſuæ vitæ cōmiſerint peccata: quomodo poterit dici ſatisfactum, ſi dicat: fui per decem annos vel vlterius in lupanari?

Et ita mihi videtur, quod qui tales audit in cōfeſſione, tenetur ad particularia peccata deſcendere, quæ illæ perpetrarunt, & neſciūt illa cognoſcere, nec confiteri (obcæcatum enim eſt illarum cor.) Omitto diuerſos mulierum ſtat*, quæ in talibus locis (mirabile dictu,) inueniuntur, ne proximis meis ſcandalo ſim.

Facit ad hoc illud quod ex. D. Chryſ. adducit Vigue. de Cōfeſſione, verſic. 14. qui ſic ait: Sicut non ſufficiebat leproſis dicere Sacerdotibus: Ego ſum leproſus remitte me ad caſtra; ſed tenebātur oſtēdere locum lepræ, vnde Sacerdotes poſſent ſumere iudicium ſeparandi ad tempus, vel remittendi, ſic peccatores peccata in particulari, & circunſtantias, ex quibus Confeſſor poſſit iudicare.

60 HInc infertur ad quæſtionem quam nullus (ꝙ Ego ſciam) facit. Vtrum. In locis, ubi per Conſtitutiones Synodales ſunt excommunicati, qui præceptũ de ſemel in anno confitendo, & in Paſchate communicando, nõ adimplex, cenſeantur omnes hæ meretrices excommunicatæ; quæ nec præceptũ Confeſsionis, nec Communionis adimplerunt?

V. Meretrices incurrant cenſuras?

Pro parte affirmatiua, facit tex. in c. Omnis. Vbi indiſtinctè præceptum illud. omnes obligat fideles: & excipitur iuſta cauſa, qua ſtante arbitrio Confeſſoris, poteſt Cõmunio differri. At iſtæ mulieres nullam iuſtam, immo peſsimã habent cauſam non cõicandi, ergo?

Secundo Facit. Quia in omnibus conſtitutionibus Synodalibus diuerſarum Diœceſum (quas Ego uidi) nulla iſtarum mulierum fit exceptio; cùm alij fideles inobedientes excommunicantur. Vnde uidetur ꝙ ſint excõmunicatæ.

Pro cõtraria parte facit. Primo. quód nullus autor tales excommunicatas eſſe dicit. Secundo. quod nunquam publicantur, uel denunciantur pro excommunicatis, in Eccleſia; ut alij denunciantur. Nec uiſum unquã fuit, quẽ, hac de cauſa ab earũ participatione fugiſſe.

Quare non incurrant?

Reſp. Pro reſolutione, ꝙ licèt tales teneantur ad dicta præcepta, ſicut alij fideles: per dictum c. Omnis. Si autem dicta præcepta frangant (ut uerè frangũt per Decem, & uiginti annos, ut Ego reperi, nõ confitendo, nec communicando) non ideo incurrũt pęnas Eccleſię, in deteſtationẽ ſui peſsimi ſtatus, quia meretrices non ſunt dignæ la queis legum. tex. in l. Quæ adulterium, C. de Adulterijs.

EXaminata conſcientia, ſciat pęnitens oportet, ſe poſſe uno uerbo, mille mortalia peccata confiteri. ut (uerbi gratia) commiſi fornicationem millies, adulterium toties &c. fregi ieiunium ſine cauſa millies &c. quo intellecto, & pęnitenti, & Cõfeſſori pariter, erit ſuauior Confeſsio. Nau. c. 6. nu. 19. 61

Mille peccata poſsũt vno verbo confiteri?

SEPTIMO. DIXI: ut detur abſolutio.

Quia multi accedunt ad Cõfeſſiones alio iniquo animo; Vt infra. dicetur.

QVæritur. Quando quis accedit ad Confeſsionem, nõ ut abſoluatur; quia habet animum dubium, uel indeterminatũ non dimittendi offenſam, uel relinquendi occaſionem; ſed accedit ut Eccleſiæ præcepto uideatur ſatiſfacere; quid faciendũ? Reſp. quod de talibus loquitur tex. in c. Quod quidam. de Pœnit. & remiſs. Vbi habetur: ꝙ etiam ſi talem animũ pœnitens habeat, eſt ad Confeſsionem admittẽdus. Quia in ipſa Cõfeſsione, Dei miſericordia, Cõfeſſoriſq; cõſilijs adiutus, forſan mutabit animum, & cõuertetur. Si tamen animum non mutauerit; dimittendus eſt ſine abſolutione; & imponenda illi aliqua pęnitentia; orationes, ſcilicet, ut Deus illum illuminet. Et Sacerdos nihilominus tenetur ad ſigillum. De hoc uide Couar. c. Alma. de ſent. excom. li. 6. 1. par. §. 4. n. 12. & s. Th. in addition. 3. part. q. 14. ar. 4. Bart. Med. Sum. lib. 2. c. 7. fin. 62

Quid quando pęnitẽs non accidit diſpoſitus.

VTrum Confiteri propter uanam gloriã, infamiam uitandã, pœnas temporales incurri ſolitas uitandas, ſit peccatum mort.? Ad quod per ſequentes Reſp. concluſiones. 63

Quid quando cõfeſsio fit propter finem temporalem.

cluſiones.Prima. Confiteri,audire Confeſſiones, prædicare, Miſſam dicere, Sacram ſcripturam legere, ob mortalem finem: mortale peccatum eſt. Nauar.1.& Sot.4.d.18. q.3.ar.3.verſi.Tertio.

Secunda Concluſio: Confiteri, audire Cõfeſſiones, prædicare,docere,Miſſam dicere,vel audire,tãtum propter vanam gloriam, vel alium veniale finem, vel honorẽ, & æſtimationem acquirendam, tantùm eſt veniale peccatum. reſoluit Nauar. (contra Ang.) c.21. nu.40.Sot.ſup.

Tertia Concluſio.Confiteri,Cõmunicare, orare, Miſſam audire propter rem temporalem iuſtam obtinendam, non inualidat Confeſſionem &c. vt ſi quis confiteatur ob victoriam iuſtam, ſalutem, famam, honorem iuſtè acquirendum, vel litem iuſtam, quia hoc de ſe eſt licitum Sot.4.diſtinct.18. q.2.art.2.

Quarta Concluſio: Si quis,animo fallendi Confeſſorem, confitetur vni Confeſſori frequenter peccata leuia tantum, & alteri etiam frequenter confitetur grauia peccata,quæ committit; & hoc facit vt appareat bonus cùm talis non ſit: videtur peccare mortaliter. Victor.196. Silu. verbo Confeſſio.1. q.6. Si autem talis hoc facit bis, ter,vel quater, ne ſuam exiſtimationem honeſtam amittat, nõ erit mortale. Vt ait Nauar.c.21.nu.40. verſi. Vnde ſequitur.immo aliquãdo expedit mutare talem Confeſſorem ob multas cauſas.

64 Quid quãdo pęnitẽs vult inducere Cõfeſſorem ad peccatum?

QVid Quando mulier quædã, vel alius quiſquam accedit ad Confeſſionem, vt Confeſſorem in ipſamet Confeſſione inducat ad ſecum peccandum? Reſp.quod tunc non eſt vera Confeſſio, ſed peſſima malignitatis ſimulatio. (Et,an tunc teneatur Cõfeſſor ad ſigillum,dicetur infra,de ſigillo.) Eſſet autem vera, & fructuoſa talis Confeſſio, ſi pœnitens a Deo, & Confeſſore adiutus mutaſſet propoſitum, & confiteretur integrè,& debitè omnia ſua peccata,ſimul cum peccato illius fictionis. Vt patet ſupra. in 8. conditione,videlicet.Libens.

65 Quid ſi pęnitens tantũ vult conſulere Confeſſorẽ de peccato futuro?

QVid quando accedit quis ad Confeſſionem,nõ eo animo, vt peccata defleat præterita; ſed ad conſulendum Confeſſarium de peccato futuro, quod integro animo, atque deliberato perpetrare cupit? Reſp. quod hæc nõ eſt vera Confeſſio, ſed diabolica calliditas,& inuentio. Et an teneatur Cõfeſſor ad ſigillum, dicetur. infra de Sigillo.

CONFESSIO QVANdo iteranda.

D*Eclaratis diffinitionis Confeſſionis particulis: cum omnibus ſupra dictis, quæ ad veram & perfectam Confeſsionem ſpectant.*

66 QVæritur.Quibus caſibus Cõfeſſio ſit inualida,&,per conſequens,iteranda? Reſpõ. Primo ab omnibus eſſe receptum (vt ait Nauar.c.9.in principio; & c.21.nu.38.) peccatum ſemel ritè confeſſum,& abſolutum,non indigere alia Confeſſione,& addit Nauarr. nullam humanam legem ad hoc poſſe obligare, ſecundum S. Th.& alios quos citat, niſi de conſenſu pęnitentis.

De Confeſſione generali.

Secundo.Reſpon.quòd quando quis vult Confeſſionem generalẽ facere

facere ſuorum peccatorũ;eſt maxi mopere notandum, quod aut vult illam facere propter neceſsitatẽ, quia (V.G.) aliquãdo, (data ope ra) aliquod omiſit peccatum,pro pter quod omnes Confeſsiones fa ctæ,fuere inualidę.Aut illam vult facere ob ſuam deuotionem ad cõ ſecutionem alicuius gratiæ aut Iu bilei. In primo caſu tenetur facere neceſſariam omnium peccatorum diſcuſſionem à tempore quo pec catum in Confeſſione cęlauit,quo diligenti facto examine, (vt ſupra de examine diximus) tenetur om nia mortalia peccata,in alijs falſis Confeſſionibus confeſſa,reconfite ri. Nec poteſt aliquod omittere. Tenetur etiam cõfiteri quoties in illo intermedio confeſſus fuit, & communicauit. Quia toties pecca tum grauiſſimum commiſit,Sacra menta in peccato ſuſcipiens.

In ſecundo autem caſu, quando quis,ex deuotione, confitetur ge neraliter; poteſt arbitrio ſuo quæ dam peccata confiteri, alia tacen do.Sot.4.diſt.18.q.2.artic.5.col.3. Nauar.c.9.nu.1 & c.21.nu.28. Victor.num.266.Si autem quis dixiſ ſet Sacerdoti:ſe velle confiteri om nia peccata mortalia totius vitæ ſuæ; &,data opera,aliquod morta le tacuiſſet; eſſet decipere Confeſ ſarium in re graui: ideo peccatum mortale,ſecundum Vict. ſup.Silu. Confeſsio.1.§.9. Ledeſ. 2.par.q.8. ar.2.dub.15.Hẽricus Gand.quodl. 10.q.1.& alij.

V. aliquando teneat quis confiteri peccata iam confeſſa?

Tertio Reſp. quod licèt verum ſit,neminem poſſe aliqua humana lege obligari ad confitendum pec cata, alias legitimè confeſſa: benè tamen poteſt, per legem Diuinam mediatè,vel immediate. Immedia te,quando quis in periculo aliquo conſtitutus,fecit votum, vel iura uit facere Confeſsionem generalẽ omnium peccatorum. Quia tũc ra tione voti, vel iuramenti adhoc te netur,de Iure Diuino: Vt ſupra di ximus. Mediatè, quando.ſ.vouet ſeruare regulam alicuius Religio nis, in qua habetur; quod tenea tur, ſub dicto voto,facere Confeſ ſionem generalem omnium pecca torum;quia tũc etiam, ratione vo ti tenetur. Quod intelligo,ſi ante quam votum emiſiſſet, hoc præce ptum ſciuiſſet de Confeſsione ge nerali facienda; alias non.

67 Quid de Regula pcipienti confiteri iam confeſſa.

HInc ſequitur. quod quamuis in Religione Ciſtercienſiũ, Regula præſcribat, vt elapſo an no, repetat quilibet omnia morta lia,etiam ritè abſoluta, in ſuperio ribus Confeſsionibus;nemo,tamẽ ad id tenetur ſub peccato mortali. Eandem regulam habent Fratres S.Benedicti,& Ieſuitæ:ita Sot diſ. 18.q.2.art.5.Dionyſ.Ciſtercienſis. in 4.diſt.18.vbi dicit: Regulã ſuæ Religionis in hoc ſibi non placere. Ioan.Medina. C. de Confeſsione. quæſtione de Confeſsione reſerua torum,prope finem. Armil. Con feſsio.§.6. de quo vide latiſsimè, & benè per Nauar. in cap.placuit. de pœnit. diſt.6.à num.106. vſque ad 120.

Confeſſio quando inualida?

Quarto autem Reſpõdendo ad Quæſt.Dico: Cõfeſsionem inuali dari,eſſeq; iterandam, propter de fectum ſubſtantialem ex parte Sa cerdotis, vel ex parte pęnitentis. Vt probant omnes (licèt longiorẽ faciant diſtinctionem) & Nauar. c.9.nu.2.Sot.4.diſt.18.q.3.ar.3.

68 Quot caſibus ex defectu confeſſoris?

QVæritur.Ex defectu Confeſ ſoris quot caſibus fiat irrita Confeſsio?Reſp.in tribus. Primo. Quando non habet iuriſdi ctio-

ctionem, vel habet illam impeditam. vt infra dicetur: Secundo. Quando non habet requiſitā ſcientiam. Tertio. Quando Confeſſor non habuit intentionem actualē, vel virtualem abſoluendi. De 1.& 2. defectu. vide ſupra. de Idoneo Confeſſore. Scilicet, quam poteſtatem, & ſcientiam debet habere. Et qualiter abſolutio talium valeat, vel non: infra, De Abſolutione.

Quid quādo confeſſor non habuit intentionem abſoluendi?

De Tertio, ſcilicet, Quando non habuit intentionem abſoluendi; Quæritur, Vtrum ſit Confeſsio iteranda? Reſp. Primo. Ad euitandos, extinguendoſque ſcrupulos, ſemper eſſe præſumendum, & credendum Confeſſorem talem habuiſſe intentionem, ſaltem virtualē, quæ ſufficit; niſi cōtrarium manifeſtiſſimè appareret. Secundo Reſpon. quod ſi hoc verè poſsit ſciri, nulla eſſet Confeſsio, & iteranda: ſecundum omnes. Quia intentio, ſaltem faciendi quod Eccleſia facit, eſt neceſſaria in omni Sacramentorum adminiſtratione. Vt ex Conc. Flor. & Triden. diximus ſupra de Sacrament. in genere. & tradit Vict. & Medin. infrà.

69 *Quid ſi dormiebat?*

QVid ſi Cōfeſſor dormitabat, & non aduertit? Reſp. quod ſi audiuit eſſentialia peccata mortalia, & circunſtantias neceſſarias, licèt aliqua venialia, vel omnia; vel circunſtantias non neceſſarias, non audierit; valet, & tenet Confeſsio. Secus, ſi non aduertit. Vnde Regula eſt generalis: qd quotieſcunque Confeſſor cauſa ſomni, vel alterius occupationis, aut exercitij, nō aduertit ad ſupra dicta, eſt nulla, & iteranda Confeſſio Angel. Confeſsio. 1. num. 22. Armil. eodem; nu. 18. Vict. num. 169. Sot. & Bart. Medin. Summa libr. 1. c. 12. §. 1. Nauar. c. 9. nu. 14.

70 *Ex parte pœnitentis q̄bus caſib⁹ ſit irrita confeſſio.*

EX parte etiam pœnitentis inualidatur Cōfeſsio aliquibus caſibus. Quapropter Quæritur, quid quando pœnitens accedit ad Confeſsionem, non animo confitendi, ſed illudendi, aut decipiendi Confeſſorem, vel vt illum in aliquod inducat mortale, vel vt cōſulat de aliquo mortali perpetrādo? Reſp. In nullo iſtorum caſuum, & ſimilium eſſe validam Confeſsionem, etiam ſi aliqua confiteatur peccata: ſed eſſe iterandam. Nec pœnitens tunc poteſt abſolui. Silue. Armil. Medin. ſupra. Sot. 4 diſtin. 18. q. 3. arti. 3. & omnes. Quia tunc accedit ſine Contritione, & alia præparatione.

71 *Quādo abſque iuſta cauſa omititur peccatum cōfeſſio eſt iteranda?*

VTrum Quando pœnitēs, data opera, ob verecundam, timorem, vel aliam iniuſtā cauſam, aliquod tacuit mortale peccatum in Confeſsione, vel circunſtantiā neceſſario confitendā non expreſſit, teneatur Confeſsionem iterare? Reſp. Quod talis Confeſsio eſt nulla, & iteranda. Nauarr. c. 9. nu. 14. S. Tho. & Viguerius. Sot. diſtin. 18. q. 3. artic. 3. Catechiſ. Rom. pag. 321. Medin. d. §. 3. Sil. Confeſsio. 1. nu. 4. & omnes.

72 *Quādo nō ꝓponit ex corde, confeſſio iteranda.*

QVid de illo, quē pœnitet peccaſſe, confiteturque integrè omnia peccata; non tamē ſtatuit in corde ſuo occaſionem relinquere. Vel dicit ſe nōn poſſe illam relinquere iuxta text. c. Quod quidam. de Pœnit. & remiſ. Reſp. Talem Confeſsionem inualidam eſſe, atque iterandam. Vt ſupra dicta eſt. Siueſ. Confeſsio. 3. Nauar. capit. 9. nume. 13. Sot. ſupra: Med. d. §. 2. & 3. Angelus. Victoria. & omnes Canoniſtæ. in d. cap. Quod quidam.

Vtrum.

73 *Confeſſio omniũ peccatorũ vni integrè facienda.*

VTrum. Confeſsio illius qui dimidiauit Confeſsionem, vnam peccatorum partem confitendo vni Sacerdoti, & alteram alteri, ſit valida? Reſp. Talem eſſe iterandam. Quia, cùm omnia peccata mortalia interna, & externa; reſeruata, & non reſeruata, ſint vni integrè confitenda Sacerdoti, vt, de quibus poteſt, abſoluat; de quibus verò non, mittat ad illum qui abſoluere poteſt; ſecundum S. Tho. 4. diſt. 17. q. 3. ar. 4. quem Scot. Sot. 4. diſt. 18. q. 2. arti. 5. Nauar. c. 9. nu. 14. & Communis per tex. in c. Omnis. de pœnit. & remiſ. & per c. 1. §. Cautus. de pęnit. diſt. 5. & Conc. Florẽ. ſequuntur: cum contra hæc iura fecerit, tenetur iterare Confeſsionem apud vnum. Vide Vict. num. 158. qui alios citat. & Vig. de Confeſsione. verſi. 27.

74 *Confeſſio dimidiata I neceſſitate valet.*

HInc infertur ad q. Vtrum Cõfeſsio dimidiata in neceſsitate ſit valida, puta, quis habet decẽ peccata, & quinque Confeſsis, priuatur iudicio ratione mortis imminentis, vtrum poſsit abſolui? Reſpon. quod ſic. & ita piè credendum eſt, quod ſi habuit ſufficientem attritionem, cum abſolutione Deus dimittat illi omnia. Victor. num. 164.

75 *Confeſſio iterãda propter defectum examinis.*

VTrum Confeſsio illius, qui non confeſſus fuit aliqua peccata mortalia, quia non fecit ſufficientem ſuorum peccatorum examinationem; ſit valida? Reſp. talẽ Confeſsionem eſſe nullam, ob defectum eſſentialem, præuium. ſ. neceſſarium examen; ob quod non fuit integra culpabiliter: ideo iteranda vt ſupra. Nauar. in Man. c. 9. nu. 16. Victor. nu. 160. Catech. pag. 321. Sot. ſup. ¶ Et quale examen, vel peccatorũ diſcuſsio ſufficiat, dictum eſt ſupra, in prima conditione Confeſsionis. Quod intellige de illo qui nullũ, vel quaſi nullum examẽ fecit. Secus de illo qui mediocre, maximè cõſideratis memoria, iudicioque pœnitentis, & tempore, quod fuit ab vltima Confeſsiõe. vt recte declarat DD. ſupr.

Propter quod eſt notandum valde, memoriæque perpetuo retinẽdum illud quod dicitur infra. de abſolutione. nu. 81. *Nota.*

76 *V. Qui non adimpleuit pęnitentiã teneaẽ iterare cõfeſſionem.*

AN qui non impleuit pœnitentiam præcedentis Confeſsionis, teneatur illam iterare? Reſpõ. quod quamuis S. Anton. Ange. Sil. & Armil. Verbo Confeſsio. nu. 10. teneat quòd ſic, dicẽs eſſe communem opinionem: Contrarium tamen eſt verius; & tenendum: immo quod licèt pœnitens omiſerit illam, per obliuionem, negligentiam, vel cõtemptum expræſſum; vel illam adimpleuerit in peccato mortali, vel quando petit vt idem Cõfeſſor, vel alius minuat, vel mutet pœnitentiam; non eſt iteranda Confeſsio. S. Th. quodlib. 1. art. 12. & in 4. diſtin. 16. q. 3. ar. 3. q. 5. ad 4. Caiet. Summ. verbo. Confeſsionis iteratio. verſic. Ex ſatisfactione. Io. Maior. 4. diſtin. 27. q. 6. Palud. q. 5. Adrian. 4. de Confeſsione. col. pen. in fin. Nauar. c. 9. nu. 17. Vict. num. 167. Armil. ſupra. Sot. 4. diſt. 20. q. 2. ar. 2. ad 3. Ledeſ. q. 20. ar. 4. dub. 2. in fi. & Bart. Med. Sum. lib. 2. ca. 6. verſi. Prima che ſe benè. Et eſt cõmunis omnium Magiſtrorum Salmanticæ, & tenenda; niſi in caſu ſatis extraordinario, quem ponit idem Nauar. ſup. Quando. ſ. imponeretur pœnitenti pœnitentia: & ante abſolutionem, poſt acceptationem, conciperet animum illam non implendi. Quia tunc peccaret

nouum

nouum peccatum, quod inualidat Confeſsionem; quia in peccato accepit abſolutionem.

78 V. Cõfeſſio Iformis ſit iteranda.

Vtrum Confeſsio informis, illius. ſ. qui omnia cõfeſſus fuit peccata, cum propoſito cauẽdi ab omnibus; ſed quia non habuit ſufficientem attritionem, ad conſequendam gratiam cum ſacramento, ſit iteranda? Reſp. ꝙ licèt Gratianus. in c. fi. de pœnit. diſt. 3. & Gl. ibidem, cum multis alijs, teneant quod ſic: Contraria tamen ſententia eſt omnino tenenda. Immo, qđ non debeat iterari. tenet Nauarr. c.9. nu.13. & in c. Iuratus. nu.33. de Pænit. diſt.5. & S. Tho.4. diſt.17. q.3. art.4. & latè Caiet. q.5. in materia Cõfeſsionis. Sot.4. diſt.18. q.3. art.3. Vict. nu.157. vbi quaſdam facit diſtinctiones, quæ rariſsimè, vel nunquam contingent.

79 Quid de Sacramento cum obice ſuſcepto.

Ex quo infertur ad quæſtionẽ. V. Confeſsio hæc informis habeat illum effectum, quem habet Baptiſmus in mortali acceptus. ſ. ꝙ remoto impedimẽto, incipit valere ad gratiam, ſic Confeſsio recedente informitate? Reſpon ꝙ licèt Vict. & alij tenuerint, hoc tantum habere locum in Baptiſmo; idipſum concedunt quidam in Confeſſione. ſ. S. Anton.3. par. tit.14. c.19. §.5. vbi citat. D. Tho. Palud. Ric. in 4. & Ioan. & Bernar. in Gl. & Gratianum. in c. Menſuram. de pænit. diſtin.1. §. His. Quod mihi placet. Immo Bart. Med. Sum. lib.1. c.6. locum (ait) habere, in omnibus ſacramentis cum obice ſuſceptis. vide de ſacramẽtis in genere ſupra. nu.10. verſic. vel differentia. 13.

80 Confeſſio qualiter, & cum quo reiterãda?

Ad complementum ſupradictorum, ſunt duo conſideranda. Primum. Quod in omnibus caſibus, in quibus reiteranda eſt Cõfeſsio; ſi reiteretur cum eodem ſacerdote, qui recordatur de peccatis in alia Confeſsione Confeſsis; vel tantum de pænitentia impoſita; ſatis erit confiteri peccatum omiſſum in ſpecie, & alia in genere. vt ait Nauarr. c.9. nu.19. & communis opinio, ſecundum S. Anto. 3. par. tit.14. c.19. §.4. & Silu. Confeſsio.1. q.3. verſic. Si tamen confiteatur alteri; Secundum. Quòd debet pænitens ſimul confiteri peccata, quæ fecit poſt dictam Confeſsionem inualidam in ſpecie, & addere nouum peccatum, ſcilicet Sacrilegium quod commiſit, tacẽdo peccatũ ob quod inualida fuit Confeſsio, vel inualidæ, ſi pluries confeſſus fuit, & quoties communicauit in tali ſtatu. ſecundum omnes. quod nota.

80 V. Peccata legitime cõfeſſa poſſint iterũ confiteri.

Vtrum Peccata alias rectè, & legitimè confeſſa, & abſoluta, poſsint iterum confiteri? Reſp. quòd quamuis Scot.4. diſtinct.18. ad 1. dicat; quãdo peccata iterum confitentur; non eſſe ibi Sacramẽtum: contrarium tamen eſt tenendum cum communi Doctorum Schola. immò, quòd quotieſcunque peccatum mortale iam confeſſum, & abſolutũ; vel veniale nunquam, uel iam confeſſum, accipiatur pro materia, ad aliam Confeſsionem; eſt uerum ſacramentum. Et, ſi iam ſit tale peccatum dimiſſum; datur pænitenti augmentum gratiæ. Ita S. Th. Bonauen. Marſil. Alex. Alenſ. Gabr. & Ioan. Maior. quos refert, & ſequitur Vict. Sum. nu.170. Et probat communis conſuetudo uirorum Religioſorum, qui ſæpè ſæpius confitentur peccata iam legitimè confeſſa. Et tenet communis Catholicorum, vt tradit Nauarr. c.21. nu.38. Bart. Med.

Sum.

Ad quid proſit. Sum.li.2.c.12. ¶Et ad quid proſit. vide Nauar. ſupra.nu.34.& 42.

81 V. Qui facit confeſſionem inualidã aliqua culpa ſua ſatisfaciat præcepta?

VTrum. Qui cõfitetur in Quadrageſima omnia ſua peccata, ſed propter culpam ſuam non abſoluitur; Vel cõfitetur iuxta formam tex. in cap. Quod quidam. de. pœnit.& remiſſ. Vel facit Confeſſionem inualidam, malitioſè, ſine iuſta cauſa mortale aliquod nunquam confeſſum, vel circunſtantiam neceſſariam omittẽdo, ſatiſfaciat præcepto Eccleſię, de ſemel in anno confitendo? Reſp. quòd licèt Siluеſ. Verbo Confeſſor.4.q.2. verſic. Et hoc quidem: & alij dicãt quod ſic; & in eandem opinionem ſuccumbat Victor. in Summa nu. 163. Contrarium tamen eſt tenendum. ſ. quòd non adimpleat præceptum, quicunque, culpa ſua, non fuit abſolutus, Vel qui male fuit abſolutus ex culpa ſua (idẽ enim eſt) tenet Adrian.4. de Confeſſ.q. 4.§. Sed quid ſi craſſa ignorantia. & probat latè Ioan.Med.C.de pœnit.c.de Confeſſione ſine pœnitentia.& Nauar.c.10.nu.4. per tex. in c.Omnis. de pœnit.& remiſſ. Sot. 4.diſt.18.q.3.art.3.concl.6. & alij, quos refert, & ſequitur Bart.Med. Sum.lib.1.c.14.§.41.

82 V. Sanctiſſ. Virgo fuerit aliquando confeſſa Sacramẽtaliter.

QVæritur. (licèt curioſè) Vtrum Beatiſſ. Virgo Maria adimpleuerit præceptum Diuinum de Confeſſione? Reſpõ. Primo, quod præceptum poſitiuũ de ſemel in anno non potuit adimplere, cùm tale præceptum fuerit ſtatutum ab Eccleſia in c. Omnis. de Pœnit.& remiſſ. poſt eius Sanctiſſimam Aſſumptionem. Secundo Reſpon. De præcepto Diuino, quòd licèt Alber. Magnus ſuper Miſſus eſt.c.69.& 70. quem refert, & ſequitur Ioann. Lud. Viual. in Opus Regale; in vita S.Io.Euang. (& ſentit.D.Th.3.par.q.37.ar.4.) dicanr quod Beatiſſima Virgo, (quamuis nullum vnquã habuit peccatum originale, vel actuale) confitebatur tamen.S.Ioan. Euangeliſtæ; certo modo, quem ponit Alex. ſup. c.74. Contrarium mihi videtur probabilius, cum Viguerio de pœnitentia. & Victoria.nu. 15.dicentibus; eſſe falſiſſimum tale dictum. Imò Beatiſs. Virginem fuiſſe incapacem huius Sacramenti pœnitentiæ.

83 V. Confeſſor teneatur interrogare pœnitentem.

VTrum. Confeſſor teneatur interrogare pœnitẽtem? Reſp. per ſequentes propoſitiones. Prima Confeſſor tenetur interrogare pęnitentem, quando percipit, non eſſe ita benè præparatum, nec feciſſe diligẽtiam in examine faciendo neceſſariam; & illum inſtruere, & docere vt conteratur, & confiteatur integrè, maximè ſi viderit eum timidum, vel verecundũ eſſe.

Secunda. Si percipit Confeſſor a principio pœnitentem eſſe ſolicitum, & diſcretum, examinaſſeque rectè ſuam conſcientiam; non tenetur illum interrogare; quamuis erit ſalutare conſilium (ſecundum omnes) vt interroget; & inſtruat in eo, quod pœnitens deficit.

Tertia. in vtroque caſu, non debet Confeſſor eſſe imprudens, interrogando ea, quæ minime pœnitens cogitauit, ſed vnumquemque ſecundum ſuum ſtatum, officium, ætatem, & tempus à quo non eſt confeſſus, interrogare. Nec in hoc ſit nimius, ne multum emungens eliciat ſanguinem. Hæc omnia colliguntur ex ijs quæ affert Victor. nume. 193. Armil. Confeſſor. nume.3. & Nauarr. capit.10.nu.1.& 2.& alij.

Quæri-

Quot ſint effectus legitimę confeſſionis?

84 QVæritur. Quot ſunt effectus legitimæ Cõfeſſionis? Reſp. eſſe nouem ſecundum Viguer. de Confeſsione. verſi. 15. Primus quod liberat à culpa. Secũdus à pęna aliqua, vel aliquando à tota. vt ſuprà, de pęniten. diximus. Tertius. Aperit portam Cęli, quia per eam ſubditur homo clauibus per quas aperitur. Quartus. Confeſſio tribuit ſpem ſalutis, quia homo per eam fit humilior, & qui ſe humiliat, expectat meritò exaltari. Quintus. Pacificat cõſcientiam. Sextus. Dat ſui cognitionem, quia ibi cognoſcit homo ſcelera ſua. Septimus Confeſſio eſt cauſa facilioris curationis. Qui enim cõfitetur ſæpè, facilius reducit ad memoriã peccata, & curatur. Octauus. Præſeruat à malis, quia homo non eſt ita procliuis ad cadẽdum, ſicut antea. Nonus. Fortificat potẽtias per peccatum debilitatas. Vide etiam Catechiſ. Rom. pag. 313. Vide etiã S. Aug. lib. de Pęnitẽtia, dicentem: Confeſſio eſt ſalus animarum; diſſipatrix vitiorum; reſtauratrix virtutum; expugnatrix Dæmonum. Quid plura? Obſtruit os Inferni, & Paradiſi portas aperit.

Magnũ beneficiũ cõfeſſio.

85 VNde ſequitur Chriſtũ D. N. hanc ſacram inſtituendo Cõfeſſionem, mirabile nobis beneficium cõtuliſſe: tantum abeſt quòd ſit Confeſſio carnificina hominũ (vt quidam peſſimi dixerunt) Vide Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 5.

Cõfeſſio à quib' oneribus nos liberet.

86 QVæritur. A quibus oneribus nos liberat Sacramẽtalis Cõfeſſio? Reſp. a multis, maxime à tribus. Primo à lege Moyſi. in qua tot erãt modi, & ritus ad expianda peccata. Secundo eſt onus remorſus conſcientiæ, quæ, facta legitima cõfeſſione, quietatur, vt vnuſquiſque in ſeipſo experitur. Tertium onus à quo liberat eſt timor, & incertitudo. Et per Confeſsionem ſæpè timor ſeruilis conuertitur in timorẽ, vel amorem filialem. Vnde immenſas gratias Domino noſtro Ieſu Chriſto pro tanto in nos collato beneficio agere debemus. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hæc de Confeſſione ſufficiant.

DE SATISFACTIONE Tertia parte Sacramenti Pęnitentiæ.

Satisfactio accipitur dupliciter.

NOta ſatisfactionẽ dupliciter accipi. Primo modo largè, in genere. de qua loquitur text. in l. 1. ff. Qui ſatiſdare cogantur. & in l. Rem. §. Omni. ff. de Pignorat. actio. Secundo modo ſtrictè, ſeu in ſpecie, ſiue proprie dicta: de qua tex. in c. Perfecta. de Pęnit. diſtin. 1. & c. Satisfactio. de pęnit. diſt. 3. Satisfactio autem, largo modo ſumpta, comprehendit reſtitutionem. Scot. 4. diſt. 15. q. 1. art. 1. Nauar. c. 3. nu. 1. Et in quo differat Satisfactio a Reſtitutione: vide Sot. 4. diſt. 18. q. 1. art. 1. concluſione. 3 & latius lib. 4. de Iuſtitia. q. 6. artic. 1. vbi ponit ſeptem differentias. 1

Satisfactio differt à reſtitutione.

Satisfactio proprie dicta qualiter diuidatur.

Secundo. Rurſus, Satisfactio, propriè dicta diuiditur in illã excellentiſsimam, & generaliſsimã, qua, Dominus noſter Ieſus Chriſtus Deo Patri, in ara Crucis pro nobis ſatisfecit. Quę tantùm ſemel fuit facta, vt ait Apoſtolus. Chriſtus ſemel ꝑ peccatis noſtris mortuus eſt. De quo, vide Catech. Ro.

Satiſfactio particularis eſt duplex. ſ. tertia pars Sacramẽti & quam quiſque facit.

pag.329. Et in illam peculiarem, & particularem, qua, vnuſquiſq; noſtrum quotidie, Cõfeſſoris præcepto, Deo ſatisfacere procurat: Quam tertiam Sacramenti pœnitentiæ partem eſſe determinatur de fide in Conc. Trid. vt, ſupra dictum eſt. Alia eſt etiã Satisfactio, illa. ſ. qua quis propria voluntate, abſque Confeſſoris conſilio, Deo, pro ſuis peccatis aliquid retribuere conatur. Quę nõ eſt pars Sacramenti pęnitentię. vt infra, dicetur.

2 Satiſfactio quid?

QVæritur. Quid ſit Satisfactio? Multæ diffinitiones in Iure, & Doctoribus inueniuntur. vide c. pęnitentia. & c. Satisfactio. de peniten. diſt. 3. Aliam ponit S. Tho. ex D. Anſel. ſ. Satisfactio eſt offenſæ præteritæ compenſatio ad æqualitatẽ iuſtitiæ. tradit Victor. nu. 199. & Summiſtæ communiter. & Sot. 4. diſt. 19. q. 1. ar. 2. Tres, vel quatuor alias ponit Catech. Rom. pag. 329. Melior tamen & compendioſior eſt quam tradit Nauar. c. 3. nu. 1. Satisfactio (ait) eſt paſsio voluntaria pœnæ pro peccato, ad placandum Deum, cum propoſito eum amplius non offendendi. Tangit Silu. verbo Satisfactio. nu. 1. quam explicat Nau. ſupra & in d. c. Satisfactio. nu. 2. Sed licèt hæc diffinitio ſit bona: videntur mihi, illi duo eſſe addenda verba, in hunc modum: Satisfactio ſacramentalis eſt paſſio voluntaria pęnę pro peccato à Confeſſore impoſitæ ad placandum Deum, cum propoſito eum amplius non offendendi. Moueor ad hoc; quia auſteritates, & pęnæ voluntariæ, quas homo, ſua ſponte facit pro peccatis, licèt poſsit per eas Deo ſatisfacere, non tamen dicuntur ſatisfactio tertia pars ſacramenti Pœnitentiæ, pro vt imponi debet à Confeſſore. & tãgit Catech. Rom. pag. 330. verſi. Eodem vero nomine.

3 Illa quę communiter dicitur pœnitentia non eſt niſi effectus pœnitentiæ.

NOta quòd licèt Satiſfactio quam Cõfeſſor imponit, vel alia quælibet quam per ieiunia, ſilicia, & cætera; voluntariè quis Deo offert, communiter ab omnibus, vulgariter; appelletur pęnitentia: non eſt niſi effectus, & ſignum pęnitentiæ, quam quis in corde habet. vt ſequentibus patebit exemplis: Cùm quis videt fumum, certò cognoſcit, ex igne proceſsiſſe. Sic cùm quis flagellat, caſtigatq; carnem ſuam, induitur ſilicio, ieiunat, &c. eſt ſignum, ꝙ in corde ſit dolor, & pęnitentia, ex qua radice indignatio illa ſancta, contra ſe ipſum ꝓcedit. Similiter. Cùm quis videt inimicum, quẽ capitali proſequitur odio; propter rancorem, & odium, quod in corde contra illum habet, accipit euaginatũ gladium, lapidem, vel fuſtem, vt illũ percutiat. Sic cùm homo conſiderat inimicum ſuum, carnem. ſ. ſuã, propter odiũ, quod propter Deũ, contra ſeipſum concipit; accipit arma, nẽpe ieiunia, cilicia, & alias mortificationes, vt de inimico tali vindicari poſsit. quod tetigit Catech. Rom. pag. 333. illis verbis: Accedit vt teſtificationes quædã, &c. Sot. 4. diſt. 14. q. 1. arti. 1. verſiculo: Parimodo.

5 Satiſfactio propter qđ facienda.

QVæritur Propter quod tenetur homo ſatisfacere? Reſp. quod ſatisfactio eſt facienda pro pęna Purgatorij, quam (dimiſſa culpa) tenebatur quis ſoluere in Purgatorio, pro reatu mortalium, & pro venialibus peccatis, cum quibus cõſtitutus in gratia, diſceſſit. Concil. Tridẽ. Seſſ. 6. c. 14. vt ex Dauid. & Paul. ad Rom. 6. & alijs

tradit

tradit Victor. de Satisfactione. in prin.nu.198. vbi probat eſſe de fide. & tradit latiſſimè Catech.Roman.pag.331.

6 Quãdo tenetur homo ſatisfacere? Trib' modis poteſt ſatisfacere pœnitens.

QVæritur. Quando teneatur homo ſatisfacere Deo? Reſpon. vno ex tribus modis teneri hominem Deo ſatisfacere. Primo per pœnalia opera in hoc mundo, à ſacerdote impoſita, vel à ſeipſo voluntariè aſſumpta. Secundo etiam in hoc mundo, per Indulgentiarum conceſſiones. Conc. Triden Seſſ.14 Can.13. & cap.8.& 9. Tertio modo in alio Sæculo, acerbiſſimo illo purgatorij igne. Vnde ſequitur, quod pœnitens non tenetur acceptare pœnitentiam, quam pro peccatis confeſſis, Confeſſor vult illi imponere: ſed ſatis eſt ꝙ habeat animum, Deo ſatisfaciendi aliquo ex tribus dictis modis. Nauar.capit.26.nume.20.vbi alios citat grauiſſimos auctores. Sot.4. diſtinct.20.quæſt.2.artic.2. ad tertium Ledeſm.2.par. quæſt.20.art. 3.fol.292.

V Pœnitẽs teneatur acceptare pœnitẽtiã?

DE SATISFACTIONE
In hac vita facienda per opera pęnalia.

7 Per quę opera ſit ſatisfacien.

QVæritur. Per quæ opera pœnalia debeat ſatisfieri? Reſp. Tria eſſe opera ſatisfactoria: temporalia, corporalia, & ſpiritualia. Temporalia, vt eleemoſynæ. Et ad hæc reducuntur omnia alia opera miſericordiæ temporalia, vt viſitare incarceratos, ſepelire mortuos, &c. Corporalia, vt ieiunia. Et ad hæc reducuntur omnes corporales afflictiones, vt diſciplinæ, cilitia, peregrinatio &c. Spiritualia, vt orationes. Et ad hæc coniunguntur omnia alia, vt quod pœnitens confiteatur aliquoties, vel communicet infra annum. Ita habet communis opinio, Gabriel, Dur. Scot. Adrian. Ioan. Medin. C. de ſatisfaction. Sot. Ledeſ. ſup. Nauarr. c.3.nu.3. Conc.Trid.Seſſ.6.c.14.& 83.14.c.8.& 9.

SEd quare per hæc opera eſt ſatisfaciendum? Reſpõ. quod eſt iuſtũ, vt in eo, quo quis deliquit, etiam puniatur. Et quia homo tria poſſidet bona, Animã, ſcilicet, corpus, & rem familiarem. & in vnoquoque iſtorum deliquit, ſic in vnoquoque eſt puniendus. Vel, Quia per hæc tria opera impugnantur concupiſcentia carnis, cõcupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Catechiſ. Roman. pagina 337. Victor. nu.208. & bene Conc. Colon. de Satisfactione. §. Ex prædictis ergo. 8

Quare per hæc ſatisfaciendum?

QVæritur. Quod horum triũ operum ſit magis ſatisfactorium? Reſp. quod cum in ſacra ſcriptura multæ inueniantur auctoritates de eleemoſyna: vt illa: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatũ, & Daniel. Peccata tua eleemoſynis redime: eleemoſyna videtur magis ſatisfactoria, vt tradunt Doctores.4.diſtin.15.& Armil. verbo Satisfactio.nu.3. Silu.eod.nume.8. Sed quia omnes ſupra dicti nullã ponunt rationem, quare eleemoſyna ſit magis ſatisfactoria: Sic in cõtrarium argumentor: Homo tria habet bona, ſpiritualia, quæ ſunt primi ordinis: corporalia, quę ſunt ſecundi: temporalia quæ ſunt tertij. Videtur ergo, quod cum Oratio ſit bonum ſpirituale primi Ordinis; erit plus ſatisfactorium. 9

Quod horum trium plus ſatisfactorium.

Secundo. Sic probatur. Illud videtur plus ſatisfactorium, & meri-

ritorium in quo quis plus patitur, & affligitur; Cũ ergo quis plus pa tiatur ieiunando maximè in pane, & aqua: & multo magis ſi corpus ſuum verberibus caſtiget: videtur quod ſit plus meritorium, & ſatiſfactorium, quàm Oratio in qua fa cienda, vel eleemoſyna, parum laboris impenditur, Maximè ſi eleemoſyna ab homine liberali fiat, ſimul, & Diuite. Confirmatur. Quia ſi quis eſſet obligat⁹ voto, vel alia obedientia ad ieiunium, vel ad accipiendam diſciplinam, maximè per tertiam perſonam: donaret, libentiſſimo animo, largiſſimã eleemoſynam ob dictarum pœnarum redemptionem.

Tertio. Quia quilibet meretur plus faciendo illud, quod magis ſuæ naturali contrariatur inclinationi. Cùm ergo plus deuiet à naturali inclinatione flagellare, & percutere quem ſeipſum: maximè ſi flagelletur ab alio tertio: Ergo magis meritoriũ, & ſatiſfactoriũ &c.

Quarto. Quia omnis qui ex præcepto tenetur ieiunare Quadrageſimam, cùm poſſit, libentiſſime donaſſet quamcunq; eleemoſynam, vel orationem, vt liberaretur à ieiunio, maximè ſi ei concederetur eſus carnis.

Quinto. Quia qui tenetur ex p̃cepto ieiunare, cum poſſit; etiam ſi largiſſimam largiatur eleemoſynam, non poteſt liberari à præcepto, vel ieiunium in eleemoſynam commutare, ſi alia iuſta nõ ſit cauſa. Propter has, & alias rationes niſi communis eſſet in contrarium, tenerem non eſſe magis ſatiſfactoriam eleemoſynam. Et licèt Ange. verbo Satiſfactio. nu.9. adducat rationem: non plenè ſatiſfacit, bene tamen Sotus 4. diſtinct. 19. quæſtio ne 2. aricul. 3. ad 3.

10 *V. ſatiſfactio fieri poſſit per opera alias debita.*

VTrum Hęc Satiſfactio poſſit fieri per opera alias debita, puta quod Confeſſor imponat pro ſatiſfactione ieiunia quatuor temporum, ad quæ alias de præcepto quis tenetur? Reſp. Primo. Quod quando Confeſſor imponit ſatiſfactionem, intelligitur de operibus, alias non debitis, niſi aliud explicauerit, ut ſi imponat quod ieiunet quis tribus diebus, non ſatiſfacit ieiunando ijs diebus, quibus, de præcepto tenebatur. Et ita eſt intelligẽdus. S. Tho. 4. diſt. 15. & ibid. Scot. Palud. Capreol. Duran. Maior. Silu. verbo ſatiſfactio. nu.8. ut bene explicat Nauar. c.26. nu.42. & Victor. nu.205.

Secũdo. Reſp. ꝙ ſi imponat Cõfeſſor, ut dẽ eleemoſynã ſatiſfacio dãdo illã pauperi extremè egenti; licèt ſub mortali, ſine ſatiſfactione ad id tenerer. Sot. 4. diſt. 20. q. 2. art. 2. Ledeſ. & Vict. ſupra.

Confeſſor põt imponere opera alia debita?

Tertio. Reſp. ad quæſtionem, quod Confeſſor poteſt imponere opera alias debita, & pœnitens ſatiſfaciet cũ illis operibus. Adrian. de Satiſfaction. Ioan. Medin. C. de ſatiſf. Sot. & Ledeſ. ſupra. Ricar. Ægidius. Albert. Pygius. Roſenſis. Latomus contra Lutherum. Caie. 1. tom. opuſ. opuſ. 6. q 1. D. Anton. 3. par. titul. 14. c. 20. Vict. nu. 203. dicens oppoſitum eſſe erroneum. Naua. c. 3. nu. 4. quamuis Palud. 4 diſt. 15. q. 1. ar. 2. Maior. quæſtio. 2. Silu. dicant quod non, quos refert Vict. numero 205.

11 *V. poſſit homo ſatiſfacere per flagella à Deo miſſa?*

VTrum poſſit homo ſatiſfacere per flagella, à Deo inflicta puta infirmitates, amiſſionem honoris, parentum, bonorum, uel per mortem propriam naturaliter uel uiolenter cauſatam? Reſpon. quod

quod per hæc omnia, ſi homo patienter ſe habeat, & ad Deum cor ſuum dirigat, poteſt ſatisfacere. doctores ſupra citati, & S.Th. 4.diſt. 15.q.1.ar.4.Victor.nu.207.Sot.diſ. 18.q.2.arti.2.Nauar.c.3.nu.4. & c. 26.num.22. quod iam de fide eſt à Concil. Trid. determinatum Seſſ. 14.c.9.& Can.13.

12 *V. poſſit vnus ꝓ alio ſatisfacere.*

VTrum poſſit quis pro alio hanc ſatisfactionem facere? Reſpõ. quod Confeſſor duplicem ſatisfactionem poteſt pænitẽti imponere. Vnam in pænam & ſatisfactionem pro peccatis præteritis. (& de hac dicetur infra, an teneatur illam acceptare) Alteram in ſatisfactionem iniuriæ alteri illatæ: uel in remedium, & medicinam pro futuris, ut caueat recidiuum. Et de hac ſecunda non eſt dubiũ, ſed certum eſt quod debeat per ſe ipſum ſatisfacere, nec poſſit per alium. S.Thom. & alij relati à Silueſt.Satisfactio.num.3. Ang.nu.3. Armil. & omnes Sot. 4.diſt.19. q. 2.art.4.concl.2.

Pœnitẽs articulo mortis põt cõmittere ſatisfactionem.

Eſt ergo quæſtio de ſatisfactione accepta, pro præteritis peccatis? Reſpon. per ſequentes propoſitiones. Prima. Pænitens in articulo mortis conſtitutus, poteſt cuicunque ſuam committere ſatisfactionem, abſq; ulla auctoritate; & cũ hoc ſatisfaciet, dũmodo acceptãs adimpleat in gratia: Silu.ſupra. Armil.ſatisfactio.nu.6. Vict. nu.200. S.Th.in lib.4. contra Gentes.c.55. vbi Ferrarienſis.Sot.ſup.

Quid extra articulum mortis.

Secunda. Quando Confeſſor, extra articulum mortis, impoſuit pænitenti pænitentiam, dicens: quod poſſit illam adimplere per ſeipſum uel per alium, etiam ſi pænitens poſſit, poteſt illam per aliũ adimplere. Silueſt.ſupra. Angel. Satisfactionem.nu.3.allegãs pro hoc Ricar.& D.Bonau.in 4.diſt.20.

Tertia. Quando autem Confeſſor impoſuit ut tantùm per ſeipſum, ſatisfaciat; potens per ſe, non poteſt per alium: ſecus ſi non poſſit ſecundum ſupra dictos, licèt Armil. ſupra dicat, quod ſiue poſſit, ſiue non; poteſt per alium.

Quarta. In omni caſu requiritur quod adimplẽs ſit in gratia, ſecundum omnes. Sot.ſupra. Aduertat tamen oportet qui in articulo mortis ſatisfactionem alteri committit, & is cui committitur, quod anima defuncti non ſtatim in cælum euolabit, ſed in purgatorio erit, donec adimpleta ſit talis ſatisfactio. S.Th.relatus, & ſecutus ab omnibus, maximè Silueſt.ſupra.num.4. Quod eſt notãdum pro ijs, qui differũt defunctorum ſatisfactiones. i.pænitentias, nam aliter eſt de reſtitutione. *Vide de differentibus cõmiſſa defunctorũ.*

13 *V. Iniuncta opera ſint maioris virtutis quam voluntariè accepta.*

VTrum Pænalia opera, quæ Confeſſor pro ſatisfactione iniũgit, ſint maioris ualoris, & meriti, quã illa quæ quilibet ſua ſponte facit? Reſpon. quòd ſic. Primo. quia ſatisfactio impoſita à Confeſſore eſt magis ſatisfactoria, quia pars eſt tertia ſacramenti pænitentiæ. Secundo. Quia ſatisfactio impoſita à Confeſſore, licèt impleatur in mortali peccato, ualet, & eſt ſatisfactoria, ſaltem pro tempore quo peccator ſurrexit à peccato: alia uero non, iuxta S.Th. & alios, quos citat Nauarr. cap. 3. nume. 5. (ſed non ſecundum omnes, ut ipſe ait) illud tamen tenent Ioann. Medin.C.de ſatisfactione. Angel. Scot.Maior.Almain.Gabr. & Canus in relectione de Pænitentia. & Caiet. (quem refert Sot. diſt. 19. quæſt.1.arti.5. tenens contrarium

cum alia magis communi) & Bar. Medi.Summa.lib.2.c.6. verſiculo. Prima,che ſe. Victor.num.201.Ratio eſt.Quia talis pœnitentia,& ſatisfactio,eſt pars ſacramenti,& eſt opus Chriſti,& habet effectum ex opere operato,remoto obice. Doctores ſup. Probatur: Baptiſmus, & Abſolutio Sacramentalis reuiuiſcit, quo ad effectum, in quem per ſe ordinantur, vt tenet ferè cõmunis.Ergo,& ſatisfactio, vt pars Sacramenti? Doctores autem oppoſitum tenentes exponendi ſunt; quòd pœnitentia in mortali adimpleta, etiam per ſequentem gratiam, non reuiuiſcit ad meritum gloriæ æternæ. quod tenet ſic Sot. ſupra.Adria.D.Th.Enricus,Turre Cremata.Alcocer. Couarr. Caiet. verbo.ſatisfactio.

14 V.teneat ſatisfactio adimpleta audiendo Miſſam.

Vtrum poſſit quis ſatisfacere recitando pęnitentiam dum audit Miſſam de præcepto? Reſp. quòd quicquid dicant Ang.verbo Feriæ.nu.42.Gabr. Maior. Caieta. & alij multi. & quicquid Victor. (ſine diſtinctione) dicat. nu.204. Ita eſt diſtinguẽdum.ſ.quòd ſi ita recitat pœnitentiam, quòd non omittat debitam Miſſæ auditionẽ; vel ita audit Miſſam, ꝙ ſine notabili deffectu auditionis recitat: vtrumque adimplet præceptum de Miſſa audienda, & de pœnitentia implenda.Quod hoc modo,in tali caſu (& cum quis horas canonicas debitas,in Miſſa de præcepto, recitat) faciendum eſt: videlicet quòd audiat illa cum attentione, quæ Sacerdos alta voce profert, Gloriã.ſ.Orationes, Epiſtolam, Euangelium, Præfationem,& cætera.Et dum alia facit, & Memento,& omnia ſecreta; recitet quod pœnitenti placuerit, & ſic vnicuique ſatisfaciet obligationi. Ita tangit (licèt non diſtinctè) Nauar.c. 21.num.8.Bart.Med. Summ.lib.1. c.14.§.6.

15 V ſatisfaciat quis dicendo officium, vel pœnitẽtiã dum veſtit ſe?

Vnde infertur, An ille qui dicit pœnitentiam,dum induit ſe,ſatisfaciat? Reſp.quòd ſic.vt de illo qui ſic recitat officium diuinum,vel horas canonicas,ad quas obligatione officij, vel voti tenetur,tradit Bart.Med.libr.1.c.14.§. 11.in medio.

16 Quãta pœnitẽtia imponẽda ꝓ quolibet peccato?

Quæritur Quanta pœnitentia ſit pro quolibet peccato imponenda?Reſp.Primo, ꝙ pœnitentia iuſta eſſet illa,quæ correſponderet peccatis confeſſis, in Purgatorio luẽdis, nec maior,nec minor. argumento text. in l.Iuſtitia.ff.de Iuſt.& iure,& Proemium Gregorianum.

17 Solus Deꝰ ſcit iuſtã.

Secundo.Reſpon.Solum Deum noſſe,quæ ſit iuſta pęnitentia, ſolus enim ipſe ſcit, quanta pœnitentia dignum ſit mortale peccatum; cum ſit offenſa infinita; & quantum ſit diminutum pęnæ per Contritionem, & Confeſſionem, & cæteros pœnitentis actus. Nau. c.26 nu.16.& 19.

18 Pæn tẽtiæ ſemper arbitrariæ.

Tertio. Quòd verũ eſt,& ſemper fuit illud quod communiter Doctores dicunt. ex.c.Menſuram.de pęnit.diſt.1.& c.Deus qui. de pœnit.& remiſſ.& c.Tempora. 26.q.7.ſ. pœnitentias eſſe arbitrarias. ideſt relinqui iudicio prudentis Confeſſoris, vt eas ponat,quas, penſata qualitate, valetudine,ſtatu,ætate,peccatis, & alijs circunſtantijs pęnitentis, magis in Domino,ad eius animę ſalutem tuendã, viderit expedire. Nauarr.c.26.nu. 18.& omnes. Non tamen onerando pęnitentes prolixis,& faſtidioſis ſatisfactionibus; ſed eos ad

saluta-

ſalutares accipiendas monendo.

Aduertat confeſſor. Pro quo Duo ſunt notanda. Vnū ad ſalutem Confeſſoris. ſ. ne ita leues imponat pœnitentias, vt qua ſi nihil videantur; quod, in ſequentia verba, monet ſanctum Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. dicens: Debent ergo ſacerdotes Domini, quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, & cōuenietes ſatisfactiones iniungere, ne ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentius cum pęnitentibus agant leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Quò fit, vt de talibus dicat Victor. de Clauibus. num. 12. quod videntur ridiculæ pœnitentiæ huius temporis.

19 Aduertat pœnitens. SEcundum ad ſalutem pœnitentis neceſſarium eſt, quod non putet pęnitens, quòd ſi faciat quācunque pœnitentiam, etiam leuē impoſitam à confeſſore erit liber à Purgatorio, ſi illa pœnitentia nō fuit iuſta. Quia poſtea debet luere in Purgatorio, quod hic deficit; etiam ſi pęnitens eſſet paratus maiorem ſuſcipere: vt contra Gl. in d. c. Menſuram, & Panor. in d. capit. Deus qui; nume. 4. & Anton. Burgenſ. in c. 2. de Emption. & vendit. probat Magiſt. ſenten. 4. diſtin. 20. Nauarr. cap. 26. nu. 17. Thomas de Argentina. 4. diſtin. 26. q. 1. art. 3. S. Tho. diſt. 20. q. 1. Vbi omnes, poſt Gloſ. 8. in Extrauag. 1. de pœnit. & remiſ. in communibus, concludūt, quod ex quacunque cauſa, & ob imminentem mortem, ignorantiā, aut errorem, etiam ſi pœnitens paratus ſit maiorem ſuſcipere; ſacerdos impoſuerit illi minorem, quā peccata exigunt; non liberabitur à Purgatorio, niſi totaliter ſoluerit, aut ſatisfecerit ipſe, aut alius pro eo. Vide Gl. verbo. Diſpenſare. in §. De adulterijs. de Iudicijs.

VNde ſapientiſſimè faciunt illi pœnitentes (quos Ego vidi) qui, etiam Confeſſore volente imponere paruam; faciunt ſibi maiorem imponi pœnitentiam; volētes hic potius ſatisfacere, quàm in illo horribili Purgatorij igne. 20 Pœnitēs faciat ſibi imponere maiorem pœniti.

QVarto Reſpon. quod quando Cōfeſſor imponit minorem pęnitentiam dicitur imponere falſam, vt appellat Greg. in c. Falſas, de pœnit. diſtin. 5. non quia Confeſſio ſit falſa; eſt enim veriſſima, & valida; ſed quia videtur fallere poſſe pœnitētem, ſi credat per illam minimam ſatisfactionē plenè ſatisfec. ſſe. Vt notat Nauarr. c. 26. num. 15. Per quod intelliges dictum c. Falſas. licet alij contra. 21 Falſa pęnitentia quæ dicatur.

QVinto. Reſp. ꝙ communiter dicitur pro vno quoque peccato mortali, eſſe pœnitentiam ſeptem annorum imponendam, iuxta Canones Pœnitētiales, vt probat Gratianus. in c. Hoc ipſum. §. 1 33. q. 2. & Glo. in c. Admonere. 33. q. 2. & in c. Prædicandum. 22. q. 1. & in c. Sunt plures. de pęn. d. 3. Quæ omnes Gloſę (cōmuniter receptæ) id dicunt. vt tenet cōmunis cum Hoſtienſi in Sum. de pęn. & remiſ. §. Quæ pœna. Palud. 4. d. 2. S. Anton. 3. par. tit. 17. c. 10. 22 Pœnitētia ſeptem annorum pro quolibet peccato, quomodo intelligat.

Sed quicquid hæc Communis opinio teneat; Contrarium putat verius, & tenendum Nauarr. c. 20. nu. 17. Primo, quia nullus text. eſt, quo tale præceptum inueniatur: Secūdo. Quia S. Th. 4. diſt. 20. q. 2. id tenet. & ante eum hoc ſentit. S. Hieron. in c. Mēſuram. de pęn. d. 1. Tertio. Quia Gratianus non di-

cit talem pœnitentiam ſeptem an norũ, iuſſam fuiſſe imponi ab Eccleſia; ſed tantum ait; Eccleſiam, pro grauiſſimis peccatis, talem ſolitam fuiſſe imponere. Eſt ergo dicendum cum Nauarr. ſupra. & in d.c.Falſas. de pœnit. diſt.5.nu.14. Canones pœnitẽtiales, quos Hoſt. ſupra & alij Summiſtæ colligunt, intelligendos eſſe pro foro Eccleſiaſtico exteriori; non pro Sacramentali; in quo omnes pœnitentię ſunt, & ſemper fuerũt arbitrariæ; prout ſupra dictum eſt. Et debet Confeſſor, quam putat iuſtam, imponere: aduertendo pœnitentem, quod ſi hic non ſatisfecerit plenè, per bona opera, vel indulg. ſatisfaciet plene in purg.

23 V. pœnitẽs teneat acceptare pœnitẽtiam? — Vtrum Pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam iniunctã? Ratio dubitandi oritur ex eo, ꝙ videtur pręceptum naturale, & Diuinum de ſatisfaciendo pro pœnis temporalibus in præſenti vita; quod inſinuat Concil. Trid. Seſſ.6. c.14. & Can.30. & Vega. in Conci. Trid. lib.13. à c.36. Et ſanè ante ingreſſum Gloriæ debet quis ſatisfacere, hic vel in Purgatorio, vt probat Sot.4.diſt.19. & 20.q.2.art.11. Sed vt quæſtio declaretur: ſequentes Nota concluſiones.

Prima Concluſio. Excepta Satiſfactione, quæ à Confeſſore imponitur, & à pœnitente acceptatur, non conſtat eſſe præceptũ ſub mortali, quod nunc in præſenti vita teneatur homo ſatisfacere pro pœna temporali culpæ remiſſæ, ita Cor dub. lib.5.q.1. & 5.ad 2. & q.10. Adria.4. de ſatiſfactione. Ioã. Medin. C. de pœnitentia. tractatu. de ſatisfactione. Sot. diſt.20. Ledeſma 2.par.q 20.art.3. fol.299.col.2. Nauar.c.26.nu.20.

Secunda Cõcluſio. Sacerdos tenetur pœnitenti imponere aliquã pęnitentiam, quia vice Chriſti eſt Iudex, ad vindicandum iniuriam Deo illatam. Confirmatur. Quia alias faceret ſacramentum Confeſſionis mutilũ, ſine tertia eius parte; quæ eſt ſatisfactio. Quare, etiã in articulo mortis Cõfeſſor debet pęnitenti aliquam imponere ſatiſfactionem, quamuis leuem, vt ait Ledeſ. d. arti.3. & Nau.c.26.nu.33. — Confeſſor v. teneatur imponere aliquã pœnitẽtiam.

Cæterum, quia pœnitentia eſt arbitraria, debet Confeſſor in mitiorem partẽ inclinare, ex D. Chryſoſt. in id Matth.6. Alligant onera importabilia, & ex c. Alligant.26. q.7. & Nazian. Oratione.16. Simanc. de Catholicis inſtitut. c.47. & 49. & omnes. — Confeſſor debet I mitiorem partem inclinare.

Tertia Concluſio. Si Confeſſor imponeret pœnitẽtiam, quam plane conſtaret eſſe intollerabilem, vel indiſcretam & improportionatam peccatori, vel peccato; non tenetur pœnitens acceptare. S Tho. q.18. in addition. ar 4. Ledeſm. ſupra. & alij. — Quid ſi pœnitẽtia eſt indiſcreta?

24 Confeſſor habet claues. — Hinc multi Doctores reſpondent ad quæſtionem dicentes: pœnitentem nunquam teneri acceptare pœnitẽtiam. tenet Scot. 4.diſt.17. & 19 ad fin. Gabr. diſ.16. q.2. Silu. Confeſsio.1.§.29. Caiet. opuſc. de Satisfactione. q.2. & in Summa verbo. Satisfactio. Ioann. Medin. C. de pœnit. fol.75. & 99. Armil. verbo Cõfeſsio.§.29. Hoſt. Panor. & alij. reſoluit late Nauar. c.26 nu.20. dicẽs ita eſſe tenendũ, ſeruarique Romæ, & in toto Orbe. & reſpondet ad contraria.

Quarta Concluſio, Hæreticum eſt negare Confeſſarium habere claues, & poteſtatem ad ligandũ, id eſt, ad imponendam iuſtam pęniten-

nitentiam pro peccatis. colligitur aperte ex Conc. Lateran. & Tridẽ. Seſſ.14.c.8. & Canon.15. ita colligit Nauar.c.26.num.20. Imò, hinc infert Ledeſm.q.20. ad 3. fol.299. col.3. ſententiam eſſe Catholicam quod pœnitens tenetur acceptare pœnitentiã iniunctam & fol.300. col.3. dicit oppoſitum eſſe hæreticum.& Victor.209.

Cæterum nõ eſt credibile quod ſi id conſtaret eſſe hæreticum, tot Catholici, poſt dictum Conci. ſcripſerint quod pœnitens non tenetur acceptare.

25 EX quibus omnibus colligitur, quod licèt aliqui grauiſſimi autores tenuerint pœnitentem teneri acceptare iuſtam pœnitentiã iniunctam, Roffenſis contra Luterum. Magiſtr.4.diſtin.16. & 18. & vtrobique S. Tho. & additione.3. par.q.18.ar.3. Hugo de ſancto Victore. Maior.diſt.17.vbi Duran.q.3. Almai.diſt.18.vbi Ricar. Palud. q.20.Sot.par.20.q.2.ar.2.Cano. de pœnitentia 5.par.in fi. Petrus à Soto de inſtitutione ſacerdotis: de ſatisfactione lectione 2. Victor. nu. 209. vbi dicit eſſe communem ſanctorum omnium antiquorum. & de clauibus nume. 1 1. Quia tamen multi illorum non ſic clarè, & diſtinctè loquuntur, quod poſſit colligi dicta ſententia: quia Sot. ſupra, tantum dicit quod tenetur parere, nec dicit in quibus: tenendũ eſt cũ Nauarr.c.26.nu.20. & alijs, ſupra: & diſtinguẽdum, quod opinio Soti, Victor. & aliorum procedat de pœnitentia reſtitutoria, vel medicinali. Quod etiam ipſe Nauar.concedit.

V. ſit mortale pecc. pœnitent.

26 AN peccet mortaliter acceptatam pœnitentiam non adimplens? Reſp. quod licèt Caiet.q.2. de ſatisfactione, quem refert Nauar.& Sot.infra teneat, quod non: contrarium eſt tenendum, imò q peccet mortaliter. Scot.4. diſt.18. & 19.Gabr.diſt.16.q.2.dub.1.& 5. Silu.Confeſſio.1.nu.25.& 29. Magiſt.4.diſt.18.vbi S.Thom.& in additione.3.par.q.18.ar.3 Palu.4.diſt. 20.q.2. Maior & alij quos refert, & ſequitur Victor.nu.209.Nauar. c.21.nu.43.Sot.diſt.20.q.2.artic.2. concl.2.Bart. Medin. Summ.lib.2. c.6.§. La quarta domanda. Quod eſt verum quando pœnitentia fuit impoſita pro mortalibus. Nam illam, quæ pro venialibus tantum datur, non tenetur quis ſub mortali.Medina ſupra. Angel.verbo Cõfeſſio.1.nu.13.& ſuus commentator ibid. allegans Bonauenturam.

acceptatã non adimplere?

Pœnitentiæ pro venialibus.

27 AN qui non adimplet pœnitentiam, teneatur Confeſſionem reiterare. Vide ſupra, de Confeſſione.nu.76.

28 VTrum Vnus Confeſſor poſſit minuere, vel commutare pœnitentiam ab alio Cõfeſſore iniunctam? Pro reſponſione, Not.quod ſicut in voto vel iuramento datur commutatio in æquale, & diſpenſatio; ſeu relaxatio, qua minuitur, vel tollitur prorſus: ita, Si Confeſſor mutet pœnitentiam in aliam prorſus æqualem, vel maiorem, quæ ſuauius impleatur à pœnitente; benefaciet. Eſt vero Prima ſententia Nauar.c.26.nu.22. quod nõ ſolum æqualis Confeſſor, ſed etiã inferior, poteſt minuere pœnitentiam, ab alio iniunctam, puta Epiſcopus impoſitam à Papa, & Parochus ab Epiſcopo. Secunda ſententia extrema, quod nemo etiam ſuperior poteſt mutare pœnitentiã, niſi pœnitens reconfiteatur eadem peccata. quare aiunt Doctores iſti

V. vnus cõfeſſor poſſit pœnitẽtiã ab alio iniunctã minuere &c.

quod oblitus pœnitens tenetur reconfiteri eadem peccata Ang.Confeſſio.1.nu. 13. D.Anton.3.par.tit. 14.§.fin.c.19.Silu.Confeſſio.1.nu. 3.& 27. & pro hac citatur. S.Tho. Ricard.& Palud.

29 **Nullus tenetur reiterare cōfeſſionem in his caſib⁹.**

PRima Concluſio. Nemo,ex eo ꝙ non impleuerit pœnitentiā, vel vt illa minuatur, aut commutetur à Confeſſario, tenetur reconfiteri eadem peccata, eſt communis.Palud.diſt.17.q.5.Sot.4.diſtin. 20 quæſt.2.art.2.verſic. Ad tertiū, Silu. Ledeſin.q.20.arti.4.dub.2.in fin.Victor.num.167.Caiet.Summ. verbo Confeſſio. 2. propè finem. Adrian.4.de Confeſſione.col.pen. in fine.Nauar.c.9.nu.17. & omnes Magiſtri. ſentit D. Tho.4 diſt. 17. q.3.artic.3.quæſtiun. 5. ad 4.Rich. diſt.17.q.2.ar.8.

30 **Quis poſſit pœnitētiā cōmutare?**

SEcunda Concluſio. Pœnitentiam iniunctam a Parocho, poteſt Epiſcopus diſpēſando minuere; vel propriam. Prob. Quia licèt Confeſſor à Chriſto habeat auctoritatem imponendi pręceptum pęnitentiæ; id tamen præceptum dependet ab homine, ſicut & lex poſitiua, vel votum pendet ex voluntate hominis.Sed Papa,vel Epiſcopus poteſt diſpenſare in omni præcepto per hominem inferioré poſito; ergo. Item ſi pœnitens intra breue tempus recurrat ad eūdem Confeſſorem, poteſt commutare, vel minuere pœnitentiam.Sot.dicta q.1.artic.3. facit Ledeſin.q.20. articu.4.fol.301.col.2.in fin. Sotus dicit intra triduum, Mantius intra octo dies. imo quamuis plures trāſierint, ſi modo cenſeatur idem iudicium,& moraliter præſens.

Dices. Iam Iudex functus eſt officio ſuo, ergo non poteſt reuocare pęnitentiam? vide Couar. lib.3. variarum.c.7.nu.4.fin. Item Victoria de clauibus.nu.13.dicit, quòd alius ſacerdos æqualis non poteſt commutare, quia par in parem nō habet imperium.capit.Placuit. de pœnit.diſt.6.

TErtia Concluſio. Non ſolum æqualis, ſed inferior Confeſſor, poteſt, ex iuſta cauſa, minuere, vel commutare pęnitentiam ab alio impoſitam, etiam ſine reiteratione Confeſſionis. Victor.nu.211. Nauarr.c.26.nu. 22.cum alijs quos ibid.citat.

Ad tex. in d.c.Placuit.reſpondet Sot. quod loquitur de pœnitentia publica vel parochiano alieno.

DE Pęnitentia publica quando,& pro quibus peccatis,& an pęnitens poſſit ad illā cogi &c. vide de pęnitentia in communi, ſupra, in principio. num.17.cum ſequentibus. 32

V. pęnitens peccet mor taliter reuelādo ſuā pœnitētiā.

VTrum Pęnitens peccet mortaliter, dicendo alijs pęnitentiam ſibi impoſitam à Cōfeſſore? Reſp. quòd regulariter nō; ſed tantùm ſi propter eius manifeſtationem pęnitens, vel Confeſſor incurreret aliquod graue damnum animæ, corporis, vel famæ. Angel. ver bo.Cōfeſſio.vi.nu.18.cum Ricar. Silu.Confeſſio.1.nu.23. 33

Qualiter pęnitentia imponēda I lubileis?

VTrum Per Iubileum poſſint tolli, commutari, vel abſolui omnes pęnitentiæ impoſitæ in retro actis Confeſſionibus? Reſpon. quòd omnes poſſunt, & ſunt abſoluendæ, & conſumandæ, exceptis pęnitentijs prẹſeruatiuis, quas Nauarr.capit.26.nume.20.& Bart.Medin. Summ.lib. 2.c.6. verſic.Prima che ſe bene : ponunt. 34

DE

DE INDVLGENTIIS.

1 ET, quia ſupra dixim⁹ hominẽ, qui in hoc ſæculo per opera pęnalia impoſita, vel voluntaria, ſatisface re non vult; per indulgentias ſatiſfacere poſſe. & quia Concilium Tridẽ. (contra hæreticorum inſaniam: indulgentias negantium) de illis Seſſ.21.c.fi. & Seſſ.25.in fine; particularem tractatũ facit; ideo.

2 *Indulgentia qd eſt?*
Quæritur. Quid ſit indulgentia? Reſpon. quod (omiſſis varijs ſignificationibus traditis a Gloſſ.1.in cap.Indulgentiæ. de pęniten. & remiſſ.in 6.& ab Angelo, Silueſt.verb. Indulgentia. & alijs) quantum ad noſtrum attinet propoſitum, Indulgentia, eſt remiſſio pęnæ temporalis pro peccatis actualibus pęnitentium, remiſſis in abſolutione ſacramentali, facta à Prælato Eccleſiæ ex cauſa rationabili. S.Thom.4.diſt.20.arti.5. & ibid. Doctores. Sot.diſt.21.q.1. art.1. Silu.& Summiſtæ.verbo, Indulgentia. Nau. in §. In Leuitico. Felinus latè, in ſermone, de Indulgẽtia, & alij multi, maxime Caiet. de Indulg. ad Iulium Medicem.

3 *Quo iure ſit indulgẽtia?*
Quæritur. Quo Iure Indulgentia conceſſa ſit in Eccleſia? Reſpõ. ſecundum Concil. Trid Seſſ.25.in fi. poteſtatem concedendi indulgẽtias eſſe traditam Eccleſiæ iure Diuino à Domino noſtro Ieſu Chriſto quãdo. Io.20. Apoſtolis dixit: Quorum remiſeritis peccata &c. & habetur in c. Audiuimus.c. Quodcunq;.24.q.1. & per totum.de pęnit.& remiſſ.in 6. & in Clem. Quia in illis verbis nõ tãtum intelligitur abſolutio à culpa; ſed pęna eius, etiam extra Confeſſionem. Vnde in Concil. Conſtantien. Seſſ.6. Condemnatus fuit quartus error Vuiclef. damnantis indulgentias.

4 *Ex quo cõceditur indulgentia?*
Quæritur. Ex quo fit, vel concedatur indulgentia? Reſp. quod licet Franciſcus Mai ronius, & Ange. indulgentia.nu.9. dicant: Indulgentias tantum concedi, ex meritis Chriſti; & nõ ſanctorum. Et licet Scrutinium ſacerdotale tres diuerſos faciat Theſauros, vnum.ſ.Chriſti, ſecundum B. Mariæ Virginis, tertium vero ſanctorum: Communis tamen opinio Theologorum. in 4.diſt.20.vbi S. Tho.& Sot.ſup arti.2.& communis Canoniſtarum. in c.Indulgentiæ.de Pęniten. & remiſ.in 6.& in Clemẽ.1.de reliq. & Vener.Sanct. Palud.maximè in 4.diſt.20. Armil. verbo Indulgentia; tenent contrarium, imo indulgentiás cõcedi ex theſauro Eccleſię, meritis Chriſti, Beatiſſimæ Virginis, omniumque Sanctorum coadunato. *Theſaurus Eccleſię ex quibus cõſtet?* De quo, ne ſcio quo pacto dubirẽt illi, q poſt Extrau. Vnigenitus.de pęnit.& remiſ. ſcripſerũt: cum ibidem hoc ſit determinatum. Quia cum Chriſt⁹ infinitè, (abſq; eo quod peccatum haberet vllum, pro quo debuiſſet ſatisfacere) & Beatiſſima Virgo nullum etiam haberet; etiam Originale, & multa ſit paſſa: & ſancti (licet aliquando peccauerint) multa tormenta, paſſioneſque & flagella paſſi ſint, maiora multò quã meruerint, & ſatisfecerint plus quam debuerint; ex ſuperabundãtia etiam meritorum ipſorum, cum meritis infinitis Chriſti, congregatur theſaurus Eccleſiæ infinitus. Vide S.Th.ſup. Silu. Indulg. nu.4.& latiſſimè Felin. Sot.ſup. Viguer. late & bene de Sacramento Ordi-

Ordinis. verſi.19. & ſequentibus, & Nauar.§.in Leuitico, notab.13. nu.1.cum ſeq.

5 Quis poteſt concedere indulgentia. QVis poteſt concedere indulgentias? Reſp. Indulgentiam plenariam, & Iubileũ, Papam per totum Orbem poſſe concedere tantum ex propria autoritate. S. Tho. relatus & ſecutus ab Ang.Indulgentia.nu.5.Silu.nu.11. Armil. nu.3.probat Sot. diſt.21.q.1.art.4.vbi citat text.in c.Ex eo.de pœnit.& remiſ.c.Accidentibus,de Exceſſib. prælat. patet etiam in c. Quodcũque. 24.q.1. Et quomodo Concilium,Legati, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij poſſint: vide Sotum & alios ſupra maximè Nauarr.§. in Leuitico. notab.31. per multos numeros.

6 An Cõfeſſor poſſit concedere indulgẽtias? SEd V. Sacerdos Confeſſor poſſit Indulgentias concedere? Reſpon. quod in foro exteriori minime.In foro autem Confeſſionis, licèt Directorium, Sotus, & alij tenuerint quod non;Contrarium videtur verius:imo quod omnis Cõfeſſor approbatus,in foro pœnitentiæ poſſit indulgentias concedere, ſcilicet, dicendo pœnitenti in impoſitione pœnitentiæ:Diſpenſo tecum ſuper reſiduo pœnitentiæ ſi maior tibi eſſet imponenda.Tenet Silu.Indulgentia num.11.cum Roſel.Ang.nu.5.Armil.nu.3.Card. in Clemen. Religioſi. de Priuileg.citans alios.Tenet.Gloſ.in c.Menſuram. de pœnit.diſt.1.verbo.Sacerdotis. ibi: Et Diſpenſandi animo hoc facit. Tenet etiam Panor.in c. Sicut dignum.de homici. allegans tex.in c.Quem pœnitet. de pœnit. diſt.1.Innocentius & Bernar. in d. c.Quod autem. & refert & ſequitur Archidia. in c.Indulgentiæ,de pœnit.& remiſ. in 6.Marſil.4.q.12. quem refert Sot. diſt.21.q.1.art.2. ad fi. tenet Caſtro aduerſus hæreſes verb.Abſolutio;ad fin.ibi:Infimus autem ſacerdos.Quod aliquo modo concedit Nauar.§.in Leuitico.notab.31.nu.9.

SEd quantas poterit concedere? Reſpõ. quod quantitas non eſt determinata; niſi quod vt refert. Ang.ſupra.Aluarus, Innoc.Archi. & alij dicunt quod poteſt talis Cõfeſſor dare indulgentiam, annorũ, vel dierum, ſicut ei videbitur,dũmodo diſcrete faciat. 7 Confeſſor quas indulgentias cõcedere poteſt.

Quam opinionem, cum eam teneant tot, tantique autores tam theologi,quam Canoniſtæ; maximè Innocentius Papa IIII. & Pan. Silu.& alij,& poſſit probari ex D. Auguſt.in d.c.Quem pœnitet,Ego etiam amplecterer, licet non practicetur, nec ſit in vſu,forſan propter ignorantiam, vel Confeſſorũ negligentiam: niſi S.Tho.& Nau. ſupra cum communi, tenerent cõtrarium.

QVæritur. Ad quid,& in quo foro valent Indulgentiæ? Reſpon. omiſſis opinionibus quas S.Tho.4.diſt.20.ar.5. Gl.in c. Quod autem. de pœnit.& remiſſ. citant, quod indulgentiæ valent, & quantum ad forum Eccleſię, & quantum ad forum Dei, ad remiſſionem pœnæ reſiduæ poſt Contritionem,Confeſſionem,& Abſolutionẽ, ſiue ſit iniuncta,ſiue non. id eſt, ſiue ſit iniuncta per ſacerdotem, vel Canones, ſiue non ſit ab eis iniuncta, ſed à Deo iniungenda. Et hæc eſt vera opinio & communis, quam ſequitur Gofred.Io. Andr. Panor. & communiter Canoniſtæ in d.c. Quod autem,& cõmunis Theologorum 4. diſtin.20. Silu.Indulgentia.nume.5.maxime 8 Ad qd valent indulgentiæ?

S.Th.

S.Thom.4. Theſaur. ſacerdotalis. 2.par.fol.21.

9 Bullę tantum valent quantū ſonant? QVæritur Vtrum Indulgentię tantum valeant, quantum ſonant? Reſp. quod licet Altiſiodorenſis quem refert Sot. infra, tenuerint quod ſic, dummodo ſeptem concurrant conditiones; Reſolutiue tamen tenendum eſt, ꝙ indulgentiæ tantum valēt quantum ſonant: ſi quatuor concurrāt, Auctoritas, ſ. in concedente, gratia in accipiente, cauſa iuſta cōcedendi, & quod faciat homo illud op⁹ pro quo imponitur. Cōmunis opinio, & tradit Glo. 1. regula. Peccati venia. de reg. iur. 6. Gl. verbo Confeſſis in Extrauagan. 1. de pęnit. & remiſ. Silu. num. 7. S. Thom. in addition. ad 3. par. q. 25. artic. 2. Sot. 4. diſtin. 21. q. 1. ar. 2. concl. 1. & communiter omnes.

10 V. Cauſa q̄ in bullis indulgentiarum ponitur ſit iuſta cauſa. SEd vt hæc quatuor, aliquo modo, explicem⁹. Quæritur: Vtrū cauſa, quæ in conceſſione indulgētiarum ſolet apponi, vt eleemoſyna duorum argenteorum, quæ in Regnis Hiſpaniæ, pro Bulla Cruciata dantur, ſit iuſta cauſa ad tot, tantaſque indulgentias concedendas?

V. concedē da pro temporali ſubſidio. Pro Reſponſio. Not. Quòd pro temporali ſubſidio poteſt concedi indulgentia. Sed rarò, & cautè faciendum, propter vitandum quorundam ſcandalum. De quo vide Concil. Triden. ſeſſ. 25. ad fi. S. Th. in additio. ad 3. par. q. 25. ar. 3. & facit 2.2. q. 100. arti. 1. ad ſecundum. Communis in 4. diſt. 20. Sot. diſt. 21. q. 2. Guillier. Pariſ. de ſacramē. Nau. §. in Leuitico. not. 31. nu. 47.

Eſt ergo prima ſententia quòd diſpenſatio indulgentiarum, facta ab habente auctoritatem, eſt ualida: quamuis ſine cauſa ſufficiente fiat. Requiri uero cauſam, ne conferens peccet (ſicut Papa uel Epiſcopus diſpenſat beneficium, uel facit diſpenſationem in lege poſitiua etiam ſine cauſa, & cum culpa, tenet factum) Argomanes de Indulg. conſideratione. 9. Palud. diſt. 20. Maironius; ubi Durand. q. 4. Ciſtercienſis. q. 3. ad ſupplementum; Gabr. diſt. 25. q. 2. ar. 5. propoſition. 2. col. 2. S. Anton. 1. par. tit. 10. Tabien. indulg. §. 10. Turrecrem. in c. Quis aliquandò. §. Item. in Leuitico. de pœnit. diſt. 1. nu. 22. Michael Medin. de Indulgentia. diſputatione 9. c. 43. ad 6.

Secunda ſententia extrema ait; quod quamuis ad generalem indulgentiam, habeat Papa magnā cauſam; nemo tamen eam lucratur, niſi iuxta facultatem, proportionem, & diſpoſitionem cuiuſcūque perſonæ. Habet Altiſiod. Alexand. de Ales. D. Bonau. & clarius Ricard. diſtin. 29. Gerſon. 2. par. de indulgent. alphabeto. 25. litera. 23. Aug. de Anchona. De poteſt. Eccleſiæ. q. 23. ar. 4. & q. 32. Gabr. in Canone Miſſæ. Lectione. 57.

Quæ ſententia eſt uera, quando Papa in conceſſione præſcribit aliquid indeterminatum, ut quiſque porrigat manum adiutricem, uel orationes pro cuiuſcunque facultate, ita Nauar. ſup. Not. 15 nu. 34. Cordub. libr. 5. q. 29. Pro cuius maiori intelligentia, ſequentes nota concluſiones.

Prima Concluſ. Quando Papa præſcribit omnibus certum opus, graui cauſa, ut peregrinationem ad limina Petri & Pauli; quicunque implet illud opus, conſequitur totum indulgentiæ effectum. S. Tho. q. 25. ar. 2. in corpore, & ad 4. in addition. 3. par. Guillier. Pariſ. Duran. V. Faciens quę Papa pcepit conſequatur indulgētias?

Durand.q.4. dicit communiorem Mairon.Palud. Ciſtercien q.3.col. 5.Ioan.Andr. & Panor. in Extrau. Quod autem: de pœnit. & remiſſ. Angel.Indulgentia.§.2. Silueſ.§.3. Suplemen.Gabr.ſup.Cordu.q.20. oppoſition. 4.Armil. Indulgentia. §. 10.& 11.Maior.diſt. 20.q.2.col. 4.Gerſon.de Indulgentia conſiderat.9.Caiet. opuſc.de cauſa indulgentiarum.q.1.fol.24. & in tracta tu ad Iulium.c.3.fol.43.Sot.diſtin. 21.q.2.arti.2.concl.4.Ledeſ.2.par. q.27.arti.2.Nauar.ſup. Quare,qui tunc ex proximo oppido, vel domo venit ad limina. SS.Petri, & Pauli,ita lucratur totam indulgentiam, ſicut qui è longinquo venit, & hoc modo eſt prima ſententia vera.

V. dare ſtipẽdiũ &c. Sit ſufficiens cauſa? Hinc ſequitur primo. Quod dare ſtipendium in ſubſidium Bullę, & ſimul facere alia opera quæ talis Bulla præſcribit.ſ.ieiunium voluntarium,& orationes ad quinq; Altaria; eſſe idoneam cauſam ad indulgentias quas concedit.Probatur. Quia contritio,etiam,eſt parua diſpoſitio, qua remittuntur innumeræ mortales culpæ, & aliquãdo cùm tota earum pœna Purgatorij, vt ſupra dictum eſt. Ergo prædicta diſpoſitio eſt ſufficiens ad remittendas pęnas temporales, quod facit indulgentia. Probatur conſequentia: Quia vtrunque fit ex Claue Chriſti, liberaliſſimè cõcedentis Eccleſiæ infinitum teſaurum. Secundo. Quia hinc fideles animantur,vt ſint in gratia, & ad ſuſceptionem ſacramenti pęnitentiæ,& Euchariſtiæ,& profitentur ſanctorum merita, auctoritatem Papæ,& Purgatorium: quod (hac tempeſtate, contra impios hæreticos) immenſum fructum affert.

Gra nedicti. mopere æſtimandi. Vnde,non mihi placet doctrina Sot.diſt.21.q.1.ar.2.verſiculo: Noſtris enim temporibus. Qui indulgentias calculo benedicto alligatas,vel vni altari, vel loco affixas, quibus cõceditur indulgentia plenaria,vel liberatio animæ a Purgatorio;non magni pẽdet. Immo magni æſtimandæ, ſummaque reuerentia ſuſcipiendæ ſunt. Quæ rationes dictæ, probant cauſam, in generali,eſſe grauem,& ſaltẽ proſunt pro magna parte, iuxta qualitatem deuotionis, vt fatetur idem Sot.Ledeſ.Caiet.Gabr.Angel. Anchora.Nauar.not.25.num.9.& 12.

Iubile' pleniſſim' tutior. Secundo. Sequitur quod quando datur Iubileus. anni. 100. (qui nunc,vigeſimo quinto quoque anno conceditur) cum onere viſitandi quatuor Eccleſias, per quindecim dies & confitendi &c. eſt res, ſecundum omnium ſententiam tutior,ob grauiorẽ cauſam. Poſſunt autem tunc viſitari Altaria, etiam nocturno tempore: vt colligitur ex Iubileo anni.1575. Quando tamen datur indulgẽt a pro tali die: intelligitur à Veſperi vſque ad occaſum Solis ſequentis diei.

I: V. tu in te tir AN oporteat quod lucrans indulgẽtias ſit in gratia per Cõfeſſionem? (conſtat enim quod oportet eo tempore quo cõſummat vltimum opus,ob quod indulgentia conceditur, ſit in gratia, vt ei proſit remiſſio pœnæ temporalis per indulgẽtias.vide Cord.q.23.) Reſpon. quod multi dicunt quod quando Bulla,vel Iubileus, explicat eas indulgentias, concedi contritis, & confeſſis, intelligitur de cõfeſſione facta tempore Quadrageſimæ per Eccleſiam præſcripto. Ille enim cenſetur eſſe confeſſus ſecundum Ius. Dum vero obtinet indul-

indulgentias,ſufficit quòd habeat Contritionem,cum voto Sacramẽti. Hæc ſententia eſt communior, & valde probabilis, pro qua multos refert Cordub.q.27.oppoſitione.1.& 2. Turre Crem. D.Anton. Suplem.Gabr.Roſel.Palud.Panor. Felin.Gerſon. & addit Silu.indul. q.7.nume.20. id fuiſſe declaratum ita à Patribus Concilij Conſtantien. Et eſſe probabile fatetur Angel. indulgentia.§.17. & tenuit olim Nauar.

V. requiratur confeſſio ſtatim facienda &c.

14 SEcunda Concluſio. Quando in Bulla, vel Iubileo exprimitur Confeſſio, tutius eſt, vt infra tempus quo durat publicatio Iubilei confiteatur.Ang.ſupra. Nauarr.§. in Leuitico. notab.18.Caiet. ad Iulium.c.10.Cord.q.27.& 28.Adria. 4.de Indulgen.quod tanquam rem manifeſtam, videtur ſupponere Sot.diſt.21.q.2.arti.3.col.5.in principio. Quia indulgentiæ explicandæ ſunt, vt ſonant. Intendit verò Papa inducere Chriſtianos ad fructum ſacramentorum, vt certius ſint in gratia, quo facilius impetrent id pro quo datur indulgẽtia.

Quid ſi tantum ſint venialia, an teneatur confiteri? vide ſupra. de Confeſſione.nu.53.

15 VTrum In Iubileo anni. 100. ante omnia ſit præmittenda Cõfeſſio? Reſp. complures Doctores,qui de hoc fuerunt conſulti,tenere quod non; quod clarius exprimitur in Extrauag.1. de pœnit. & remiſſ.

De Iubileo 100. anni.

16 AN opera, quæ perſcribit, pro lucranda indulgentia, oporteat fieri in gratia, & abſq; circunſtantijs? Adria.quodl.1.de Indulg. q.2.Nauar.ſup. notab.19.nume.6. affirmat,quod Papa commutat pœnas,quas peccator debet,in eam ſatisfactionem, quæ correſpondet illis operibus.

An opera facienda ſint in gratia?

HInc Nauarr.ſup.nu.20.infert quod pauci fruuntur indulgentijs, Sed nu.19.quod quamuis ſoluat in peccato mortali eleemoſynam pro Bulla, non lucrabitur indulgentiam plenariam vitæ,vel mortis, quæ datur pro eleemoſyna: ſin poſtea contritus viſitet altaria,lucrabitur illas. 17

TErtia Cõcluſio Communior. Sufficit,vt tẽpore operis principaliter iniuncti,vel certè,tempore vltimi operis,quo poſito, ſequitur indulgẽtia, homo ſit in gratia. Priora vero opera iniunguntur,vt diſpoſitio remote præparãs ad gratiam,& effectum indulgentiæ. Et eam eſſe Papæ intentionem, declarat communis conceptio, & vſus Populi Chriſtiani: Tenet S.Anto. 2.par.ti.10.§.3.c.5.Felin. Sermone de Indulgẽt.col.7.Contra Tabien. verbo:Indulg.q.7.tenet Silu.q.10. verſi.9.Sot.diſt.21.q.1.2.art.3.Pœnitentia, & communiter Magiſtri Salman.ſuper.q.27.ar.1.additione 3.par.Ledeſm.2. par. q.29.artic.1. S.Th.quodl.2.ar.16.ad 3. Cordub. q.21.conc.2.& melius, conclu.25. Facit quod affert Nauar.in d.§.11. quare.num.17.dicit (cum Caiet.) ſufficere vt opus ſini proximum impleatur in gratia,vt Romam peregrinans, ſufficit quod dum peruenit,& viſitat templum ſit in gratia. 18

V. ſufficiat eſſe in gratia in vltimo opere?

QVæritur Vtrum oporteat qđ lucraturus indulgentias,fuerit ſolicitus, vt ipſe ſatisfaceret? Caiet.opus. de Indulgen. de recipiente indulgentiam.q.1. affirmat.& 3.par.q.52.art.8. cui fauet. D.Aug.Inchirid.c.100. 18

V. oporteat quod fuerit ſolicitus &c.

Quarta Concluſio. Id fieri eſt opti-

optimum conſilium, nõ tamen eſt neceſſarium ad conſequendum indulgentiam, eſt communis D.Th. Sot.Nauar.ſupra. notab.22.nu.46. & 48.Cord.q.80.Ricard.3.diſt.22. Doctores multi.4.diſt.45.

19 Quid ſit Iubileus. QVæritur. Quid ſit Iubileus? Reſp.quod ſecundum quod colligitur ex tex.in Extrauag.1.2.& 4.de pœnit. & remiſ.Iubileus eſt pleniſſima omnium peccatorum remiſſio, quo ad pęnam. vide Cordub.q.11.& 32. Michaelem Medi.diſputatione.9.fol.125. Nauarr. ſupra.not.9.11.& 31.Sot. diſt.21.q.2.art.1.& alios multos.

20 Quando incepit in Eccleſia. QVæritur. Quando incepit Iubileus in Eccleſia concedi? Reſp. quod à primitiua Eccleſia conſuetudo fuit antiquiſſima, concedendi Iubileum Centeſimo quoque anno, viſitãtibus Eccleſias SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli Romæ. Quod poſtea Bonifacius 8.in Extrauag.1. de pœnit. & remiſ.ratificauit: & de nouo conceſſit Centeſimo quoque anno, per rationes quas ibi ponit Gloſa.

Iubile' reductus ad 50.annum. ¶ Poſtea vero Clemens. 6. in Extrauagan. Vnigenitus.eod.tit. (ob multas rationes ibi expreſſas) hãc indulgentiam ad Quinquageſimũ quemque annum reduxit: inter quas, vna fuit breuitas vitæ humanæ, quæ vix Cẽteſimum attingit.

Poſtea ad 25.annum. Succedente, autem tempore, cum viderent Pont.Maximi hominum vitas ſic breuiari, vt multi etiam annum nõ adimplerent Quinquageſimum: Paulus II.in quadã Bulla, ad annum 25. hoc reſtrinxit. Quam reſtrictionem poſtea Sixtus.IIII. in Extrauag. Quemadmodum, de pœnit. & remiſ.confirmauit. Et hæc cõſuetudo ſeruatur hodie in Eccleſia. Vt vidimus ſeruari in conceſſione Iubilei; anni.1575. per Gregorium.13.

Sed quia hominum creuit malitia, eorumque vitæ in dies magis breuiantur: & quia impij Lutherani, ore ſacrilego, indulgẽtias auſi ſunt negare. iam Summi Pont. crebrius, quam 25.quoque anno, indulgentias mirabiles, innumeraſq; tam pro viuis, quam pro defunctis, (vt fidelium fides, deuotioq; augeatur, hæreticorumq; temeraria audacia obruatur) concedunt.Sot.diſt.21.q.2.ar.1.

Pro quo aduerte, quod anno Iubilei 25.ſuſpenduntur, ipſo Iure, omnes indulgentiæ plenariæ, ne quis illas lucretur extra Romam, & ne publicentur, vt hac ratione, (ſicut olim, vt patet in d.extrau.) omnes Romam confluant. Sed nõ ſuſpenduntur reliquæ minores indulgentiæ. Nauarr.§.in Leuitico. not.25.nu.1.& 3.& not.28.nu.1. Quæ indulgentiæ ſuſpendãtur anno Iubilei?

QVæritur. Quomodo intelligatur illud, quod communiter dicitur.ſ.abſolutio à culpa, & pœna? Reſp.Ex Silu.verbo.Indulgentia.nu.24.Armil.nu.1. Felino. in Sermone de Indulg. Viguerio, de Sacramento Ordinis; verſicu.22. quod talis tenor Bullæ nunquam emanat à Papa, ſed eſt falſus, cauſa ignorantiæ ſcriptorũ. Quia à culpa ſolus Deus liberat, & abſoluit. Vel dicitur ſic: (vt ait Silu. ſupra) quod liberatur ibi homo à culpa per contritionem, quæ præ exigitur, & à pœna, per Papã in indulgentia. 21 Abſolutio à culpa, & pęna quomodo intelligitur?

SEd cum in Extrauag.1. de Pęn. & remiſ. dicatur ſic: Non ſolũ plenam, & largiorem, imo pleniſſimam: & colligatur quòd ſit indulgentia plenaria, plenior, & pleniſſima: Quæritur in quo differãt indulgen- 22 In quo differt indulgentia plenaria plenior, & pleniſſima?

dulgentia plenaria, plenior, pleniſſima, & Iubileus? Reſp. ſecundum S. Anton. 1. par. tit. 10. c. 3. §. 3. & Palud. 4. diſt. 20. Viguerium, de ſacramento Ordinis, verſic. 22. Adrian. & Summiſtas, & Nauar. §. in Leuitico, notab. 9. nu. 7. & 5. quos refert Sot. 4. diſt. 21. q. 2 ar. 1. quòd Indulgentia plenaria, eſt quæ datur quo ad remiſſionem pœnarum, de mortalibus peccatis, ſit ſiue iniuncta, ſiue iniungẽda. Plenior qua remittitur pœna mortalium, & venialium. Pleniſſima verò, qua non ſolum remittuntur pænæ mortaliũ, & venialium; ſed etiam ipſa culpa venialium. Et in hac pleniſſima poteſt verificari illud, quod dicitur; abſolutio à culpa, & pæna: ſcilicet à tota pæna, & culpa venialium. Quod clarè ſentit Caiet Sũma. verbo: Excommunicatio. c. 64. dum ait: quod abſolutio à culpa, & pæna importat pluſquã indulgentia plenaria.

Quare, cum in dicta Extrauag. reperiantur hæ voces plenior, plena, & pleniſſima; & tot, tamque Illuſtres autores, ſic interpretentur; malè ait Sot. ſupra, tantum eſſe indulgentiam plenariam, cæteras autem eſſe fictiones. Quid autem ſignificet vnaquæque indulgentia, vide Cord. q. 11. & 32. Mich. Med. diſput. 9. fol. 125. Nauarr. notab. 9. 11. & 31. De Iubileo: vide Ioſephũ libr. 3. antiquit. c. 1. vocat Iobelum D. Hieron. in Iſa. c. 58. in Ezech. 46. ad Galat. 1. Nauar. not. 1. nu. 9.

Iubileus vniuerſalis in quo differt a reliquis indulgentijs.

Sed hæc differentia eſt inter dictas indulgentias, & Iubileum vniuerſalem anni 25. quod per dictas indulgentias tantùm fit abſolutio à pæna, & culpa, vt ſupra. Per dictum autem Iubileũ, & per omnem alium, qui ad formã eius conceditur, non ſolum remittitur omnis pæna, & venialium culpa, vt in alijs indulgẽtijs: ſed iuris autoritate, poſſunt commutari omnia vota, exceptis Caſtitatis, Religionis, & Hieroſolimitani. vt patet in Glo. magna. nu. 4. in dicta Extrauag. vbi Papa id diffiniuit.

23 *Quid eſt melius ſatisfacere per opera pœnalia, vel per indulgentias.*

QVarto. Quid eſt melius homini, ſatisfacere per pænalia opera (vt ſupra) vel per indulgentias? Reſp. quòd cum per bona opera impoſita maximè à Confeſſore ſi digne exequantur; quatuor mirabiles ſequantur effectus. Primus quia tale opus, (vt his vtar verbis) bonificat operantem, & ad alia bona opera diſponit. Secũdus. Medetur ex eo quod eſt tale opus, vt ieiuniũ, quod eſt medicina contra carnis concupiſcentiam, iuxta illud D. Hiero. Curat ægrotos, curatoſq; ſanctificat ieiunium. Tertius. Ex eo quod tale opus ex charitate procedit, meritorium eſt vitæ æternæ. Quartus. Ex eo quod pænale eſt ſatisfactoriũ, etiam pro pæna tẽporali pro peccato debita. Indulgentia autem nõ ſuccedit loco ſatisfactionis temporalis, & pænitentialis niſi quo ad quartũ effectum. ſ. ſatisfactionis: videtur multo melius, & tutius eſſe, ſatisfacere vnumquemque, pro peccatis, per bona opera maximè impoſita a Confeſſore, & in gratia impleta, vt ait Armil. indulgentia. nu. 12. & Sot diſt. 21. q. 2. ar. 1. ad 3.

Effectus pœnitẽtię impoſitæ.

Vnde Doctores conſulunt à lucrantibus indulgentias adimpleri nihilominus ſuas pænitentias.

24 *V. pęnitens per indulgentias poſſit ſe liberare à pœnitentijs.*

AN Pænitens qui lucratur indulgẽtias Bullæ alicuius, uel Iubilei, poſſit propria auctoritate ſe eximere à pænitentijs iniunctis per Confeſſarium? D. Thom. additione.

tione.3.par.q.25.ar.1.ad 4.& ar.2. ait: ob indulgentias non eſſe omittendas pęnitentias.

Prima ſententia affirmat illud poſſe propria autoritate, quia Papa eſt qui, dum concedit bullas; liberat à pęnitētijs iniunctis per modum abſolutionis. ita Silu.Indulg. q.9.cum Abbate. Caieta.opuſc.de indulg.ad Iulium.c.7.& opuſc.27. quæſtionum.q.4. Ledeſ.q.27.ar.2. dub.4.in fi.Albert.Mag.diſt.20.ar. 17.ad 5.Mich. Medin. diſputatione.5.c.25.Ange. indulgentia.§.10. Suplem.Gabr.diſt.45.q.3.ar.2.concl.11.inſinuat.D.Tho.ſupra.& clarius.q.16.ar.1.Nauarr.§.in Leuitico.notab.31.num.43. Et probatur. Quia in c.Cum ex eo. de pęnit. & remiſſ. dicitur quod per indiſcretas indulgentias eneruatur pęnitentialis ſatisfactio. Tenet etiam Ang.Medin.ſupra.

25 PRima Concluſio. Si Papa, vel Epiſcopus, dum concedit indulgentias, intēderet abſolutè eximere à pęnitentijs iniunctis: factū teneret.Probatur quia diſpenſatio in præcepto poſitiuo per hominē poſito,valet etiam ſine cauſa. Sed quia non eſt pręſumendum,quòd Papa indiſcretè agat, & quod abſque cognitione cauſæ velit auferre eas pęnitentias, quæ ſæpè ſunt neceſſariæ, & medicina in remedium peccati futuri.

26 SEcunda Concluſio tuta, & in praxi ſeruanda. Pęnitens, licèt lucretur indulgentias plenarias, non debet propterea ſe liberum reputare ab impletione pœnitentiæ. ita innuit.S.Tho.ſup.q.25.Bonau. diſtin.20.Adrian.in 4.de Indulg.§. argumenta viæ tertiæ. Guillier.Pariſ.de Sacram. Cordub.lib.5.q.20. col.4.dicit:per indulgentias nòn liberatur homo à pœnitentia, vt eſt medicinalis.Probatur. Quādo lex imponitur ob multos fines, licèt vnus ceſſet, nō deobligatur homo à lege.Sed pænitentia iniungitur à Sacerdote ob varios fines. Ergò licèt pęnitens,per indulgentias liberetur à pænis Purgatorij, tenetur tamen implere illam pænitentiā? Maiorem probat Caiet.2.2.q.147. de præcepto ieiunij, ad quod tenetur etiam ille, in quo ceſſat ratiò caſtigandi corpus, & macerandi carnē. Minor patet ex Conc.Trid. Seſſ.14.c.8. vbi explicat varios fines pænitentiæ.

COnfirmatur. Licèt Confeſſario conſtaret, facienti generalem Confeſſionem, remiſſam eſſe omnem pænam, debet imponere aliquam pænitentiam. Ergò non tantum imponitur propter remiſſionem pænæ,à qua liberat indulgētia,ſed etiam in medicinam, & aſſuefactionem bonorum operū, & imitationem Chriſti, & Sacramenti perfectionem? 27 Confeſſor ſemper imponat aliquam pœnitentiā?

TErtia Concluſio. Indulgentia non liberat à pæna Capitali, nec à pænis fori exterioris. ſecundum omnes. 28 Indulg. nō liberat a pęna capitali.

VTrum indulgentiæ expirēt, mortuo Papa concedente? Reſp.ꝙ non.Ang.verbo:Indulgentia.nu.7.Silu.q.5 verſi.6. Cordub. lib.5.q.36.Nauar.§.in Leuitico.notab.31.num.25. 29 V. Indulgē tiæ expirēt cum concedente?

VTrum Qui cū attritione tantum, lucratur Indulgentiam plenariam, fiat de attrito contritus,ſicut per abſolutionem Sacramentalē? Reſp. ꝙ quamuis Palud. (vt refert Nauarr.§.in Leuitico, not.10.nu.19.) teneat quòd ſic,falſum eſt, & tenendum eſt contrarium cum Nauar.ibid. 30 V. ſufficiat attritio ad indulgētia.

Quali-

31 Nota. Qualiter, autẽ intelligitur annus, vel numerus certus dierum de Indulgentijs, vide Sot.4.diſt.21.q.2.art.1.Nauar.ſup. notab.31.nu.39.cum ſequenti bus.

32 V. Anni antiqui erant vt nũc ſũt? PRo huius materiæ complemẽto. Quæritur Vtrum Anni antiqui quãdo homines viuebant 300. 500.600.aut Octingentis annis, in principio Mundi,& poſtea tempore primitiuæ Eccleſiæ cum dabatur annus Iubilei, Centeſimo quoque anno, eſſent anni ita grandes. 12.Menſium ſicut nunc: & an Mẽſis haberet.30.dies, ſicut nunc habet? Reſp. Quæſtionem eſſe curioſam, quam multis ab hinc annis vidi reſolutam in quodam libro, quẽ de experiẽtijs, compoſuit Doctor Ludouicus Auila de Lobera medicus Imperatoris Caroli. V. Vbi ex diuerſis Hiſtorijs, maximæ Sacræ Scripturę, probat annos antiquos, eiuſdem fuiſſe menſuræ qua nunc ſunt. Quod patet clare Gene.8.vbi ad minus dicitur: quod requieuit Arca mẽſe ſeptimo, vigeſima ſeptima die menſis. Et paulo inferius: Quod aquæ ibant, & reuertabantur vſq; ad Decimum Mẽſem. Cũ ergo habeamus Decimum Menſem, & 27.diem Menſis, clarũ eſt annũ fuiſſe tunc 12. Menſium, & Menſem 30.dierũ, ſicut nunc ſunt.

DE PVRGATORIO.

Quia in ſuperioribus dictum eſt, illum, qui in hac vita, per pęnalia opera, vel indulgẽtias, non ſatisfecerit; debere in Purgatorio ſatisfacere:

1 V. Sit Purgatorium? Quæritur: Vtrum ſit Purgatoriũ? Reſp.ꝙ licèt impij hæretici Purgatorium eſſe negant (quorum argumẽta ponit, & diluit Sotus infra.) Eccleſia tamen Catholica Spiritu ſancto edocta, ex Sacris literis, antiquorumque Patrum traditione, in ſacris Cõcilijs.4.Cartagin.Can. 65.& 79.Toletan.11. Can.12.Triburicen. Can.31.Brach.1. Can.34. Florent.& nouiſſimè in Trid.Seſſ. 25. in principio Purgatorium eſſe aſſerit. Quod confirmat vniuerſa Catholicorum Theologorum, & Canoniſtarũ Schola. Vide D.Aug. lib.18.de Ciuit.Dei,& lib. de Cura agenda pro mortuis. D.Ambroſius, de obitu Theodoſij. S.Damaſcenus,& S.Dionyſius dicũt vſum orandi pro mortuis eſſe a tempore Apoſtolorum. vide tex. cum Gl. in c.Qualis.diſt.25.c.fin.de pœnit. diſt.7. Et aliter dicere eſſet hæreticum vide Ang.Silu.Armil. Tabiẽ. & alios verbo Purgatorium. Doctores, in 4.maximè Sot. diſt.19.q. 3.ar.1.&c.Catechiſ. Rom.pag.68. Caniſium in doctrina de Satisfactione. §.9. vide complura Sacræ Scripturæ loca, Concilia, Sanctorum autoritates, quæ ex profeſſo, contra Hæreticos congerit Paulus Gryſal.in lib. Deciſiones Catholicæ.verbo: Purgatorium.

Quæritur. Vtrum per Diuinam Scripturam poſſit probari, eſſe Purgatorium? 2 V. per ſacram ſcripturã poſſit probari Purgatorium eſſe? Reſp.quòd ſic planiſſimè, in multis locis, maximè. 1.Cor.3. Si quis (inquit) ſuperædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argẽtum, lapides precioſos, ligna, fęnum, ſtipulam, vniuſcuiuſq; opus manifeſtũ erit, dies, enim declarabit qui in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus arſerit detrimẽtum patietur, ipſe autẽ ſaluus erit quaſi per ignem. Quod clare de Purgatorio intelligit. D.Auguſt. Ambro. S.Thom. & omnes Catholici Pa-

tres,vt ait liber, qui dicitur Mod° examinandi. fol.109. quia de igne inferi nullus ſaluatur.Item Matth. 12. qui dixerit verbum in Spiritū ſanctum, vt ibid.Greg.Item 2.Machab.12, Sancta ergo &c. & alijs multis locis, quæ ponit dictus liber,& alij Doctores, vide Magiſt. 4.diſt.21.& Compend. Theol. verit,libr.7.c.2.Quod ex multis Concilijs, & Communi Doctorum,atque Eccleſiæ Catholicæ vniuerſali conſuetudine probat late Petrus à Soto.de Inſtit.Sacer. lect. prima. de Purgatorio.

2 Ubi eſt purgatorium?

QVæritur.Vbi eſt Purgatoriū? Reſpond. Quatuor eſſe ſub terra receptacula, in quibus animæ, quæ ab hoc ſæculo diſcedunt (exceptis ijs, quæ ſtatim in Cœlum volant) includuntur: Sed diuerſo modo, ſunt talia receptacula conſtituta. Primum.ſ.eſt teterrimus ille,perpetuuſque carcer, in quo animæ illorum, qui in aliquo peccato mortali decedunt, cum Lucifero, & Angelis eius, in æternum patientur.Qui carcer,in Diuinis literis multipliciter, videlicet,Tartarus, Fouea ignis,Barathrum,Abiſſus,Gehænna,Profundum,Lacus,& denique (communius) Infernus nuncupatur. Vbi nulla eſt redemptio,& hoc eſt pro fundius omnibus.

Quot animarum receptacula? Inferni nomina.

4 De Limbo atque eius ſitu.

SEcundum eſt Limbus puerorū, qui ex hac vita ſine Baptiſmo decedunt. De cuius ſitu tres ſunt opiniones contrariæ; quarum verior mihi videtur S.Thom. quem citat Flores.Theol.quæſtionum in 4.diſtin.45.ſic dicens; Iuxta infernum damnatorū, non Limbus paruulorum, ſed Purgatoriū exiſtit, ſed ſuperius.Sentit idem Sot. diſt. 45.q.1.arti.1. vide etiam S.Thom. 4.diſt.45.& 46. in q.diſputatis. de malo. & S.Vincentium in ſermonibus, &alios quos refert, & ſequitur Speculum peregrinarum quæſtionum.cap.3.Decadis.primæ per totum, & hæc eſt communior & ſanior opinio, ſecundum Petrum à Soto.de inſtit. Sacerd. lect. 2.de Purgatorio.verſiculo:ſequentia itaque. De ſitu limbi,de pœna puerorum, & de eo,quod poſt iudicium de eis fiet.&c. Vide Sotū, & alios,ſupra.

TErtium eſt receptaculū quod dicitur Sinus Abrahæ: à quo Dominus noſter, animas omnium Sanctorum Patrum, qui eum à Mundi principio expectabant,extraxit.Vbi Animæ nullam pęnam, tormentauè patiebantur ſenſus, ſed tantum damni.i.carebant Dei viſione. 5

De ſinu Abrahę.

QVartum eſt quod ad noſtrū facit propoſitum.ſ.Purgatorium,vbi Animæ, quæ ex hoc ſæculo, non ita puræ,vt neceſſe eſt ad gloriam acquirendā, exierunt,purgantur. 6

Et licèt omnia iſta receptacula in viſceribus terræ ſint: non tamē ſemper animæ in Purgatorio purgantur. Sæpiſſimè enim Deus conſtituit aliquibus alia loca, vbi propter occulta eius iudicia, purgentur, vt patet in Dialogis D.Grego. libr.4. & in alijs multis exemplis antiquorum Patrum. De his receptaculis,vide Concil.Floren.& de omnibus eorum particularitatibus, vide Viguer. de Sacramento pœnit. verſiculo 29. cum ſequentibus,& Catechiſ.Rom.pag.68.& latiſſimè Sot.4. diſtin.44. & 45. & quantum ad quæſtionem noſtram vide eundem. diſtin.19.q.3.arti.1. * Sacramentale autem Neapolitanum.fol.8.col.4.ſic ait:Et poteſt dici probabiliter quod cum animæ iuſto-

Animę aliquādo purgantur extra purgatorium.

iuſtorum ſint in cœlo, animæ malorũ in inferno; quòd animæ quæ indigẽt purgatione ſint in medio, ſed vbi hoc ſit neſcimus. Verumtamen, quia magis pertinent ad cœlum, quia iam ſunt ibi ſpe, poteſt dici probabiliter quòd in ſuperiori regione, id eſt, in Aere ſit locus purgatorij, ſecundum Archid. in c. Tempus. 13. q. 2. ſuper Gloſ. 2. ibi etiam gloſ. 1.

7 Quid purgat in purgatorio.

QVæritur. Quid purgatur in Purgatorio? Reſpond. quod omnes qui ex hac vita decedunt, in triplici ſunt differentia. Quidam valdè boni. Alij valde mali. Alij, mediocris ſtatus. Valde boni ſunt illi, qui cùm moriuntur, ſtatim in Cœlum portantur. Valde mali, qui cum ab hac luce diſcedunt; in profundum deſcendunt, quaſi lapis. Alij autem ſunt, qui & ſi innumera commiſerunt peccata, pœnitentiam tamen de illis fecerunt. Sed quia, non plenè, iuſtitię Dei ſatisfecerunt per bona opera à Confeſſore impoſita, vel à ſe ipſis ſuſcepta; eſt ignis purgatori⁹ in alio Sæculo, vbi animæ dilectorum purgantur, vt ad patriam (vbi nihil coinquinatum introire poteſt) perducantur. De hoc vide. D. Aug. & habetur in cap. Cum Marthæ. §. Tertio loco. de Celebr. Miſ. Concil. Florentinum.

Purgãtur autem. Primo Pro reatu pœnæ de peccatis mortalibus, de quibus non plene ſatisfecerũt. Secũdo Pro venialibus, in quibus hinc diſceſſerunt. De quo latè per D. Aug. & habetur in c. Qualis. & ſequentibus. 25. diſtin. & in c. fi. de pœnit. diſt. 7. Beda. in c. 11. Prouer. & Aug. in Pſal. 37. & lib. 21. de Ciuit. Dei. c. 26. & de fide & operib⁹ c. 16. & in Pſal. 80. Orígen. homil. 12. & 13. in Hierem. 25. in Numer. c. 6. Greg. li. 4. Dial. c. 39. Petrus Soto de Inſtitutione Sacerd. lectione. ſecunda. de Purgat. verſiculo. Dubitetur.

8 Quanta ſit pœna purgatorij.

SEd (vt homines à mortalibus per Contritionem, & Confeſſionem liberati animentur ad Deo ſatisfaciẽdum in hac vita, per fructus dignos pœnitentiæ, nec differant in aliud ſæculum;) Quæritur quanta ſit pœna Purgatorij? Reſp. ex D. Aug. & habetur in c. fi. de pœniten. diſtin. 7. in hęc verba: Hic autem ignis, etſi ęternus non ſit, miro tamen modo eſt grauis. Excellit. n. omnem pœnam, quam vnquam paſſus eſt aliquis in hac vita. Nunquam in carne tanta inuenta eſt pœna, licet mirabilia paſſi ſint Martyres tormenta, & multi nequiter iniqui tanta ſuſtinuerũt ſupplicia, & in c. Qui in aliud. 25. d. plus exageratur ſic: Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam aliquis paſſus eſt in hac vita, vel pati poteſt. Eſt. n. ignis Purgatorij idem; qui in inferno. vt D. ait Greg. eodem igne rutilat aurũ, & fumat palea. & S. Aug. eodem igne purgatur electus, & crematur damnatus. S. Th. 4. diſt. 21. q. 1. art. 1. D. Anton. 1. par. tit. 8. c. 1. §. 4. Viguer. de pęnit. verſ. 31. Sot. 4. diſ. 19. q. 3. arti. 2. Cauſ. in Doctrina de peccatis. §. 8. Compẽdium Theol. Verit. lib. 7. c. 1. Petrus à Soto ſup. verſic. 2.

Nota.

9 Quanto tẽpore cruciatur anima ꝓ vno mortali dimiſſo.

QVęritur. Quãto tempore cruciatur anima in purgatorio pro vno mortali iam dimiſſo? Reſp. ꝙ licet in libro quodam dicto Scrutinium ſacerdotale, in materia de Confeſſione. ad fin. verſicul. quandiu: habeatur, animam cruciari pluſquam per duo mille annos;

annos, fundamentum, & dictum eſt falſum.ait enim vnicuique pec cato deberi in hac vita pœnitentiã ſeptem annorum, & quia in hac vita non fecit illam pœnitentiam, debet in Purgatorio cruciari tot annis, quot dies ſunt in ſeptem an nis. ita quod reſpondeat annus v-nus pro quolibet die. Cum autem annus conſtet.365. diebus videtur (ſecundum ſuam opinionem, & autoritatem Sacræ ſcripturæ ibidẽ male applicatam; allegat enim illud Ezechiel.c.4. Diem per anno dedit tibi) quod pro vno peccato mortali, ſit anima purganda.2555. annis. Quod, vt eſt falſum, ita eſt abſurdum, alienumque ab infinita Dei miſericordia & bonitate. Hoc autem Primum eſt verum; ſecundum Nauar. & alios (& diximus ſupra) ſolum Deum ſcire, quanta pęnitentia ſit imponenda pro vno peccato. Vt ibid. probat; & animã debere eſſe in Purgatorio ſecundum Diuinam voluntatem plus, minuſuè.

Nota. Secundo. Hoc eſt verum, quod, vt Sotus pijſſimus & Catholicus autor.4.diſtin.21.q.2.ar.1.ait; Vix credo animam vllam eſſe Viginti, imo nec Decem annis, in grauiſſima pœna Purgatorij. Quod Ego etiam credo, (etiam ſi nulla eſſet indulgentia,) propter immenſam Dei erga ſuos miſericordiam, & propter tormentorum acerbitatem.

10 Quot modis liberetur anima à Purgatorio.

Quæritur. Quot modis liberatur Anima à Purgatorio? Reſp. duobus modis. Primo per meram iuſtitiam, quando ſcilicet plenè fuerit Diuinæ iuſtitię ſatiſfactum. Cum.n. anima purgata fuerit, & vſque ad vltimum quadrantem ſoluerit, tũc cum nullum habet impedimentum ſtatim ad cœlum volat. Secundo liberantur animæ, etiam ante tempus determinatum, per ſuffragia viuorũ, & hoc quatuor modis. vt habetur in cap. Animæ.13.q.2. vbi dicitur; Animæ defunctorum quatuor ſol uuntur modis. Qui quatuor modi, ad duos reducũtur. Primo per mo dum meriti. Secundo, Per modum ſuffragij. Per modũ meriti.i. quan do opera facta à viuis, exiſtẽtibus in gratia, applicantur animæ Pur gatorij. Quia per illam applicatio nem, opera viuorum fiunt defunctorum. S.Th. in addition.3.par.q. 71.ar.1. Viguer. de pœnit. verſi.33. Quia cum quis exiſtens in gratia, ieiunat, facit eleemoſynam, vel aliud ſatiſfactorium opus, pro eo qui eſt in Purgatorio, ſatiſfacit, & expiat pœnam ab eo, ſicut ſi ſatiſfaceret pro ſe.

Opera facta ab eo, qui eſt in mortali, v. valeant defunctis? Imo Nota. Quod etiam ſuffragia Eccleſiæ, ordinata fieri ab ijs, qui ſunt in gratia, proſunt defunctis, etiamſi, exequantur per eos, qui ſunt in peccato mortali. Non quidem in quantum ſunt opera peccatorum, ſeu à peccatoribus applicantur; ſed in quantum ſunt Miniſtri Eccleſiæ, cuius perſonam gerunt, vt tradit. D. Dionyſ. de Eccleſiaſt. Hierar. & Magiſt.4.diſtin. 45. S.Thom.2.lib.ſenten.diſtin.41. quæſt.1.artic.4. & alij quos refert Nauar.cap.3.num.7. Viguer. de pę niten. verſiculo.33. Quod notabile plenum eſt Diuina Dei miſericor dia. * Quod non tantum in ſuffragijs Eccleſię, habere locum ſed etiam in eleemoſyna data & accepta ab eo qui eſt in mortali, pro anima in purgatorio, tradit optime Henricus. de Gandauo quodl. 9.quæſt.20.

Sed

11 Quomodo indulgētię proſunt defunctis.

SEd Quæritur quomodo indulgentiæ proſunt defunctis? Guilielmus de Ruuione. in 4. diſt. 19. q. 1. negat prodeſſe defunctis. Sed hic eſt error. de quo vide Concil. Tridē. Seſſ. 25. ad fin. Cordub. q. 15. ar. 2. vſque ad 19. & 26. Leo Decimus in defenſione, quem citat Caiet. 3. par. q. 48. art. 3. & in Concilio Salenguſtadien. c. 18. adnotatione. 1023. cuius rei meminit quidā Antiquiſſimus Epiſcopus in epiſtolis ad Donum Papam. annotatione. 679. vt refert Bolſauus Latinus. lib. 12. commentariorū. de Repub. Rom. Nauar. in §. in Leuitico. not. 22. nu. 9. refert Pium IIII. In Extrauaganti. Caliſtum III. Paſchaſium V. qui pro defunctis conceſſere indulgentias per modum ſuffragij. Et nu. 33. refert ex Magiſtro in 4. diſt. 20. quod quidam Papa Magiſtro cuidam, qui publicè Pariſijs defenderat hanc ſententiam; cùm obijſſet, conceſſit indulgentiam plenariam. & Gabr. in Can. lectione. 57. in fin. affirmat, vt certum: licèt in principio dubitauerit. Caiet. opuſc. 27. q. 95. & 6. Ledeſm. q. 29. art. 5. Sotus. diſt. 21. q. 2. & 3. & probat benè (licèt non compendioſè) Paul. Gryſal. verbo. Indulgentia. nume. 6.

12 PRima Concluſio. Ex dictis colligitur, eſſe erroneum, & Hæreticum, (vt Paul. Gryſ. ſupra probat) negare: quod Papa poſſit concedere indulgentias, etiam pro defunctis. Patet ex communi conſenſu Doctorum, & populi Chriſtiani: videturq; eſſe traditio eccleſię.

13 Papa quid affert pro defunctis?

SEcunda Concluſio. Papa, per indulgentias offert ex Chriſti, & ſanctorum meritis ſatisfactionem æquiualentem ei, quam debet defunctus; ſicut iuſtus viuus cum offert pro defuncto ſuo ſatisfactionem, & præſertim Miſſas, fit commutatio æqualis pro eo quod defunctus debet in Purgatorio.

14 SEd hinc videtur quod indulgētiæ defunctis proſint per modū abſolutionis, & de iuſtitia, ſicut, & viuis, & non tantum per modū ſuffragij, nimirum quia anima defuncti poteſt abſolui ab excommunicatione, quam viuus incurrerat, & quia nondùm plenè eſt in terra, & gloria, ſubditur, aliquo modo Papæ, ſecundum plenitudinem ſuæ poteſtatis. Quare Epiſcopus non poteſt concedere indulgentias defuncto, vt ait Nauarr. in §. Leuitico. notab. 4. cum Innocen. & Cardin. in capitu. Quod autem. & hanc ſententiam ſequitur. S. Tho. additione. 3. par. q. 71. artic. 3. ad 3. & articul. 12. in corpore. ad 2. & 4. diſtin. 45. q. 1. artic. poſt 3. concluſionem. Ledeſm. 2. par. q. 16. ar 14. fol. 186. Nauarr. notab 22 num. 20. & tamen dicunt: non eſſe propriè auctoritatiuam abſolutionem, ſed iuſtam, & æquiualentem ſolutionem, pro defuncto: idem probabile dicit Ricard. diſtin. 43. ar. 3. q. 3. ad vltimum.

V. Epiſcopi poſſint concedere Indulgentias defunctis.

15 TErtia Concluſio. Probabilius eſt, quod quamuis res oblata per indulgentias ſit æquiualens; applicatio tamē pro defuncto fiat per modum ſuffragij, ideſt non ex certa lege, & auctoritatiua abſolutione, quā Deus ſemper acceptet; ſed per modum deprecationis, & impetrationis offerendo auxilium quod Deus, communiter, ex liberali miſericordia, acceptat pro defunctis.

Anima nō liberetur per modū abſolutionis vel per modū ſuffragij.

Probatur, Quia ita loquuntur Pontifices, & Concilia citata ante primā concluſionem, tenet Caiet.

Ricar.Gabr.ſupra. Ledeſma.q.29. art.3.Sot.diſt.21.q.2.ar.3.& quidã Doct.diſt.20. S.Bonauent.q.5. Petrus Tarantaſia. Albertus. diſt.45. art.18.videtur Duran.q.4.Alexan. 4.par.memb.5. & omnes communiter, & Paulus Gryſal.ſup.

Probatur; quia forum præſentis vitæ, eſt multo mitius,& velut Eccleſiaſticum, & pro debito ciuili. Forum vero Purgatorij, eſt velut criminale & ſanguinis: a quo de iuſtitia Iudex non tenetur liberare,propter pecuniam.tex.in l.In ſeruorum.ff.de pęnis.Sic,Clericus brachio ſæculari traditus, vt degradetur;non liberatur per forum Eccleſiæ. cap. Cum non ab homine.de iudic.c.Degradatio; de pænis.in 6.Item, quia mereri animæ, tollendo pænam damni temporalis, & accelerando infinitum theſaurum,& bonum gloriæ; non videtur obtineri,niſi per modum de precationis, & impetrationis. Et tamẽ Deus infinitæ miſericordiæ, communiter acceptat, præſertim pro ijs qui ſolicitè curarunt pro ſe ſatisfacere, & alios iuuare. Sic.n. Rex dupliciter redimit captiuos, Primo modo,per auctoritatem,& iuſtitiam redimit eos, qui vincti ſub eius ditione tenentur. Secundo.Si tentaret ex auctoritate ſoluere eos, qui ſub alieno tenentur imperio conſtricti,nihil faceret. Sed opus eſt vt alterius liberalitati innitatur,& ab eo impetret, vt velit compenſationem admittere. Vt ſi Papa per modum auctoritatis tentaret euacuare totum purgatoriũ, non conſtat ꝙ accideret.vt ſi Epiſcopus ſubditos abſolueret per indulgentias.Maior.4. diſtin.43.q.2. col.8.dicit ſic tenuiſſe Senatum Pariſ.Doctorum. Nec me latet Reuerendiſs.D.Epiſc.Scalenſem (Subtiliter vere) velle declarare, in ſuo tractatu de Cenſur. quod illa auctoritas: Quodcunque ligaueris ſuper terram, &c. intelligatur. ideſt, Quodcunque exiſtens tu ſuper terram, ſolueris, erunt ſoluta &c.optima eſt interpretatio: Quæ aliquibus placet. Sed non recedamus a communi Doctorum.

VTrum Anima defuncti obligati ad reſtitutionem, relinquens illam faciendam per ſuos hæredes, liberetur à Purgatorio antequam illa fiat reſtitutio, vel alia ſoluantur legata? Reſp. quod licèt per text. in c. In literis. de raptor.in fin.teneat Ang. verbo. executor. §. 23.& ſequitur Palacius Rubeus. in repetitione Rubricæ. de Donation.inter virum & vxor. §.65.num.18. quod non liberatur; Contrarium tamen eſt tenendum cum D.Thom. quodl.6.arti.13. & in diſtin.45.q.1.artic.3.Silueſt.verbo. Teſtamentum.2.q.9.S.Anton. 3.par. titulo 1.cap.3.§.12.Adrian. quodl.8.litera.F.Nauar.c.17.num. 68 imo,quod propter hoc non detinetur. & ad dictum text. in c.In literis.ibi valeat liberari. Reſpon. quòd eſt legendum: valeant liberari.i.ipſi hæredes non ſoluentes. * ita explicat hunc locum Ioann. Andr. & alij in d.c.In literis. Quæ lectura ad dictum tex.videtur poſſe ſuſtineri,ſcilicet,quòd intelligatur tex.ibi,valeat, ideſt,valeãt ipſi hæredes liberari à peccato,in quo ſunt, non ſatisfaciendo pro defuncto, poſtquam acceptarunt hæreditatem.Pro quo intellectu pondero illud verbum text. ſ. a peccato. quia ſi text. eſſet intelligendus de defuncto, potius loqueretur in generali; à peccatis valeat liberari; 16

V. Anima deteneat I Purgatorio ob negligẽtiam hæredum non reſtituentium &c.

quam

quam in particulari, à peccato. Secundo. Pondero quòd eſſet impropria locutio text. dicere; vt defunctus valeat à peccato liberari: cum iam per ſacramentum fuit à peccatis liber, & tantum remaneat pœnis luendis obnoxius. Quemadmodum impropriè diceretur de aliquo, qui vltimo ſupplicio erat puniendus & Rex illi pepercit, ſi eſſet in carcere propter expenſas factas, Parentes ſoluant expenſas, vt ille valeat a morte liberari; cùm iam, per Regis miſericordiam, à morte ſit liberatus. Ex quo Not. ſingulariter, quod hæres non reſtituens damna defuncti peccat, etiã nimium differens eleemoſynam, & preces à defuncto fieri iuſſas. S.Th. & Nauar. ſup.

Hęc dicta de Purgatorio ſufficiant.

DE ABSOLVTIONE Sacramentali.

1 Confeſſor pœnitentē benè diſpoſitum tenetur abſoluere.

SAcerdos, ſatisfactione impoſita, dummodo nullum adſit impedimentum; tenetur pænitentem diſpoſitum abſoluere; ſub pæna peccati mortalis. Quia, alias, facit illi iniuriã. Vt tradit Bart. Med. Summa. lib. 1. c. 13. in principio.

2 Ex quibus cauſis negãda abſolutio?

ADuertat ſummopere Confeſſor, ne (ſi fieri poteſt) vllum abſque abſolutione dimittat; Ang. Confeſſio. 4. nu. 3. Silu. Confeſſio. 1. nu. 20. Nauar. c. 26. num. 3. niſi aliqua iuſta de cauſa. Quæ duplici ex radice prouenire poteſt. vel ex defectu poteſtatis in Confeſſore. vel ex defectu legitimæ diſpoſitionis in pænitente.

QVæritur. Quid eſt abſolutio? Reſp. ꝙ eſt vinculi, quo quis ligatur, ruptio. communis. 3 Abſolutio quid.

QVis eſt miniſter Abſolutionis ſacramentalis? Reſp. tantum eſſe ſacerdotem ritè, & rectè ordinatum, vt ſupra, de miniſtro ſacramenti pænitentiæ dictum eſt latè. 4 Abſoluere qs poteſt?

QVæritur Quotuplex eſt vinculum? Reſp. duplex. Cenſurarum. ſ. & peccatorum. Sed Not. ꝙ licèt peccatum ſit primum in cauſa, qa propter illud, incurrit quis in cenſuras: primum, tamen, quis ligatus vtroque, debet abſolui a cenſuris, ſecundo à peccatis, vt infra dicetur, & tenet. S.Th. 4. diſtin. 19. q. 1. ar. vltimo. Armil. verbo. Abſolutio. num. 5. & communis Nau. c. 26. nu. 7. cum Palud. & alijs. contra Angel. & Monal. 5 Vinculum quotuplex Abſolutio quo ordine danda?

QVæritur. Quot modis poſſit q̃s ſacerdos abſoluere pænitentem? Reſp. duobus. Primo auctoritate propria, vel delegata. Propria auctoritate: vt cum Confeſſor eſt Papa, Epiſcopus, vel Parochus. Auctoritate delegata, cùm quis Epiſcopus, approbat aliquem, & exponit ad audiendas Confeſſiones. Vel, cùm quis habet aliquod priuilegium eligendi Confeſſorem, etiã de non approbatis. Quia ratione talis priuilegij, Bullæ, vel Iubilei, pænitens confert auctoritatẽ quã habet à Papa, tali Confeſſori, quẽ Papa vult idoneum. 6 Quot modis poteſt Sacerdos abſoluere?

PRimo. Nota quoad primum membrũ: Auctoritate propria; quod Papa, & Epiſcopi, poſſunt reſeruare ſibi grauiores caſus, maximè ratione Excommunicationis, in quibus facta reſeruatione, nihil poteſt ſacerdos ordinarius, abſq; priuilegio, niſi in mortis articulo. Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 7. & Can. 11. 7 Papa & ſuperiores poſſunt reſeruare caſus.

Quando ſublata eſt excommunicatio à caſu reſeruato &c.

8 SEcundo Not. quod vbi caſus reſeruatur ratione Excommunicationis (ſic enim Papa ſemper reſeruat ſuos caſus) tunc, ſublata excommunicatione per ſuperiorem, etiam abſenté, culpa reſidua, quantumuis grauis manet iam ita non reſeruata; vt poſſit abſolui à quolibet Confeſſario. Nauar.c.27.nu. 254.cum S.Anton.Durand. in 4 d. 17 q.15.Palud.q.5.Enricus.quodl. 1.q.30.Adria.Silu.Confeſſ.1 §.19. Caiet.verbo. Caſus.vbi Armil.nu. 2.Victor.nu.149. in antiqua, & in nouis,nu.156.Ledeſm.diſt.24.q.8. ar.2. dub.4.concl.6. & q.26.arti.2. fol.367.col.3. Canus relectione de pœnitentia.3.par.Petrus à Soto.de Inſtitutione ſacerdotum. de Miniſtro Cõfeſſionis.lectione 6.Taper. a pag.165. Quamuis Sot.4.diſt.18. q.2.art.5.dicat, ſublata excommunicatione, adhuc manere peccati abſolutionem reſeruatam. Hæc tamen dixit ſui oblitus.

Papa ſemp reſeruat cũ excommunicatione.

V. In generali caſuũ cõceſſione veniat hæreſis?

9 VTrum Per clauſulam Bullæ Sanctiſſimæ Trinitatis, quã ponit Nauarr.c.27.nu.263. vel per Bullam ſocietatis Corrigiæ.S.Auguſtini,confirmatam per Greg.13. vel per Bullam Cruciatam pro Hiſpanis, vel quamlibet aliam; quibus habetur,quod Confeſſor poſſit abſoluere ſemel in vita, ab omnibus caſibus, etiam contentis in Bulla Cœnæ Domini; poſſit talis Confeſſor abſoluere ab hæreſi?

Hæreſis omnino mẽtalis an ſit reſeruata?

10 PRo Reſolutione Nota primo. Quod ſi hæreſis ſit purè mentalis,ſcilicet, non expreſſa ſigno, verbo, ſcriptura, vel opere quod de ſe illam ſignificat;nemini reſeruatur eius abſolutio. Caiet.2.2.q. 11.art.3.Caſtro.lib.2. de iuſta hæret.punit.13.& lib.1. de poteſt. legis pœnal c.fi.S.Anton.Maior.Almain. Palud.4. diſt.17.q.2. Dried. lib.3.de libert. Chriſtiana. Simancas c.24.de Catholicis inſtitution. Nauar.c.17.nu.56.Couar.in regula Peccatum.2.par.nu.7.Sot.4.diſ. 22.q.2.art.3. Quamuis oppoſitum teneat Silu. verbo. Excommunicatio.6.§.2.Adrian. quodl.3. Pigius. lib.6.Eccleſiaſt.Hierar.c.13. Caterinus.lib.contra Caiet. Ioan.Med. C.de Oratione.Abb.Felin. & quidã Canoniſtæ, & dicitur.in 2.par. in explicatione Bullæ Cœnæ.

SImiliter quando hæreſis eſt merè exterior, ſed abſque conſenſu interno, & pertinacia; non incurritur excommunicatio.Silueſt. verbo.Hæreſis.q.9. Tabien. Directorium Inquiſitorũ. Nauarr.ſup. Hæc duo tenent Magiſtri Salmanticenſes, & hoc vltimum contra Caiet 2.2.q.94.ar 1. 11

Hæreſis externa abſque cõſenſu an reſeruatur?

PRima Concluſio. Ab hæreſi completa (quæ eſt aſſenſus pertinax cum ſigno exterius expreſſiuo) poterat olim abſoluere Epiſcopus, de iure communi. Simancas.ſup.c.3.Caiet.Summa.verbo Excommunicatio.c.1.Maximè quia Epiſcopus ex officio eſt Inquiſitor ordinarius contra hæreticos, vt probat Didacus Perez.l.3. tit.4.lib.8.Ordina pag.85 in fin.& 86 & 99.Carrerius, de hæreticis. num.70.& 72. & alij multi.verbo Epiſcopus. Cæterum iam nunc id non poteſt Epiſcopus, niſi dum caſus hæreſis eſſet occultus,per Concil.Triden.Seſſ.24.c.6. in fine.vt infra dicetur. 12

Hæreſis cõpleta qualis?

Epiſcopus dicitur Inquiſitor ordinarius.

PRo quo Nota. quod quamuis Nauar.dicat.c.27.nu.267.hanc poteſtatem quam Epiſcopi à Concilio habebant, eſſe eis ſublatam per Bullam Cœnæ Domini: Contrariũ tenent Theologi, & vtriuſque 13

Quis põt abſoluere ab hæreſi?

que

que Iuris periti Salmanticæ, maxime de hoc conſulti Doct. Moya. Doct. Solis. alter Iuris Pontificij, Alter Iur. Ciuilis Primarij moderatores; imo ꝙ non ſit ſublata talis poteſtas; quia licet Papa dicat in dicta Bulla Cœnæ. in §. Cæterum, quam ponit Nau. c. 27. nu. 72. quod nullus a caſibus Bullæ poſſit abſoluere, etiam prætextu cuiuſuis Cōcilij: non includitur in hoc, Concilium Trid. Quia quando Papa diſpenſat in lege alicuius grauis Cōcilij, oportet vt ſpecialiter exprimat, ſe derogare tali Decreto Concilij, præſertim dum Concilium recens eſt, vt eſt Tridentinum. Ita. n. habet praxis; & facit quod dicit Nauar. c. 27. num. 260. §. 7. Vel dic: quod Bulla intelligat in manifeſtis. vt tangit Nauarr. ſup. De Conciliis vero Antiquis, ſufficit dicere: non obſtante cuiuſcunque Concilij determinatione. Couar. lib. 4. Variarum. cap. 16. num. 6. colum. 4. Alaba. de Concilijs. 1. par. c. 2. Corduba. lib. 4. q. 9. propoſitione. 3. Occultum autem in hoc caſu dicitur id quod non eſt iure notorium, qđ ſatis late explicat Nauarr. cap. 27. nume. 250.

V. Sit derogatum Cōcil. Trid.

Quomodo ſit faciēda Concilij general. derogatio.

14 Epiſcopus quomodo poſſit abſoluere à caſibus Papæ?

SEcunda Concluſio. Si hæreſis eſſet aliquibus notoria, & tamen Epiſcopo non dicitur, niſi in foro pœnitentiæ, quidam dicunt, quod poſſet abſoluere eos qui impediti ſunt, vt non recurrant ad Papam, ratione morbi, ſenij, pueritiæ & cætera. Nauar. (cum Fel.) c. 27. num. 89. innuit Couar. in c. Alma mater. 1. par. §. 11. nu. 15. propè fin. Fauent, quæ affert Cord. lib. 1. q. 11. in prin. Quia licèt. c. Eos qui. de Sent. excom. in 6. tantum exprimat concedi Epiſcopo caſum, etiā publicum percutientis Clericum, quando eſt impedimentum, ita quod talis non poſſit recurrere ad Papam: Ratio tamē illius text. currit in omni caſu Papæ. hæc tamen res eſt dubia. Quare Cord. in Sum. q. 18. negat ſic impeditū poſſe abſolui ab Epiſcopo; niſi in periculo mortis. idem tenet Innoc. Anchar. Cardin. Abb. Rauen. quos citat Nauarr. ſup. Silueſt. Abſolutio. 1. q. 4. & Abſolutio primo. nu. 8.

TErtia Cōcluſio Inquiſitor vnus, abſque ſociorum ſuorū conſenſu, & licentia; non poteſt abſoluere ab hæreſi completa. tenet Simancas. in Inchiridione violatæ Religionis. cap. 51. Sed praxis eſt in oppoſitum. vt tenet Simancas. de Catholicis Inſtitution. c. 3. Couar. in regula. Peccatum. 1. par. nu. 7. in fi. & in c. Alma. 1. par. §. 11. nu. 3. Villa Diego. de hæreſi. q. 20. colligitur ex tex. in c. Vt officium. de hæret. in 6. vbi Ioann. Andr. Anchar. Francus. idem Decanus Segouienſis. tractatu. de hæreſibus. q. 11. Oportet tamen vt faciat abiurare hęreſim. Quibus ſuppoſitis. 15

V. Inquiſitor vnus ſtatum poſſit abſoluere ab hęreſi?

AD Quæſtionem Reſp. ꝙ licèt Sot. 4. diſt. 22. q. 2. ar. 3. cōcl. 5. in primo caſu Bullæ Cœnæ dicat abſolutè per Bullam, quæ cōcedit omnes caſus in Bulla Cœnæ contētos, ſine aliqua exceptione, poſſe quē ab hæreſi abſolui: & licèt Sotum defendant, & ſequantur intrepidè Magiſter Aguayo, Ioannes de la Penna, Magiſter Bart. Med. primarius Sacræ Theologiæ Salmanticæ, & alij doctiſſimi Dominicani. & Doctor ſapientiſſimus Morgoueio, Decretorum inſignis profeſſor Salmanticæ. & multi docti Hiſpali coacti à Prouiſore. anno 1575. & D. Guerrero Archiep. Granaten. Cord. in Sum. addita. q. 8. fi. 16

vbi

vbi citat Silu.Excommunicatio.7. caſu 2.& 39.& alij relati a Couar. in c.Alma.de Sent.excom.1.par.§. 11.nu. 15. & licèt in hanc opinionem ſuccumbere videatur Ledeſ. q.26.artic.1.

17 QVarta tamen ſit Concluſio. Per bullam vllam, etiam Cruciatam, vel priuilegiũ aliud, nunquam Papa concedit, nec cenſetur concedere caſum hæreſis cõpletæ,& exterioris;niſi clare id exprimat.Ita Couar.in ca.Alma.ſup. nu.15.Simancas. in Inchirid.c.51. nu.4.& in addit.de Catholic. Inſtitution.c.3.in principio. Felinus.in c.Poſtulanti. de Reſcrip. D. Ioan. Roxas.de hæretic.2.par. aſſert.39. vbi dicit ita declaratum fuiſſe per motum propriũ. Pij V.anno 1572. die 30.Iunij.idem repetit in tractatu de Priuilegijs Inquiſitorum. §. 416.Significant Mandoſius. in praxi.tit.Abſolutio ab hæreſib.fol.58. & Didacus Perez.l. 3.tit.4.lib. 8. Ordin.pag.85.innuit Caiet.Excõmunicatio.c.1.& tradit ſtrictius illud ponderando Nauar. ca.27.nu. 260. & ita reſponſum fuit anno 1577.à Greg.13.ſtylum eſſe,& praxim Curiæ Romanæ,& ſuam intẽtionem: quod per Bullæ,vel Iubilei Probatur,quia propterea Concil.Trid.Seſſ.23.c.6.poſtquam Epiſcopo conceſſerat omnes caſus Papæ, expreſsè poſtea concedit caſum hæreſis Epiſcopo,& non eius vicario.

18 V. Fratres poſſint uirtute alicuius bullæ abſolui.

AN fratres mendicantes, ſi fiãt confratres Sanctiſſimæ Trinitatis,Corrigiæ.S.Augu.vel accipiant Bullã Cruciatæ, vel habent aliquod ſimile priuilegium, quibus continetur, quod poſſint eligere Confeſſorem, poſſint dicti fratres eligere Confeſſorem, qui eos abſoluat à caſibus reſeruatis ſuis Superioribus, abſq; eorum licentia?Hæc res valdè fuit controuerſa Salmanticæ, & inter viros doctos vniuſcuiuſque Religionis. Et Dico quod olim Innocentius.8. & Leo. 10. ſub excommunicatione lata, derogauerant etiam ampliſſimę clauſæ huic Bullę Cruciatæ,in fauorem Mendicantium,vt habetur in Compendio Priuilegiorum Mendicantium. verbo. Abſolutio quo ad fratres, & verbo. Ex Cruciata. in fine. Sed poſtea iterum obtinuit Bulla Cruciata.Poſtea vero multæ Religiones habent Bullas, quibus cauetur ne tales Religioſi,etiã per Cruciatã, poſſint ab ſolui,niſi p deſignatũ à Superiore.

PRima Concluſio. De Religioſis Ordinum non Mendicantium,nihil hic ſtatuimus.ipſi conſulant ſua priuilegia,ſi fortè fruũtur communicatione priuilegiorum Ordinum Mẽdicantium; eadem erit ratio de illis ac de Mendicantibus. 19 Ordines mendicantes qui dicantur.

PRimo Nota,Mendicantes fratres dici, non ſolum (vt olim erant) Auguſtinianos, Franciſcanos,Dominicanos,& Carmelitas; ſed etiam Seruitas, & Ieſuitas, vt patet in Motu quodã proprio Pij V.anno. 1567. Imo omnes Religiones, quæ viuunt ex eleemoſynis poſſunt dici mendicantes. Vt probat Iulius clarus §. teſtamentum. q.29. & Anton. Gabriel. tomo 1. pag.234. * Et etiam antiqua Religio fratrum Ieſuatorum inter mẽdicantes connumeratur. Vt late probat Anton.Corſetus.in tractatu.de eiſdem. & habetur in quadam bulla Pij. V.quam ipſi Bononiæ habent,& Ego vidi. 20 Ordines mendicantes qui dicantur.

Secundo

21 Superior Religionis quando nõ poteſt abſoluere?

SEcundo. Not. quod Superior Religionis, non poteſt abſoluere, vel diſpenſare, quando exceſſus fuerit enormis. Ita Paulus.III. declarauit in quadam bulla anno. 1549. Qui autem dicatur enormis explicat Compẽdium, verbo. Abſolutio ordinaria, quo ad fratres. nume.9. Vt Relapſus, Schiſmaticus, Falſarius, qui defert infidelibus contra bullam cœnæ. Quo ad irregularitates autem, Bulla omnium Religionum excipit eam, quæ prouenit ex homicidio volũtario, mutilatione, & Bigamia propriè dicta. vt infra. 2. par. de irregular. dicetur.

22 Regulares poſſunt à Sacerdote Seculari ab ſolui in his caſibus.

TErtio. Not. quod Regulares poſſunt, abſque aliquo priuilegio, vel bulla à ſæculari Sacerdote abſolui tripliciter. Primo à uenialibus, Caie. Summa. verbo Abſolutio. c.2. Palud. Maior. 4. diſ. 19. ar. 3. Adria. 4. de Confeſſione Ioan. Medina. C. de Confeſſione. 2. par. Sot. 4. d. 18. q. 4. ar. 2. verſi. At vero. Cano. de pœnit. 5. par. Nau. c. 4. nu. 5. Couar. lib. 2. Variarum. c. 12. nu. 2. Alcocer. c. 9. fol. 51. fauet Concil. Trid. Seſſ. 14. c. 5. Can. 7. Vbi: quod non tenemur confiteri uenialia.

Secundo. Poſſunt abſolui à peccatis, de quibus alias ſunt directè abſoluti. Palud. Canus. Maior. Alcocer. Nauar. ſupra.

Religioſus habens licentiam à Superiore poteſt eligere etiam non approbatum.

Tertio in articulo mortis. vt colligitur ex Concil. Trid. Sef. 14. c. 7.

Quartò. Religioſus, cui Superior concedit eligere Cõfeſſorem, poſſet alteri Religioſo, vel Sæculari Sacerdoti, etiã per nullum Epiſcopum approbato, confiteri: quia Concil. Trid. Seſſ. 23. c. 15. nil noui ſtatuit circa Regulares. Item Sixtus IIII. conceſſit Mendicantibus, vt dum iter agunt, poſſint abſolui à Clerico Sæculari. Nauar. c. 4. nu. 7. Imò Not. quod generaliter, quãdo ſubditus habet a Paſtore licentiam peregrinandi longam viam, habet conſequẽter, vt poſſit eligere Confeſſorem de expoſitis. Caiet. uerbo. Abſolutio. c. 2. Sotus. ſupra. verſiculo. Similiter. Sed limita ex Leone 10. dummodo. fiat ſine fraude. Religioſus itinerans.

Et quamuis Religiones ferè omnes, habent clauſulam; quod poſſint audire peccata quorumcunq; & vndecunq; venientium, non tamen poſſunt audire Confeſſiones aliorum religioſorum, niſi vt ſupra dictum eſt. Quia generalis cõceſſio intelligitur, ſecluſo præiudicio alterius, maximè Religionis. tex. in c. Quamuis. de reſcrip. 6. Sil ueſt. verbo. Præiudicium. Sexto Mendicantes, eum qui uult ingredi ſuam Religionem, (fortè debet intelligi poſtquam admiſſus eſt ad nouitiatum) poſſunt abſoluere ab omni excommunicatione, etiam generali ab homine. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 77. §. 1. fi. Cord. lib. 1. q. 30. Vbi alios citat. Abſolutio Nouitiorũ

QVæ tamẽ abſolutio datur ad reincidentiam, in hunc modum. ſ. quod ſi nouitius talis ſponte ſua, exierit a Religione, ante profeſſionem: reincidit in priores cenſuras, & uota; à quibus fuerat liberatus. Ita declarauit Paulus III. anno 1546. in quadam bulla cõceſſa Ieſuitis. uel Societatis Ieſu. ut ipſi dicunt. 23

DVbiũ tamen eſt, Quid ſi propter morbum, uel parentum inopiam, talis nouitius inuitus expellatur, cùm tamen de ſe paratus ſit, & maneat, ad redeũdũ, ceſſante cauſa? Reſp. Si ita expellitur, ut 24 V. Reincidat ſi inuitus expellatur?

receedit,

recedit, vt Superior non decernat illum amplius admittere; reincidit. Probatur, Quia illud priuilegium tantùm conceditur, dum eſt in via ad Religionem. ut colligitur ex Bulla.

25 V. Mendicantes uirtute Bullæ cruciatæ, vel alteri' poſſint eligere confeſſorem.

SEcunda Concluſio. Religioſus ex mendicantibus non poteſt pro libito, virtute alicuius bullæ, ex ſupradictis eligere Confeſſorē. ita Salmanticæ conſulti Magiſtri ex præcipuis Religionibus: ex Dominicanis. P. Magiſter Gallo, & duo Cathedrarij primarij Sacræ Theologiæ. ſ. Magiſter Bar. Medi. & Yuannes. Ex Franciſcus. P. Magiſter Vzeda. Ex D. Auguſtino P. Magiſter Gueuara Sacræ Theologiæ veſpertina hora profeſſore. Doctor Moya Iuris Pontificij Primarius. & alij communiter. & tenet Ledeſm. 2. par. q. 29 art. 2 propter priuilegium Leonis X. Confirmatur quia. Pius V. de hoc conſultus, reſpondit quod non.

26 V. Mendicātes ratiōe Maris magni poſſint abſoluere à caſib' Epiſcopo reſeruatis?

VT cuidam Reuerendiſſimo, hoc deſideranti & præcipiē ti ſatisfaciamus: Quæritur. V. Stantibus ſuis priuilegijs, quibus habetur quod Fratres Mēdicantes poſſint abſoluere quoſcūq; & vndecunq; ad ſe veniētes, ab omnibus peccatis, & cenſuris, etiam Papę à Iure, vel ab homine reſeruatis, (exceptis contentis in Bulla Cœnæ:) poſſint hodie poſt Conc. Triden. abſoluere a caſibus, quos Epiſcopus à Iure, vel ex conſuetudine reſeruat ſibi. Et, An Epiſcopi poſſint talibus fratribus interdicere, vel præcipere, ne à caſibus ſibi reſeruatis, abſoluant?

Nota bene Quod poſt quā quæ infra dicētur erant ſcripta & a ſu-

Pro maiori intelligentia adducā in princi pio omnia, quæ Epiſcopis à Sancto Concil. Trid. circa Regulares conceduntur.

Seſſ. 4. ¶ habetur; quod nullus Religioſorum poſsit aliquem librum imprimere, abſque Epiſcopi licentia.

periotibus approbata decisū fuit Romæ, qd in hac parte ſit tenendum. Quam deciſionem inuenies. infra. in fine totius hui' qōnis, ante nu. 53. Nihilominus q̄ iā approbata erant typis mandaui, ut lector aliqđ commodū, ex probationibus, illationibus, &c poſſit reportare.

Seſſ. 5. ¶ De Reformatione c. 1. habetur; quod Epiſcopus, tanquā Sedis Apoſtolicæ delegatus, poteſt compellere Monachos, Vt (ſi commodè fieri poſsit) lectionem Sacræ Scripturæ habeant.

¶ Cap. 2. habetur, quod Regulares prædicare non poſsint, niſi examinati à ſuis Superioribus, & poſtea, cum licentia Epiſcopi.

Seſſ 6. ¶ Cap. 3. de refor. quod Epiſcopus, tanquam Papæ delegatus habet poteſtatem puniēdi Regulares degentes extra Monaſteria.

Seſſ. 7. ¶ Cap. 14. habetur: Qualiter cauſæ perſonarum exemptarum tractari poſsint, & quando coram Epiſcopo.

Seſſ. 14. ¶ Cap. 4. habetur: quod Epiſcopi, tanquam delegati poſſunt corrigere Clericos ſæculares exemptos.

Seſſ. 21. ¶ Cap. 3. Epiſcopi poſſunt uiſitare Eccleſias Commendatas Regularium.

Seſſ. 23. ¶ Cap. 12. Regulares Ordinandi, ſunt ab Epiſcopo examinandi.

¶ Cap. 15. Regulares, volentes audire Confeſsiones: ſunt ab Epiſcopo examinandi.

Seſſ. 25. De Regularibus. Cap. 3. Non poſſunt erigi Monaſteria, ſine Epiſcopi licentia.

¶ Cap. 5. In Monaſterijs ſibi nō ſubiectis, curet Epiſcopus, tanquā Sedis Apoſtol. Delegatus, vt clauſura ſeruetur.

¶ In eod. c. 5. Monialis non poteſt exire clauſtra ſine licentia Epiſcopi, vel Superioris. Nec quiſquā ingredi,

ingredi,ſine tali licentia.

¶ Cap.8.& 9. In negligentia Superiorum, poteſt Epiſcopus viſitare Moniales, immediate ſubiectas Capitulis,vel Sedi Apoſtolicæ.

¶ Cap. 10. Epiſcopus, debet eligere bis,vel ter in anno extraordinarium Confeſſorem Monialium.

¶ Cap. 12. Regulares tenentur ſeruare interdicta, & feſta impoſita ab Ordinario loci.

¶ Cap.13. Regulares, tenentur ire ad publicas proceſſiones.

¶ Cap. 14. In negligentia Superioris, poteſt Epiſcopus caſtigare Fratrem delinquētem ſcandaloſè extra Monaſterium; &c.

¶ Cap. 16. Renuntiatio facta à nouitio, non valet niſi cum licentia Epiſcopi, infra duos menſes ante profeſſionem.

¶ Cap.17. Epiſcopus debet adeſſe, ad explorandam voluntatem Monialis, ante profeſſionem. Ad hæc reducuntur alia.

Quibus ſuppoſitis.

AD quæſtionē. Primo Pro parte negatiua, videtur quod fratres non poſſint vti talibus priuilegijs, quia priuilegium limitatur ad præterita; argumento Glo. in Clem.Religioſi.verbo: Deputatis. de Teſtam.& Gl.in Clem Dudum de Sepulturis.

Secundo, Quia Religioſus non poteſt abſoluere ab ijs quę Epiſcopus reſeruat cum excommunicatione.Silu.verbo Confeſſio.2.§.1. Sot.di.18.q.4.ar.3.ver. Quo Ego.

Tertio. Quia eſt de Fide: quod Epiſcopus poteſt reſeruare ſibi aliquos caſus.Vt patet in Conc.Trid. Seſſ.14.c.4.& de Reform.c.7.

Quarto. Quia omnes vtriuſque ſexus,qui ſunt in ſua Diœceſi ſunt oues ſuæ: & videtur quod nullus ſibi eas auferre poſſit.

Quinto. Quia aliqui Epiſcopi hoc faciunt, quando.ſ.concedunt licentiam Fratribus ad audiendas Cōfeſſiones ponūt in ea hāc clauſulā: reſeruādo nobis caſus nr̄os.

Sexto. Quia quidam modernus auctor cuiuſdā libelli; qui dicitur Catecheſis ſiue inſtructio à RR. DD. Examinatoribus promulgata. &c.pag. 429. cum ſeq. ait duo (inter alia) Primum quod hodie priuilegia Regulariū, quò ad hūc effectum abſoluendi,ſunt ſublata, per Concilium Trid.& Grego.13. Secundum. Quod Epiſcopi poſſunt ad eorum beneplacitum impedire, ne audiant Confeſſiones. His rationibus videtur quod non.

Quibus non obſtantibus, (licet inuitus,ne Epiſcopali auctoritati, aliquo modo,derogare voluiſſe videar: (quod abſit,) ſed tantùm vt veritas appareat,ne Confeſſores, vllo modo, ſeruum iudicent alienum) Dico Primo,Quod Papa poteſt,& ſolet dare facultatem eligē di Confeſſores ſine licētia Epiſcopi,vel Parochi. Tradit Ludou. Roma.conſi.266.Ripa.de peſte.num. 35.Mandoſius, in praxi ſignaturæ gratię.titulo Cōfeſſio.fol.75.col.2.

Papa concedere pōt licentiā ſine licentia Epiſcopi?

Secundo Dico. quòd dupliciter approbat Epiſcopus Primo diſcernendo quòd iſte ſit idoneus Confeſſor,abſq; hoc,quod ei vllam tribuat iuriſdictionem. Secundo tribuendo ei, non ſolùm approbationem;ſed etiam iuriſdictionem.

Epiſcopus approbat aliquē dupliciter.

Quibus ſuppoſitis;Reſp.ad quęſtionem; quòd ſi Epiſcopus approbat Regularem tribuendo ei iuriſdictionem, quā talis aliunde nō habebat & approbationē tūc Religioſus

ligioſus non poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopi, ſine eius licentia.

Priuilegia: Clementinæ. Dudũ de Sepult. Si autem approbat Regularem præſentatum à ſuo Superiore, ſecundum tex. in Clem. Dudum. de Sepult. Si talis approbatus non haberet alia priuilegia, niſi ſibi à Iure in dicta Clem. conceſſa: poterit abſoluere ab omnibus caſibus; exceptis præciſè reſeruatis Epiſcopo vel Superiori in Iure: quantumcunque reſeruentur Epiſcopo ex conſuetudine, vel Conſtitutione alij caſus, vel ex beneplacito: Armilla. verbo. Abſolutio. §. 26. vide etiam Silu. nu. 23. 24. 25. & 27. tenet etiã Ang. expreſsè verbo Confeſsio. 3. nu. 28. vbi alios citat, declarando hunc caſum, & reſpondendo argumentis, quæ opponi, ex parte Epiſcoporum poſſunt, maximè uide nu. 7. & Silueſt. verbo Confeſſor. 2. nu. 14. Vbi hanc dicit communẽ omnium: & melius omnibus Tabiena. verbo Diſpenſatio, §. fin.

27 SI autem Fratres, nõ tantùm ex Iure dictæ Clem. ſed etiam ex multis priuilegijs (vt infra dicet) habent plenam iuriſdictionem, & commiſsionem a Summis Pontifi. abſoluendi, ab omnibus peccatis, & cenſuris, etiam Papę, a iure, uel ab homine reſeruatis, exceptis à contentis in Bulla cœnę (vt uere habent) hac conditione, quòd Epiſcopus approbet eos, ſecundum Conc. Trid. Seſſ. 23. c. 15. ſic approbati ab Epiſcopo, poſſunt abſoluere ab omnibus illis, abſq; vlla alia Epiſcopi licentia? Quod probat latiſsimè Nauar. c. 27. nu. 263. Et iterum c. 27. nu. 10. dicit non eſſe ſublata priuilegia per Concil. Triden. quo ad hoc; in hęc verba: Non arbitror tamẽ, eis ſublata priuilegia ſuper neceſsitate; vel modo pręſentandi Ordinarijs Confeſſarios ſui ordinis, &c. Quare hodie ſecũdum Nauar. ampliora ſunt priuilegia Mendicãtium, qui non tenentur ſeruare modum in pręſentatione ſecundum dictam Clem. dudũ. Sed ſufficit quòd Epiſcopus approbet, licèt non ſeruetur illa ſolemnitas pręſentandi, quam dicta Clementina requirit.

Mendicantium priuilegia non ſunt derogata.

Ad contraria.

AD Primum. Reſp. Quòd Papa habet omnimodam poteſtatẽ in omnes Chriſti fideles, tàm quo ad commiſſa, quam quo ad committenda crimina abſoluẽda. text. in Extrauag. Vnã ſanctam. de Maior. & obed. Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 7. de Reform. ibi: Pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita. Et tenent omnes, qui de poteſtate Papæ ſcripſerunt Catholicè. Et non qualem qualẽ, ſed omnimodã, quo ad ſpiritualia. Et quia habet illam immediate à Deo, nullus põt illam ſibi auferre, minuere vel limitare. vt tradit. S. Tho. recceptus, contra errores Gręcorum. ca. 32. concl. 3. nec dicere ei; cur ita facis? cùm Dei vicarius ſit in Eccleſia. Quapropter (nota) quòd in conceſſionibus vtitur, illo verbo: fiat, quo Deus vniuerſum creauit Orbem. 28

Papæ poteſtas.

Nota.

ET licèt eſſet conceſſa facultas Epiſcopis; reſeruandi caſus quo ad Regulares, ſibi non ſubiectos (quæ tamen non eſt:) cum poſtea conceſſerint Summi Pontific. poſt Concilium, priuilegia mirabilia Religionibus, confirmauerint antiqua, in ijs, quæ non ſunt contra dictum Concil. Trid. videretur tali Epiſcoporum auctoritati derogaſſet. 29

Papa V. poſſit committere facultatem abſoluendi.

Et

30 ET quòd Papa poſſit hanc ſuã poteſtatem, committere cui voluerit, ad ligandum, & ſoluendum; nulli dubium. Quia omnis Ordinarius poteſt conſtituere delegatum, vt ait communis opinio ſecundum Panor. in Rubr. de Officio delegati. Armil. verbo Delegare. & alij: quanto melius Papa, qui Ordinarius eſt omnium Ordinariorum.

31 ET quod Summi Põtifices hãc poteſtatem commiſerint Regularibus examinatis, & approbatis ab Epiſcopis patet ĩ multis bullis * infra citandis. Et patet clarè in Gloſa. c. 7. de pœniten. lib. 6. ante caſus poſitionem quæ ſic ait: Mendicantes vero ſunt delegati a ſede Apoſ. per Clem. Super Cathedrã. de ſepulturis in Clement.

32 *Priuilegia Canonicorum Regularium.* MAxime Eugen. IIII. (vt ait Armil. Abſolutio. §. 27.) conceſſit Canonicis Regularibus, vt poſſint abſoluere, ſine licentia Superiorum, omnes ad ſe venientes, ab omnibus peccatis & cenſuris, etiã a reſeruatis tàm à iure, quam ab homine, vt Ordinarij poſſunt ex ordinaria poteſtate: exceptis in forum exterius deductis.

Monachorum S. Benedicti. Hoc idem priuilegium habent Monachi S. Benedicti, & Baſilij, vt refert Armil. ſupra. & vidi Ego inter ſua priuilegia.

Carmelitanorum. Idem Eugen. IIII. conceſſit Fratribus Carmelitanis, vt poſſint abſoluere ab omnibus caſibus, à quibus Pœnitentiarij minores Romæ poſſunt. Quod priuileg. vidi in Cõpen. priuileg. eorundem.

Ieſuitarũ priuilegia. Doctor quidam Henricus Salmantinus in ſua publica lectura ait: quod Ieſuitæ habent Bullam conceſſam à Paulo Papa III. & confirmatam ab alijs Sum. Pont. qua poſſunt Ieſuitarum Confeſſores, ab Ordinario approbari, abſoluere ab omnibus caſibus reſeruatis Epiſcopo, etiam poſt dictam Bullam. Et probat ſic; Quia ea Bulla concedit generaliter, vt ab omnibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ. ſ. etiam publicis, (exceptis cõtẽtis in Bulla cęnæ) & in fine addit: Nõ obſtantibus quibuſcunq; &c. Cui autem Papa concedit omnes ſuos caſus; quod, eſt maius: concedit etiam caſus Epiſcopi, quod eſt minus. Regulã. Cui conceditur. De Regul. Iur. 6.

COnfirmatur. Quia exceptio firmat regulam (exceptis in Bulla cœnæ) ergo Epiſcopus non poteſt limitare, quod Papa generaliter concedit. 33 *Exceptio firmat.*

ITem Colligitur ex Glo. in c. Nuper. §. non retinuit. & c. cum illorum. de Senten. excom. & Gloſſ. in c. Quoniã. de Priuilegijs. quod ſicut poteſt ab ijs, quæ Papę reſeruantur à Iure; ita ab illis, quæ ab homine reſeruantur. Facit Cord. lib. 1. q. 12. Sot. lib. 7. de iuſt. & iure, q. 4. ar. 3. verſic. Qui ſunt. Couar. in c. Alma. §. 7. nu. 8. & §. 12. nu. 2. & 4. Nauar. c. 27. nu. 44. 34

ITem Patet clariſſimè ex F. Bart. Med. Summa. lib. 1. c. 10. §. 3. verſic. Et qui è; in hæc verba: Et qui è da ſapere, che i frati de gli Ordini mendicanti hanno priuilegio di poter aſſoluere di tutto quello, che può il Veſcouo eſſendo eſpoſti. Et faciunt clariſſimè quę ponit Vict. Sum. nu. 150. 35

ITem eſt clariſs. ſecũdum S. Th. quodl. 11. ar. 31. Vbi dicit: quòd quilibet Sacerdos poteſt audire Confeſſiones de licentia Papæ, vel Epiſcopi, etiam contra voluntatẽ proprij Parochi, tradit Armilla. 36 *Abſque licent. parochi poſſunt audiri confeſſ.*

verbo

verbo Abſolutio.nu.11.

Conceſſio Epiſcopis facta.

¶Ad Secũdum Reſp.quod eſt verum, loquendo de Iure communi, non autem ſecundum priuilegia, quæ Religiones habenr. Vel quod intelligatur de excommunicationibus publicis, & in iudiciũ deductis: argumento.c.6.Concil. Trid.Seſſ. 24. Vbi Epiſcopis conceditur poteſtas abſoluendi ab omnibus occultis; niſi ſint deducta in iudicium.

Ad Tertium. Reſp.quod eſt verum quo ad ſuos ſubditos Confeſſores Sacerd.ſæculares; & quo ad Regulares Ordinarijs ſubiectos, vt patet in Concil. Trid. Seſſ. 14.c. 7.ibi: In ſubditos ſibi poteſtate tradita. Et redditur ratio ibi: Quia quod Papa in omnes Chriſti fideles; hoc Epiſcopi habent in ſibi ſubditos.

Regulares in quibus ſint ſubiecti Epiſcopis?

Regulares autem non ſunt Epiſcopo ſubiecti, niſi in ijs, in quibus Concilium voluit eſſe ſubiectos, (quę poſui in principio.) In his autem non inuenitur quod poſſit Regulares priuare poteſtate, quã per ſua priuilegia à Summis Pontific. habent; ſed quod tantum debeat eos examinare, & idoneos approbare. ergo?

37 Priuilegia habentes, quẽ Cõfeſſorem poſſunt eligere?

IMo quod magis eſt, & Notandum: quod omnis fidelis qui habet priuilegium eligendi Confeſſorem, qui eum abſoluat ab omnibus peccatis, &c. (exceptis in Bulla Cœnæ,) vt habent Confratres Sanctiſſimę Trinitatis. vt ait Nau. c.27. nu. 263. & Confratres Corrigiæ S. Auguſtini, & Societatis Hoſpitalis S. Iacobi incurabilium Romæ, & Hiſpani per Cruciatam, & alij; ſunt in hoc caſu liberi, ab Epiſcopi, atq; Parochi ſui iuriſdictione; & poſſunt eligere quemcunq; ſimplicem Sacerdotem, approbatum ab Ordinario, etiam ſi talis Confeſſor nullum habeat priuilegium. Quia talis pœnitens, virtute ſui priuilegij, cõfert illi iuriſdictionẽ mediate à Papa. Et qđ iſti Confratres hñt p Bullã ſuã, quo ad Cõfeſſorẽ, qui nõ hẽt priuilegiũ; hẽt Cõfeſſarius priuilegiatus Regularis quo ad pœnitẽtẽ priuilegio carentẽ; & hẽt meliori, & perfectiori modo, quia immediate à Papa. Quis ergo iudicabit maiorem habere poteſtatem, pœnitentem cũ priuilegio, quod mediate Confeſſori confert, vt eum abſoluat, quã confeſſorem, qui illud habet immediate à Papa, in fauorem totius ſtatus Regularis? Et quod priuilegia Religionum non ſint reuocata patet: quia priuilegia conceſſa toti Religioni in communi, non cenſentur derogata, niſi fiat de eis ſpecialis mentio. Doctor Enricus Salmãtinus ĩ releɗt. de priuilegijs.

Item. Quia à Iure antiquo non eſt recedendum, niſi quo ad excepta in nouo. text. in l. præcipimus. C. de Appella. Nauar. cap. 22. nume. 39.

AD Quartũ Reſp. quod eſt verũ, quod ſunt oues propriæ: ſed primario, & principaliori modo ſunt oues Papæ, Quia primus Paſtor omnium paſtorum, cui in perſona Petri dixit Dominus: Paſce oues meas, & ſecundo, & minus prĩcipali modo, ſunt oues Epiſcopi; & infimo, & minori modo ſunt oues ſui Parochi. Et ſic quẽadmodum ſine licentia Parochi, poteſt Epiſcopus cuiuſcunq; ſui Epiſcopatus audire Confeſſiones, uel alteri delegare, vt audiat: meliori, & fortiori modo, poteſt Papa audire vnumquenq; fidelium totius Orbis, 38

38 Quõ recedendum à iure antiquo?

Poteſtas Epiſcoporũ à quo ſit? Orbis, vel alteri committere vices ſuas; vt audiat. Imò, quod (vt ait Nauar. c. 27. nu. 263.) nullibi probatur, Iure Diuino, competere Epiſcopis aliam iuriſdictionem, quã illam, quæ datur eis per ordinationem, & Cõſecrationem; Quia omnis alia conceditur eis immediatè, vel mediatè à Papa. c. In nouo. 21. diſtin. Vnde poteſt intentari, quod Epiſcopi habeant poteſtatem reſeruandi caſus à Papa, & non immediatè à Deo.

39 AD Quintum. Videlicet, quòd aliqui Epiſcopi hoc faciunt. Reſpõ. quod fortè habent aliquod aliud priuilegium ſupra Concilium; & ſupra priuilegia Ordinũ mendicantium, per quod faciant (quod credo non habere) quia alias, per Concilium non eis conceditur, dùm tantùm eis Concilium tribuat, in hac parte, Regulares examinare, &, ſi fuerint idonei, approbare.

40 AD Sextum. Scilicet, Quòd hodie sũt ſublata priuilegia &c: Reſp. Primo. quòd in toto Concilio, quod (licèt olim alio reſpectu fecerim) ad hunc effectum, totum iterum perlegi; nullam talem inueniemus; in hoc caſu, priuilegiorũ reuocationem; nec de talibus priuilegijs reuocatis, vel reuocandis vlla fit mentio. Imò quod caput. 7. Concil. Seſſ. 14. quod ad hoc citat. Autor dicti libelli; nihil de hoc agit: ſed tantum dicit: quòd liceat Epiſcopo reſeruare ſibi caſus, quo ad ſuos ſubditos, (quod Ego, ſupra; probo eſſe de fide.) Regulares autem, & omnes alij, qui ratione priuilegij poſſunt eligere Confeſſorem, non ſunt in hoc, Epiſcopo ſubiecti vel Parocho vt ſupra diximus.

Imò etiamſi Dictus Autor libelli allegaſſet Bullam Pij IIII. poſitam in fine Concilij Trident. in nouis, in qua Mare magnum reuocatur: Reſpon. quòd tantùm eſt reuocatum in ijs, in quibus Dicti Concilij Statutis contrariatur: vt ibid. patet. At, in toto Concil. non inuenitur talis poteſtas data Epiſcopis, nec talis priuilegiorum reuocatio, Ergo? Mare magnũ in quibus eſt abrogatum.

RESp. Secundo Quòd Concil. Trid. & Greg. XIII quem autor citat, non venerunt ſoluere legem, ſed adimplere; non ius Antiquum reuocare vel deſtruere, ſed innouare, & confirmare; prout per totum Cõcilium innouatum, confirmatumque inuenies. maximè his locis: ¶ Seſſ. 5. in fine, de Peccato origin. ¶ Seſſ. 6. c. 3. 4. & 5. de reformatione. ¶ Seſſ. 14. cap. 6. ¶ Seſſ. 21. c. 4. ¶ Seſſ. 22. c. 1. 4. & 7. ¶ Seſſ. 23. c. 6. & 16. ¶ Seſſ. 24. de reform. c. 1. 3. 5. 10. 11. 12. 14. & 20. ¶ Seſſ. 25. de Sacris Imaginibus, & de Regularibus. cap. 8. & de Reformatione. c. 8. 10. & 20. præter multa alia iura, quæ tacet. 41

Caſus aliq in quibus Concilium Inouat ius antiquum. Extraua-

TErtio. Reſpon. quòd ſi per dictum Concil. Seſſ. 14. capit. 7. in quo autor ille fundatur, eſſet ſublata Clementina; Dudum. de Sepult. vel Regularium omnia priuilegia: eſſet, abſque dubio, de eis facta mentio; vt facit Concilium Seſſ. 24. capit. 2. reuocando text. in capit. Quamuis. de Cognat. Spirit. in 6. vbi dicit; Conſtitutionibus in contrarium facientibus non obſtantibus. Et quando in Clementina. 1. de immunit. Eccleſia. reuocatur tex. in cap. Clericis Laicos. eodem titulo. in 6. dicitur: Conſtitutionem penitus reuocamus, & volumus haberi pro infectis. Et cùm 42

in Clemeht.Dudum.de Sepul.annullatur text.in Extrauagan. Inter cunctas. de priuileg. ſic habetur: Nos eam omnino caſſantes &c. Cum ergo in d. capit.7. Concilij, nec in vllo alio reperiatur verbum vllum de Clemētina: Dudum,Regulariumuè priuilegiorum reuocatione,prçter poſita in principio; conſtat manifeſtiſſimè, & Ius dictę Clem.& priuilegia vim ſuam,
43 roburque obtinere.

QVarto. Reſpond. Dictum libri autorem vel ignoraſſe, vel non meminiſſe textus in dicta Clement. Dudum: ſiquidem ait: Regulares habere priuilegia per Extrauagant. Benedicti XI. Inter cunctas. quæ iam reuocata eſt, & correcta per dictam Clemen. Dudum, & non citat talem Clementinam, Dudum, conditam poſt dictam Extrauagant. Inter cunctas; in confirmationem Priuilegiorum Religionum, vt in ea patet.

44 gans: Inter cunctas reuocata.

QVinto.Reſpon. Quòd dictus Autor ait: Gregor. XIII. Religionum priuilegia, quo ad hoc reuocaſſe; nec dicit quando, quomodo, per quamuè Bullā, vel motum proprium. Ego credo, quod in hoc caſu, nullam ediderit Gregor.XIII.Fœlic.Recordat. Bullam vel Conſtitutionem, niſi illam, quam fecit reſtringuēdo quæ Pius PP.V.ſuus prædeceſſor, in fauorem mendicantium fecerat, (quam qui non vidit, videre poterit in fine Manualis Nauarri) in qua licēt Gregor.XIII. talia facta à Pio Quinto, aliquo modo reſtrinxit; omnia tamen, in robore antiquo, his verbis relinquit. Eam deinceps diſpoſitionem atque deciſionem pro ſubiecta materia futuram eſſe, quæ ſiue ex Iure veteri, ſiue ex Sacris dicti Concilij decretis, ſiue alias legitime ante dictarum literarum, & conſtitutionum editionem erat, & ſi ipſę non emanaſſent futura fuiſſet, ad quam diſpoſitionem, & deciſionem, ſuūque priſtinum ſtatum, illa omnia reducimus. Cum ergo de Iure antiquo dictæ Clementi. Dudum, habeant Regulares à ſuis Superioribus prçſentati, & nunc, ſecundum Concil.Trident. ſupra approbati, auctoritatem abſoluendi ab omnibus caſibus Epiſcopi, exceptis quique de Iure, vt probauimus ſupra, in principio reſponſionis ad quæſtionem: & per priuilegia habent auctoritatem abſoluendi ab omnibus quæ diximus in reſponſione ad Primum contrariū: & hęc ſint non reuocata, immo approbata, & renouata, per Greg.13. ſupra. dum relinquit omnia ſicut prius; patet clariſſimè Epiſcopos nil poſſe contra dicta Iura, & priuilegia, ſtatuere: cum par in parē non habeat imperium, quanto minus in Superiorem omnium, ſcilicet Papam, à quo Ius dictæ Clem. & priuilegia emanarunt.

AD Secundum, quod auctor dicit, ſcilicet quod Epiſcopus poteſt impedire ne Regulares Cōfeſſiones audiant, ergo melius limitare? Dico quod eſt verum in Regularibus ſibi ſubiectis, & in illis quibus Epiſcopi conferunt iuriſdictionem, & approbationem; non autem in exemptis, qui habēt illam à Papa, quia iſti tales, ſi Epiſcopus, abſque iuſta cauſa, noluerit eos approbare: poſſunt, auctoritate Papæ, audire Confeſſiones, quia tunc ab illo cenſentur approbati vt habetur in dict. Clementi. 45 Quid ſi Epiſcopus ſi ne iuſta cā noluerit regulares approbare?

Du-

Dudum, & Nauarr. & omnes tradunt ſupra.

46 QVare. Primo Dico, (ſalua Illuſtriſſimorum, pariterque Reuerendiſſimorum Præſulum honeſtate, & debita reuerētia) quod ſi Regulares, ad minus, à ſuis Superioribus præſentatos, ſecundum tenorem. d. Clem. Dudū, & inuentos idoneos, noluerint abſque iuſta cauſa, ſine ſuorum caſuū reſeruatione, approbare: ſunt à Papa approbati. vt ſupra. Et quia dicti Prælati faciunt iniuſtitiam in re graui, videtur mihi quod ſit mortale peccatum, maximè quia ſuper hoc ſunt multæ prohibitiones, & cenſuræ.

Primo. Quia faciunt contra Ius dictæ Clem. Dudum. de Sepul.

Bulla Alexan. IIII. SEcundo. Faciunt contra Alex. IIII. Qui in quadam Bulla, Epiſcopis ſic ait: Quo circa, vniuerſitatem veſtram rogamus attētius, & hortamur; per Apoſtolica vobis ſcripta mādātes, quatenus veſtris iuribus manentes cōtenti, nullam eis, vel ipſorum domibus, contra prædictorum priuilegiorum, & indulgentiarum inferatis moleſtiā, vel grauamen, quin potius habeatis eoſdem, pro Diuina, & noſtra reuerentia commendatos &c.

Bulla Sixti IIII. TErtio. Faciunt contra Sixti. IIII. Bullam, qui ſic ait: Diſtrictius inhibentes eiſdem locorum Ordinarijs, ſub interdicti ingreſſus Eccleſię, & Suſpenſionis à regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, ac Parochiarum Eccleſiarum Rectoribus, & alijs quibuſcunque ſub Excommunicationis latæ ſententiæ, & priuationis earundem Eccleſiarum Parochialium, ac omnium aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ obtinent, nec nō inhabilitatis ad illa, & ad alia, in poſterum obtinenda, pęnis, eo ipſo, per eos qui cōtra fecerint incurrēdis; nec Ordinis prædicti Fratrum Eremitarū domos, & profeſſores, præter, aut contra prædictarum Innocētij, Bonifacii, Alexandri, Martini, Eugenii, Nicolai & Benedicti prædictorum, & aliorum quorumcunq; prædeceſſorum noſtrorum præſentiumque noſtrarum litterarum, tenorem, inquietare, ſeu moleſtare, &c.

Quarto. Faciunt cōtra Leonē X. Leonis. X. Qui faciens irritum & inane quicquid contra &c. ponit hanc clauſulam: Quod ſi ſæculares veſtro Mari magno, vel cuiquam conceſſionum veſtrarum contra ire temere audeant pro excommunicatis publicari volumus. Si Clerici, præter cenſuram ſupra dictam, Dignitatibus, & beneficiis Eccleſiaſticis, priuatos eſſe, eaq; libere impetrari poſſe, decernimus. Et paulo inferius ait: Quod ſi quis, huic noſtro decreto, aut conceſſioni, aut cuiquam aliarum, quæ tuo Ordini (vtcunque factæ ſunt) contraire, aut minus integre cedere, & parere auſus fuerit: volumus vt eandē pœnam incurrant.

HIs rationibus, multiſque aliis conſtat, Illuſtriſs. ac Reuerēdiſs. prælatos non poſſe, idoneos regulares repertos, non approbare; nulla interpoſita conditione, aut grauamine; niſi adſit iuſta cauſa, vt dictum eſt, ſi quidem dicti Fratres habēt iuriſdictionem à Papa, cum hac ſolum conditione: qd Epiſcopus eos examinet, & inuentos idoneos approbet. 47 Idonei approbandi.

DIxi: iuriſdictionem; & nō poteſtatem; quia omnes Sacerdotes, à ſua ordinatione habēt po- 48 Poteſtas ſacerdotis quo Iure.

teſtatem, Iure Diuino abſoluendi ab omnibus caſibus, & peccatis. Concil. Trident. Seſſ.23.c.15. Nau. c.27. nume.263. Et omnes. Et quia hæc poteſtas, quam habet Iure Diuino, interdicta eſt illis iure poſitiuo, quouſque habeant materiam, oues, ſcilicet, in quas poſſint eam exercere; Papa tribuit illis materiam, committendo illis, qui inuẽti fuerint idonei, oues ſuas, in quas poſſint poteſtatem ſibi traditam exercere. Habent enim Epiſcopi, in hoc caſu, circa Regulares tantũ nudum miniſterium. Nau. Armil. & alij ſupra. Vt quando (v.g.) Papa concedit mihi beneficium, hac conditione: ſi Epiſcopus inuenerit per examen, me eſſe ſufficientem, & idoneum; clarum eſt quod ſtatim quòd inuentus fuero idoneus ab Epiſcopo, collatum eſt mihi beneficium non ab Epiſcopo, ſed a Papa. Et quòd ſi Epiſcopus, abſq; iuſta cauſa, negaret mihi approbationem, facit mihi iniuſtitiam, & teneretur ad intereſſe, ſi damnum aliquod eueniſſet. Similiter fit hodie in Matrimonialibus diſpenſationibus: quòd Papa committit Epiſcopo, vt facti veritate, per informationem reperta, diſpenſet: Clarum eſt etiam, quòd ſi facta informatione legitima, conſtat de veritate; Epiſcopus, niſi alia adſit iuſta cauſa, non poteſt negare diſpenſationem. ſic in noſtro propoſito. &c.

49 *Regularis non ſe poteſt ſubijcere Epiſcopo.*

IMo Dico Secundo, Quòd etiam ſi Regularis quiſpiam, etiã Prouincialis, voluiſſet, ſuis priuilegiis cædendo, ſe iuriſdictioni Epiſcopi, & præcepto ſubmittere; non poterit facere: text. expreſſus in c. Cùm tempore. de Arbitris. vbi ꝙ exemptus non poteſt renuntiare exemptioni, ſine licentia Papæ, facit tex. in cap. Quàm periculoſum. 7.q.1. vbi, quod eſt periculoſum in rebus Diuinis, cædere iuri ſuo. Ratio huius eſt, quia licèt vnuſquiſque poſſit renunciare Iuri ſuo, vt probant Iura, quæ citat Angel. verbo. Renunciatio. §.4. Armil. (citãs Panor. & Silu.) verbo. Exemptio. §.8. intelligitur quando tale Ius, priuilegium, vel fauor eſt introductus in fauorem, vel commodum priuatæ perſonæ: ſecus ſi in fauorem aliorum ſimul, vt probant ſupradicti auctores, verbi gratia; Status Clericalis habet hoc priuilegium in fauorem omnium Eccleſiaſticorum; ne quis Clericus poſſit conueniri coram iudice Laico, vt patet in capitulo. Si diligenti. & toto titulo, de Foro competent. Nullus particularis poteſt Iuri, & priuilegio huic renunciare, & cædere, abſque Pontificis ſui, ſcilicet Epiſcopi licentia; Quia eſt in fauorem aliorum. Sic in noſtro propoſito, in quo cùm priuilegia omnia, ſint conceſſa à Summis Pontific. toti Religioni. D. Auguſtini, D. Dominici, D. Franciſci, & cæteris, in fauorem totius Religionis, nullus particularis illis renunciare poteſt, abſque Papæ licentia.

V quilibet poſſit renũciare iuri ſuo?

TErtio Dico. Quod, etiam ſi, 50
aliquibus grauiſs. Doctoribus viſum fuerit, (vt Ego viuæ vocis oraculo audiui) quòd Regularis ſemel approbatus ab vno Epiſcopo poſſit audire Confeſſiones vbique terrarum, abſque alia aliorum Epiſcoporum approbatione; non videtur mihi tuta opinio, de iure communi, niſi particulare, de hoc, Regulares expreſſum habeant priuilegium. Quia Concilium

V. Regularis ſemel approbare poſſit vbique abſoluere?

Triden.Seſſ.23.c.15.dicit: Regulares approbari debere ab Epiſcopis: & ita intelligi debet, ab vno quoque Epiſcopo illius Diœceſis in qua Regularis habitat. Quod clare indicat Nauarr.c.27.nu.266. allegans Clement. Dudum.de Sepult.per quam (ait) Regularis ſemel approbatus non indiget noua approbatione. & inſinuat clarè ꝙ in vnaquaque Diœceſi. Quod fuit iam declaratũ Romæ anno 1587. vt in fine huius Quæſtionis videbis.

51 Confeſſor Idone' poteſt eſſe in vno loco &c.

Confirmatur, Quia ſecundum omnes, poteſt vnus Cõfeſſor idoneus eſſe in vno loco, & non in alio. Nauar.c.4.nu.11.

52 Opinio ergo verior, & ſecurior (quam grauiſſimos huius temporis vidi tenere viros) eſt, quod Regularis ſemel approbatus in vna Diœceſi, non indiget noua approbatione; etiam ſi per multos annos in illa ſit. Nauarr.ſup.& declarauit, de nouo concedendo, Pius PP. V. in motu quodam proprio, quem Ego vidi.

Niſi in tali loco vel ciuitate, vbi eſt, ita noua ſuperueniret cauſa, quod iam vt prius, idoneus non reputaretur, vt ſi in loco (v.g.) vbi ſolebant, tãtum habitare ſimplices, & ruſtici, nunc de nouo venirent mercatores complures, vel quia factus eſt portus Maris, vel nundinę nouiter inſtitutæ: vt inſtituat. Nauar.c.4.nu.11.

Nec obſtat dicere, quòd Greg. 13. limitauit facta à Pio V. vt patet in motu proprio, quem Nauarr. in fine Manualis ponit: Quia, quamuis reſtrinxerit; omnia tamen reliquit in illo ſtatu, quo ante Pium V. erant; At, hoc eſt conceſſum Regularibus per Clementinam. Dudum: ſecundum Nauar.c.27.num. 266. Ergo Gregorius nõ tollit hoc. Imo ſingulis annis idem confirmauit in Bullis Cruciatis pro Hiſpanijs, lingua Latina, his verbis: Et quo ad regulares, ſemel tantum, & ita fuit determinatum in Sacra, pro Concil. Trident. Congregatione, Menſe Iunio 1587. quod Ego vidi.

Poſt quæ omnia iam ſcripta, vidi quandam litteram miſſam ab Illuſtriſs. Card. S. Sixti ad Illuſtriſſ. Card. Borromæum (quæ habetur in Concilio Mediolan. 3. ad fin. pagina 115.) qua habetur S.D. Gregorium XIII. cum Congregatione Cardinalium Concilij Tridentini declaraſſe: Regulares, etiam virtute Maris magni nõ poſſe à caſibus ab Epiſcopo reſeruatis abſoluere. Quod etiam habetur in dicto Cõcil. Tertio Mediol. de Pœniten. Sacramento pag.25. & fatetur etiam Illuſtriſſ. atque Reuerendiſſimus D.D. Cardinal. Paleot. in Caſibus ſibi reſeruatis, declaratum fuiſſe à Sanctiſs. D. Gregor. XIII. Fœliciſs. Recordationis. * Poſt huius libri impreſſionem multi, R. Religioſi, magna grauãtur difficultate, (quę aliquantulum premit) quærentes: Quare, cum Bullæ tantum valent, quantum ſonant; vt ſupra. de Indulgent. nume.9. & Mare magnum, & Bullæ Apoſtolicæ Confraternitatibus. S. Trinit. S. Auguſtini, S. Mariæ in Porticu, Ieſuatorum, &c. conceſſæ apertiſſimè concedant, poſſe quem abſolui à caſibus ſedi Apoſt. reſeruatis, ſemel in vita; & ab alijs toties quoties Confeſſus illa fuerit; & Papa id facere queat, vt ſup. dicti fratres non poſſint tales abſoluere? Quibus tale dedimus & damus reſponſum, Pa

pam nullum velle decipere, vel animabus funes in laqueum extendere. Quapropter, ſub eius correctione. Dico, Religioſos omnes & alios Sacerdotes Confeſſores poſſe virtute dictarum Bullarum generaliter loquentium, quoſcunq; fideles ab ijs caſibus abſoluere, quos dictæ Bullæ concedunt, ſiue ſint Epiſcopis reſeruati ſiue non. quia alias Papa videretur velle animas decipere, (quod abſit) cùm generaliter id cõcedat. Prob. quia in Hiſpania Confeſſores, per Bullam Cruciatæ, quæ eandem clauſulam habet, Epiſcopo minime requiſito, ab omnibus ſuis caſibus reſeruatis abſoluunt. Secundo, Quia ſi Papa id vellet prohibere, iam per vniuerſum Orbem motus aliquis proprius miſſus fuiſſet, maximè in re ſic graui. Tertio, Quia quidam Religioſi ex aliquibus Illuſtribus Religionibus virtute ſuarum Bullarum omnes à dictis caſibus abſoluunt minime pœnitentẽ ad Epiſcopum, vel pœnitentiarios mittentes. Ad prohibitiones autẽ ſupra dictas poteſt reſponderi, eſſe intelligẽdas ſtando in iure communi; non autem eſſe extendẽdas cõtra priuilegiatas perſonas: alias enim, S. D. N. Papa videretur ſibi contrarius negando, vna via, quod altera conceſſerat in eadem materia. Quibus omnibus ſupra dictis non obſtantibus, hodie duo (ſub S.R.Eccleſiæ correctione) reſolutiue tenenda eſſe cenſeo. Primum, Regulares virtute Maris magni, aliorumque priuilegiorum ſibi cõceſſorum non poſſe abſoluere pœnitentes à caſibus illis, quos Epiſcopi ſibi reſeruãt; licèt poſſint abſoluere ab omnibus Papę reſeruatus, ſibi in dicto Mari magno, & ſupradictis Bullis conceſſis; & ab illis quos text. in d. Clementina, Dudum. de Sepulturis, à Iure ſibi concedit. Quia vltra Concilium Mediolan. & alia Illuſtriſſimorũ Cardinalium teſtimonia; hodie videtur clarum, cùm S.PP. Innocẽt. IX. & nunc. S.D. N. Clemens VIII. in ſuis Iubileis caſus Epiſcopis reſeruatos conceſſerint, innuentes abſque Iubileo abſolui aliàs non poſſe. Secundum, quòd quilibet habens particulare priuilegium, vt ſunt omnes adſcripti ſocietati Sanctiſſimæ Trinitatis, Roſarij, Conceptionis B. Mariæ, Corrigiæ. S. Auguſtini, Confraternitati RR. Patrum Ieſuatorum. S. Ieronimi, & alijs ſimilibus, poſſunt abſolui ratione Bullarum ſuarum ab omnibus caſibus ibidem contentis, quẽadmodum etiam in Hiſpania quilibet habens Bullam Cruciatam abſoluitur per illam ab omnibus caſibus Epiſcopis reſeruatis: qui de Iure, & conſuetudine reſeruãt ſibi infra ſcriptos.

CASVS EPISCOPI A Iure.

QVo viſo, Quæritur, nunc. Qui ſint, & quot iſti caſus Epiſcopus reſeruati? Reſp. Caſus Epiſcopo reſeruatos in duplici eſſe differentia, aut de Iure, aut cõſuetudine. De Iure ſunt (ſecundũ Communiorem opinionem, quã ponit Nauar. c. 27. nu. 262. Theſaurus Sacerdotalis. pagina. fol. 88.) quatuor, quinque, aut ſex. 53

I. Peccatum Clerici quod habet annexam irregularitatem.

II. Eſt Crimen incendiarij Domorum, frugum, aut aliarum rerũ

ex

ex propoſito factum, Quod procedit in dante conſilium, vel auxilium. Vt c.Peſſimam.23.q.8.* De Comburente autem Eccleſiam ſic ait Can.28.pœnitentialis: Comburens Eccleſiam quindecim annis pœniteat,& eam reſtituat. & habetur in §.Si quis.in verſi. Maius. 17.q 4. De Comburentibus alias res, ſic ait Can.40.pœnit. Qui domum vel aream voluntariè ſuccẽdit, ſublata vel incenſa omnia reſtituat,& tribus annis pœniteat.c. Si quis domum.de Iniur. Vbi Nota quòd Canon dicit, quòd ſi ex odio,vel iniuria hoc fecerit, excõmunicari debet, nec abſolui, donec ſatisfecerit, & iurauerit quòd ignem de cætero non apponet. Imponitur autem ſibi vt Hieroſolymam vel in Hiſpaniam vadat in Dei ſeruitio, anno integro ibi moraturus.& vide quæ ſequũtur ibi: in fine Decreti. & Bernar. Diaz.in praxi.c.98.& Medices in ſum.peccatorum.1.par.q.82.

III. Peccatum requirens pœnitentiam ſolennem.Et pro quo peccato,& qualiter ſit imponenda vide in principio. de pœnitentia publica.

IIII. Abſolutio blaſphemiæ publicæ, & notoriæ.c.Statuimus.de Maledicis. cui communis innititur,ſed non probat: quia loquitur in foro contentioſo, vt notauit Angel.verbo: Caſus, in principio, & Nauar.ſupra.

Imo credo Confeſſorem quemque poſſe blaſphemum ſecretum, vel non publicum,& notorium abſoluere: quia in Concil. Lateran. Seſſ.7.§.Ad abolendam. ſtatuitur, vt blaſphemus non abſoluatur in foro conſcientiæ, niſi cum pœnitentia ad arbitrium ſeueri Confeſſoris. Ergo cum tali poterit abſolui? Nau.ſupra: & alii Doctores.

V. Qui ponunt quintum.ſ. Diſpenſatio votorum. qui non eſt caſus,& Sextum.ſ.Abſolutio excommunicationis: quæ non eſt peccatum,ſed pœna.

Hos etiam caſus ponit Victor. de Clauibus.ad finem. Bart.Med. in Sum.c.10.§.3.Glo. in c.2.de pœniten.& remiſ.in lib.6.

54 DE Conſuetudine etiam generali,vel quaſi,reſeruãtur Epiſcopo alii quatuor caſus, quos ponit Gl. in Extrauag. Inter cunctas. de priuileg.& Nauar.c.27.nu.262. Medin.ſup. Theſaurus tamen Sacerdotalis.1.par. fol.88. Silu. verbo.Caſus.q.4.Armil.eod.nu.6. per Extrauagan.Inter cunctas. ſup.& alij ponunt quinque. Primus eſt Homicidium volũtarium, aut mutilatio membrorũ, nec is,aut mandans, vel conſentiens abſolui debet, niſi ſatisfactione præmiſſa.c. Si quis membrorum.23.q.3.In terris tamen Papæ vel Eccleſiæ, homicidium Papæ reſeruatur. vt ait Silu.ſupra.Sed non eſt in vſu.

Caſu reſer uati ex cõſuetudine.

Homicida qualiter abſoluendus.

II.Eſt crimen falſarij ſeu falſi.videlicet, qui falſat literas, vel ſcripturas.Teſtis falſus quãdo falſum dicit, vel quando tacet veritatem, quam dicere tenetur. Teſtis recipiens pecuniam, ne teſtimonium dicat.Item Notarius, Aduocatus, vel Procurator, qui inſtrumenta vnius partis alteri oſtendit. Silu. & Armil. ſupra.

Falſarius quis.

III. Eſt violatio Eccleſiaſticæ libertatis: qua, ſcilicet,iniuſtè,perſonæ, vel res Eccleſiæ grauantur. Hodie tamen tales ſunt excommunicati per Bullam in Cœna Domini. Silueſt.Armil.Theſaur.Nauar. ſupra.

De Immunitate Eccleſiarum. IIII. Eſt violatio immunitatis, quia.ſ.in Eccleſia, vel in loco Sacro, aut ſpatio priuilegiato in circuitu Eccleſiæ, proximum in perſona, vel rebus offendit.c.Si quis. 17.q.4. vel aliter eius immunitaté lædit; ut extrahendo iniuſte delinquentem gaudentem tali immunitate: tales non ſunt excommunicati, ſed excommunicandi. Et ita omne Sacrilegium uidetur caſus Epiſcopalis de conſuetudine. Silu. Armil. Nauar. ſupra.

Nota. Pro hoc caſu Not. ꝙ omnes illi qui non ſeruant, uel lædunt immunitatem Eccleſiæ in ijs rebus, & locis, quæ ponit Nau.c.25.nu.17.& 18. incurrunt in hunc caſum Epiſcopo reſeruatum. uidelicet: Qui extrahit delinquentem à qualibet Eccleſia, Capella, Baſilica, Heremitorio, Sacello quolibet, auctoritate Epiſcopi ad celebrandum depu tato, Cœmeterio, Dormitorio com muni Clericorum, & Religioſorum, clauſtro, & pauiméto, Domo Epiſcopi, Hoſpitali. Item hoc priuilegio gaudet Sacerdos portans Euchariſtiæ Sanctiſſimum Sacramentum extra Eccleſiam, & Cardinales, Imperatores, & Reges, & eorum Regiæ.

Sortilegi infames. V. Eſt Sortilegium, & Diuinatio. cap.1.16.q.1. & tales ſunt infames, & repelluntur a teſtimonio & accuſatione. cap. Conſtituimus. 3.quæſt. 5. Silu. Armil. & Theſaurus, ſupra.

Nauarr.c.17.nu.92. & ſupra ponit alium caſum.ſ.peccatum retinendi in terra aliena. de cuius caſus ueritate uide.dict.nu.92.

55 ALii cóplures ſunt caſus, quos Epiſcopi paſſim ſibi reſeruát. de quibus (ut Caiet. uerbo: Caſus. ait) ſeruetur uniuſcuiuſque Diœceſis conſuetudo & conſtitutio, & Nauar. & omnes.

CIrca reſeruationem Papæ Nota primo. Nullũ ei eſſe caſum reſeruatum, cui non ſit annexa aliqua cenſura. Et cóſequenter, cum Papa concedit ſuos caſus; cócedit abſolutionem à cenſura tali caſui impoſita; qua cenſura ſublata, Parochus poteſt abſoluere. ut ex D. Anto. & Caiet. tradit Nauar.c.27. nu.261.& diximus ſupra. 56 Nullus caſus Papę reſeruat abſque cenſura.

CIrca caſus Epiſcopo reſeruatos. Not. Secundo, quod mortuo, uel amoto Epiſcopo unius Diœceſis ceſſant omnes illius caſus, quos ipſe ſibi, ad beneplacitũ reſeruauerat, & tantum reſtāt illi, qui ex Iure ſunt & generali cóſuetudine. Ita quod Epiſcopus nou, de nouo illos extinctos, vel alios non promulgauerit; tantum erunt reſeruati illi qui de Iure ſunt, & generali conſuetudine. Bart. Med. ſumma.lib.1.c.10. 57 V. Mortuo vel amoto Epiſcopus ceſſent caſus ſibi reſeruati?

TErtio Quod (licet. Med. ſup. §.3. contrarium teneat) Epiſcopus unius Epiſcopatus, uel habens eius caſus, poteſt abſoluere pœnitentem alterius Epiſcopatus, a caſu reſeruato ſuo Epiſcopo. Nauar.c.27.num.261. Quod Ego limitarem: niſi ille pœnitens fraudulenter hoc feciſſet, cauſa liberius peccandi. 58 V. habent caſum reſeruatum poſſit abſolui ī alio Epiſcopatu.

QVarto. Quod in articulo mortis nullus eſt caſus reſeruat uel cenſura. text. in c. Fęlicis. uerſic. Præſenti, de Pœnis, in 6. ubi Glo.c. Paſtoralis. de Off. ord.c. Cupientes, de Pœnis, in Clemen.c. Inter cũctas.§. Duos, in Extrauag. comm. Concil. Trid. Seſſ.14.c.7. in fin. & omnes Doctores. 59 In articulo mortis nil reſeruatum.

SEd an hoc procedat etiam in periculo mortis, ut cũ quis ingreditur 60 V. procedat in peri

ſulo mortis. greditur Mare periculoſum, vel Bellum, vel quādo mulier eſt proxima partui? Reſp. quòd licèt Sot. diſt. 18. q. 4. ar. 4. Canus. de pœni. 5. par. Mādoſius. in praxi ſignaturę. tit. Confeſſionale. fol. 75. col. 1. dicant quòd non. contrarium eſt tenendum cum Nauar. c. 2. nu. 9. & melius. c. 27 nu. 272. §. 7. Palud. 4. diſt. 17. q. 2. Adria. de confeſſione. q. 3. Ioan. Med. de cōfeſſione. tract. 2. fol. 79. col. 3. & fatetur tandem Silu. Cōfeſſio. 1. §. 7. & Abſolutio. 1. nu. 10. Couar. in c. Alma mater. 1. par. §. 11. nu. 8. & Mantius, Gueuara. & alij Magiſtri Salmanticenſes.

61 V. Sit in articulo mortis petenda licētia ſi Superior adeſt? SEd an talis Sacerdos valens in articulo mortis abſoluere, teneatur petere licentiam, ſi ſit facilis aditus ad Superiorem: Reſpon, quòd quidam dicunt, quòd in articulo mortis, quilibet Sacerdos poteſt abſoluere à quocunque caſu etiam Bullæ cœnæ, nec teneri ad petendam licentiam Superioris, licèt ad illum eſſet facilis recurſus: quia Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 7. in fin. ita abſolutè loquitur in eo articulo, nullum eſſe caſum reſeruatum à quo non poſſit quilibet Sacerdos abſoluere. Quare Naua. c. 27. num. 272. §. 7. dicit: poſſe abſolui etiam ab excōmunicato denuntiato &c. & nunc ſuſtulit in latina id, quod dixerat in Hiſpan. ſ. recurrendum eſſe ad Superiorem. Et nu. 90. §. ad quintam, tenet; quod excommunicatus, qui habet impedimentum adeundi Papam, perſonaliter; non tenetur mittere procuratorem pro abſolutione; ſed poteſt abſolui ab Epiſcopo: ergo infirmus qui nequit ire ad Epiſcopum perſonaliter, poteſt abſolui à Parocho?

COnfirmatur. Quià multi tenent quod quilibet ſacerdos habet à Chriſto iuriſdictionem Iure Diuino in articulo mortis. Palud. d 20. q. 1. ar. 2. Capreol. Ricar. art. 5. q. 1. Cano. clarius. de pœnitētia. par. 5. Ledeſ. 2. par. q. 7. ar. 8. diſ. 16. in fin. Significat Dur. diſt. 24. q. 1. Alber. ibid. ar. 39. Caſtro. lib. 2. de Iuſta Hæret. punitione. c. 24. Ioan. Med. de pœnitentia tractatu. 2. fol. 60. Abulenſ. 2. par. de confeſſione. c. 62. Silu. Confeſſio. 1. §. fin. Taper. art. 3. pag. 136. Nihilominus hoc limita quando abeſt ſuperior. Pro quo nota ſequētes Concluſiones. 62 Iuriſdictio abſoluēdi in articulo mortisque iure ſit?

PRima Concluſio. Quando eſt facilis recurſus ad Epiſcopum Nuntium, vel Inquiſitorem, abſq; periculo quòd interim decedat infirmus, non debet Parochus abſoluere à reſeruatis, niſi de licentia Epiſcopi Sot. 4. diſt. 22. q. 2 ar. 3. Nauar. in vulgari antiqua. c. 27. num. 111. * Et nota quòd quamuis in multis caſibus facta ſub ratihabitione teneant; Abſolutio tamen ſacramentalis à caſibus reſeruatis, data à poteſtatem non habenti, ſub ſpe ratihabitionis ſuperioris, non tenet, probat optimè Henricus Gand. quodl. 8. q. 28. 63

SEcunda Concluſio. Vrgente periculo, quilibet Sacerdos, quantumuis mortali irretitus. pręciſus, Excōmunicatus, & publicè denuntiatus, Suſpēſus, Degradatus, Schiſmaticus, & hæreticus, intendens abſoluere dummodo non ſit periculum ſubuerſionis; poteſt nunc abſoluere ab omni peccato, & cenſura. vt ex S. Th. in addition. ad 3. par. q. 19. ar. 6. tradit Vict. de Clauibus. §. Sed nunquid. Palud. 4. diſt. 26. q. 1. ad fin. Silu. Confeſſio. 1. §. vlt. Maior. 4. diſt. 17. Gloſſ. in cap. 64 In articulo mortis qlibet Sacerdos, quoſlibet pęnitētes à qbuſlibet, &c. poteſt abſoluere.

Quod

Quod inte.de Sponſalibus. Caiet. verbo. Abſolutio pœnitentialis. ibi: Poteſt quilibet Sacerdos: & multi ex ſupra allegatis ante 1. cō cl.& Exius. lib.3 de primatu Petri.c.52.Simancas,de Catholic.inſtit.c.3.Armilla.Abſolutio. nu.13. Vict. ſup. Conc. Arauſican.c.2.Et hæc opinio videtur hodie determinari à Concil. Trid.Seſſ.14.c.7. dum ait uerba generaliſſima, quæ omnes comprehendunt Sacerdotes:quæ ſic ſe habent; Atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes,a quibuſuis peccatis,& cenſuris abſoluere poſſunt. Quid clarius?Et ita eſt tenēdum, quamuis ante dictum Conc. communis opinio cōtraria ſeruabatur, vt ait Nauar.c.26.num.26.& Victor.ſup.Et quamuis idē Nauar. ſup. & c. 27. num.272.§.7.& Sot. 4.diſt.18.q.4. arti.4.de hæretico, non concedant patet tamen clariſſimè hoc velle Conc.Trid.ſup.Quia ſi hæc generalis locutio (omnes Sacerdotes) non eſſet vera; non verificarentur etiam aliæ: (quoſlibet pœnitentes,) & a quibuſuis peccatis.

Nota.

65 In articulo mortis qd iniungēdū infirmo?

PRimo. Aduertat Confeſſor, quod quando in articulo mortis,abſoluit à reſeruatis; debet imponere moribundo illud onus ;ut ſi conualuerit,teneatur ſe præſentare Superiori; ad quem caſus expectat. Non vt iterum abſoluatur à peccato,quia iā omnino eſt abſolutus; ſed ne reincidat in Excommunicationem, inquā incideret, ſi non ſe præſentaſſet.Vt benè Nauar.c.26.nume.27.& alij communiter.

66 SEcundo. Aduertat quod ſi incurreret pœnitens Excommunicationem,per damnum tertij:tenetur exigere ab illo cautionem (ſaltem iuratoriam) quod ſatisfaciet per ſe, vel per hæredes, cum primum potuerit, ut ait Nauar.citans alios.c.27.nu.47. Couar. in c. Alma.§.11.nu. 11. Polanco. in Directorio.fol.51.idem Nauar. c.26. numero 7.

67 V. Abſoluens ſine dicta cautione ſit excommunicatus.

TErtio. Quod quamuis Caiet. verbo.Abſolutio.c.4. & Excommunicatio.c.7.& Silu.Abſolutio.1.nu.10. in fine, dicant: quod Confeſſor abſoluens ſine tali cautione, incurrit Excommunicationem; Contrarium eſt tenendum, vt ex Ang.Silu.& alijs probat Nauar.c.12.nu.75. declarando Extrauag.Sixti.IIII.

68 TErtia Concluſio. Extra hunc caſum, non poteſt Confeſſarius abſoluere ad reincidentiam etiam per Bullas. de quibus ſupra. Couar.ſupra.nu. 6.

69 Bullæ proſunt multū pro articulo mortis.

HInc ſequitur,multū prodeſſe dictas bullas pro articulo mortis. Primo, quia non tenetur Confeſſarius ire ad Epiſcopum, etiam ſi eſſet ad illum facilis recurſus. Secūdo. Etiam ſi infirmus conualeſcat,non tenetur præſentare ſe Superiori: quia, vt in vita, etiam in morte ſemel abſoluitur ſimpliciter, etiam à reſeruatis in cœna Domini.

70 V. Oſtēdēs tātū ſign Contritionis poſſit abſolui.

VTrum Qui in articulo mortis tantum exprimit ſigna contritionis, percutiendo pectus, vel eleuando oculos, manuſq; ad Cœlum; non tamen manifeſtare poteſt peccatum vllum in particulari,vel generali,ore, vel ſigno aliquo, poſſit Sacramentaliter abſolui?Reſp.quod licèt Nauar.c.26.n. 27.& Abulens. in Matth.ca.16.q. 49.& q.43.col 8.Maior.4. diſt.14. Sot.d.18.q.2.ar.5.Ioan.Med.C.de Confeſſione.q.53.Ledeſma.2.par.

9.ar.5.

9.ar.5.dub.2.dicant quòd non: & idem Nauar.c.27.nu.268. tanquã certiſſimum neget.

71 Nihilominus tamen, probabilis eſt ſententia, & in praxi tuta, quòd talis poſsit abſolui, modo præſtet ſigna Contritionis in communi. Quod tenuit (me præſente) Magiſter Mancio, inſignis Dominicanorum uir, Catedram primariam Sacræ Theologiæ Salmanticæ moderando. Tenent doctiſsimi Dominicani, Magiſter Peña, Ambroſ. Salazar, Sotomayor, & alij Magiſtri Salmanticenſes. Tenuit Magiſter Sancho quondã Canonicus Salmantinus, Lectorq; caſuum conſcientiæ, qui affuit Cõcil. Trid. & poſtea creatus fuit Epiſcupus Guadixienſis. Mag. Eſpinar Canonicus Abulenſ. in Hiſpania. Conſulti Patres Ieſuitæ complures, Doctiſsimiq; per Italiam, Galliam, & Hiſpaniam: reſpondẽt ſic practicari, & ſeruari ab omnibus ſuis, vniuerſaliter, & ſic tenuiſſe quoſdã grauiſsimos Doctores ſuos .ſ. D. Natalem, & D. Ledeſm. Romæ. Et vltra hos moderniores, in hanc partem propendit Cano. de pœnit. 5. par. ad 5. dicens: id ſentire D. Aug. lib. 1. de adulterinis cõiugijs. c. fin. Quod ſi quis voluerit abſoluere (ait Cano) non repugno ſi me autore non faciat. Fauet S. Tho. opuſ. 65. dum ait: talem poſſe vngi extremæ, Baptizari, & à peccatis abſolui licèt. Nauar. d. n. 268. non intelligat Sacramentaliter. Fauet S. Ant. 3. par. titul. 10. c. 2. & poſtea in Confeſsionali dicto, Defecerunt; aperte hoc tenet, quem ad hoc refert, & ſequitur Sacerdotale Roma nunc. c. 26. & Silue. Confeſſor. 3. q. 13. tenet Cordub. lib. 3. q. 27. poſt. 7. propoſition. & q. 39. puncto. 2. Alcocer. in Summa. c. 11. fauet. Medina. ſupra.

Et probatur, quia quando quis recordatur ſe feciſſe mortale, cuius poſtea non recordatur, ſufficit confiteri in genere, & poteſt abſolui, vt tenet. D. Tho. 4. diſt. 21. q. 2. ar. 1. ad. 3. & alij.

Imò (meo Iudicio) Nau d. num. 268. videtur ſentire quod poſsit cum ſignis Contritionis, oſtenſis Sacerdoti à peccatis abſolui; dum ait in hæc verba. ſ. non debere quẽ abſoluere Sacramentaliter infirmum, qui uerbis, vel nutibus non fuerit ei confeſſus aliqua peccata, licet antequam obmuteſceret, uel iudicium amitteret, vocauerit eũ, quantamlibet voluntatem Confitendi cum ſignis Contritionis oſtẽderit alij, vel alijs quam abſoluturo. Ergo ſi abſoluturo oſtenderit ſigna; poterit illum abſoluere? Quod mihi videtur clarum, vel Nau. non ſe bene explicat.

72 Quid ſi nul lũ oſtendit ſignum? Quid ſi infirmus amiſit uſum rationis, nec præbet ullum Contritionis ſignum? Reſp. quod nullo modo eſt à peccatis abſoluendus. eſt communis omnium ſupra. contra Cordub.

73 Abſolutione bulla rũ qualiter facienda? Quare aduerte; Quòd quãdo Sacerdos vult aliquem abſoluere, ratione alicuius bullæ, uel per abſolutionem, quæ ſolet haberi in Manualibus; non debet dicere: Abſoluo te a peccatis. Poteſt tamen tali infirmo concedi indulgentia plenaria cuiuſcunque Bullæ, uel Cõfraternitatis, in quibus fuerit adiſcriptus. Et hoc poteſt ei præſtare quilibet Sacerdos. Nauar. c. 26. nu. 27. & in §. Leuitico. no. 31. nu. 8. 9. & 12. ait eſſe piũ. Cord. ſupra. q. 27. in fin.

Euchariſtia &c. põt da- Si autem tãtum amiſit loquelã

non

ti loqui nō valent. non autem iudicium, & oſtenderit ſigna Contritionis, poterit Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramentum concedi; & Abſolutio à cenſuris, & Extrema unctio. ut probat Nauar.c.26.nu.27.& c.27.nu. 268. & nu.272.§.6.

74 V. Laicus poſſit in articulo mortis abſoluere ab excommunicatione, &c.

VTrum In articulo mortis poſſit Laicus abſoluere ab excōmunicatione, & concedere indulgentias? Reſp.quòd licèt communis opinio, quam, per Glo. uerbo. Præterquam.in c.paſtoralis.§.Præterea,de Officio Ord.refert, & ſequitur Nauar.c.26. num Palud.4. diſt.20.q.1.Sotus. diſt.18.q.4.ar.4. Couar.c.Alma.1.par.§.11. num 9. Corduba.in ſumma. q. 8. teneant quod non: Sententia tamen contraria eſt probabilis. imò expedit quòd in tali caſu conformans ſe opinioni probabili,abſoluat.

Hanc opinionē tenet.dicta Glo. in principio, quam ibi approbat Abb.Felyn.in c. A nobis.2.de ſent. excom.cum alia Glo.ibid.tenet.S. Ant.3.par.tit.17.c.4.caſu.7. S. Th. quem refert, & ſequitur Armil. Abſolutio.nu.39.& 40. Ledeſm.2. p.q.26.ar.1.col. 3. Victoria. & alij Magiſtri.Silu.Abſolutio.1.nu.8.in fin. Et quid cōferat talis abſolutio data à Laico, tradit Silueſt.& alij. ſupra.

75 AN poſſit quis in abſentia abſolui, dictum eſt ſupra de cōfeſſione in uerſiculo, uel particula: CORAM.

76 V. Plures poſſint abſolui ab vna abſolutione?

QVæritur. V. Plures poſſint abſolui ſimul una abſolutione? Reſp.quod ſic, quando in Maris procella, tempore peſtis, vel belli confitētur multi publicè, & ſimul eidem confeſſario; tunc poterit ſacerdos,auditis quibuſdā vniuſcuiuſq; peccatis,omnes,vno uerbo,ſimul abſoluere,exhortans prius eos ad dolorem, dicens; Ego vos abſoluo. Nauar. c.8.nu.13.cū Ang.Confeſsio.1.nu.29.Armil. cōfeſsio.nu.24.Tabiena. uerbo Confeſſor.2.num.40. Turre crem.in c. Quamuis.de pœnit.diſtin.1.Sor.4. 18.q.2.art.5.Ioan.Medina.de Confeſsione.q.19.fol.64.Ricar.diſ.17. ar.3.q.8.Silu.confeſsio.1.num.23. Palud.q.2.Sicut olim in primitiua Eccleſia, & nunc apud Indos una aſperſione,& forma ad multos dicitur: Ego uos Baptizo &c. Nec credas Scoto dicenti talem cōfeſſionem, & abſolutionem non eſſe Sacramentum,contra Conc.Trid. Seſſ.14.c.5. & contra omnes ſupra citatos. quia ut ſupra probauimus non eſt de eſſentia quòd confeſsio ſit ſecreta.Et qualiter poſsint multæ excommunicationes vnica abſolutione abſolui: vide mirabiliter Tiraquellum de vtroq; retractatu.§.2.gl.unica.nu.67.

DVbium difficile eſt,An Sacramentum pœnitentiæ collatū Excommunicato,teneat?Reſp.Primo eſſe communem opinionem, illum qui talem Abſolutionē dat, & recipit ſcienter, grauiſsimum ſacrilegium mortale committere. argumento.c. Si celebrat, de clerico excom.miniſt.& cap.Sacris.de ijs,quæ,vi,metuſuè cauſa fiunt,& probat Nauar.c.9.nu.4.cōtra Ang. confeſsio.1.nu.4.&c. 77

77 V. Abſolutio data excōicato teneat.

Secundo. Reſp.quòd licèt Silu. confeſsio.1.q.5.Palud.4.diſt.17.q. 6.concluſione.2.& D.Anto. & Corona Confeſſ & omnes, ut ait Armil.verbo Abſolutio.nu.5.teneāt: talem Abſolutionem non ualere; & confeſsionem talem debere iterari; contrarium tamen eſt tenendum cum Caietano in ſum. uerbo

Abſolu-

Abſolutionis impedimenta,& ver bo Confeſsionis iteratio.&in 1.to. opuſ.5.q.2. Petro à Soto de inſtitu tion.Sacerd.de Excom. lect.4.verſic.Petit hic.Batt. Medi.in ſumma lib.1.c.11.§.3.laté Naua.ſupra.vbi alios citat.imò quòd Abſolutio im penſa Excommunicato;(licèt pec cauit)tenet in his caſibus. Primo.

In quibus caſibus teneat.

Quando excommunicatus ignora uit Excommunicationem,quocũque modo ignoret.Secundo.Quãdo Excommunicatio eſt iniuſta. Quia, ſicut quoueſcunq; Excom municatio eſt inualida, vel nulla, poteſt quis à peccatis iuſte abſolui,ſecundum omnes; argumento. c.Soler.de ſenten.excom.lib.6.Nauar.ſup.& in c.Cum contingat.de Reſcriptis: ita cùm eſt iniuſta, in foro conſcientiæ:licèt ſit valida in exteriori. Ricar.4.diſt.18.q.4.art. 3.Adrian.4.de confeſsion.q.4.col. 10.Felin.& alij in c.finali de Teſtibus cogen. Tertio. Quando quis ſcit ſe eſſe excommunicatum, ſed ignorat eſſe tale ſacrilegium, pete re abſolutionem à peccatis, cùm ſit excommunicatus. Et hanc eſſe opinionem S.Th. (cum Caiet.Nauar.& alijs)ait Armil.ſupra.Quia licèt S.Tho.dicit, quòd excommu nicatus non poteſt abſolui à pecca tis, ante excommunicationis abſo lutionem: non tamen dicit abſolu tionem eſſe nullam, ſi abſoluatur. Quia multa fieri prohibentur quę tamen facta tenent. Et patet à pari, Quia ſi excommunicatus recipiat alia Sacramenta,licèt non recipiat rem Sacramenti, ideſt gratiam; recipit tamen Sacramenta. communis.Imò Sot.4. diſtinct.22. q.1.ar.1. Opinionem hanc non audet refutare,nec in eam vult liben ter conſentire. In quo male ait Coron. Confeſſ. pagina. 52.dicens.S. Thom. & Sotum tenere contrariam. Communis autem, opinio contraria ſolùm procedit, & habet locum, quando talis ſcit ſe eſſe excommunicatum; & eſſe peccatum mortale, ſic petere abſolutionem à peccatis, ante abſolutionem ab Excommunicatione. Quia talis Confeſsio erit nulla, & iteranda: quia hic defectus eſt ſubſtantialis: non quia Abſolutio excommunicato ſcienti ſe talem eſſe, impenditur: ſed quia integram Confeſsionem non fecit; ſiquidem non confitetur peccatum illud, quod committit petendo talem abſolutionem. Nauarr. ſupra.cap 6.

QVæritur. Vtrum ſimplex ſacerdos tantùm habens Ordinis poteſtatem, vel clauem, ſi extra articulum mortis,de facto abſoluat; tenet Abſolutio? Reſp. quòd licet quilibet Sacerdos, in ſua ordinatione recipiat poteſtatẽ abſoluendi: vt ſupra dictum eſt,illam tamen non poteſt exercere, quouſque illi materia, & licentia concedatur. Et ſic,ſi abſque hac, etiam ſi de facto abſolueret,nil valeret Abſolutio & peccaret mortaliter.Eſt communis. in 4.diſtin. 17.& facit text.c. Omnis de pœni ten.& remiſ. cap. Quem pœnitet. de pęniten.diſtin.1.c.2.de Conſtitution.libro ſexto.Nauar.cap.4.& c.9.nu.6.Concil.Trid. Seſſ.14.c.6. 7.niſi in articulo mortis vt ſupra. dictum eſt.

78 Quid ſimplex Sacerdos abſoluat de facto?

SEd quid ſi habens dictã clauẽ iuriſdictionis, & poteſtatem abſoluendi,habet illã impeditam,quia eſt excommunicatus,& publice nominatim denunciatus, vel publicus percuſſor Clerici: an

79 Quid ſi excommunicatus abſoluat?

relapſurum, niſi abſtineat ab illa. probat.c.1.nu. 12 & multis alijs, quia propoſitum firmũ eſt actus voluntatis; credere autem, nõ peccaturum; eſt actus intellectus. Poteſt autem homo, etiam peccator, certa ſpe voluntatis, ſperare Dei auxilium, & miſericordiã, & retributionem Dei, qui tamẽ certo nõ credat, ſe id adepturũ. Conc. Trid. Seſſ.6.c.9. & 16. Deus etiam, non reſpicit futurum, vt puniat, remittat, vel eligat; ſed propoſitum, & ſtatum præſentem. ſic enim elegit Iudam, quia tunc erat dignus; & Petrus communione, oratione, & ſermone Chriſti præmunitus, habuit firmum propoſitum: & tamẽ dubitare potuit de eo, qđ accidit; vt breui, eſſet Chriſtũ negaturus.

Confeſſoris conditiones.

Secundo. Quia confeſſor non debet plus nimio conſtringere pœnitentem. Eccleſiaſtes.7. Noli eſſe iuſtus nimis: ſed debet eſſe confeſſor ſuauis, & benignus, vt Nauar.ait.c.10.nu.2. & canitur in S. Eccleſia (ad alium finem:) Iſte Confeſſor &c.

Qui pius, prudens, humilis, pudic', Sobrius, caſtus, fuit & quietus. etc.

Et debet Confeſſor bene ſperare de miſericordia Dei, cuius prouidentia attingit ad finem fortiter quia diſponet ſuauiter remedia. Quare aliquando licet abſoluere mercatorem, & militem; quia ars negociatoria & campſoria, de ſe eſt licita, licèt plena periculis. D.Tho.2.2.q.77.ar.1. Sot. lib.6.de iuſti.q.2.art.2.& q.8.art.1. * Quo ad particulam, Prudens, aduertendum duximus, eſſe apud graues Docto. repræhenſam aliquorum Confeſſorum imprudentiam, qui in confeſſione exiſtentes aliam vocem mutant, diuerſam ab illa qua communiter loquũtur. imo, quod peius eſt, pęnitentẽ diuerſo modo alloquuntur & tractant in confeſſione, quàm extrà. vt. v.g. extra cõfeſſionem, nominatur & dicitur; La Signoria voſtra (Hiſpani: vueſtra merced) in cõfeſſione verò tales imprudentes cõfeſſores dicũt; voi; vel Hiſpani. vos. qđ minimè eſt faciendum. Quia quamuis pœnitens in omnibus, quæ pertinent ad animã ſubmittat ſe iudicio confeſſoris, nõ tamen debet ab illo in vrbane.i. diſcorteſemẽtę tractari.

87 De exiſtente in occaſione proxima peccandi.

Tertio Dicit. Qui iacet in occaſione proxima non eſt communiter abſoluendus, ut de concubinario, etiam occulto, ait.c.3. nu. 19.& c.14.nu.31.& c. 16. nu.20.c. 25.nu.80. Idem de illo, qui ſæpius à confeſſore iuſſus, nõ reſtituit Nauar.c.17.nu.59.& 64.

90 Quæ ſit occaſio proxima.

Dicitur autem proxima occaſio, ob quam hic frequenter relabitur, quia ab hoc expoſitus eſt probabili periculo recidendi. Qui autem amat periculum, peribit in illo, Eccle.3.S.Th.quodl.11. ar.13.Nauar.c.1.16.nu.10. & 12.& 14.nu.26.30. & 31. Et de periculo Aborſus.c.15.nu.14.& alij, latiſſime Corduba.ſumm.Caiet.Armil. Caſt.Alcocer. Pro periculo nõ reſtituendi.Ledeſ.Adrian.D.Anton. Silu.Hoſt.& alij, dum agunt de periculo ſcandali.

91 Sexto Dicit Nauar.d.c.3.num. 15. quod poterit ſacerdos in caſu raro abſoluere permanere volẽtem in occaſione proxima vel propinqua, bis, cõcurrentibus quatuor; Primũ eſt vera pęnitudo præteritorum. Secundum; verum propoſitum non peccandi. Tertiũ Credulitas, quòd Deo adiuuante,

non

non peccabit, cum ſe inuenerit in ea. Quartum quòd ſubſit aliqua rationabilis cauſa non ſe ſeparandi ab ea. Corduba. ſumma. q. 4. Probatur hoc dictum. Quia quarta conditio excuſat; ne occaſio ſit ei voluntaria; nec imputetur ei in culpam, quia habet ius tuendi honorem, vel ſubſtantiam, vel conſeruandi officium, de ſe licitum. ſic enim ex graui cauſa nõ peccat exponens ſe periculo vitæ pro defenſione amici, vel virtutis. Sotus.

Qũo abſoluendus in tali occaſione.

Item Si quis beneficium Simoniace accepit; & breui expectat diſpenſationem, paratus dimittere, ſi cum eo non diſpenſetur; poſſe tali quo modo abſolui. Nauar. cap. 27. 194. §. Sexto innuit. facit Corduba. ſumm. q. 45.

92 Pœnitẽs vere ſemper abſoluendus.

QVid ſi cùm illis quatuor conditionibus abſolutus, re incidit tertio, vel frequentius, & eſt in eadem proxima occaſione? Reſp. primo Reincidẽtia & numerus peccatorum non obſtat quin poſſit abſolui, qui debitè pœnitet, etiam Septuagies ſepties. Matth. 18. quod exponit Hieron. 490. vicibus, & amplius. Secùs autem eſt in foro exteriori, ubi relapſus nõ tam facile præſumitur emẽdandus. Concilium Nicænum ex Arabico verſum apud Frãciſ. Turrian. Canon. 78. Felin. & Simãcas de Catholicis inſtitution. vide pleniſſimè per Nauarrum d. c. 3. vbi complures diffinit quæſtiones de hac materia.

93 ET quia aliquantulum in hac materia morati ſumus videat lector complures alios caſus circa abſolutionem in communibus autoribus. Silu. verbo. Abſolutio, per totum. Ang. & Caiet. eod. verbo. late, & benè. Armil. eod. Nau. c. 9. & 26. & c. 3. Sot 4. F. Bart. Medi. ſumma lib. 1. c. 13. qui Nauar. d. c. 3. ponunt complures caſus, quibus negari debet abſolutio.

QVibus viſis: Quia multi varias abſolutionis formas ponũt 94 non nullaq; impertinẽtia atq; etiã periculoſa miſcentes, vt refert Nauar. c. 26. nu. 11. Sot. 4. d. 14. q 4. art. 3. in fin. primo ſcias oportet cõem abſolutionis formã, qua in Sacramento Pœnitentiæ grauiſſimi Doctores, pariterq; omnium Religionum doctiſſimi vtuntur (omiſsis alijs deprecationibus) hanc eſſe: Dñs Noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, Et ego ipſius autoritate qua fungor te abſoluo ab oĩ vinculo excõicationis maioris vel minoris, Suſpenſionis, vel interdicti, ſi quod vel, quã incurriſti. Deinde te abſoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Paſsio Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & merita B. Mariæ ſemp Virginis, & oĩum Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſsionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmiũ vitę ęternę. hęc eſt frequentiſsima abſolutionis forma.

95 Miſereatus tui an neceſſarium.

SEcundo. Quod licèt communiter dici ſoleat: Miſereatur. &c. non videtur neceſſarium, cum eadem ferè ſit deprecatio: Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & illa: Miſereatur tui Omnipotens Deus &c. Sed melius eſt omnia illa dicere.

96 V. ſit hęc Abſolutio: Abſoluat te Chriſtus.

TErtio quòd licèt hæc ſit communis forma: Abſoluo te, vt ſupra forma diximꝰ, & tradit Nauar. c. 26. nu. 11. Sotus tamen ait. 4. diſt. 3. q. vn. arti. 5. verſic. Multa hic. in fine: quòd ſi quis abſolueret in hæc verba: abſoluit te, vel

Abſoluat

Abſoluat te Ieſus Chriſtus; verè abſolueret, licet peccaret, recedendo ab Eccleſiæ vſu.

97 V. in neceſſitate ſufficiat: Abſoluo.

QVarto. Imo Nota, pro aliqua repentina neceſſitate quòd ſi quis intenderet abſoluere a cenſuris, & peccatis, erit valida abſolutio, licet tantum dicat; Abſoluo, ſine aliquo alio verbo, ſed tantum cum intentione ab omnibus abſoluendi Sot. 4. diſt. 22. q. 1. ar. 1. verſi. Poſtremum. in fine.

98 V. Preces q̃ fiũt in Abſol. ſint neceſſaria.

QVinto. Vnde clariſſime patet præcationes illas, quæ ante, & poſt eſſentialia verba abſolutionis fiunt, non eſſe de neceſſitate vel eſſentia formæ, ſed de laudabili Sanctæ Eccleſiæ conſuetudine. Conci. Trid. Seſſ. 14. c. 3. Nauar. c. 26. nu. 11.

99 V. Earum omiſſio ſit mortale

SEd Quæritur. An omiſſio harũ præcationum, quæ de conſuetudine dicuntur, ſit mortale peccatũ extra caſum neceſſitatis? Reſp. quod non. niſi omittantur per contemptum, quo ſecluſo, nec veniale eſſe ait Sot. 4. diſt. 14. q. 1. art. 3. ante verſic. Tandem.

100 ET quia finita confeſſione (detur, vel non, Abſolutio) reſtat obligatio celandi in tali Confeſſione ſcita, vt infra dicemus; ideo vltimo loco agetur de Sigillo Confeſſionis.

DE SIGILLO Confeſſionis.

1 TRactat Magiſter in 4. ſenten. diſtin. 21. vbi omnes Sententiarij. S. Thom. ibid. & 2. 2. q. 33. articu. 2. Panor. Innocen. Felin. & alij Canoniſtæ. in cap. omnis. de pœnit. & remiſſ. Silueſt. Confeſſio. 3. late. Ang. verbo Confeſſio. finali. Armil. Confeſſor, & vltra omnes tractat Petrus Sot. de inſtitution. Sacerd. nouiſſimè Domin. Sot. lib. de tegendo Secreto. & in 4. diſt. 18. q. 4. ar. 5. & 6. Nauarr. c. 8. Victor. à nu. 186. Bart. Med. lib. 2. c. 4. Glo. in cap. dilectus. de exceſſibus Prælatorum. Viguerius. & alij.

PRo cuius materiæ introductione Nota, in Eccleſia Dei, ſummopere eſſe neceſſarium, vt prædicatores in ſuis Cõcionibus, & Cõfeſſarij in præambulis Confeſſionum (maxime ruſticorum, puerorum, & puellarum) declarent vim, atque efficaciam huius Sigilli. Inuenti ſunt enim non pauci filii familias, & ſerui qui putauerint Confeſſarium peccata ſibi dicta in Confeſſione, reuelaturum parentibus, & Dominis ſuis. Quapropter haud paucæ inueniuntur Confeſſiones falſæ, inter tales pœnitentes. notat obiter Bart. Medin. ſumma. lib. 2. c. 4. 2

2 peccatum. Sigilli vim declarare neceſſariũ.

QVæritur. Quid eſt Sigillum? Reſp. Propriè, aut metaphoricè? Sigillum propriè, eſt illud, quo aliquid clauditur, vel obſeratur, ne clauſum ſub illo, ab alijs videatur. vt patet. in l. Si quis ſignatoribus. ff. Quemadmodum teſtam. aper. Et eſt ſigillũ quo ſcripturæ, Bullæ, vel literæ miſſiuæ & dimiſſoriæ (Reuerendas) cum in ſignijs ſignatoris ſignantur, vt ſub talibus ſigillis contenta, plenam inſpicientibus faciant fidem. Pro quo (etiam ſi aliquantulum ſit extra materiam) Quæritur quot Sigilla ſint neceſſaria, vt ſcripturæ ignotæ plena adhibeatur fides? Glo. verbo. Ignota. in cap. Quod ſuper his. de fide inſtrum. dicit: quod ſigillo ignoto non eſt adhibenda fides, 3

3 Sigillum quid.

Quot ſigilla neceſſaria ad verã fidem faciendam.

fides, niſi ſcriptura quinque ſit ſigillis ſigillata. Quod eſt verum, quando de talibus quinque ſigillis, aliqualis habetur cognitio, & de ſigillantibus. Quod ſi nulla habeatur: etiam mille ſigilla non ſufficiunt. ſecundum Abb.& Felinũ. in d.Gloſ. & eſt Gloſ. in cap.1.98. diſtin De qua materia vide Caſaneum. in Cõſuetudinibus Burgundiæ.in finẽ operis titu. de Conſuetudine.

4 Sigillum duplex. Sigillum autem metaphoricum adhuc eſt duplex,naturale,quo quis tenetur lege naturali, ex lege charitatis cælare quicquid alius ſibi commiſit cælandum;maxime ſi negotium id poſtulat: & Sacramentale,vel ſigillum Cõfeſſionis; de quo eſt noſter hic ſermo.

5 Sigilli diffinitio. Quæritur.Quomodo diffiniatur?Reſp.vtriuſque hanc eſſe diffinitionem;Sigillum eſt obligatio, vel debitum occultandi aliquid S.Tho.4.diſt.21.q.3. ar.1. & communis ibid ſecundum Silu.Confeſſio.3.nu.1. & Nauarr. c.8.nu.1.

6 Differunt duo ſigilla. Quæritur.In quo differt ſigillum naturale, & Confeſſionis? Reſpon. (præter illa quæ.§. ſequenti habentur) quod ſigillum naturale poteſt in multis modis frangi, etiam ſine peccato mortali, vt quando hoc præcipit Superior.vt c.Qui ambulat, 5.q.5. cap.Intimauit.de teſtibus:cum ibi notatis per Innoc. Panor. & Felin. & Panor. in c. Qualiter.1.§.Si vero.ſub.fine. de Accuſat. Vel quando occultatio talis ſecreti nocet animæ,corpori,honori, aut rei familiari alterius, vt tradit Nauarr. c.8.nu.2. & in c. Inter verba.11.q. 3.conclu.6.Armil.Confeſſor.nu.6. S.Bonauen.4.Et qualiter hoc intelligatur, vide Silu. Confeſſio.3.nu. 13. Sigillum autem Confeſſionis minimè aperiri poteſt, vno caſu excepto.ſ. de licentia pœnitentis, vt infra dicemus.

Quæritur quo iure ſit præceptum, Sigillum Confeſſionis?Reſpon. fuiſſe inſtitutum, & præceptum Iure Diuino poſitiuo à Domino noſtro Ieſu Chriſto. Qui ob multas cauſas, quas ponit Nauarr.in c. Sacerdos. de pœnit.diſt.6.num.33. voluit Sacramentale ſigillum, nullo modo eſſe frangendum; niſi, in caſu de quo infra.Quod licèt ſit Iure Diuino præceptum;nihilominus tamẽ, eſt de Iure naturali, lege Charitatis, Vt probat Angel.Confeſſio.8. nu.2. Ricard.4. diſtin.21.q.2.Silu. Confeſſio.3.nu.1 Scot.diſt.21. Nauar.c.8.nu.5.Bart.Medin.Summa. libr.1.c.14.§.36.qui omnes concludunt: Sigillum Confeſſionis ſeruandum eſſe lege naturalis charitatis,amicitiæ,& iuſtitiæ: & lege Diuina poſitiua Accedit etiã præceptum Iuris poſitiui in c. Omnis. de Pœnit.& remiſ. 7 Sigillũ confeſſ quo iure? Vis ſigilli.

Sed Nota, quod omne Sigillum Confeſſionis eſt de Iure naturali;non autem,è contra,omne Sigillum naturale eſt Confeſſionis. vt notum eſt omnibus, quia non conuertuntur. 8

Quæritur Quid cadit ſub hoc Sigillo Confeſſionis? Reſp. primo. Omnia,& ſingula peccata mortalia interna atque externa; & omnes circunſtantiæ eorum.Secũdo Omne peccatum veniale in particulari, quantumcunque leue. Siue talia peccata mortalia,vel venialia ſint ante rectè confeſſa, & nunc ſine neceſſitate aſſumantur pro materia ad Cõfeſſionem: 9 Quid cadit ſub hoc ſigillo?

Nota confeſſor. nem: ſiue de nouo mortalia neceſſario cōfiteantur. Tertio Quæcunque alia, quæ licet peccata nō ſint, ſunt tamen talia, quæ ſi detegātur, poſſet in cognitionē alicuius peccati mortalis, vel circunſtātiæ, vel venialis particularis confeſſi, deueniri, vt tradit Nauarr. in c.Omnis.de pœnit.& remiſ.& in cap.Sacerdos.& habetur expreſſe in d.c. Omnis. ibi: Caueat Sacerdos &c. Quarto addit Medina in Summa. lib.2.c.4. quod cadunt etiam, omnia illa, quæ ſunt in via ad Confeſſionem. vt ſi aliquis Confeſſor vidiſſet peccata ſcripta, ante quàm audiret illa, vel ſi cōſultus eſſet de aliquo antequam confeſſum ſit. Quinto Ricard.quem refert,& ſequitur Ang.ſupra.nu.14. dicit ſub hoc Sigillo cadere quicquid per ſe, vel per accidens, directè, vel indirectè poſſet verecundiam, vel confuſionem, vel malam ſuſpitionem, vel aliquod aliud nocumentum generare pœnitenti. Quod etiam S.Th.4. diſt.21.Armil. Confeſſor.nu.9.

10 Quis teneatur ſeruare ſigillū. QVæritur. Quis teneatur ſeruare hoc Sigillum Confeſſionis? Reſp. Cum diſtinctione, directe, aut indirecte. Directe, tenetur omnis ſacerdos audiens Confeſſionem, ſiue abſoluat a peccatis, ſiue abſolutionem differat vel neget.Bart.Medin.infra.Et ille cui ſacerdos de pœnitentis licentia reuelauit, vt infrà dicetur.

Indirectè, omnis qui audit, vel ſcit alterius peccata quocunque modo audiat, vel ſciat, vt cum in neceſſitate quis Laico confitetur. Et ille qui malitiosè audit, occultando ſe. Et ille qui ſe finxit Confeſſorem. Et interpres & nuncius, & qui alicuius peccata inuenit ſcripta, &c. S.Th.4.diſt.21.Ricar. & Sot.quos refert, & ſequitur Ang. Confeſsio vltimo.nu.16.Silu.Confeſsio.3.nu.1.Armil.Confeſſor.nu. 8.Viguerius.de Pœnitentia.verſic. 20.Victor.num.172.Palud. & alij. quos refert, & ſequitur Nauarr.c. 8.nu.4.& 7.in c.Sacerdos. de pœnit.diſt.6.

QVæritur. Quāta ſit vis huius ſigilli? Reſpon.quòd ſatis patet in exemplo, quod Medina.Summa lib.2.c.4.adducit.ſ.quòd cùm Sacroſanctum Euchariſtię ſacramentum ſit tantæ excellentiæ, vt potè in quo, ipſe Sacramentorū omnium autor realiter cōtinetur, (vt de Sacramentis in genere, diximus) ſi tamen quis ſurgat à Cōfeſsione non abſolutus, quia non meretur abſolutionem; & accedat ad Communicandum, de manu illius Confeſſoris; qui illi in ſecreto negauit Abſolutionem, tenetur ei Euchariſtiam porrigere, abſque hoc quòd vllum verbum dicat de Confeſsione. ¶ Imò, quòd (ſicut ait Med.ſupra.& Victor.nu.183.) ſi penderet ſalus, vel liberatio totius Mundi ex reuelatione vnius peccati, non eſt reuelādum, etiam ſi totus Mundus eſſet perdendus, atque deuaſtandus. ¶ Imò quòd propter liberationem omniū animarum, quę ſunt in Inferno, ab initio Mundi, non eſt reuelandum. 11 Quanta ſit huius ſigilli vis?

¶ Vlterius quòd (ſicut in publica lectura dixit Magiſter Mantius, ſacræ Theologię primarius Salman. profeſſor) ſi ſciret Confeſſor omnia alia ſex Sacramenta, eſſe per aliquod tempus peritura, ſi non reuelat, tenetur cælare peccatum, & Sacramentum pœnitentiæ ſeruare incolume; Propter ipſum enim Deus reſtitueret alia Sex in priſtinum

num ſtatim, ſi corruiſſent; quod fieret ſecus, ſi ſigillum Confeſsionis non ſeruaretur. Ratio eſt (vltra fidelitatem, & cætera) quia propter ſalutem totius Mundi, nõ eſt vnum peccatum mortale, etiá leue perpetrandum; ſecũdum omnes; quantominus, vbi tam immane ſacrilegium omni iure prohibitum perpetratur. Addo commune dictum, quod etiam ſi Papa ſub omni cenſura, præciperet dicere peccatum confeſſum: non debet dici, ſed potius millies mori. Nec in tali caſu, vllam incurreret cenſuram. Et poteſt iurare ſe neſcire. quia neſcit vt homo. Communis omnium, * quare omnino eſt reprobanda opinio Iaſſ in l. prima. §. huius ſtudij. colum. ſecunda. ff. de Iuſtit. & iur. & in alijs locis relatis per Siluam Nupt. libr. 3 nume. 45. qui dicebat Sacerdotem in cauſa Matrimonij poſſe cogi propalare quæ habuit in Confeſsione. quem merito ibidem reprobat Sylua. Nupt. & alij.

12 *Quo tempore duret ſigillum?* Quæritur Quãto tempore duret hoc ſigillum? Reſpon. ſecundum Scotum 4. diſtin. 21. quæſt. 2. Angel. ſupra. num. 14. & Nauarr. capit. 8. num. 7. in fin. & alios, quòd durat etiam poſt mortem pœnitentis. Quia, cùm ſit præceptum negatiuum, obligat ſemper, & ad ſemper S. Thom. 2. 2. q. 33. arti. 2. in corpore. Panor. & alij. in cap. Nouit. de Iudic Archid. in princ. de Pœnit. diſt. 5. & in c. ſi peccauerit. 2. q. 1. & cap. Præcepta. de Conſec. diſt. 1.

13 *Vtrum liceat aliquo caſu ſigillum aperire.* Vtrum aliquo caſu liceat Cõfeſſori Sigillum Confeſsionis frangere? Reſpon. nullo modo id licere, niſi vno excepto caſu. ſ. de licentia pœnitentis liberè, ſponte, & ex iuſta cauſa ſibi conceſſa, & in eius vtilitatem S. Th. in 4. d. 21. q. 4. art. 2. S. Bonauent. & Ricar. quos refert, & ſequitur Ang. Confeſsio. 8. nu. 5. Silu. Confeſsio. 3. §. 3. Viguer. dicto verſic. 20. Victoria. nu. 287. & multi alij, quos refert, & ſequitur Nauar. c. 8. nu. 15. & in c. Sacerdos. de Pœnitẽ. d. 6. nu. 151. Bart. Medin lib. 2. c. 4. licèt Aureolus, & Laud. quos refert Ang. ſup. & Alex. Scot. Duran. 4. diſtin. 21, q. 2. artic. 1. (quos refert Victor. ſup. refutans eos) teneant contrariũ. ſ. pœnitentem non poſſe hanc licentiam concedere.

Erit tamen optimum conſiliũ, ſecũdum Silu. ſup. & alios, vt in hoc caſu, pœnitens det talem licentiam, extra Cõfeſsionem. De qua quęſtion. & ſequentibus, vide latè Couar. 2. par. de Matrimonio. c. 8. §. 12. ar. nu. 9. 14

15 *Quid ſi Pœnitens accedit vt cõfeſſ. conſulat?* Qvid quando quis accedit ad Confeſſorem, vt illũ in Confeſsione conſulat de crimine, quod ſine dubio perpetrare vult; nec conſilio Confeſſoris, ab iniquo propoſito, vult abſtinere? Reſp. in dicto caſu, & alio ſimili, quando ſcilicet pœnitens accedit ad Confeſsionem, vt Confeſſorem ad peccandum mortaliter inducat vt ad peccatum luxurię, proditionem, furtum, conſpirationem, homicidium, &c. poſſe Confeſſorem manifeſtare illi cui incumbit, vt prouideat. Nec in his caſibus, dicetur ſigilli fractor; quia illa non eſt Confeſsio; ſed impia Dæmonis inuentio, & ſacrilega Confeſsionis Sacramentalis abuſio. Tenet Abb. in cap. Omnes. de pœniten. & remiſ. quem refert, & ſequitur Ang. Confeſsio, vltimo. nume. 7. Innocen. Monaldus, & Raym. quos refert,

fert,& ſequitur Silueſt.Confeſſio. 3.nu.2.qui ait: quod quando talis pœnitens,de conſilio Confeſſoris, non vult abſtinere à malo perpetrando; tenetur Confeſſor manifeſtare,maximè,cùm vergeret in dãnum publicum.Tenet etiã (quòd cùm vidi expreſſius, gauiſus fui) Magiſter meus Bart. Med.in Summa.lib.2.c.4.ibi: Altro ſarebbe, ſe il penitente &c.Tenet etiam,Alexand.Alenſ.4. par.q.78. membr.2. artic.2. Quod etiam, (cum Sot.& Caiet.quos ibi citat) videtur tenere Nauarr.c.18.nume.55.dum ait; ſecretum quod Sacerdoti committitur, etiã flexis genibus, & ſigno Crucis fronte ſignata,abſque propoſito confitendi peccata, & abſolutionem accipiendi, non obligare. Quia ad hoc vt teneatur ad Sigillum, debet Confeſſio verè eſſe Sacramentalis, qualis (ait ibid.) eſt illa (ſecundum communem) qua pœnitens verè confitetur peccata ſua commiſſa, non committenda.Idem tenet Lelius Zanchis. de Priuilegijs Eccleſiæ.Priuilegio. 154. nu.27.

16 IN cuius Cõfirmationem Dico, me olim vidiſſe quendam librũ, de Pœnitentia (licet auctoris non meminerim) in quo cõtinebatur. in quæſtione de Sigillo; Summum quendam Pontificem, quondam certum caſtigaſſe Cardinalem, eo quòd non manifeſtauit alium Cardinalem, qui ſibi confeſſus fuerat, vt in Confeſſione illum induceret ad Papæ internecionem. Quia dixit Papa, illam non fuiſſe Confeſſionem,nec ſigillum in tali caſu eſſe ſeruandum. Cuius etiam Hiſtoriæ meminit Sotus. 4.diſt. 18. q.4. artic.5.Quod cum mihi,tunc videretur nouum; conſului quendam literatiſſimum magiſtrum meum, qui reſpondit: veram eſſe doctrinam. Ad communiorem opinionem,tenentem nullo modo ſigillũ poſſe frangi, reſpondent ſupra dicti, eſſe verum quando vera eſt Confeſſio, licèt pœnitens non abſoluatur, ſed hæc non eſt Confeſſio,quamuis contrarium videatur ſentire Nauar.c.8.num.7. * Henricus tamen Gand. quodl.8.q.31.ait quòd ſi Confeſſor ſciat in Confeſſione pœnitentem alium velle interficere, & non vult à malo illo propoſito abſtinere,non debet Cõfeſſor talem occidendum etiam in generali monere, niſi aliter quàm ex confeſſione aliquam cauſam habeat.

EX ſupradictis in generali, colligunt Doctores, maximè Nauar.ſupra. caſus multos in particulari. quando.ſ frangatur, vel non ſigillum,quorum aliquot breuiori modo quo potero, quaſi in modũ concluſionis adducam. 17

In quibus caſibus dicatur frangi ſigillum vel non vide infra.

COnfeſſor qui commiſit aliquod mortale, quod non poteſt confiteri,abſque Confeſſionis ſibi factæ reuelatione, tenetur illud tacere.Silu.ſup.nu.8. communis cum Nauar.c.8.nu.8. 18

PArochus, qui ſuo parochiano dicenti quòd Euchariſtiam negabat, dixit: Amice non concedo tibi hoc, quia habes caſum reſeruatũm;fregit ſigillum.Nauar.ſup. & in cap.Sacerdos. de pœnit.diſt. 6.num.53. 19

COnfeſſor dicens: ille confeſſus eſt grauia peccata, fregit ſigillum.Pal. Nau.9.Ang. Confeſſio,vlt.nu.ſi.Armil. Confeſſor.nu. 10.Silu.ſupra nu.6. 20

COnfeſſor qui audiuit duos, vel tres; & de vno dixit: iſte 21

 nullum

nullum habet peccatum mortale, fregit. Quia directè ſignificat alios habuiſſe mortalia. Nau. ſup.

22 Confeſſor, qui ſurgit à Confeſſione, vt conſulat alium præſentem de caſu, & reuertitur ad pœnitentem, frangit. Nauar. ſup. & in d.c. ſacerdos.

23 Reprehendit Hoſtienſis, & Nauar. nu. 10. Confeſſorem, qui dicit: ille benè confitetur, & Confeſſio illius non mihi placet.

24 Confeſſarius, qui audiuit meretricem, ſi dicat: illa confeſſa eſt mihi ſua grauia, vel multa peccata; frangit, etiam quòd totus Mundus ſciat illam talia cõmiſiſſe. Nau. c. 8. nu 10. & in d. c. Sacerdos. Caiet. Victor. nu. 186.

25 Confeſſor qui dicit: ille eſt mihi confeſſus, ſed illum nõ abſolui, frangit Sigillum. Nau. nu. 10. Contra Caietan. & refert Armil. ſup. nu. 14.

26 Confeſſor, qui dicit expreſsè: Genuæ, Mediolani &c. committuntur grauia peccata, male facit; licèt non dicatur fractor ſigilli. Nau. c. 8. nu. 16.

27 Confeſſor imprudenter facit, iniungens magnas pœnitentias, vel ieiunia, quæ ſtatim poſt Confeſſionem teneatur pœnitens adimplere. Quia poteſt inde ſuſpitio oriri, quòd ſit grauia confeſſus. Nauar. c. 8. nu. 17.

28 Si Abbas, vel Prior Monaſterij audit in Confeſſione Suppriorem, Vicarium, vel alium officialem Monaſterij, & inuenit quòd eorum aliquis ratione officij, peccat mortaliter, non poteſt extra Confeſſionem illũ priuare officio. S. Th. 4. d. 21. Sil. ſup. nu. 9. & alij.

29 Qui ſcit in Confeſſione peccatum, propter quod quis eſt indignus Prælatura, & poſtea iſte Confeſſor intereſſe debet electioni; ſi nulla poſſit de Confeſſione oriri ſuſpicio, poteſt illum non eligere; quia ſunt multæ cauſæ, propter quas quidam eligi non poſſit. Si autem nulla alia ſit cauſa, & eligitur ab omnibus, Confeſſore excepto, debet talis Confeſſor cum alijs conſentire. S. Thom. Angel. & Silu. ſupra. nu. 10. Nauar. nu. 12.

Si accedat publicus peccator 30
ad accipiẽdam Euchariſtiam, ab illo, cui Confeſſus eſt, & nõ abſolutus; non poteſt talis Confeſſor dicere: Ego non potui iſtum abſoluere, quia non vidi illius publicam pœnitentiam: quia videtur frangere ſigillum. Nauar. c. 8. num. 11. contra Caiet. Poterit tamen dicere: hic homo, quãtum apparet, hucuſque in peccato publico permanſit, & permanet: & publico peccatori, quouſque etiam publicè conſtet, quòd deſijt eſſe talis, non debet Euchariſtiæ Sacramentum publicè miniſtrari. Quia his verbis, non reuelat Confeſſionem. Pal. Nau. ſup. Vict. nu. 186.

Quid ſi accedat publicus peccator ad recipiendam Euch. ab illo à quo nõ fuit abſolutus.

Confeſſor dicens: Ego audiui 31
Confeſſionem Petri vel peccata Petri vel Petrum a ſuis peccatis abſolui; non frangit niſi in caſu rarò. Nauar. nu. 11.

Confeſſor dicens: Petrus, ſuis 32
minutiſſimis peccatis, caput mihi obtundit, vel ſuis ſcrupulis faſtidioſus mihi eſt, non frangit ſigillum. Nauar. c. 8. nu. 12.

Confeſſor dicens: tale peccatũ 33
mortale in Confeſſione audiui, dummodo in perſonæ cognitionem deueniri minimè poſſit: non frangit. Palud. & Communis. 4. Adrian. Ang. Silu. Nauarr. c. 8. nu. 12. Victor num. 188. quamuis Panor.

con-

contrarium tenuerit in c. Omnis, de pœnit.& remiſſ.num.8.Sed melius eſt omnino tacere, in ſimili materia.

34 Confeſſor vocatus in teſtem, vt deponat de peccato, quod extra Confeſſionem ſcit, dummodo nil aliud dicat, niſi illud quod extra Confeſſionem ſcit; non frangit ſigillum, etiam ſi delinquens, peccatum ſibi fuiſſet confeſſus. S. Th.4.diſt.21.q.3.art.2.receptus ab omnibus.Nau.ſupr.nu.15.Sil.ſup. q.5.Caiet.Victor.nu.186.

35 V.Cõfeſſor poſſit interrogare ſociũ delicti. Confeſſor qui audiuit Confeſſionem Petri, & per eam ſcit Ioannem incidiſſe in idipſum; Poſtea poteſt Ioãnem interrogare de illo peccato in particulari, dummodo nihil dicat de Petro, ſed qđ intelligat Ioannes, nil de omnibus ſuis peccatis ſcire.Ang.& Silu.ſupra.q.16.Nauar.nu.17. Et tũc duo Nota, quæ (vltra omnes) ex longa experientia didici. Primum ne de illo peccato in principio interroget, ſed veluti obiter inter alia. Secũdum quòd ſi interrogatus de illo,negauerit; nullam faciat reflexionem ſuper illo particulari peccato,ne hac de cauſa aliquid ſuſpicetur, ſed in generali hortetur ad integritatem Confeſſionis. Quòd ſi adhuc de illo nihil dixerit: abſoluat eum abſque hoc quod verbum vllum de Petro dicat.

36 Sed quid ſi Petrus dicat Confeſſori,dic Ioanni, me tibi confeſſum fuiſſe hoc peccatum, quod ambo commiſimus. poſtea autem Ioann.in Confeſſione id neget;cui credere debet Confeſſor? Ego neſcio, quid in hac facerem perplexitate. Factis tamen, ſuper hoc,debitis diligentiis,adhibitaq; breui oratione, vnumquemq; ſecundum allegata à ſe, & probata, iudicarem; cum (ſecundum communem) Pœnitenti pro ſe,& contra,ſit credendum.

Cvm quis detegit ſecretum, quod amicus illi, ſub ſigno Crucis commiſit;non frangit Sigillum ſacramenti.Innocẽt.Panor.& Communis.in c.Omnis.de pœnit. & remiſ.Caiet.Sot. & Nauar.c.8. nu.18.Victor.num.190.licèt peccaret mort.ſi res eſſet grauis momenti ſecundum omnes. 37 Secretum cõmiſſum ſit.

Vtrum Si quis faceret Confeſſionem coram omni Populo Sacerdoti, vt ſup.diximus,talis Sacerdos teneatur ad Sigillum? Nullus hoc tangit.Mihi videtur,quod licèt quo ad illos,qui ſimul ſecum audierunt talia peccata,non teneatur,nec poſſit ſeruari Sigillũ, cùm iam omnibus talia patefacta ſunt peccata;videtur, tamẽ mihi quod tenebitur illud celare quo ad alios,qui talia peccata neſciunt. 38 Quid de confitente publicè.

Pro complemento Quæritur. Si Confeſſor, de licentia pœnitentis,reuelauit peccatum, & poſtea pœnitens illum accuſet,negãs ſe talem licẽtiam dediſſe. Vel cùm aliquis alius dicit Sacerdotem Sigillum fregiſſe;cui incumbet probatio, & cuius dictis ſtandum? Reſpõ. quod ſi ſacerdotes probet clare,illud aliunde ſciuiſſe, quam per Cõfeſſionem, patet eius dicto eſſe ſtandum,& ita ait Panor.in c. Omnis,& alij. Si autem illud non probet; cæteris paribus, ſtandum eſt eius iuramento. vt ait Catelianus Cota in memorabilibus. verbo.Iuramentum, & Lapus allegatione.94. licet Hoſtienſ. & Panor. quos refert,& ſequitur Ang. Confeſſio vltimo. nu.21.Silu. nume.5. dicant: quod ſi non poteſt proba- 39 Cui credẽdum, Confeſſori, an pœnitenti.

re,eſt puniendus,ſed non pœna ordinaria. Ego autem ſemper tenerem, eſſe ſtandum eius iuramento, maximè ſi eſt vir probus, & bonæ famæ. Et videtur partem contrariam (vt ferè ſemper fit) malicioſe procedere, & quia non eſt præſumendum malum de aliquo (maxime ſacerdote) niſi probetur contrarium. * Sed qualiter puniendus eſt Confeſſor Sigillum frangens? Reſpõ. ꝙ licet olim per Canon.31.pœnitentialem.& habetur in c. Sacerdos.de pœnit.diſt.6. Sacerdos erat deponẽdus,vt ignominioſus omnibus diebus vitę ſuę peregrinaretur: hodie tamen ſeruatur deciſio.c. Omnis vtriuſque. de pęnit.& remiſ. vbi cauetur Clericum talem, poſt depoſitionem, in arctum recludendum eſſe monaſterium. Vide Nauar.d.c.Sacerdos.nu.165.de pœnit.diſt.6.

Et ſic ſum expeditus à tota materia de Sacramento pœnitentiæ, ad laudem Dei omnipotentis, Sanctiſſimæque Virginis, Omnium que Sanctorum.

In quorũ feſtiuitate hora noctis.3. finita fuit anno.1585.

DE SACRATISSIMO atque ineffabili Euchariſtiæ Sacramento.

TRactat Magiſt. ſent.in 4.diſt.8.Vbi S.Thom. Scot.Capreol. Plaud. Durand. Argentina. Ricard.& omnes alii, maximè hodie Dominic.Sot. Henricus de Gandauo, quodlib.1.q.3. quodl.9.q.31.S.Thom.3.par.q.73. art.5.& q.78.art.1.2.& 3.& per totam q.80 & ibi Caiet.Ang.Aſtenſ. Silu.Tabien. Armil. & omnes Sũmiſtæ.verbo Euchariſtia,Communio,& Miſſa. Victoria in Summa. à nu.52.text.in c.Cum Marthæ.& per totum.de Cęlebration.Miſſ.in Decretalibus,& per totam,latiſſimè,de Conſecr. diſt.2.in Decreto. nouiſſimè in Conc.Florent. & Trident. per totam Seſſ.13. Catechiſ. Rom.pag.234.Nauar.c.22.à num. 10.& c.21.à nu.45.Vualdenſ. de ſacram.Petrus Soto. De Inſtitution. Sacerd.per 15.lectiones, & alij.

NOtandum Primo, Tãtam eſſe huius Diuini Sacramenti excellentiam, tantamque eius materiæ tractatus profunditatem; vt vix aliquis, etſi (vt Apoſt. ait.) linguis hominum loquatur, & Angelorũ,haud minimæ ei⁹ parti ſatisfacere q̃at. Eſt enim ſacramentum Euchariſtiæ ſummum illud bonum,& longe ſacratiſſimum,quo nihil habet Eccleſia dignius,ſublimius,admirabilius,efficacius, atq; ſalubrius. vt ante Concil.Trid.Seſſ.13.c.3.dixerat.D.Dionyſ.Eccleſiaſticæ Hierarch.c.3. Chryſoſt. homil.60. ad Popul.& 83. in Matth. & Concil. Colonien.in principio de Euchar. & text.c.Nihil.in Sacrific.de Conſecr.diſt.2. 1 **Euchariſtię excellẽtia.**

NOt. etiam quod quamuis in Sacris Conciliis, atque Doctoribus hoc Diuinum Sacramentum in numero Sacramentorum, tertio adſcribatur loco, Conſiderans tamen, ſacramentum Pœnitentiæ neceſſarium ad Diuinã Euchariſtiam ſumendam,eſſe pręambulum illi, qui aliquo fuerit mortali peccato irretitus; Conſulto, 2 **Quare hoc Euchariſtiæ Sacramentum quarto ponat loco.**

hoc

hoc Sacramẽtum quarto loco declarandum aſſumpſi. (vt ſup. in fine de Cõfirmatione, dixi) Et quia cùm omnia alia ſex Sacramenta ad hoc præclariſſimum, tanquam ad ſuum finem, (ut ait Catech. Roma. pag. 268. & Sot. in 4. diſt. 1. q. 4. ar. 6.) dirigantur: haud incongrue in medio aliorum poni debet.

Sacramẽta ſex dirigũtur ad hoc Euchariſtię ſacramẽtũ. Quod etiam probatur à ſimili: in Conuiuio illo Architriclini in Cana Galileæ, Vbi Sex illæ lapideæ Hidriæ, ad ſeruicium Menſæ erant ordinatæ, atq; cõſtitutæ. Sic omnia alia Sacramenta ad Euchariſtiam ordinantur, atque diriguntur.

Quemadmodum etiam (ſecundum communem ſententiam, quę ex Gene. 1. hoc colligit) Deus, cùm Mundum ſeptem diebus cõdidiſſet uniuerſum, quarto die, qui medius eſt inter alios, fulgentiſſimũ creauit Solem. Et ſecundum Philoſophorum ſententiam (ut ait Ægidius Ro. in Examerou. c. 31.) quarto quoque illum defixit Cœlo, quod inter alios Cœlos, medium eſt, ut conditum illummaret, manifeſtaretq; Orbem: Sic Euchariſtiæ Sacramentum, in quo uerus ille Sol iuſtitiæ continetur: qui uiſitauit nos, oriens ex alto: & illuminat omnem hominem, quarto conſtituendum eſſe loco iudicaui. Maximè, cùm Candelabri figura, quam proſequimur tres haberet ex unaquaque parte, lucernas: maiorem autem in medio ordinatiſſimè conſtitutam.

3 Euchariſtia figurata in lege naturæ. NOta Item, quod cùm hoc Diuinum Sacramentum, cæteris alijs dignius, præſtantiuſq; ſit: (ut dictum eſt) ita in multis Sacrę Scripturæ locis, in omni lege fuit prædictum, atq; figuratum. In lege enim Naturæ, hoc Sacramentũ indicabat Laganum, azimus panis & ſubcinericius: quẽ præparauit Sarra. Et Sacrificium illud panis, & vini Melchiſedech. Gene. 14. Et panis, quem capiti Eliæ dormientis Angelus, vt manducaret ex itinere fatigatus, appoſuit.

IN lege etiã ſcripta, licèt hoc Sacrm̃ figurauerint Mãna de cęlo. Deut. 8. Panes ꝑpoſitionis. Leu. 26. Arca Fęderis. Exod. 37. & alia multa: Congruentior tamẽ oĩum figura fuit Agnus Paſchalis. Numerorũ. 28. ſcdm d. Th. 3. p. q. 73. a. 6. quẽ refert, & ſequit̃ Vict. nu. 54. & Sot. 4. d. 8. q. vn. a. 6. & Petrus a Soto de inſti. Sacer. de Euch. lect. 1. licèt de hoc dubitet Gabr. Can. lect. 55. 4 In lege ſcripta.

NEc defuerunt in lege Euãgelica aliquòt huius Sacramẽti figuræ. Ipſe. n. Redẽptor noſter, cũ in Cana Galileæ aquã conuertit in vinũ, & in deſerto ex quinq; panibus, & duobus piſcibus, quinque ſaciauit hominum millia; & cùm Dęmoni tentatori reſpondit: nõ in ſolo pane viuit homo; quid niſi hoc Sacratiſſimum Sacramentum, voluit declarare? 5 In lege euãgelica.

SEd miror, cùm ſacri Doctores, de Euch. (quantũ ad materiã panis) tot poſuerint figuras: cur aliquam pro materia vini non poſuerint? Notabis ergo hoc ſacramentum, quo ad ſanguinem mirabiliter à S. Moyſe Exo. 22. figuratum illis verbis: Et ſanguinẽ vuæ biberem meraciſſimum. Et Eccle. c. 50. ibi Libauit de ſanguine vuæ. Quis vnquam ſanguinem ex vuis extrahi vidit, vel audiuit? Quid, hoc dicto, clari⁹, atq; mirabilius? & Gene. ca. pen. lauabit in ſanguine vuę pallium ſuum. Quid pulchrius? 6 Figurę ſanguinis.

Nota

7 Noïa diuerſa Euchariſtiæ.

NOta hoc Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum variè (ſecundum varios effectus) paſſim nominari; nominatur.n.Euchariſtia.i.bona gratia, Hoſtia, Sacrificium, Communio, Sacramentum Altaris, Synaxis, Viaticũ &c. Tho.3.par.q.73.art.4. vbi ponit rationes: Mag.ſent.4.diſt. 3. vbi Sot. q.vn.art. 4. omnium ſupradictorũ nominum ponit ſignificationes. Conc. Colon.in princ. de Euchariſtia. Victoria.ſumma, nu.53. in fin. Nauar.c.22.nu.10.

8 Quid ſit ſacramentũ Euchariſtiæ.

QVæritur. Quid ſit Sacramentũ Euchariſtiæ? Reſp. quòd Euchariſtia eſt Sacramentũ quod ſub ſpecie panis, & vini, vel alterius eorum, verum corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti continet. Mag.ſent.4.diſt.8. S. Tho.3.par.q. 73.ar.4. Nauar.c.22.num.10. Victoria.num.52. declarans S.Thomam ſic ait: Euchariſtiæ Sacramẽtum, eſt illud quod remanet poſt Conſecrationem panis & vini. Sotus autem.4.diſt.8.q.vn.art.1. ſic diffinit; Euchariſtia eſt Sacramentum Corporis, & ſanguinis Chriſti, quo vita ſpiritualis nutritur. Alij aliter diffiniunt, ſed dictæ ſufficiẽtiſſimæ ſunt diffinitiones.

9 V. Euchariſtia ſit Sacramentũ.

QVæritur. V. Euchariſtia ſit Sacramentum? Reſp. ſemper in Eccleſia Dei fuiſſe, & nũc denuo eſſe, in Conc. Flor. & Trid. Seſſ.13.c.2. de fide, determinatũ; non ſolum eſſe Sacramentum, ſed maximum omnium Sacramentorum, vt dictum eſt, & habetur in cap. Ad abolendam. de Hæreticis, & in dicto Conc. Triden. Seſſ.7. de Sacram. in genere. Can.1. S.Thom. 3.par. q.73. Vbi Caieta. & omnis Catholicorum Schola, tam antiqui quàm moderni, maximè Sot. 4.diſt.8. in principio. Et confirmatur; quia vniuerſalis Eccleſia canit: Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui &c. ex D. Tho. communiter approbato, & ob tanti officij inſtitutionem, ab omnibus ſumma reuerentia colendo, ac venerando.

QVæritur A quo fuit hoc Diuinum ſacramentum inſtitutum? Reſp. à Domino noſtro Ieſu Chriſto (ſicut & cætera ſacramenta) fuiſſe inſtitutum vt dictũ eſt ſupra, cum de ſacramentorum inſtitutione egimus, & habet de fide vniuerſalis Eccleſia, vt aiunt omnes ſancti, & text. in c. Cũ Marthæ de Celebrat. Miſſ. Clem. vnica. de Reliq. & vener. Sanc. Conc. Florent. & nouiſſimè Triden. Seſſ. 13.c.1. & 2. Catechiſ. Rom. pagin. 235. S.Tho. ſupra. & omnes, maximè Sot. q.2. arti.5. * Et habetur. in Canone 3. Apoſtolorum. 10 A quo inſtitutum.

QVæritur Quando fuit hoc Sacramentum inſtitutum? Reſp. fuiſſe inſtitutum in vltima Cœna, quam Dominus cum Diſcipulis celebrauit, quando finita cęna, accepit panem benedixitque &c. vt habet Matth.26. Marc. 14. Luc.22. Conc. Triden. ſup. 1. Corint.11. & omnes communiter. 11 Quãdo inſtitutum.

QVæritur Quare fuit hoc Sacramentum inſtitutum? (omiſſis multis alijs cauſis) Reſp. Primo vt ſuum erga nos ineffabilem manifeſtaret amorem. Nullus enim amplius facere poteſt quàm ſemetipſum dare. Et Quia illi, maximo inter ſe ſe cõnectuntur amore, ſemper ſimul eſſe deſiderant; ſic Chriſtus Dominus noſter, vt nobiſcum illum ſemper haberemus, in hoc ſacramento manere voluit, vt illud adimpleretur: 12 Quare inſtitutum.

Ecce

Ecce Ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi.

Secundo vt eſſet in Eccleſia perpetuum Sacrificium, quo æternũ Patrem placare poſſemus. Catech. Rom. pag. 282.

13 **V. Sit neceſſarium ad ſalutem.**

QVæritur. V. Sit hoc Sacramẽtum neceſſarium ad ſalutẽ? Reſp. duplex eſſe de Euchariſtiæ Sumptione præceptum. Primum Diuinum Domini noſtri Ieſu Chriſti Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. Alterum eſt poſitiuum. ca. Omnis vtriuſq; ſexu: de pœnit. & remiſ. confirmatum de fide, in Conc. Triden. Seſſ. 13. Can. 9. Quibus cauetur, omnes vſum diſcretionis habentes, communicare teneri ſemel in anno.

Dico ergo, quo ad primum; quòd licèt ſit Diuinum præceptũ: non eſt abſolutæ neceſſitatis, vt Baptiſmus. tex. cum Glo. c. Si quis de corpore. 26. q. 6. Sot. 4. diſt. 8. q. vn. ar. 3. Sine Baptiſmo, enim in re, vel in voto nullus ſaluari poteſt. Sine Euchariſtia autem, niſi contẽptus expreſſus, vel interpretatiuꝰ adſit, qualis erit cùm quis manifeſtè per negligentiam non accipit, multi ſaluantur; illi. ſ. qui in villis, itinere, vel mari, moriuntur; quia tantùm habent confeſſorem: Euchariſtiam tamen non habent. & pueri, qui ſine communione decedunt.

Quo ad Secundum (niſi iuſta; arbitrio Confeſſoris, excuſet cauſa) in ſtatu peccati eſt, qui potens, quolibet anno non communicat.

14 **Sacram. Euch. V. vnũ vel duo.**

QVæritur V. ſint duo ſacramẽta Euchariſtiæ, cùm ſint duę materiæ, totidemq; formę? Reſp. (omittendo alia) eſſe tantũ vnum Sacramentum, quod ex illis duobus perficitur. vt ex Conc. Lateran. Floren. Trid. & alijs, probat Catech. Rom. pag. 239.

15 **Euchariſtiæ ſacramẽtum geminæ rei.**

HOc autem Notare oportet, (vt ſup. diximus) hoc eſſe peculiare Sacramento Euchariſtiæ; quòd dicatur Sacramentum geminæ rei. vt clariſſimè habetur in ca. Cum Marthæ. de Celebrat. Miſſ. Quia prima res, quæ in hoc Sacramento continetur, eſt ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus. ſecunda res eſt gratia, quæ per dignam huiuſmodi Sacramenti ſumptionem ſumenti datur. de quo vide etiam Sot. 4. diſt. 8. q. vn. ar. 2.

16 **Quot continẽtur in hoc ſacramento.**

QVæritur Quot continentur in hoc Sacramento? Reſp. tria, Primum forma viſibilis panis, & vini. Secundum, veritas corporis, & ſanguinis Chriſti. Tertio, virtus ſpiritualis. i. virtus vnitatis, & charitatis, id eſt æterna coniunctio, & dilectio Chriſti ad Eccleſiam, vt §. 1. 21. diſtin. ibi: Ego pro te rogaui Petre &c. Primum. ſ. forma viſibilis, eſt Sacramentum tantum; & non res ſacramenti. Secundum, ideſt corpus, & ſanguis, eſt Sacramentum, & res ſacramenti. Tertium. ideſt gratia, eſt res ſacramenti tantùm, & non Sacramentum. Ita intelliges. text. d. c. Cùm Marthæ. §. Diſtinguendum, & Gloſſ. 1. in c. 1. de Conſec. diſt. 2. & Silu. & alios hoc confusè tangentes.

NOta. quòd cùm in hoc Sacramento (vltra alia quæ materia, forma, & miniſtro conſtant, vt dictum eſt) inueniantur alia particularia; Primo De materia. Secundo de forma. Tertio de miniſtro. Quarto de Vſu. Quinto De fructu agetur loco. 17

DE

DE MATERIA.

18 Materia quotuplex

QVæritur. Quotuplex eſt materia Euchariſtiæ? Reſpon. quòd, cùm de fide, ſit determinatum, Sacramentum Euchariſtiæ corpore conſtare ſimul & Sanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti; duplicem eſſe materiam, & quo ad corpus, & quo ad ſanguinem, dicamus neceſſe eſt.

19 Quæ materia quo ad corpus.

QVæritur. Quæ eſt materia, quo ad corpus? Reſp. abſolutè, eſſe panẽ vt omnes Euãgeliſtæ & D. Paul. ſupra. aiunt Accepit panẽ &c. text. c. Firmiter. §. Vna de Summa. Trinit. ca. Cùm Marthæ. de Celebr. Miſſ. c. In Sacramento. ca. Cum omne. de Conſec. diſt. 2. Concil. Florent. & Trid. per totam. Seſſ. 13. S. Tho. 3. par. q. 74. ar. 3. Ale. Alenſis. 4. p. q. Duran. diſt. 11. q. 4. Scot. q. 6. Sotus. diſt. 9. q. vn. art. 1. omnes Catholici, maximè Silue. Euchariſtia. 1. q. 2. Victoria. num. 55. * Et nota mirabilem Canon. tertium. SS. Apoſt. qui ſic ait: Si quis Epiſcopus, aut præsbyter præter ordinationem Domini, quam de ſacrificio inſtituit, alia quæpiã, puta aut mel, aut lac, aut pro vino ſicerã, aut confecta quædam, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina ſuper altare obtulerit, vt qui contra ordinationẽ Domini faciat, deponitor.

20 Quis panis neceſſari°.

SEd cùm Euangeliſtæ, & omnes ſup. dicant abſolutè: panem tãtum; Quæritur, quis panis ſit neceſſarius? Reſp. ſequẽti aſſertione: Panis triticeus aqua naturali concoctus eſt legitima materia Euchariſtiæ. S. Tho. & omnes. ſupra. tex. in c. 2. dẽ Conſec. diſt. 2. vbi Gl. verbo Calix. citans. c. In Sacramento. & ad. d. clariſſimè Conc. Flor. ſic ait: Sacramenti Euchariſtiæ materia eſt panis triticeus. Et communis Sanctorum, ſecundum Silue. ſup. Viguerium. de Euchariſtia. verſiculo primo.

QVæritur. Quare panis triticeus ſit materia? Reſp. quòd triplici d cauſa. Prima. Quia Chriſtus ſe grano frumenti comparauit. Ioan. 12. Secũda. Quia creditur Chriſtum, in frumenti pane conſecraſſe. Quia (vt ait Catech. Rom. pag. 241.) Chriſtus panem ſe appellauit, & dixit eſſe. quo nomine panis intelligitur cõmunis, quia analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato. Et ſic, cùm panis abſolutè nominatur panem ex tritico intelligi ſatis cõſtat. Tertia cauſa: quia vniuerſa ſic, à ſui principio (quod ſatis abũde eſt) ſeruat Eccleſia. S. Th. Silue. dict. q. 2. tangit Viguerius ſupra Sot. diſt. 9. q. vn. ar. 1. 21 Quare panis triticeus.

QVæritur. Vtrum In alijs granis. ſ. in ordeo, Siligine, Farre, Amidone, Spelta, & ſimilibus, poſſit confici? Reſp. quia in hoc diuerſæ ſunt Opiniones Doctorum, ſequentes, ſecũdum communiorem, & veriorem opinionẽ notabis concluſiones. 22 V. in alijs granis poſſit fieri cõſecratio?

PRima Cõcluſio. Omnis panis, qui communi loquendi modo vocatur panis, & eſt ordinatus ad hominum alimentum, eſt ſufficiẽs materia ad Conſecrandum. Damaſc. lib. 4. Ortodox. Fidei. cap. 14. Victoria in Summa. nu. 55. Sot. 4. diſt. 9. q. vn. ar. 3. 23 Omnis panis Ordinatus adſuſtent. &c.

SEcunda Concluſio. In pane ordei, Milij, Lentis, Ciceris, Caſtanearum, Fauarum, atque aliorũ fructuum, & leguminum, quibus, aliquot vtuntur Regiones, conſecrari non poteſt. S. Th. & cõmunis opinio, 24 V. In pane hordei Caſtanearum &c. fiat Cõſecratio.

non poteſt.S.Thom.& communis opinio,quam reſoluit Silu. Eucharistia.nu.2.Victoria. nume.55. Armill.infra. Viguerius de Euchariſtia,ver.1.Sot.ſupra,propoſitione. 3.& maximè in fine,contra Caiet.

25 *Quid de pane Siliginis.* TErtia Concluſio.In panis Siliginis (quia verè Siligo ſpecies tritici eſt) confici poteſt S. Tho.3.par.q.74.ar.3.Palud. quem refert,& ſequitur Silue. ſupra. Armill.Euchariſtia nu 1.probat Thomas Argentina 3.diſt.11. q.2.ar.1. Victoria.ſup.Sot.4.diſt.9.q.vn art. 3.ad mediū. licet aliqui cum Scot. & Ang.negauerint.

26 *De Amidone.* QVarta Concluſio. In Amidone,qui corruptum triticū eſt,fieri non poteſt conſecratio S.Th.Silu.Viguerius,& Victoria.ſup.Angelus Euchariſtia.1.nu. 5.Scot.Armill.ſup. nu.2.Communis,cum qua inclinat Sot.ſup.licet aliqui dubitent,& Palud.4.d.4. & diſt.11.q.1.ar.4.teneat cōtrarium.

27 *De ſpelta Lolio &c.* QVinta Cōcluſio.In pane Speltæ,& Lolij,quando hæ ſpecies propter terræ debilitatem,ex tritico generantur,fieri poteſt Conſecratio. tenet Alberic. & Pet.quos refert Siluest.ſupra. q.3. inſinuat.S.Thom.3.parte. q.74.ar. 3.ad ſecundum.vt ait Armill. ſup. nume.1.tenet Argentina.Caietan. alij, quos refert, & ſequitur Sot. &diſt.9.q.vni.ar.& fauet. D.Hieronym.& habetur in c. Naſci. 56. diſt.& in cap.Vetuſto 24.quæſtio. 1.Vbi clarè ait: triticum in Loliū, & Auenam verti. ¶ Pro cuius quæſtionis maiori intellectu, & confirmatione Not.quod nō probatur ex Euangelio atque D. Paulo Chriſtum, in pane triticeo conconſecraſſe: nec grano tritici, ſed frumenti ſe comparaſſe. At,ſecundum.D.Iſido.Etimol.lib.17.c.3. & refert,& ſequitur Argentina. ſup. Sot.4.diſt.9.q.vn.art. 3. Frumentū eſt genus; triticum autem ſpecies frumenti.Fruměta autem (aiunt) ſunt quæ habent ariſtas,ergo cum Siligo, & Spelta habeant ariſtas, & ſecundum primam Concluſ. ſupra. talium panis ad vſum hominum aptus ſit, vt in multis Regionibus fit;patet poſſe in eis confici. Quod clarè,concedit.S.Th.quando ex tritico generantur, & ita tene,quamuis Glo.in c.In Sacramento.Armil.n.1.& alij dicāt qd non. *Frumenta quæ.*

SExta Concluſio. In Farre,(omiſſis alijs opinionibus) confici poteſt,ita Victoria.num.55. Sot.4.diſt.9.q.vn.ar.3. quamuis.S. Thom.2.par.q.74.artic.3. inſinuet contrarium. 28

QVæritur. Quid ſi tritico aliqua miſceantur diuerſi ſeminis grana? Reſp.quod ſi admixta grana diuerſa, ita ſint in parua quantitate,quod ſpecies nō corrumpatur triticea, fiet Conſecratio.Communis in 4.d.11.quam refert, & ſequitur Angel.Eucha. 1.nu.8.Silu.eod.q.2.Armil.n.2.maxime.S.Thō.3.p.q.74.ar.4. Viguerius.de Euchariſt.verſi.1. 29 *De mixtione ſeminū.*

QVæritur quid ſi farinæ tritici aliqua miſceātur Piperis grana,an illa ſubſtantia conuertatur in corpus Chriſti? Gl.in c.Sacrō.de cōſec.d.2. tenet ꝙ non. 30 *De pipere mixto farinæ.*

QVærit.V.In paſta cruda fieri poſſit Conſecratio? Reſp.ꝙ non,ſcdm.S.Thomā & oēs. Scot.quē refert, & ſequitur Ange. ſup.nu.3.Silu.n.2.Armil.4. Victo. nu.55.ad fi.Sot.4.diſt.9.q.vn. ar.3. in fin.quia non eſt commeſtibilis. 31 *Paſta cruda nō apta.*

QVærit Itē.V.In Lagano(fcgaza,vel torta) facto ex farina debita 32 *V. in lagano.*

debita, & aqua naturali, quibus miſceetur oleum, ſucarum, oua, & alia (vt communiter fit) poſſit fieri Cōſecratio? Sot. in 4. d. 9. q. vn. ar. 3. ad fin. (intelligens clarè, pro lagano, illud quod Hiſpani: hojuelas fritas, appellant) negat cōſecrari poſſe. Quod eadē ratione, videtur mihi dicendum de illo, quod Hiſpane (Bunnuelos) & de illo, quod Italice (Tagliarini, & Rauioli, & Macaroni) dicitur. Quia (ait Sot) neceſſe eſt, vt panis ſit in furno, vel ſub cineribus concoctus, non autem ſufficit quod ſit in Sartagine, vel alio inſtrumento, oleo frixus; vel aqua decoctus. Ita etiā, Petrus a Soto. de Euch. lect. 2.

33 V. ſit neceſſaria aquæ admixtio?

Q Væritſ. V. ſit neceſſaria aquæ admixtio cum farina. 1. vtrū ſi triticum, cum ſucco proprio in mortariolo adunaretur, & ſic, in paſtam redactum, coqueretur, poſſet Cōſecratio fieri, ſi quidem ex illo poſſent homines ſuſtētari? Reſp. quòd non: quia (vt ait Inno. in quadam decretali. de Celebr. Miſſ. c. fi. & refert. S. Th. 3. p. q. 74. ar. 4. Scot. & Ricar. quos refert, & ſequitur Armil. Euchariſtia. n. 6. & cōmunis cum S. Tho. & alijs Sanctis, vt ait Silu. quæſt. 2. ſup. & Angel. Euchariſtia. 1. nu. 7. diſt. 9. quæſt. 1. art. 6. Gloſſ verbo: Poteſt. in c. 2. de Conſec. diſt. 2.) admixtio aquæ ad farinam eſt de neceſſitate huius Sacramenti. S. Thom. 3. par. q. 74. ar. 7. Petrus Soto. de Euchar. lectio. 14.

34 V. talis panis poſſit fieri ex vino, aqua roſacea &c.

Q Væritur. V. talis panis, poſſit fieri ex farina, & vino aliaue aqua Roſacea, Angelica, vel alio liquore? Reſpon. in nulla iſtarum conſecrari poſſe, vt ex S. Tho. reſoluit Ang. & Silue. ſup. q. 3. Armil. nu. 6. Sot. 4. diſt. 9. q. 1. art. 6. ad 3 Palud. c. 11. q. 1. ad fi. & Gl. verſ. Calix. in c. Sic in ſacrificādo. de Conſec. d. 2. Petrus Soto, de Eucha. lect. 14. quamuis ſumma Aſteſana, Alberic. & Durādus Ordinis minorum. & Caiet. (vt refert Sot. ſupra) teneant contrarium.

DICTO DE MAteria Panis.

35 Materia quo ad ſanguinem.

Q Væritur. Quæ ſit materia quo ad Calicem, vel ſanguinem? Reſp. Ex Sacris litteris, atque Concilijs, Tridentino maximè ſupra. S. Tho. & omnibus Sanctis, & Doctoribus ſupra, eſſe vinum vitis. Vide Silu. ſupra. nu. 4. diſ. 9. q. vn. ar. 1. & 5. Catech. Rom. pag. 243.

36 V. In vino pomorum?

Q Væritur. Vtrum In neceſſitate, Conſecratio fieri poſſit in vino pomorum, vel aliorum fructuum? Reſpon. quòd non. Quia, quāuis de pane non dixerunt Euāgeliſtæ, niſi; Accipiens panem ſimpliciter, de vino tamen, Matth. 26. ait Chriſtus: non bibam amodo, de hoc genimine vitis, &c & ſic, non poteſt in alio vino confici. Gl. verbo Calix. in c. 2. de Conſec. diſ. 2. c. Didicimus. c. Cum omne ead. d. S. Th. 3. p. 4. 74. ar. 5. ad 2. & oēs.

37 De vino cocto vel Nectare.

Q Væritur. Vtrum poſſit confici in vino cocto, vel Nectare? quidam dicebant quòd ſic, Quia ex vino factum eſt, igne mediante. Hugo. tamē, quem refert, & ſequitur Glo. in d. c. 2. Tenet quod non. Ratio mihi eſt clara; quia illud vinum quod ante dictam, ad ignem, decoctionē, erat optima materia conſecrationis; iam per dictā decoctionem tranſiuit in aliam ſpeciē; vt per frigus aqua congelatur, & alias ſpecies gelu conſtituitur, & vt ſit

vt ſit in Hiſpania,el Arrope,Bononiæ Sapa. quia per ignem tranſit in aliam ſpeciem,ex muſto.

38 *V. In aceto fiat conſecratio.*

QVæritur. Vtrum In aceto, (Vinagare Hiſpanicè) poſſit Cõſecratio fieri? Quidam fecerunt olim diſtinctionem quandam, Videlicet,quod ſi acetum factũ fuiſſet ex vino, poſſet in eo conſecrari Si autem non ex vino; ſecus. Ita tenet Gl. verbo Calix in c. 2. de Conſec diſt. 6. & Inno. III. de Sacro Altaris myſterio. Sed vera reſolutio eſt,in quocunq; aceti genere Conſecrationem non tenere. S. Tho. 3. p. q. 74. art. 5. ad 2. Communis in 4. maximè Ricar. diſt. 11. Sot. diſt. 9. q. vn. ar. 5. Angelus, Euchariſtia. 1. nu. 10. Silu. eod. verbo. q. 4. Armill. Viguerius,& omnes. Victoria. numero 59.

V. In vino parum acri fiat conſecratio.

Poterit tamen (ſecundum ſupra dictos) confici in vino aceſcente, vel parum acre. (1. vt ait Victoria, que tiene vna punta de azedo) id eſt,quod vadit in viam ad acetũ licet peccet qui in tali abſq; neceſſitate conſecraret.

39 *Quid ſi vinum congeletur in calice?*

QVæritur. Vtrum vinum in Calice propter frigus congelatum,poſſit cõſecrari? Reſp Primo quòd debent prius aliqua adhiberi remedia;vt liquefiat, vt manus ad cupam Calicis adhibendo calidas, vel pannum. Quod ſi nullum remedium fieri poterit: Reſpond. Secundo. ſi tale vinum congelatum conſecretur, eſſe conſecratum. tenet Angel. verbo Miſſa nu. 23. Silu. Euchariſtia. 2. ad finẽ, & quidam alij. Sed contra: Baptiſmus in gelu, fieri non poteſt, bene tamen in aqua,ex illo gelu, liquefacta; vt tenent omnes, ergo ſimiliter Conſecratio fieri non poterit in illo congelato, benè tamen in liquefacto? Reſpon. quod aqua congelata, tranſit in aliam ſpeciẽ ſcilicet in gelu: vinum,autem nõ: ideo conſecrari poterit.

DE Muſto autem eſt quæſtio: an in illo fieri poſſit Conſecratio? De qua quæſtione diuerſæ fuere opiniones. Quidã.n. auctor antiquus ſic ait: audacter dico; nullo poſſe modo confici. Alij autem, cum mediocri moderatione loquuntur. Quod prouenit ex eo, quod textum in c. Cum omne. de Cõſec. diſt. 2. ignorauerint; in quo Reſp. ad quæſtionem: ſcilicet, in muſto, in ipſis vuarum granis incluſo, nullo modo conſecrari poſſe. In muſto autem etiam nouiter ex racemis in Calice ipſo expreſſo; (maxime in neceſſitate) confici poſſe. Quod vltra. d. tex. tenet S. Tho. 3. parte quæſtio. 74. art. 5. Angel. ſupra. nume. 12. Silu. num. 4. Armil. num. 8. Sot. 4. diſt. 9 q. vn. art. 5. Victoria (licèt confuſe) in ſumma. nume. 59. tenet etiam Gloſſ. verbo. Comprimatur; in dicto cap. Cum omne. Vbi reddit rationem, ſcilicet, quod defecatio, vel decoctio muſti in dolio, non eſt neceſſaria ad Conſecrationem. 40 *V. In muſto ſcripoſ ſit Conſecratio?*

IN cuius confirmationem facit illud, quod in aliquibus Eccleſijs ſolet in die S. Sixti, vel Transfigurationis die 6. Auguſti fieri. Solent enim Populi in Miſſa maiori, nouas Tritici ſpicas, primaſque vuas offerre: quas ſacerdos celebraturus accipit, & de ſpicis poſtea fiunt Hoſtiæ ad celebrandum: racemum autem nouarum vuarum, in Calice comprimit, puritate decenti; muſtumque inde compreſſum conſecrat. De qua noua oblatione, primæuiſque fructibus, intelligitur illud: Benedices 41 *Corona anni quæ dicatur?*

coronæ

coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Et ſic hæc noua oblatio dicitur, Corona anni; quod inſinuat. text. & ibi Gloſ.cap.Didicimus. de con ſec. diſt.2. * Quæ conſuetudo anti quiſſima erat, cùm habeatur expreſſa in Canone.3.Apoſt.ibi: excepto nouo frumento, & vua tempore debito.

42 V. Aqua ſit neceſſario miſcenda. QVæritur. V. Neceſſario ſit aqua vino miſcenda? Tres ſunt in hac quæſtione opiniones. Prima tenet quòd tantum eſt miſcēda ex honeſtate; ita Gloſ. verbo Calix. in cap. cùm omne de Conſecratio. diſtin. 2. ſed reprobatur ab omnibus. Sed & Armeni dicebant non eſſe miſcendam, quæ opinio hæretica eſt, vt tradit Pau. Gryſal. verbo Euchariſtia num.8. Secunda opin.tenet, eſſe faciendā mixtionem aquæ, de neceſſitate Sacramenti, ita tenuerūt alij. quos refert. Sot.4.diſt.9.q.vnica. ar.5.in declaratione ſecundæ concluſionis. Quę itidem falſa eſt. Tertia autem vera, & tenenda opinio eſt; tātùm eſſe de neceſſitate præcepti. tex.c.In Sacramento.c.In calice.c. Cum omne.c.Non oportet; de Cō ſecrat.diſt.2.c. Cum Marth.de Celeb. Miſſ.& vltra Concilia Bracharenſ.3.c.1.Cartagin.3 c.24.Florēt. & nouiſſimè Trid.Seſſ.22.c.7.Cano. 9. quæ hoc ſtatuerunt faciendum, tenent multæ Gl.& communis Theologorum, quam refert, & ſequitur Victoria. nu.60.& habetur in Catechiſ.Rom.pag.243.

V. Omiſſio aquę ſit mort. peccatum? Qua propter licet ſacerdos ſine aqua celebrans, conſecraret: peccaret tamen mortaliter illam data opera, vel ex negligentia magna, omittens. Si autem negligentia fuit leuis, venialiter. Alex.Ang. Silueſt.& omnes.argum. ca. Literas. de Celebr.Miſſ.& d.cap.Cum omnes.

44 Quare aqua miſcēda? SEd cum ſine illa fiat Conſecratio; Quæritur: Quare vino miſceatur? Reſp.triplicē ob cauſam quam ponit Concil. Trid.Catech. Rom.& alij. ſup.Prima. Quia Eccleſia tenet Chriſtum, vinū aqua mixtum conſecraſſe.

Secunda. Quia ex eius latere in Cruce ſanguis exiuit & aqua.

Melchiſedech vinū obtulit limphatum. Tertia propter ſignificationē, quia aqua ſignificat Populū, Chriſto capiti adunatum. & habetur mirabiliter in c.In calicem. de Cō ſec.diſt.2.vbi Gloſ. verbo, vinum, ait Melchiſedech vinum obtuliſſe limphatum. Quartam cauſam ponit. S. Thom. 3. parte quæſtio. 74.ar.6.

45 Quanta aqua uino miſcenda. QVæritur Quanta aqua ſit in vino miſcenda? Reſpō.hoc non eſſe determinatum, ſed tantum quòd aqua ſit in tali quantitate miſcenda: quòd tempore cō ſecrationis ſit in vinum conuerſa. Qua propter caueat ſacerdos, vt tantùm aliquas aquæ guttas vino infundat; in Italia maxime, vbi vina non ita ſunt fortia, vt in Hiſpania, & alijs Regionibus. S. Tho.3. par.q.74.art.6.Scot. & Ricar.4.d. 11.Angel.Eucha.1.nu. 14 Silue.& alij.Sot.diſt. 9.q.vn.art.6. Catech. Rom.pag.244.uerſ.Illud autem.

46 Qñ aqua miſcenda? QVæritur V. ſufficiat, quòd aqua ante Miſſam fuerit in ampulla, uel dolio, per ſacerdotem uel alium, uino admixta? Reſp. ſecundum omnes maximè. S.Bonau.in 4.diſ.11.quod non.ſed neceſſario debet in ipſo Calice ante celebrationem, uel quando præparatur Calix admiſceri.

Quæritur.

47 V. ſufficiat aqua artificialis?

QVæritur. V. Aqua Roſacea, uel alia artificialis poſſit uino conſecrando miſceri? & quid, ſi de facto miſceatur? Reſpon. quòd nullo modo eſt miſcenda. Si autem de facto miſceatur, miſcens peccat mortaliter; & nihilominus uerum conſecrat ſanguinem Chriſti. Ratio eſt: quia (ut dictum eſt) aqua, etiam naturalis, non eſt de eſſentia ſacraméti. Silu. Euchariſtia. 1. q. 4. & q. 2. ad finem. Sot. 4. 9. q. 1. arti. 6. ad 3. arg. & alii. ſupra Petrus a Soto. de Euchariſt. lect. 14.

48 V. Accidentia vel accidétales acceſſiones noceant.

PRo maiori intelligentia; circa utramque Euchariſtiæ materiam conſecrandam, Aduerte; ꝙ accidentia, uel (rectius) accidentalia, nihil impediunt quominus ſacramentum perficiatur. Vt in pane uel hoſtia, ſi farina non ſit albiſſima, uel puriſſima: recens, uel uetus, bene olens, uel non; uel aqua farinæ, uinouè admiſcenda, frigida, calida, clara, rubea, uiridis, uel olens ſit, uel è contra. Item ſi uinũ album ſit uel nigrum: nouum, uel uetus, uel etiã ſi in illo immiſſum fuit pomum aliquod, ſpecieſuè aliqua Aromatica; uel ex uaſe, aliquid boni, uel mali odoris uino adhęſit. In omnibus his, (modo eſſentialia ſeruentur) non uiciatur ſacrament. Angel. Euchariſtia. 1. nume. 10. Alberic. quem refert, & ſequitur Silueſt. Euchariſt. 1. q. 4. & alij. & Sot. in 4. diſt. 9. q. unica. ar. 5. ad finem.

49 V. Requiratur determinata quantitas.

QVæritur V. In utraq; materia conſecranda, certa & determinata requiratur quantitas? Reſp. Reſolutiuè, nullam eſſe tam magnam panis uel uini quantitatem quę conſecrari non poſſit. Idemque eſſe de paruitate. S. Th. 3. p. q. 74. ar. 2. & in 4. diſt. 11. q. 2. diſtin. 1. & quodlib. 3. Scot Durand. Palud. & alii. Silu. ſupra. Victoria. nu. 57. Sot. 4. diſt. 9. q. un. ar. 2 Communis quã refert, & ſequitur Armil. Euchariſtia, nu. 12. (licet contrarium tenuerit Ang. & alii, contra S. Th. qui non ſunt audiendi.) Ratio eſt, quia Euchariſtię materia, quę conſecratur, non ſolum reſpicit ad uſum omnium fidelium, qui nunc ſunt in mũdo, ſed ad oẽs qui poſſunt eſſe. Catech. Ro. 243.

Quòd ſi Angeli, & aliorum ſententia eſſet uera, ſequeretur Parochum non poſſe plures hoſtias cõſecrare, quàm ſunt perſonę in illa Parochia, quod eſt falſum.

QVæritur Vtrum. poſſet ſacerdos conſecrare totum panẽ in foro conſtitutum, cùm ipſe ſit in Eccleſia? Reſp. (omiſſis aliquibus circumloquiis) ꝙ neceſſe eſt, ut more humano, materia tam panis, quam uini, ſit coram ſacerdote pręſens, ut uerificeretur illud pronomen, hoc, uel, hic, ita cõmunis opinio. S. Tho. & aliorum ſupra. & reſoluit Silueſt. Euchar. 2. num. 6. ad fi. & probat late Sot. diſt. 9. q. 1. ar. 2. 50 V. Requiratur pręſentia materia?

DE FORMA EVCHARIſtię quo ad materiam panis.

QVæritur. Quę ſit forma ſacramenti Euchariſtię? Reſpon. duplicem eſſe huius ſacramenti formam (quemadmodum duplicem materiam, monſtrauimus) Alia enim, eſt forma qua panis, altera qua uinum conſecratur. 51 Quæ forma quo ad panem.

QVæritur Ergo quę ſit forma quo ad materiã panis? Reſ. eſſe illa quatuor uerba: 52

M HOC,

HOC, EST, CORPVS MEVM. Vt ex.D.Matth.26.Marco.14. Luca. 22. Paulo.1.Corint.c.11.tradit text.in c.Cum Marthæ. de celebr. Miſſ.c. Panis eſt.c. Quia corpus.c. Re vera.c.Acceſſerunt. de conſec, diſt.2.S.Thom.3.par.q.78.ar.1.& 3.Silueſt.& alij ſummiſtæ.Victor. num.78. Communis in 4.maximè Sot.diſt.11.q.1.art.1. & 2.Catech. Rom.pag.346. Ex quibus reprobatur inſana Valdenſium hæreſis dicentium: Euchariſtiæ formas,eſſe ſeptem Pater noſter;benedicendo panem, & vinum. De quo vide Paul. Gryſal. verbo. Euchariſtia. nume.5.

53 V. Omnia verba Canonis ſint de eſſẽtia.

Quæritur. Vtrum verba illa: Qui pridie quam pateretur &c.& verbum,enim, ſint de eſſentia ſacramenti? Reſpõ.quòd licèt Scotus,& alij dubitent;nõ eſt dubium, ſecundum. S.Thom.ſupra. Duran.4.diſtin.8. & omnes.ſed dicendum verba ſupra dicta,& omnia alia quæ conſecrationem ipſam præcedunt, & ſubſequuntur, tantùm eſſe de neceſſitate præcepti,ita quòd omittens illa, vel illorũ aliquod, data opera,vel ex magna negligentia, peccaret mortaliter.Nihilominus tamen ſacramẽtum perficeret,ſecundum omnes, & probat late Sot. ſupra.

53 V. fiat Cõſecratio illis 4. verbis tantum?

Quæritur Item, Quid ſi ſacerdos diceret tantùm illa verba,vtrum conſecraret? Reſpond. quòd licèt Scot.4.diſtinct.8.quem intrepide ſequitur Angel.Euchariſtia.1.numero.24. dicat quod non conſecrabit; Contrarium eſt verum,cum S.Thom.3.par.quæſtio. 78.articul.1.ad 1. quem refert, & ſequitur Roſella,& Silueſt.Euchariſtia.1.ad fin. Armil.nume.13.dicens opinionem Scoti eſſe contra vſum Eccleſiæ, & contra omnes in 4.maximè Sot. diſtin.11.quæſt. 1.art.1.& 2.

FORMA CONSECRAtionis Calicis.

54 Quę ſit forma quo ad Calicem?

Quæritur.Quæ ſit Cõſecrationis Calicis forma?Reſpon.varias in hoc eſſe Doctorum opiniones. Prima opinio eſt Scot.4.diſt.8.q.1.art.2.dicẽtis:Nobis eſſe ignotam formã Cõſecrationis tam corporis, quã ſanguinis,ſed hoc affirmare, hæreticum dicit Paulus Gryſald. verbo Euchariſtia.nume.6.Secunda opinio,quam refert, Angel. Euchariſtia.1.num.28.tenet,hanc eſſe:Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui,& æterni teſtamenti; myſteriũ fidei,qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remiſſionem peccatorum: hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Tertia opinio.S.Thom.3.par.q. 78.ar.3.ait: de eſſentia formæ,eſſe omnia hæc verba: Hic eſt Calix ſanguinis mei,noui,& ęterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.Cum S. Th.tenet Palud. Silu. Euchariſtia. 1.ad fi.& Armil.nume.12.Vbi ait: hanc formam in Miſſali S. Ambroſii,literis aureis,eſſe repertam.Qđ etiam ait Silu. ſup. Quam formã, & ex cõmuni vſu Eccleſię, tradit Miſſale Romanum vetus,& nouũ reformatum,poſt Concil.Trid. Et multi alij,tenent cum S. Th.maximè Ægidius Rom. in expoſitione c.Cum Marthę.de Celeb.Miſ.ait: omnino credendum eſſe hanc formam à Chriſto ſeruatã, & poſtea

ab

ab Apoſtolis, Eccleſiæ datam fuiſſe. Et Petrus à Soto. de Inſtitutione ſacerd. lect. 2. de Euch. ait tutam, & certam ſententiam. Tenet Spineus, in quodlibeto de hac re, vt refert Paul. Gryſ. infra.

Quarta opinio. S. Bonauent. 4. diſt. 8. tenet hæc verba tantùm de eſſentia formæ eſſe: HIC, EST, CALIX, SANGVINIS MEI. Et hæc eſt communis opinio Doctorum, quam refert, & ſequitur Ange. ſupra in fin. Victoria. nu. 74. Tabiena. Euchariſtia. 1. nu. 27. tradit Euſebius Emiſen*, & habetur in c. Quia corpus, & S. Ambr. in c. Panis eſt. de Conſecr. diſt. 2. & Cõpendium Theologiæ. lib. 6. c. 12. & hanc opinionem tenet Sot. 4. diſt. 11. q. 1. ar. 3. verſiculo. At vero. vbi conatur probare hanc etiam eſſe mentem, & ſententiam. S. Thom. Tenet ipſe Sot. cum multis alijs. diſt. 23. q. 2. ar. 2. ad fin. Tenent Duran. Sotus, & Caiet. quos refert, & ſequitur Paulus Gryſal. verbo: Euchariſtia. num. 6. Quod confirmat Victoria ſupra duabus rationibus. Prima. Quia hæc ſola verba, in Miſſali S. Baſilij, literis rubeis, reperiebantur ſcripta. Altera efficaciſſima, videlicet. Quia Græci his tantùm conſecrant verbis, & verè conſecrare dicuntur, nec ob hoc damnantur: Petrus autem, à Soto ſupra inquit: Græcos omnibus illis uerbis uti in dicta forma. neſcio cui credendum Victoriæ, an illi. * Henricus etiam Gand. quodl. 9. q. 10. poſtquam omnes poſuerat opiniones, aſſerit illa tãtum uerba eſſe de eſſentia. ſic dicens: Quod ego potius arbitrarer, ſi in tãto myſterio aliquid liceret arbitrari.

Quinta opinio alias concordãs eſt, quod licèt illa tantùm uerba: Hic eſt calix ſanguinis mei, ſint de eſſentia Conſecrationis, ſacerdos tamen dicant omnia alia uerba, in Miſſalibus poſita, cum eadem intentione conſecrandi; ita quòd intentio ſua, omnia illa compræhendat uerba. Scot. quem refert, & ſequitur Ang. & Sot. ſupra. Quod cõfirmatur ex Catechiſm. Rom. pag. 247. in hæc uerba: Eam igitur (dictam formam) his uerbis compræhendi certo credẽdum eſt, Hic eſt calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamẽti, myſterium fidei, qui pro nobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Vbi aduerte ſapiẽtiſſimum auctorem Catechiſmi, non dicere hanc eſſe formam; ſed formam illis uerbis comprehendi.

Quibus opinionibus nõ obſtantibus in hac parte, & quæſtione; (ſicut in omnibus) teneo ꝙ ſancta Romana Eccleſia tenet, cuius correctioni, & iudicio me ſubmitto.

DE MINISTRO.

QVæritur. Quis ſit ſacramenti Euchariſtiæ miniſter? Reſp. duplicem, circa hoc ſacramentum, inueniri actionem. prima eſt ipſius ſacramenti Conſecratio, uel confectio. Secunda eſt, Adminiſtratio ipſius, uel diſtributio. de qua. infra. de uſu. Quo ad Conſecrationem Reſp. Miniſtrũ huius ſacramenti eſſe tantùm ſacerdotem ritè, & rectè Ordinatum, tex. cum Gloſ. in c. Firmiter, §. Vna. de ſumma Trinit. c. 1. 25. diſt. Concil. Flor. Gloſ. uerbo, Vſurpare. c. 2. de Cler. non ord. minor. Catechiſ. Roman. pag. 480. Magiſt. in 4. diſt. 13. Vbi S. Thom. & omnes. Sot. q. 1. ar. 1. Silueſt. Euchariſtia. 2. num. 2. & alij

55 Quis ſit miniſter?

reuerentia eius, per annum pœniteat. Si pro damnatione Eccleſiæ Catholicæ, & pro conſuetudine Romanorum proijciatur ab Eccleſia ſicut hæreticus, ſi ſit impœnitens, alio qui pœniteat decem annis, & c. vide tex. c. Si quis dederit. 24.q.1.

59 **Impedimẽta ex iure Diuino** A Lia ſunt impedimenta de Iure Diuino, ne confici poſsit.

Non baptizatus non cõſecrat. Primum ſi quis ſacerdos efficiatur, qui nõ fuerit baptizatus, licet attentet conſecrare, nihil facit. Vt colligitur ex cap. fi. de Presbytero non baptizato. & probat Silu. verbo baptiſmus. 6.q.3. ex S.Tho. & alijs. & verbo. Euchariſtia. 2. nu. 5. contra Ang. verbo Baptiſmus. 7. in fin. qui male citat. S.Th. pro ſe.

60 **Laicus conſecrare nõ poteſt.** SEcundum impedimentum eſt, ſi laicus abſque ordinibus (vt aliquando factum fuit) ſacerdotẽ ſe fingat, non conſecrat, quia poteſtatem non habet conſecrandi. Vel etiam, ſi Subdiaconus, vel Diaconus tantum conſecrare attentauerint, nihil faciunt. tex. cum Gl. verbo Vſurpare, & ibi citatis in c. fin. de Cler. non ord. min.

61 **Qui in ordinationibus accipien. defecit in aliquo ſubſtãtiali, nõ cõſecrat.** AD hoc etiam impedimentum reducitur aliud. ſ. Si quis in ordinatione defecit in aliquo de eſſentialibus. Vt ſi ille, qui Epiſcopus credebatur, fictus Epiſcopus erat, vel ſi ordinatus non fecit actũ illum, per quem character imprimitur, & Ordo confertur, Quia talis non remanet ordinatus, ſecundum omnes. Vt ex varijs Iuribus, tradit Ang. Ordo. 1. nu. 8. Silu. 2. q. 10. Armil. num. 8. & tangit Nauar. c. 25. nu. 71.

62 **Mulier cõſecrare nõ poteſt,** HVc etiam pertinet, ſi Mulier, quæ homo videtur, & pro homine reputatur, ordinaretur, quia talis nullum ordinem recipit S.Thom. 4. diſt. 25. q. 1. ar. 1. Angel. Ordo. 3. in prin. Silu. 4. in p. inci. Victor. nume. 237. Sot. 4. diſtin. 25. q. 1. artic. 2.

SEd vt in his, & ſimilibus impedimentis irretitus, ſciat quid facere debeat; Quæritur: Quid ſi poſt inceptam Miſſam, reperiat ſacerdos ſe in aliquod peccatũ mortale lapſum? Archid. quem refert, & ſequitur Silueſt. Euchariſtia. 2. nu. 9. Archiep. Florent. Armil. verbo Miſſa. num. 13. & alij, tenent q ſi ante Conſecrationem, ſine ſcandalo poteſt quærere Cõfeſſorem; debet. Silu quòd tenetur. Quibus omiſſis Tu dic: Quod in quacunq; parte Miſſæ recordetur, non debet Miſſam relinquere, vel Confeſſorem quærere, cum ſcandalo; ſed tenetur Contritionem habere, & ſufficit, cum propoſito poſtea confitẽdi; & ſic finire Miſſam. Palud. quẽ refert, & ſequitur Silu. & Armil. ſupra. & tenet Victoria. nume. 79. cum Ricar. Nauar. c. 21. nu. 49. Sot. 4. diſt. 13. q. 2. arti. 6. Imo ſi illa Contritio perfecta non eſſet, ſed tãtùm Attritio; cum ſacramento fieret Contritio. S.Thom. 3. par. q. 79. ar. 3. communiter receptus ſecũdum Nauar. ſupra. num. 47. S. Bonauen. Alexan. Ales, Gabr. Marſil. Adrian. Gerſon. & omnes, quos refert, & ſequitur Victoria. nume. 77. Ratio quare non tenetur Miſſam relinquere eſt, quia ipſemet ſacerdos, per Contritionem cum dicto propoſito poſtea confitendi, à peccato in quo eſt, ſe poteſt liberare. 63 **Quid ſi poſt inceptam miſſam recordetur alicuius impedimenti.** **De peccato mortali.**

SI autem ante ſecretã (vt quando fit offertorium) poteſt ſine ſcandalo confiteri (maxime ſi celebrat ſolemniter, & qui cantat Euangelium, vel Epiſtolam eſt ſacerdos Confeſſor) tenetur confi- 64 **V. Ante ſecretam teneatur cõfiteri?**

teri: ſecundum. Siluest. quem cum Archid. refert, & ſequitur Nauar. c.25. nu 76.

Quòd ſi peccatum ita eius cordi adhæreret, vt conteri non poſſit, ait Sot. ſup. in tali caſu, etiam cum grauiſſimo ſcandalo debere Miſſam relinquere.

65 Quid de nō ieiuno excommunicato vel ſuſpenſo &c.

QVæritur. Quid ſi incepta Miſſa, recordatur ſe non eſſe ieiunum, vel eſſe excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, vel irregularem? Reſp. Diſtinguēdo, aut recordatur poſt Conſecrationem, aut ante. Si poſt conſecrationem, nullo modo, vel caſu dictorum, debet dimittere Miſſam, ſed finire: ſecundum S. Tho. & omnes ſup. Si autem ante conſecratiōnem recordatur: De hoc ſunt opiniones. S. Bonauent. enim quem refert, & ſequitur Ang. Eucharistia. 2. num. 6. Silu. eod. nu. 9. Armil. verbo. Miſſa. num. 13. tenent quod poteſt, poſt inchoatam Miſſam, cum cōtritione finire, (ſicut de exiſtenti in mortali diximus) Palud. quē refert Silu. & Armil. ſupra, aliam tenet opinionem. ſ. quod tenetur omnino Miſſam cū ſcandalo omittere. S. Thom. autem ſup. quem refert, & ſequitur Silu. & Armil. ſupra. & Sot. 4. diſt. 13. q. 2. ar. 6. & ferè omnes, tenent quòd ſi ſequatur magnum ſcandalum, procedat cū Miſſa, ſi vero non, omittat. Et hanc dicit tenēdam Silu. & merito. Sed miror quomodo iſti ſancti, graueſque Doctores, non fecerint mētionem vel diſtinctionem de illo, qui notoriè eſt excommunicatus, & denunciatus; & de illo qui ſecretò.

Et ſic cōſideratis omnibus, Ego dicerem: quòd ſi publicè eſt denūciatus, & ille oblitus ſuæ excommunicationis, celebrare cœpit, tenetur Miſſam omittere, etiā ſi magnum ſequatur ſcandalum: quia iam omnes, qui illum vident, ſciūt ſe relinquere Miſſam, propter denunciatam excommunicationem. Si autem non eſt publicè excommunicatus, ſed tantum ipſe ſcit, & oblitus fuerat ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum; non debet dimittere, ſi aliquod ſcandalum eſſet ſequendum.

SEd Quæritur. Quid ſi poſt Miſſam inceptam, recordatur quis ſe nōn eſſe ſacerdotem, quia verè & realiter concipit ſe non eſſe Baptizatum, vel non eſſe Epiſcopum illum, qui eū ordinauit &c. Reſp. Si eſt poſt conſecrationem, tenetur dimittere Miſſam, quocunque ſcandalo non obſtante, fingendo infirmitatem aliquam, vel (ſi poteſt) deponat conſcientiam, & ſic procedat. Ita tenet S. Bonau. quem refert, & ſequitur Angel. Euchariſtia. 2. nu. 7. Silu. eod. q. 9. 66. Quid ſi recordat nō eſſe ſacerdotem.

QVæritur; Vtrum Ceſſantibus his impedimētis, de Iure Diuino, eſſentialibus, facta conſecratione, ſit in hoſtia, & contineatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus? Reſp. (cōtra impios Lutheranos, aliósque inimicos Crucis Chriſti) hanc eſſe veram, Catholicam, & de Fide, determinatam concluſionem: In Euchariſtia, ritè, & rectè conſecrata, eſt verè, & realiter Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſcilicet, Corpus, Anima, & Diuinitas. Infinita (ferè) de hoc, Sanctorum Patrum, ſunt teſtimonia, quæ in vnum congerit Roffenſis lib. 4. contra Oecolampadium. Tonſtalus Groperius, & Graterius. Quod ex D. Luca. 22. Marco. 14. Paulo. 1. Corint. 10. & 11. de Fide eſt diffinitū 67 V. Realiter Chriſt' ſit in hoſtia cōſecrata?

in

in Conc.Epheſino.1,Epiſt.Synodica ad Neſtorium, Lateranenſi ſub Innoc.3.1.c.Conſtantien.Seſſ.8.& nouiſſimè in Tridē. Seſſ.13.c.3.& Can.1.Quod tenet,ſequitur,& defendit Cōmunis omnium ſanctorum, & Doctorum Catholicorū, vt (omiſſis alijs) probat Sot.in 4. diſt.9.q.2.arti.1.& Paulus Gryſaldus (latiſſimè) verbo: Euchariſtia.in princ.

68 V.Chriſtus ſit in qualibet parte hoſtiæ?

Quæritur Vtrum Chriſtus ſit in qualibet parte hoſtię?Reſp. Affirmatiuè,vt habetur. in c.Singuli.cum ſeq.de Conſecr.diſt.2.& de fide determinatur in Conc. Florent.& Trid.Seſſ.13.Can.3.&c.3. & Seſſ.21.cap.1.tenet Communis omnium Catholicorum, quam refert & ſequitur Sot.diſt.10.q.2.ar.7.Nauarr. in prælud.1. Manualis. num.11. Et contraria fuit Neſtorij hæreſis, quam latè reprobat Paulus Gryſal.ſup.nu.12.

69 V. ſeparatione non facta?

Sed Quæritur. An ſit Chriſtus ſub vnaquaque hoſtiæ parte, eius ſeparatione, vel fractione nō facta?Reſpō.Primo,hunc articulū à Concil.Triden. Supra definitum non fuiſſe. Secundo.quod S.Tho. 3.par.q.76.ar.3. quem refert,& ſequitur Sot.diſtin.10.q.1.arti.3.per tex.in c.Vbi pars,& ſimilia.de cōſecr.diſtin.2.ait: eſſe manifeſtum, quod ſic: quamuis alij non concedant,niſi facta ſeparatione.

70 V.ſubſtantia r maneat cū accidētibus.

Quæritur. Vtrum Peracta conſecratione, ſit in Euchariſtia ſubſtantia panis,& vini?Reſp.per vim ſacrorum verborum,ſubſtantiam panis, & vini,tranſubſtantiari in verum corpus, & ſanguinem Chriſti, & ſic tantùm remanēt ibi accidentia,mirabiliter,ſine ſubiecto; ſapor videlicet, color,odor,rotunditas &c. ita S. Tho. & Caiet. 3.par.q.75.ar.2. & eſt omnium catholicorum,communis, fundata, & definita,de fide in c.Firmiter.§. Vna.de ſumma Trinit.& in Conc. Conſtantien. Seſſ.8. & Clementina vnica. de reliq. & vener.ſanct. & poſtea in Conc.Flor.& nouiſſimè in Trid.ſeſſ.13.Can.2.& c.4.& tradit Catechiſ.Rom. pagina.146. Quam communem probat Victoria.nu.74. & latè Sot.4.diſt.9. q.2. art.2.& diſt.10.q.2.ar.1.Reprobata Valdenſ.& Luth. & aliorum hęreticorum contraria ſententia: quā latiſſimè reprobat Paul. Gryſal.verb.Euchariſtia,num.2.* Tractat optimè & defendit Henricus. quodl.9.q.9.

71 V.poſſit quis Euchariſtia ſuſtentari.

Quæritur.Vtrum facta conſecratione,poſſet quis (abſq; miraculo) illis ſpeciebus ſuſtentari? Reſp.quòd ſic. Quia, facta conſecratione, remanent aliquæ panis, & vini proprietates. Gloſ.verbo: Miſcere.in cap.Tribus. de conſec. diſt.2.Vict.nu.62. & 74.Sot.4.diſt. 10.q.2.ar.6.

72 Quanto tēpore duret vel exiſtat Chriſtus ſub ſpeciebus.

Quæritur. Quanto tempore exiſtat Chriſtus realiter in hoſtia cōſecrata? Reſp. De fide eſſe determinatum in Conc. Trid.ſeſſ. 13.Can.4.Chriſtum verè,& realiter, in hoc ſacramēto exiſtere per totum illud temporis ſpatiū, quo ſacramentales ſpecies panis, & vini in rerum natura incorruptæ, in quacunque mundi parte,ſeruatæ, vel non,inueniantur. Gloſ.verbo. In terram.in c. Si per negligentiā. de conſec.diſt.2.probat,ex multis. Sot.4.diſt.10.q.2.arti.8.concl.4.& q.1.arti.6. in concluſione generali Scoti. Quod infinita ferè iſtius ſacramenti,quæ in diuerſis auctoribus habentur, comprobarunt miracula,maximè in Speculo exem-

 plorum.

plorum. Taulerio, Diſcipulo, & alijs.

V. ſpecies ſacramētales in ſtomacum deſcendant.

73 QVæritur. Vtrum ſpecies ſacramentales in ſtomacū deſcendant,& nutriant? Reſpō. quòd ſic. S.Thom.3.par.q.77.arti.5. & 6.in corpore.Glo.Hug.in c. Si quis per ebrietatem. de conſecr.diſtin.2.& alij.Nec tunc Chriſtus propriè rapitur in Cœlum, vnde nunquam deſcendit; eſt enim immobiliter in hoc ſacramento. S.Tho. & alij. ſup.contra Glo.verbo. Miſcere.in c.Tribus.& Gloſ.in c.Non iſte panis, de conſecr.diſt.2. communis, quam refert,& ſequitur Paul Gryſal.verbo.Euchar.num.20. dicens. Hęreticam contrariā.ſ.quod Chriſtus ſit ibi mobiliter.

V. ſubſtantia annihiletur,

74 SEd,cùm dictum ſit panis, & vini ſubſtantiam minimè in hoc ſacramento manere; Quæritur. Vtrum tales ſubſtantiæ annihilentur;vel in aerem, vaporemuè (vt aliqui voluerunt) reſoluantur? Reſp.hac concluſione:Panis,& vini ſubſtantia,nec reſoluitur in aerem,vel vaporē, nec annihilatur, ſed vi ſacrorum verborum, facta cōſecratione,in corpus,& ſanguinem Domini tranſubſtantiantur: (vt dictum eſt) & tradit Victor. nu.61.Sot.4.d.9.q.2.art.3.&, multis citatis auctoribus, tradit Caniſius;de Euchariſtia.c.5.

In quo remaneāt accidentia

75 ITem, Cùm (facta conſecratione) iam non ſit panis vel vini ſubſtantia: Quæritur in quo remaneant, vel ſint accidētia illa panis, & vini? Reſp.ſecundum.S.Thom. & alios, quos refert, & ſequitur Sot.4.diſt.10.q.2.arti.2. quòd omnia accidentia remanent in quantitate dimenſiua panis,& vini,ſicut in ſubiecto, reprobata OKam & aliorum contraria opinione. vide etiam benè per Victoriam, numero 74.

Qua adoratione adoranda Euchariſtia.

76 QVæritur.Qua adoratione ſit ſacra Euchar.adorāda? Reſp. eſſe ab omnibus catholicis receptum, & olim in cap.Firmiter.de ſumma Trinit.& cap.Corpus.c.Sicut eſt.c.Venerabiliter.de conſecr. diſt.2. & hodie in Conc.Trid ſeſſ. 13.c.5.& Can.6.de fide determinatum; Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum interno, externoq; cultu, eſſe adoratione latriæ venerandum, colendum, meritiſſimèque adorandum.S.Thom.S.Bonauent. & omnes ſacri, atque ſcholaſtici Doctores. Ang.Sil.Tabien.Armil. & omnes verbo Adoratio. Victor. nu.67.Grego.Nazian.in Oratione funebri ſororis ſuæ Gorgoniæ. S. Chryſoſt.hom.24.in 1.Epiſtol. ad Corint.Aug.in Pſal.88.& Pſal.21. S.Ambr.lib.3. de Spiritu ſancto.c. 12.& alij.quos refert Paul.Gryſal. de Euchar.num.23.contra impijſſimam Luth.hæreſim, adorationē negantem.

Quid ſi ſacerdos prius calicem conſecraſſet.

77 QVæritur. Vtrum fieret conſecratio,ſi ſacerdos prius conſecraret calicem, deinde Hoſtiā? Reſpond. quòd licèt grauiſſimum committeret ſacrilegium; conſecratio tamen teneret. Sot.diſt.11. q.2.art.6.

V.hoſtia tantum vel vinum tantū poſſit conſecrari.

78 QVæritur. Vtrum Aliquo caſu, vel neceſſitate,poſſit Calix, ſine hoſtia: vel hoſtia ſine Calice conſecrari? Reſpon.quòd non. Eſſet enim ſacerdos iniurius ſacramento, niſi ambas conſecraſſet,cō ſumpſiſſetque ſacramentales ſpecies.c.Comperimus.de Conſecra. diſt.2.S Thom.& alij.Sot. (maximè.) 4.diſtinct.11. quæſt.2.arti.6. & diſtin.12.quæſt.1.atticu.12.Innocen.3.de Sacrificio Miſſæ.lib.4. capit.

capit.12.& 23. Vbi ait: Vbi non eſt copia vini nullatenus Corpus eſſe conſecrandum.

79 V. vna conſecratio de pēdeat ab alia.

QVæritur. V. Conſecratio vini à panis dependeat conſecratione, ita quod panis nō fiat conſecratio, antequam finiatur cō ſecratio vini? Reſpon. ꝙ licèt olim quidam tenuerint quod ſic, & videatur inferri ex quæſtione proxime dicta: contrarium tamen eſt tenendum, imò nullam illarum conſecrationum, vel formarū, ab alia habere vllam dependentiam, ſed poſſe de facto hoſtiam tātùm, vel vinum conſecrari. probat Sot. 4. diſtin. 11. q. 2. artic. 6. S. Thom. & Communis.

80 Quare nō dicit ſacerdos: Ego cō ſecro, &c.

QVæritur. Quare in hoc ſacramento non dicit ſacerdos: Ego conſecro corpus Chriſti &c. ſicut in alijs dicit: Ego te Baptizo; Ego te abſoluo &c.? Reſpon. quòd licèt hæc ſit grauiſſima quæſtio, inter doctores; quos pro vtraq; parte adducit Sot. 4. di. 11. q. 1. art. 5. Reſolutiuè tamen tenendum eſt cum Inn. & alijs, quos ibi citat; quòd in alijs ſacramentis & in hoc, vſq; ad verba conſecrationis, loquitur ſacerdos in perſona propria, tanquam Chriſti miniſter; At quando profert conſecrationis verba tam panis, quam vini accipit, & induit ſe pſonā Chriſti, & in perſona Chriſti dicit: hoc eſt corpus meum &c. Glo. in c. Timorem. verbo Corpus. de Conſec. di. 2. S. Th. 3. par. q. 78. ar. 1.

81 Quid ſi vino cōſecratio alius liquor miſceatur.

QVæritur. V. Si vino conſecrato, aliud non conſecratū, vel alius liquor miſceatur, fiat totum conſecratum? Reſp. Primo videtur abſolutè, quod ſic; Quia ſi quis aquæ benedictæ non benedictam, maximè ſi benedictæ maior eſt quantitas, admiſceat; tota fit benedicta. Idem de Chriſmate, Oleo infirmorum &c. vt ait, dicens cōmunem, Silu. verbo: Aqua benedicta. q. 3.

In hac tamen quæſtione (quæ difficilis eſt) S. Tho. 3. par. q. 77. ar. 8. aliquas ponit propoſitiōes quas formaliter, abſq; aliqua additione aut declaratione, refert Silue. verbo, Euchariſtia. 1. q. 5. Victor. num. 73. Sot. 4. diſtin. 10. quæſtio. 2. arti. 8. Ex quibus omnibus, & ex c. Cū Marthæ. §. Quæſiuiſti. de Celebr. Miſſ. Angel. Euchariſtia. 1. nu. 38. Silueſt. Aqua benedicta. q. 3. Inno. III. de Sacro altaris myſterio. Nauarr. cap. 22. num. 10. Lelio de Zanchis. de priuil. Eccleſiæ. priuileg. 117. num. 6. hoc colligitur primū, Quòd ſi aliquod aliud vinum non Conſecratum addatur Conſecrato, in quacunque quantitate; remanet ibi ſanguis Chriſti. Ratio (aiunt) eſt, quia ſanguis Chriſti eſt intra venas; ideo vinum mixtū ſanguinem non tangit, ſed vndequaque circunfunditur. Hoc tenet Innoc. ſupra vide Sotum declarantem & cum eo tene.

SEcundum. Si duo Calices eſſent vino conſecrato pleni, ſiue vtrunq; vinum ſpiſſum eſſet, ſiue ſubtiliſſimum; ſiue earundem ſiue diuerſarum qualitatum; ſiue vtrunque eſſet in magna quantitate, ſiue alterum in magna & alterum in tenuiſſima; & ambo miſcerentur; Sot. ſupra. verſic. Adhæc vero. indicat ſemper ibi eſſe ſanguinem Chriſti. 82

SI autem gutta vna, Decem, vel viginti, vini conſecrati, in dolio vini nō conſecrati mittanť; Palud. 4. diſt. 12. quæſtio. 5. iudicat ridiculum dicere, illic manere ſanguinem Chriſti, Alioqui (ait) 83

vinum

uinum dolij, nō poſſet profanè portari, vel in vſus conſumi. Sotus autem. ſupra. dicto verſiculo, Adhæc vero, contrarium tenet in hæc verba; Quare etiam ſi gutta ſpecierū conſecratarum, infundatur dolio vini; dicendum eſt illic manere Sanguinem: quia licèt illa per ſe diuiſa non poſſet ſeruare vinum, ſeruat tamen dùm particulæ cum reliquo vino cōtinuātur. Sed quia non poteſt percipi vbi ſit illa gutta; imò quamuis eſſent quatuor, vel decem, non eſſent perceptibiles: nullum eſſet periculum, vinū bibere, hæc Sotus.

84 V. Papa poſſit diſpenſare vt corpus tantū conſecret.

Qværitur. An in partibus vbi vinum inueniri non poteſt, poſſit Papa diſpenſare, quod conſecretur tātūm corpus? Reſp. quòd ſumma Piſana, & Angel. Euchariſtia. 1. num. 20. tenent quòd ſic. Armil. autem eod. verbo. nu. 10. ait: determinatum fuiſſe. & conſultum Alexandro Papæ vltimo: non poſſe. Quod credo verū, ne ſacrificium remaneret imperfectum, vt habetur in ca. Comperimus. de conſec. diſt. 2. & probat latè Silu. Euchariſtia. 1. q. 6.

85 V. vinū, & aqua tranſeāt in ſanguinē Chriſti.

Qværitur V. Aqua, & vinum tranſeant, vel tranſubſtantietur in ſanguinē Chriſti? Reſp. quòd licèt Glo. in c. Non oportet. de conſec. diſt. 2. & alij tenuerint: quòd aqua cōuertitur in aquam: vel humorem aquaticum corporis Chriſti, & vinum in Sanguinem; Contrarium eſt tenendū cum S. Tho. 3. par. q. 74. ar. 8. in corpore, ex Inno. III. quòd aqua conuertitur in vinū, & vinum in Sanguinem. Et ita, hæc propoſitio eſt falſa, vinum, & aqua tranſeunt in Sanguinem Chriſti. hæc autem eſt vera: Aqua cum vino tranſeūt in Sanguinē Chriſti. c. Cum Marthæ. §. Quæſiuiſti. cum Gl. verbo. Cum vino. de Celebr. Miſſ.

86 Quid ſi tridùo paſſionis quis cōſecraſſet.

Qværitur. V. Si quis Apoſtolorum conſecraret in tridud paſſionis, (quo triduo corpus Chriſti erat mortuum) & communicaſſet; illud corpus poſſet animam ſumentis viuificare? Reſp. ſecundum. S. Th. 3. par. q. 76. ar. 1. ad primū quòd ſic, quia corpus, licèt mortuum; minime fuit à perſona verbi, & Diuinitate ſeparatum, ideo potuit viuificare. Glo. c. Timorem. verbo. Corpus. de conſec. diſt. 2. & alij.

87 De Sacro cadente in terra?

Qværitur. V. Sacramento cadēte in terram, cadat etiā Corpus, vel Sanguis Chriſti? Reſpon. quòd ſic, text. in c. Si per negligentiam. vbi Gloſ. verbo. In terram. de Confec. diſt. 2. * Qui text. eſt. Canon. 37. pœnitentialis, in quo habetur, quòd ſi ſtilla ſanguinis cadat ſuper terrā, vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, pœniteat 40. diebus &c.

88 Ex quo generenē vermes in Euchariſtia.

Qværitur, Ex quo generentur vermes illi, qui aliquando in Euchariſtia inueniūtur? Reſp. plures in hoc eſſe opiniones, Prima ait, ex aere circunſtante Euchariſtiam, & humiditate generari, non autem ex ſpeciebus conſecratis; & hæc eſt falſa.

Secūda opinio, quam tenet Innoc. III. de Sacro Altaris myſterio lib. 4. c. 11. & ſequitur Alexan. de Ales. 4. par. q. 40. membro. 2. arti. 4. eſt, quòd quando per corruptionē fit generatio vermis, reuertit tunc ſubſtātia panis, & vini, ex quibus, illæ pullularēt generationes. Hāc opinionem dicit S. Bonauen. in 4. diſt. 12. artic. 2. q. 1. probabilem, & ſecuram; maximè propter tanti

Summi

Summi Pontifi. auctoritatem. Sed communis opinio, quam refert, & ſequitur Sot. infra, illam condemnat.

Tertia, & communis ſententia eſt, quod in illo inſtanti corruptionis, creatur, non quidem ſubſtantia panis, ac vini, ſed materia, in quam inducitur forma vermis, etiam per primum ſui eſſe quia illud eſt primum non eſſe ſpecierũ panis, & vini. Et hæc eſt opinio probabilis, quam D.Tho. & Sot. 4. diſt. 10. q. 2. ar. 5. dicunt poſſe ſuſtineri, & merito.

Nihilominus tamen (ait Sot. ſupra) non obſtante quod hæc tertia opinio communis ſit, & probabilis; D.Tho. quartum inducit modum, ſecundam ſubijciens concluſionẽ videlicet: Generatio illa nec fit ex aere, qui circumſtat, nec ex pane, qui reuertitur, nec ex materia, quæ creatur, ſed ex quantitate quæ illic habet, vt ſit primum ſubiectum ſubſequentium formarum. Hanc opinionem (reiecta alia Caietani) declarat Sot. ſupra, & finaliter ait, eſſe quaſi eandem cum communi.

DE VSU, ET ADMINIſtratione Euchariſtiæ.

QVi Vſus, inter adminiſtrantem verſatur, & ſuſcientem.

QVO AD ADMINIſtrationem.

89 QVæritur. Quis poſſit hoc Sacramentum, alijs adminiſtrare? Reſp. quod quemadmodum Euchariſtiæ Sacramentũ adminiſtrare competit ex officio Sacerdoti, vt dictum eſt ſupra, & habetur in cap. Peruenit. de Conſec. diſt. 2. ſic Diacono conuenit ex commiſſione, in ſequentibus caſibus.

Quis poſſit hoc ſacramento miniſtrare alijs.

Primo. Quando adeſt Sacerdos, ſed quia alijs exercitijs occupatus non poteſt; tunc præcipit Diacono, vt adminiſtret.

Diaconus quã poſſit?

Secundo. Quando vrget neceſſitas, aliquem communicandi; & non eſt ſacerdos. Ita habet text. & ibi Glo. in c. Diacono. 93. diſt. & c. Præſente ead. diſt. S.Thom. 4. diſt. 13. q. 1. ar. 3. & ibi Palud. & Caiet. in Summa, verbo. Communio Sacramentalis. ca. De miniſtro Communionis. Armil. verbo. Communio. num. 21. & alij. Durand. quem refert, & ſequitur Victoria. nu. 89. Inſtituta Canonica. lib. 2. de Euch. §. ſed nec vbi Glo. ait: quod neceſſitas erit, ſi ſacerdos nõ poſſet ſufficere, ad communicãdum tot homines, tunc poterit illud Diacono committere. Sanguinem autẽ miniſtrare, ex officio competit Diacono: Corpus autem ex commiſſione, vel neceſſitate. Sot. 4. d. 13. q. 1. ar. 3. vbi concluſione. 3. reddit rationem differentiæ.

Quid de ſanguine.

90 QVæritur. An tempore neceſſitatis, vel peſtis poſſit laicus Catholicus Euchariſtiã miniſtrare infirmo? Reſpon. quod quamuis Gloſſ. verbo. Per ſemetipſum. in c. Peruenit. de Conſe. diſt. 2. & alia. in c. cœpit. 24. q. 1. Henricus Boic, (vt ait Silu. infra.) teneat quod ſic: Contrarium videtur verius, cũ S.Th. Palud. & alijs, quos refert, & ſequitur Silue. verbo Euchariſtia. 3. q. 5. & tenendum, quia contrarium alienum eſt ab vſu, & conſuetudine.

V. Laicus poſſit tpe neceſſitatis

ACcedentes autẽ ad hoc Sacramẽtũ ſuſcipiẽdũ, in duplici sũt differẽtia, aut ſacerdos, aut nõ. 91

DE

DE SACERDOTE Ergo.

92 Sacerdos quoties teneatur celebrare.

QVæritur. Quoties teneatur ſacerdos celebrare,& conſequẽter hoc Sacramentum ſumere? Reſp.diſtinguẽdo, aut eſt ſimplex ſacerdos, aut beneficium habens. Si ſimplex: tenetur ad minus,ſub peccato, ter in anno celebrare; in die, ſ. Natalis Domini, Reſurrectionis,& Pentecoſtes,S.Tho.3.p. q.82.art.10.Ricar.4. diſt. 13.art.2. Reſoluit optime, ex S. Bonau.Palud.& alijs,Ange.verbo.Miſſa.nu. 43.Silu.Miſſa.1.q.7.verſ.4. Armil. verbo Communio nu 14. Naua.c. 25.nu.88. Sot.4.diſt.13.q.1.art.10. licet alij contrarium teneant.* Ratio ſupradictæ ſententię confirmatur ex eo quòd in ca.Sæculares.cũ Glo.ibid.& in ca. omnis homo.cũ alijs.de Conſecratione. diſt.2.dicitur non eſſe Catholicos, nec inter Catholicos numerãdos, qui dictis tribus feſtiuitatibus non communicauerint.

93 Omiſſio V.mortale peccatum?

QVæritur.An erit mortale, illis diebus, cauſa iuſta non excuſante,non celebrare? Doctores ſupra in affirmatiuam partem inclinant,cum S.Th.per text.in c.Dolẽtes. de celebra. Miſſarum. * Quæ opinio poteſt etiam fundari in Canon 8.SS.Apoſto.Qui talis eſt: Si quis Epiſcopus, aut Presbyter,aut Diaconus, aut quicunq; ex Sacerdotali conſortio, oblatione facta, non communicauerit, cauſam dicito.Et ſi bona ratione ſubnixa ſit, veniam promeretor.Sin minus dixerit, à communione excluditor, tanquam qui populo autor offenſionis fuerit,mota contra eum ſuſpitione, qui obtulit. Ecce ergo, qualibet reputabatur graue crimẽ in ſacerdote, non communicare tempore debito.

SI autem Sacerdos Beneficiatus ſit; tenetur celebrare quoties inſtitutio capellaniæ,vel beneficij uel conſuetudo talis Eccleſiæ, ad id obligat.Doctores ſupra. maximè reſoluit Nauar.c.25.num.134. Vbi uide qualiter, & ubi teneatur Capellanus celebrare. 94 Beneficiatus quoties teneat?

NOn ſacerdotes uerò,ſunt omnes alij utriuſq; ſexus Chriſti fideles, qui hoc Sacramentum accipere tenentur.c.Omnis. de pę nit.& remiſ. 95

SEd Quæritur. Quo Iure,& tẽpore ad id vnuſquiſque teneatur? Reſp.Communis,cum S. Th.quem refert,& ſequitur. Sot. 4.diſt.12.q.2.ar.11.teneri,ex præcepto Diuino. Ioan.6.ſemel,ad minus,in vita communicare.Et quia præceptum affirmatiuuum eſt; obligat ſuo tempore, ſ. neceſſitatis.ideſt,in articulo mortis; ita,ex Duran.Palu.& alijs,reſoluit,Vict. nu.86.Sot.3.diſt.8.q.vnica ar.3.& diſt.12.q.1.art.11.Ange. Euchariſtia.3. in principio. Armil.eodem Caiet. verbo. communio. verſicu. Vtrum autem. Catech. Rom.pag. 375.Nauar.c.21.nu.57.Barto.Medina in Summa. lib.1.c.14.§.verſi. La quarta. 96 Quo iure, & tpe teneantur fideles communicare.

IVre autem Pontificio attento, ſimilis datur concluſio, ſicut de Confeſſione,ex c. Omnis.de pœniten.& remiſ.Quæ ſic habet: omnes vtriuſq; ſexus Chriſti fideles, poſtquam ad vſum debitum rationis peruenerint; tenẽtur ſemel in anno,in Paſchate, Euchariſtiæ,Sacramentum ſumere. Qui mos Sanctiſſimus,à Conc.Trid.Seſſ.13.Canon.6.& Seſ.21.c.4.nouiter approbatur,& præcipitur. Catech. Ro. 97 Cõio quando obliget iure canonico?

pagina

pagina 265. reſoluit Nauarr. c.21. nu.45. & infra. & omnes.

98 *Qui excuſentur à cõmunione.*

EX qua concluſione, & regula, tres dantur exceptiones.

Prima. quòd nõ obligantur hoc præcepto illi, qui vſum rationis requiſitum non habent. dicto capitul. Omnis, ibi: Poſtquam ad annos &c.

Secunda. Qui eò, quòd nauigatione longa, vel alio iuſto impedimento detenti, non communicarunt; tali præcepto, pro tunc non adſtringuntur.

Tertia. Ex confeſſoris conſilio, ob iuſtam cauſam, non communicans, non frangit præceptum. tex. in dicto ca. Omnis. Nec erres cum illis qui putabant iuſtam cauſam eſſe in peccato eſſe, quia eſt iniuſtiſſima, & quam poteſt quilibet dimittere.

99 *Qñ pueri dicant habere vſum rationis.*

QVæritur. Quo ad primam; quando pueri dicantur habere vſum rationis ad cõmunicandum? Reſp. hoc relinqui Confeſſoris arbitrio, ſimulq; illorum, qui pueri curam habent, vt ſunt parẽtes, tutores, Domini &c. ſecundum morem, atque conſuetudinem Regionis. Nauar. cap. 21. nume. 57. Armil. verbo. Communio. num. 3. Caieta. eodem. verbo. Catech. Rom. pag. 278. & melius Bart. Medin. Summa libro 1. cap. 14. §. 42.

100 *Quid de excõicato.*

QVo ad ſecundam. Qui eſt Excõmunicatus, ſuſpenſus vel interdictus à communione; nequit abſolui, vel alio iuſto titulo impeditur; non peccat non communicãdo: dummodo in animo habeat velle cõicare. Nauarr. c. 21. nu. 45.

101 QVo ad Tertiam, Clarũ eſt cõionẽ, ipſi' iuris auctoritate, à cõfeſſore, iuſta de cã poſſe differri.

PRo quo præcepto, circa tempus, Nota, quod quamuis in d.c. Omnis vtriuſq; de Pœniten. & remiſ. dicatur; communionem faciendam eſſe in Paſchate, & Silueſt. verbo Euchariſtia. 3. q. 17. nõ aduertens, dicat quod poteſt adimpleri à die Iouis Sancti, & ignorauerit Abb. & D. Antonin. Contrarium eſt tenendum, imo tale præceptum adimpleri, communicando à Dominica in Ramis Palmarum incluſiuè, vſque ad Dominicam in Albis, etiam incluſiuè, per Extrauagan Eugenij IIII. quã ponit Doctor Beneuentanus in ſuo libro de caſibus, quem Ego vidi, & refert Nauarr. c. 21. nu. 45. Sot. & Bart. Med. ſupra. & alij. 102

Cõio qñ fieri poſſit vt pcepto ſatis fiat.

DE PRÆPARAtione ad Euchariſtiam.

QVæritur. Quæ præparatio requiratur ad ſumptionẽ huius ſacramenti? Reſp. quòd licèt vterque eundem Dominũ in hoc Sacramento ſumat. ſ. ſacerdos celebrans, & laicus communicans: maior tamen (proculdubio) puritas, atque præparatio in Sacerdote celebrante, quàm in laico communicante, requiritur; vt notum eſt. 103

Quæ pparatio neceſſaria.

VTrique tamen ſummoperè hæc Prima eſt neceſſaria præparatio, vt (ſecundum Apoſtoli ſententiam. 1. Corint. c. 11.) Probet ſeipſum homo, ideſt quòd nullum in ſe inueniat mortale peccatum; quod non fuerit legitimè cõfeſſus. Et hæc eſt de eſſentia: videlicet, quòd credat vnuſquiſq; de ſe moraliter, eſſe in gratia Dei. Alioquin contrariam admittens conſcientiam, & cum illa communi- 104

Præparatio eſſentialis quæ.

cans, peccaret mortaliter, Concil. Trid. Seſſ. 13. per totam. Sot. 4. diſt. 12. q. 2. art. 4. verſic. Sed de neceſſaria. Nauar. c. 21. nu. 46. Catech. Roma. pag. 274. Bar. Med. in Summa. lib. 1. c. 14. §. Petrus Soto de Euch. lectione 12.

105 QVI ergo ſic abſq; mortali peccato ſe purũ inuenerit, poterit (regulariter loquendo, & in rigore) communicare quotidiè, per annum, vel annos integros, abſq; cõfeſſione, abſque peccato mortali: vt ex S. Tho. reſoluit Sot. in 4. diſt. 12. q. 1. arti. 17. verſiculo. Sequitur ergo.

106 SEcunda Præparatio (licèt non eſſentialis) eſt, quod confiteatur peccata venialia, ob maiorem maiorem puritatem, & perfectionem. Quod tantùm, eſt de conſilio & bene eſſe. Concil. Trid. & communis (vt diximus ſupra. de confeſſione) & tradit Sot. 4. diſt. 12. q. 2. arti. 4. verſic. Reſtat ergo. Quod ſignificatum fuit in lotione pedũ Apoſtolorum; nam cùm (vt ipſa veritas teſtatur) mundi eſſent, etiã voluit Dominus, eorum pedes eſſe lauandos, vt declararet omnem diligentiam adhibendam eſſe, nè quid nobis, ad ſummam animi integritatem, & innocentiam deſit, cùm Sacra myſteria percepturi ſumus. Catech. pag. 272.

Confiteri venialia. V. neceſſariũ.

107 QVæritur. Quare ergo non eſt neceſſarium venialia confiteri? Reſp. Quia venialia peccata, etiam infinita, non priuant gratia Dei. vt communis teſtatur.

Et quare non.

Quid ergo cauſat, operaturuè peccatum veniale in communicãte in illo? Reſp. Impedit dulcedinem, & guſtum ſpiritualem. Ang. Euchariſtia. 4. nu. 4. Silu. eod. in fine Sot. diſt. 12. q. 2. art. 4. Ludouicus Gran. & Tho. Kempis. 4. lib. & omnes.

Quid operatur ueniale peccatum in cõicante.

QVæritur. An ſit veniale peccatum, in illo, communicare? Ioan. Maior. 4. di. 9. q. 1. dicit quòd non: cum quo videtur inclinare Sot. ſup. Sed an communicare in veniali, impediat augmentum gratiæ? S. Tho. quem refert, & ſequitur Victor. nu. 76. ait quòd non. 108

V. ſit peccatũ veniale cõmunicare in illo.

TErtia Præparatio, quòd habeat actualem deuotionem, & affectũ, ideſt quòd habeat animum vniendi ſe Deo, vinculo charitatis, & nõ aliuiñ finem primarium, licèt ſecundario, poſſit communicare, ob aliquam gratiã obtinendam, tẽtationẽ vincendã &c. Et qualiter intelligatur hæc vnio: vide Sot. ſupra. 109

V. Impediat augmẽtum.

Actualis deuotio V neceſſaria.

QVarta. Quòd ſit ieiunus, ieiunio naturæ. i. quòd à media nocte nihil cibi, potus, ſirupi, medicinæ, conſeruæ, vel alterius rei ſumpſerit. Ang. Silu. Armil. Gabriel. Victoria. Sot. & omnes ſupra; maximè Caieta. verbo Communio ſacramentalis. Catech. Rom. pag 274. Nauar. c. 21. nu. 53. Medina ſupra. * Quia alias eſſet periculum vomitus, ſi ieiunus non celebraſſet: & tũc, per Cano. 38. pœnitentialem, ſtatuitur pœnitentia his verbis: Si quis euomit Euchariſtiam propter ebrietatem & voracitatem, ſi laicus, pęniteat. 40. diebus. Si Clericus, vel Monachus, vel presbyter vel diaconus, pœniteat. 70. diebus. Si Epiſcopus, pœniteat. 90. diebus. Et debet euomitura comburi, & iuxta altare collocari. Si vero cauſa infirmitatis euomuerit. 7. diebus pœniteat. tex. in c. ſi quis per ebrietatem. de conſec. diſt. 2.

Ieiun⁹ debet communicare.

Quinta

110 **Reſolutio multorum dubiorum de cõ ione.**

QVinta.Pollutio inuoluntaria, in ſomno vel Vigilia,licet ex aliqua veniali cauſa proceſſerit;copula coniugalis; (ſi nul lum ibi fuit mortale commiſſum) copula vel pollutio mortalis, facta pœnitentia,ante.24.horas;pur gatio menſtrui: non dormiuiſſe per totam noctem:non habere ſto machum benè præparatum , & di geſtum; ſumpſiſſe aquam in ore , ad lauandum, etiam ſi guttula ali qua in ſtomachum deſcenderit, deglutiiſſe ſputum , vel reliquias inter dentes re manentes ; non lauiſſe faciem , & manus ; cœnaſſe ante mediam noctem;non habere veſtes mundas,vel pretioſas: hæc omnia,in rigore , communionem non impediunt, licèt de conſilio, erit melius illa die in Sex primis caſibus abſtinere ; in alijs, autem, abſque vllo ſcrupulo communicare,vel celebrare . Vt colligitur ex varijs Doctoribus maximè Silue. verbo Euchariſtia.q.10.Caiet.verbo.Communio Sacramentalis,Nauar.in diuerſis locis.maxime. cap. 21.nu.53.Summiſt.verbo Euchariſtia,Communio,& Miſſa.

111 **Celebrare ante Matu tinũ V. ſit mortale peccatum?**

PRæter omnia ſupra dicta,quæ omnibus ſunt communia, Sacerdos celebraturus , ſecundum Veruec.& communem opinionẽ, quam refert, & ſequitur Silu. verbo.Miſſa.q.6.Armil.eod. verbo. n. 3.Nauar.c.35.nu.83. tenetur , ſub mortali peccato,prius dicere Matutinum.Et confirmatur hæc opinio quia idipſum Sacerdotibus in Miſſali nouo Romano præcipitur licèt alij tenuerint non eſſe mortale.Excuſabitur autem à mortali,ſi celebret, occurrente aliqua repentina neceſſitate,ad vitandum graue aliquod damnum , aut ſcandalum Doctores . ſupra.

PEccabit etiam mortaliter,ſi celebret ſine debitis, & ſolitis Sacris veſtimentis,data opera, vel ex magna negligentia . Si autem , inaduertenter , erit veniale.Ange. verbo.Miſſa.nu.37.Silue. Miſſa. 1.q.2. Caieta.verbo.Miſſę celebratio.reſoluit late Nauar.c.25. num. 84.de quo vide Concil. Trid. Seſſ. 22.cap.5. 112 **Celebrare debet ſacerdos cũ debitis ornamentis.**

REprenſibile etiam illud peccatum eſt, (quod Caiet.verbo , Miſſæ celebratio ; crimen val de intolerabile appellat) illorum Sacerdotũ,qui (miſerabile dictu) in corporalibus , & purificatorijs celebrant;quæ magis Culinæ panni,quam menſæ Domini palia, veſtimentaq; videntur . Quod tunc erit mortale peccatum , cùm in illis celebrare, ſcandalum generaret.vide tex.in c.Relinqui.de Cuſtod.Eucha. &c.Quod præcipitur 14.q.1.Ang.Miſſ.nu.37.in fin.Silu. Miſſa.1.nu.2.Armil.verbo. Corporalia.nu. 2. 113 **Corporaliũ & purificatoriorum immũditia.**

ET quod peius eſt (ſalua pace bonorum dixerim) quòd videtur ſignum impuræ mentis , in illis,qui talia agunt, ſecundum D. Bernardum & Glo. fina.in ca.2. de Cuſtodia Euchariſtiæ. Quod eſt maxime dolendum his temporibus cùm vnaquæq; Eccleſia , licèt pauper ſit,habeat tamen Calicem Argenteum, & etiam deauratum. De quo Bonifacius Martyr Epiſcopus lamentabatur in quadam reſponſione dicens: Quondàm Sacerdotes aurei ligneis Calicibus vtebantur,nunc è contra,lignei ſacerdotes aureis vtũtur Calicibus: quod dictum habetur in Concil. Triburicenſi.c.18. & refertur in c. Vaſa.de Conſ.diſt.1. * Vltra ſupra dicta 114 **Signũ impuræ mentis eſt , in immundis celebrare .** 115

deſiderando charitatis zelo ſe vnire Chriſto, ſacramentaliter communicando; ſi, ſibi copia daretur. Et de hac communione, loquitur tex. Diui Augu. in c. Vt quid pars. Glo. de conſec. diſt. 2.

130 *Tertio vtroque.* TErtio Modo, ſacramētaliter, & ſpiritualiter ſimul; vt cũ quis digne cõicat; ille.n. ſacramentum recipit, & rem ſacramenti.i. gratiam. De qua communione, intelligitur illud Ioan. 6. qui manducat hunc panem, viuet in æternũ.

131 *Aĩal quo mõ mãducet Euchariſtiam?* QVæritur. Quando Mus, vel aliud animal comedit Euchariſtiam, vel cõſecratam hoſtiã, quali ex tribus modis dictis ſumitur? Reſp. quòd illorum nullo, ſed alio quarto modo, quem Scotus & alij, quos refert Sotus, ſupra poſuerunt, haud ineptè, meo iudicio, ſed acutiſſime, videlicet realiter tantùm, id eſt, quòd verè, & realiter ſumit corpus Chriſti, ſub illis contentum ſpeciebus, abſq; vlla alia conſideratione, vel diſtinctione ab alijs cibis; cùm ſit irrationale animal. Eodē modo ſumeret infidelis, qui ob vili pendium, Euchariſtiæ Sacramentum, inter alios communes ſumeret cibos. * De pœnitentia illius ob cuius culpam vel negligentiam Mus, vel aliud animal ſacramentum corrodit Euchariſtiæ, vide Canon. 39. pœnitentialem.

132 *In quo differãt tres illi modi cõicandi?* HI autem tres communicandi modi, in hoc differunt inter ſe, ſcilicet quòd prima Communio nunquam licet, etiam ob vitandam mortem, videlicet, in peccato mortali communicare. Secunda licet, quacunq; hora, & momento. Tertia licet quotieſcunq; id confeſſor doctus, & ſpiritualis iudicauerit expedire: vt infra dicemus.

DE primo modo cõicandi. ſ. in peccato mortali, Quæritur. An ſic cõicare ſit grauiſſimum omnium peccatorum? Sotus in 4. diſt. 12. q. 1. ar. 5. ſequutus S. Thomam, quaſdam ponit concluſiones, quibus ad quæſitum reſpondet. 133 *De cõicãte in peccato mortali.*

PRima Concluſio. Compertum eſt apud omnes, Sacramētum Euchariſtiæ in peccato mortali ſuſcipientem grauiſſimum ſacrilegium committere. 134

SEcundo Concluſio: In ſummo grauitatis gradu, collocātur illa peccata, quę ſunt cōtra Diuinitatē, vel in ſe, vel in Chriſto. In ſecundo ea, quæ committuntur contra eius humanitatem, & in tertio ſacrilegia, quæ fiunt contra eius ſacraméta, & in quarto illa, q̃ cōmittunt, aduerſus reliquas creaturas. 135 *Peccatorũ grauitas qualiter cõſideranda.*

Probatur. Per ſe peccatũ eo eſt grauius, quo eſt eius obiectũ excellentius: & inter ſupernaturalia, ſummum eſt Diuinitas, mox Chriſtus, ſecundum humanitatem; ac tertio eius ſacramenta.

TErtia Concluſio. Circa quæſitum: Peccatum indignè communicātium, per accidens, recipit magis, & minus. Probatur, nam ex parte peccātis grauius peccat, qui ex malitia peccat, quã qui ex paſſione, & minus ille, qui ex ignorãtia. Ergo, ſi exiſtens in mortali, ex contemptu communicat, grauius peccat, quam qui ex timore facit, ne in crimine deprehendatur. 136 *Tres modi peccandi.*

QVarta. Ex his, (quã quæſito reſpondetur) talis datur Cõcluſio. Peccatum ſumendi Euchariſtiam in mortali, eſt alijs pluribus grauius, ſecundum ſuam ſpeciem, non tamen omnium grauiſſimum. 137

De

138 Cõicare q̃ frequẽter liceat? DE Tertia, videlicet digna ſum ptione. Quæritur. Vtrum liceat frequenter, vel quàm frequẽter liceat ſacerdoti celebrare, vel alijs communicare? Pro cuius reſolutione; prima ſit, in hunc modũ Concluſio.

139 OMnis peccato mortali carẽs; poterit quotidie, abſq; mortali peccato, celebrare, aut cõmunicare. Communis.

Cum venialibus; autẽ, uel alia leui irreuerentia, uel indecentia, uel ſine oratione, & perfecta præparatione celebrare, uel communicare, regulariter erit ueniale, & ſæpe nullum; quia uenialia peccata non priuant gratia, ſed aliquo modo charitatis feruor frigeſcit, ſecundum communem, & Conc. Trid. (ut ſupra diximus.)

140 Cõicãs facit rẽ Deo gratiſſimã. SEcunda Concluſio. Qui digne celebrat, uel communicat facit actũ quendam, Fideique profeſſionem; qui actus, & profeſſio, (cum ſit ex diametro contra impios Lutheranos, alioſq; inimicos Crucis Chriſti Sacroſanctũ Eucharistiæ Sacramentum impudico uultu, oreque ſacrilego negantes) eſt obſequium proculdubio Deo gratiſſimum maxime cùm illi Sacrificium illud à ſacerdote offertur, quod omnibus alijs longe eſt præſtantius, ut in quamplurimis habetur Concilijs, Trid. maximè. Seſſ. 13. per totam & Seſſ. 22. de ſacrificio Miſſæ. & diximus ſupra, in principio huius materiæ.

141 Quotidie communicare meli'. TErtia Concluſio. De ſe, (regulariter loquendo) melius eſt ob amorem filialem, ad Euchariſtiam accedere, quam propter timorem, etiam reuerentialem, & filialem a communione abſtinere. Quod (exemplificando in Zacheo qui ob amorem, hilari animo, in domum ſuam Dominum recepit: & in Centurione, qui timore, reuerentiaque ductus ipſum recuſabat) tradit D. Augu. & habetur in c. Quotidie. de conſecra. diſtin. 2. S. Thom. & multi alij Sancti, & omnes Doctores. Vide Silue. Euchariſtia. 3. q. 9. Nauar. ca. 21. num. final. Et de hac materia uide (ſi eos poteris habere) duos auctores, qui abunde ſatis eam tractãt pro utraque parte. Ioannem, uidelicet, Heſterlienſem, de ſacrificio Miſſæ, & Doctorem Madrid. Societatis Ieſu, in libro de frequenti uſu Euchariſtiæ.

PRo cuius maiori intelligẽtia, & notitia, Nota quod in Eccleſia Catholica diuerſis temporibus diuerſa eſt ſeruata communicandi conſuetudo. Primo enim naſcentis Eccleſiæ exordio omnes fideles quotidiè communicabant: ut patet ex Actibus Apoſtolorum, & tradunt Summiſtæ, maximè. Sotus. 4. diſt. 12. q. 1. art. 20. & Nauar. c. 21. nume. fin. licèt tex. ille quem ad hoc citat, non probat clare. 142 Primitiuæ Eccleſiæ cõmunio.

CHaritate autem refrigeſcẽte, ceſſauit mos iſte ſanctiſſimus, qui tot uiros, ac mulieres Virgines, & Martyres Domino conſecrauit. In cuius communionis quotidianæ locum, oſculum ſucceſſit pacis; quod quotidie in Miſſa datur, ut ex D. Dyoniſio, & Iodoco, tradit Sotus ſupra. 143 Oſculũ pacis in Miſſa quid ſignificet?

HVic primitiuæ Eccleſiæ fœlicißimo tempori alterum ſucceßit tempus, quo omnes fideles omni Dominica communicabant, ut ex D. Auguſtino probat Sotus. ſupra. 144 Cõio Octauo quoq; die.

Cui conſuetudini, & communioni (cùm ob hominum negligẽ- Panis benedictus,

 tiam,

Quid ſignificat. tiam atque malitiam ceſſare (ſucceſſit in Eccleſia panis ille benedictus; qui diebus Dominicis, per ſingulas parochias benedicetur, omnibusq; reuerenter diſtribuitur. vt ex Thoma Vualden. probat Sot. ſupra. Ad quam Cõmunionem, octauo quoque die faciendam, alludit illa ſaluberrima D. Aug. exhortatio. in c. Quotidie, de Conſec. diſt. 2. & inſinuat ad Ianuarium, Epiſtola. 102. & habetur c. Illa autem 12. diſtin.

145 Præceptũ de triplici cõ.one in anno non oĩno abolitum. CVm autem fidelium multitudo, ſimul & malitia augeretur; ceſſauit ille omni Dominica communicandi ſanctiſſimus mos. Vnde neceſſarium fuit, vt præceptum de Communicando, ſaltem tribus anni diebus daretur; Paſchate, Natali, & Pentecoſte. Vt habetur. in c. Et ſi non frequentius. cum ſequentibus de Conſec. diſt. 2. Nauar. Sot. & omnes ſupra. Quod pręceptum licèt quo ad Laicos contraria conſuetudine ſublatum ſit: quo ad Sacerdotes tamen durare videtur. vt ſupra. numero 92. diximus.

146 SEneſcente deinde mundo, cùm ſupra modum hominum abundaret iniquitas atque malitia; ita quod dictum ſuauiſſimum præceptum non ſeruabatur; Concilium Lateranenſe, cui affuit Innocentius. III. generaliſſimum edidit pręceptum; vt omnes vtriuſque ſexus Chriſti fideles, ſaltem ſemel in Paſchate, communicarent. Habetur in capit. Omnis de pœniten. & remiſſio. Quod ſuauiſſimum præceptum ab aliquibus negligentia ductis, haud bene ſeruatur. Cõmunio ſemel ĩ anno.

Supra dicta ſunt ad quæ, vnuſquiſq; ex Sancta Matris Eccleſiæ præcepto, quolibet anno obligatur, & vtinam omnes, vt dictum eſt, ſimpliciter Tantæ Matri obtemperarent.

AD quæſtionem autem, quæ tractat de frequentia Communionis, quæ ab vniuſcuiuſque dependet deuotione, & volũtate, Reſpondetur reſolutiue, quòd licèt hucuſque diuerſæ fuerint Doctorum ſententiæ; quibuſdam dicentibus ſanctiſſimum eſſe conſilium, cum animi humilitate, deuotione, atque ſpiritus feruore quotidiè cõmunicare, vt ſentit. S. Augu. & habetur in c. Quotidie. de Conſec. d. 2. S. Io. Chryſo. vt habetur in multis locis. de Conſec. d. 2 S. Th. 3. p. q. 8 1. a. 10. S. Bonau. & alij multi in 4. Summiſtæ, maximè Nauar. c. 21. nu. fin. Sot. 4. diſt. 12. q. 1. a. 10. Alijs autẽ id non libenter concedẽtibus; de quibus opinionibus vide Ioan. Heſterlienſem, Doctorẽ Madrid. & Sotum. ſup. Hodie tamen dictorum Sanctorum, aliorumq; piorum Doctorum ſententia, mirabiliter a Spiritu Sancto, in Conc. Trid. Seſſ. 22. c. 6. laudatur, declaratur, & (ad fidelium Spiritualium conſolationem) ampliatur, in hæc ſanctiſſima verba: Optaret quidẽ ſacroſancta Synodus, vt in ſingulis Miſſis fideles adſtantes non ſolùm ſpirituali affectu, ſed Sacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione, communicarẽt. &c. Quod poſtea Sanctiſſimus Papa Quintus. confirmauit, & præcepit, vt in Catechiſ. Roman. pagina. 275. in fine ſic habetur: Quare Parochi partes erunt, fideles crebrò adhortari, vt quemadmodum corpori in ſingulos dies alimentum ſubminiſtrare neceſſariũ putant, 147 Quotidie cõicare ſanctiſſimũ cõſilium. 148

putant, ita etiam quotidiè hoc Sacramento alendæ, & nutriendę animæ curam non abijciant. &c. Vnde reſoluendum ſine dubio eſt, quod etiam ſi animæ ex frequenti communione fructum alium non eſſent percepturæ: (percipient ſiquidem multos, quos infra dicemus) magnus tamen erit, Dei, totiuſq; Eccleſiæ Catholicæ, ſimulque tam Sancti Pontificis, maximè in re ſic Deo chara, voluntatē facere. * Addo huic materiæ communionis (libentiſſimo animo) deciſionem multorum Canonum antiquorum, quos non cito, vbi habetur coniuges debere abſtinere à debito per tres dies ante communionē, & in quadrageſima &c. tales Canones videlicet, intelligendos eſſe de conſilio, non autem de præcepto; vel dicere poteris Canones illos iam in deſuetudinem abiſſe. quare Confeſſores in Domino moneo, ne animabus perditionis laqueos parent, quod etiam de menſtruatis intelligere debent. vt habetur in capit. fina. diſtinctio. 5.

149 AN autem Parochus teneatur Sacramentum hoc alijs temporibus ab ijs, quibus homines tenentur recipere, adminiſtrare: diximus ſupra, de pœnitentia.

150 **Qua hora poſſit quis communicare.**

QVæritur. Vtrum poſſit quilibet qualibet hora diei, poſt meridiem communicare? Reſp. quòd cùm ſit ieiunus, & contrarium non reperiatur prohibitum, poterit qualibet hora communicare. Ange. Euchariſtia. 3. numero 35. Silueſt. eodem. verbo. quæſtio. 15.

151 **Et ſacerdos celebrare?**

IMo (quod plus eſt) quod ait Nauar. c. 25. nume. 87. poſſe quemlibet ſacerdotem, abſque vllo priuilegio, Miſſam celebrare, etiā poſt meridiem, vſque ad horam Nonam; quæ durat à meridie, vſque ad tres horas poſt meridiem. Quam opinionem, vltra rationes, quas ibi tradit, amplector, quia rationi videtur eſſe conformis.

152 **Quid ſi in ſacramēto appareat caro?**

QVæritur. Quid ſi in Euchariſtia ſpecies appareat Carnis, aut ſanguinis? Reſpon. quòd licèt Victoria. nume. 71. & alij abſolutè dicant, tales ſpecies non eſſe ſumendas: Diſtinguendū tamen eſt cum Sancto Thom. 3. par. quæſtio. 82. artic. 4. Silueſt. Euchariſtia. 3. nume. fin. Armil. Communio. nume. 12. videlicet, quòd aut apparet celebrāti tantùm, aut alicui particulari, vel communicare volenti, aut apparet ſimul omnibus alijs. Si primo caſu; nequaquam ab illo, cui ſic apparet, ſumenda eſt: ſed alicui illorum cui in ipſamet Sacramentali ſpecie apparet: Si autem æqualiter omnibus ſic apparet, & ſic perſeuerat; nulli danda, ſed inter ſacras reliquias collocanda eſt talis hoſtia atq; ſeruanda. Et tunc, ſecundum S. Th. ſup. & in 4. di. 10. ar. 4. tali Sacerdoti conſulendum eſt, vt aliam conſecret hoſtiam, & vinum. licèt contra. S. Th. teneat Ang. Eucha. 3. num. 11. & alij. * Ratio huius eſt, quia quotieſcunq; ſacerdos conſecrat, vel celebrat tenetur ſacrificium perficere communicādo. Vt habetur in c. Comperimus, cum alijs. de Conſec. d. 2. Et in Can. 26. pœnitentiali habetur, qòd qui canit Miſſam, & non communicat, debet vno anno pœnitere, & interim miſſas non cantare; & habetur in cap. Relatum. de Conſecratione. diſt. 5.

153 AN & quando hoc Sacramentum dandum ſit publicis peccatoribus. vide ſupra de ſacramentis in genere. nu. 18.

154 *De aſpiciẽte Euch. in mortali.*

QVæritur, An exiſtens in peccato mortali, peccet mortaliter aſpiciẽdo Euchariſtiã? Reſp. quòd non, ſi cum humilitate, & tremore hoc faciat: Silu. Euchariſtia. 3. q. 14 de Euchariſtia.

155 *Cur miniſter in alijs Sacramen. &c.*

QVæritur, Cur in alijs Sacramentis, quæ Conſecrata materia conſtant, vt Confirmatio Vnctio extrema; Miniſter nõ vtitur, quo ad ſe, tali materia, vt in Euchariſtia: vt Epiſcopus, dum confirmat, non ſeipſum vngit? Reſp. hanc eſſe cauſam, quia aliæ Conſecrationes non ſunt Sacrificia; Euchariſtia, autem eſt ſacramentum & Sacrificium. Sot. diſt. 13. q. 1. ar. 4. in 1. argumento.

156 *V. Aliqñ liceat conſecrare extra Miſſam?*

VTrum Sacerdoti aliquo caſu liceat conſecrare extra Miſſam; vt ad communicandum infirmum, vel ſeipſum in neceſſitate, ſi non eſſet alia hoſtia conſecrata? Ioannes Maior. in 4. diſt. 9. q. 3. ad. 5. dicit quod ſic, etiam in ieiunio tato, & ſine ſolemnitatibus, ſecretò. Quem refert Victoria. nu. 73. Cui fauet Sotus 4. diſt. 12. quæſt. 1. arti. 4. caſu. 1. in hæc verba: Item ſacerdos ipſe iam moriturus, qui non haberet alium, cui confiteretur; poſſet ipſe conſecrare, & ſumere ſacramentum. Contrarium tamen reputat verius Victoria, ſupra, cum Palud. diſt. 9. (& merito quidem) Quia ſic habetur expreſſum in cap. Comperimus, dè Conſecratio. diſtin. 4. & reprobat benè Nauar. cap. 21. num. 53. in fin. ibi: Sed non celebrare &c.

157 *V. Sacer-*

SEd, vtrum liceat aliquando ſacerdoti, extra Miſſam ſeipſum communicare, vt tempore peſtis, vel alia neceſſitate? Reſp. q; ſic ſecundum Caiet. in ſum. verbo: Miniſter Communionis. Armil. verbo: Communio. nu. 8. Sotum, in 4. diſt. 12. q. 1. ar. 4. verſiculo. Primus ergo. Quod eſt valde notabile.

dos poſſit ſe aliqñ communicare extra Miſſam.

VTrum Infirmus Communicatus ſemel, pro viatico, nõ ieiunus ſi poſtea per aliquot dies duret in eadem infirmitate, & periculo mortis, poſſit iterum, non ieiunus, communicare? Reſpon. quòd licèt Barto. Medina. in Summa lib. 1. c. 14. §. 42. aperte neget; mitior tamen, verior atque Eccleſiæ Sanctæ benignitati cõformior videtur opinio Tabien. quam refert, & ſequitur Armill. Communio. num. 18. videlicet quod poſſit. Et ita in facti contingentia iudicauit Illuſtriſſimus Atq; Reuerendiſſimus quidam Archiepiſcopus Hiſpanus, ſimul atq; Doctiſſimus me præſente. 158

V. liceat bis communicare infirmum?

QVæritur. Vtrum Qui ignorãtia ductus, aliquam conſeruam, vel (vt ait Caiet. Communio. verſiculo. Si autem ſciens) nucem muſcatam aliquis, ob reuerentiam, ante Communionẽ ſumpſiſſet; peccet mort.? Reſpon. licèt Caieta. ſupra. abſolute dicat quod non; ponens exemplum in quodã ſacerdote ſic ſumente Euchariſtiã. Ego tamen (ſalua pace) non auderem talem ſacerdotem à mortali excuſare; cùm illa ſit ignorantia craſſiſſima, circa rem, quam ex officio ſcire tenetur; ſecundum omnes. Excuſarem autem ruſticum, vel plebeium indoctum; qui tali laborauerit ignorantia. Facit pro hoc Barr. Medin. in Summa lib. 1. c. 14. §. 42. verſiculo. La ſeconda. 159

V. Sit mortale aliqd ſumere ante communionem.

Pro

160 Nota pro multis dubijs.

PRo reſolutione multorum dubiorum, quæ circa ſumptionē Sacramenti Euchariſtiæ declarantur ab autoribus, ſatis erit ponere quædam formalia verba, quæ Caietan.in Summa, verbo. Miniſter Communionis,in fineq; & Armill. verbo Communio.nu.10.ponunt, ſic dicentes: Aduerte tamen, quod quandocunq; & vbicunque & quibuſcunq; poteſt dari ſacramentum Pœnitentiæ, poteſt etiā dari ſi in articulo mortis ſit, viaticum, quia pro eodem computari decernit Ius de pœniten. & remiſ. quod in te.

161 V. Miniſtro Triremium (Comitre) ſit Euchariſtia miniſtranda?

QVeritur,Nouē.V.Illis,qui in Triremibus, vel Galeris,officium exercent Iuſtitiæ,ſeruos caſtigando (Comitre,& Sotocomitre) poſſit,hac de cauſa,quia videtur illud crudele eſſe exercitium,Euchariſtia concedi,vel nō? Reſp. Nullam eſſe de illis in Iure, vel Doctoribus prohibitionem. Quidam tamen (me præſente)etiā literati,vocabulum ignorātes,conabantur defendere verbum (hiſtrio)in Doctoribus,verbo,Euchariſtia, poſitum; de illis debere intelligi. Contra quos, vocabulum exponens,aliqua Ego feci argumēta;quibus, non ſolum coacti ſunt dicere, Euchariſtiam Sacratiſſimam non eſſe talibus (Comitre, & Sotocomitre) negandam; imo illos, & talia officia iuſtè (vt par eſt,)exercentes,ſummopere poſſe (maximè, cum bellum contra inimicos s. Fidei committitur) mereri. Hiſtrionibus autem; quia infames ſunt; dum officium illud repræſentandi res turpes, & obſcenas non omittunt, Sanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum (merito)negatur, vt ait Angel. Sylueſt. Armill.& omnes, verbo. Euchariſtia.

De Hiſtrionibus.

DE EFFECTV ET fructu.

162 Quot ſint fructus ſacram Euchar.

VT fidelium animos ad tanti Sacramēti dignam ſumptionem accēdamus: Quæritur.Quot ſint fructus, vel effectus huius Diuini Sacramenti? Reſp.ſecundum S.Tho. 3.par.q.79.& Sot.4.diſtin. 11.q.2.art.1.eſſe Sex:Primus.collatio gratiæ.Secundus. Adeptio gloriæ.Tertius. Delictorum mortaliū expiatio.Quartus. Venialium abſterſio.Quintus. Pœnæ pro peccatis præteritis debitæ condonatio. Sextus. Præſeruatio à futuris.De quibus fructibus diſputat late Sot. ſupr. per 6. articulos. tradit etiam Caniſius de Euchariſtia. §. 9.

Silueſter tamen, verbo Euchariſtia.4.num.3. diffuſius agit in hūc modum reſoluens, ex Sancto Thom. Igitur Euchariſtia in quantum ſacramentum,prodeſt ſumentibus tantum: ſed vt ſacrificium, prodeſt etiam alijs. Et primo confert gratiam,eam auget,& excitat ad virtutes. 3.parte quæſtio.79.articul.1. ¶ Secundo. Ex conſequenti, confert charitatem & alias virtutes. ¶ Tertio. Ex conſequenti, diminuit fomitem, ratione feruoris Charitatiui. 3. parte quæſtio. 79.artic.6.ad 3. ¶ Quarto ſuſtentat,ſiue dat vitam, auget, reparat, delectat, vt cibus. 3. parte.quæſt. 79.articul. 1. facit etiam laudare, ſicut cibus cantare. Pſalmus 21. ¶ Quinto. Confortat in pugna, 163
dans prægustationem Gloriæ. Iſa. 4. ¶ Sexto. Dat viatoribus adeptio 164
nem Gloriæ. i. adipiſcendi. 3. par. q.79.

q.79.art. 2. & Beatis auget gloriã accidentalem. S.Thom.4.diſtinct.
165 12.q.1.artic.1.quæſtio. 2. ¶ Septimo. Præſeruat à peccato, dupliciter, ſcilicet interius roborãdo per gratiam: & exterius, repellendo omnem Dæmonum impugnationem per Chriſti paſſionem, cuius
166 eſt ſignum. ¶ Octauo. Delet peccata venialia.3.parte. q.79. art.4.
167 ¶ Nono. Delet etiam mortalia, quorum quis non habet conſcientiam, nec affectum. 3.parte.quæſt. 79. artic. 3. Vnde eſt abſolutio ſcelerum, ideſt mortalium peccatorum tripliciter.ſ.ignoratorum, futurorum, vel cauſando Contritio
168 nem. ¶ Decimo. Delet pœnã debitam peccatis, non totam, ſed ſecundum menſuram peccatorum, & deuotionis.3.parte, quæſt.79.ar.5.
169 ¶ Vndecimo. Liberat à Purgatorio, in quantum eſt Sacrificium ſatisfactorium pro peccato. 3.parte. quæſtio.52.articul.8.Hæc Silueſt. Quos omnes fructus poteris etiã colligere ex Ioanne Gerſon, vel (vt alijs placet) Thoma de Kempis de Imitatione Chriſti. lib.4.ad fin.& ex Catechiſmo Romano.pagina.268.& tradit Caniſius, in libro de Doctrina Chriſtiana, de Euchariſtia.§.9.ex D.Bernardo, in hæc verba: Hoc corpus Chriſti ægris medicina, peregrinantibus via: quod debiles confortat, valentes delectat, languorem ſanat; Per hoc homo manſuetior fit ad correptionem, patiẽtior ad laborem, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem deuotior.

170 *V plus gratiæ recipiat q maiorem quã qui minorẽ hoſtiam recipit.*

VLtimo Nota, pro totius materię complemento, quòd licèt (ſecundum S.Tho.& communiorem) non plus gratiæ recipiat qui hoſtias multas, quàm qui vnã vel qui maiorem, quam ille qui particulam minimam vnius hoſtiæ conſecratę acciperet; per accidens tamen iſte effectus eſt maior in illo, qui plures quàm qui vnam ſcilicet, quòd habet in pectore, & ſtomaco ſuo, per longius temporis ſpatium, realem, & corporalem præſentiam, & aſſiſtentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Erit enim ibidem dùm ſpecies Sacramentales ibi durant. Quibus fructibus conſideratis, dicebat Dauid: Accedite ad eũ, & illuminabimini. Et S. Ignati⁹ Epiſt. ad Hebr. Feſtinate frequenter accedere ad Euchariſtiam, & Gloriam Dei. Ad quam nos perducat ipſemet. Amen.

DE SACRAMENTO Extremæ Vnctionis.

TRactat Magiſt.ſent.in 4.diſt.23. Vbi omnes, maximè nunc Sotus. Ang. Silu. Tabien. Armilla, & alij Summiſtæ, verbo. Vnctio Extrema. Victo. in ſum.à nu.212. Nauar.c.22.à nu. 12.text. in c.1.de Sacra Vnctione. Gl.in c.peruenit.95.d.& in c.Preſbyteros, cum ſequentibus. ead. d. Conciliũ Flor. & nouiſſimè Trid. Seſ.14.Cathec.Rom.& alij. Viguerius.c.16.§.5.Conc.Colonienſe de hoc Sacramento.

PRo cuius introductione Nota. 1.ex c.1.de ſacra vnctione, duplicem eſſe Vnctionem; exteriorẽ, quæ materialis, & viſibilis eſt; & interiorẽ quæ ſpiritualis eſt, atq; inuiſibilis. Exteriori viſibiliter corpus: interiori inuiſibiliter inungitur 1

Quotuplex ſit vnctio.

tur cor. De prima. S. Iacobus Apoſtolus. c. 5. ait: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eũ &c. De ſecunda. S. Ioannes Apoſtolus. 1. Ep l. c. 2. ait: Et vos vnctio nem quã accepiſtis ab eo, maneat in vobis, &c. vt declarat Ration. Diuin. Officiorum lib. 1. c. 8.

2 Vnctio exterior multiplex. NOta ex eodem c. 1. multas eſſe exteriores, viſibileſque vnctiones. Quibus omnibus omiſſis, quæ nullatenus ſacramenta dicuntur; De Extrema vnctione, quæ vnum ex ſeptem eſt ſanctæ Eccleſiæ ſacramentis acturi: Quæritur; Quid ſit Extrema vnctio? Reſp. ſecũdum Sotum. 4. diſt. 23. q. 1. art. 1.

3 Extrema vnctio q d. eſſe ſacramentum vnctionis infirmorum, ad ſalutem animæ, & corporis. Vel diffuſius cum Nauarr. c. 22. nu. 12. Sacramentum extremæ Vnctionis eſt ſacramentum, quo Presbyter vngit oleo conſecrato certas corporis partes infirmi probabiliter periclitãtis, certa verba, cum debita intentione, proferẽdo. Quam diffinitionem colligit ex d. c. 1. & ex 4. ſententiarum. diſt. 23.

4 V. ſit ſacramentum. QVæritur. V. Extrema vnctio ſit ſacramentum? Reſp. eſſe de fide, unum eſſe ex ſeptem ſanctæ Eccleſiæ ſacramentis: vt probauimus, ſupra de ſacramentis in genere. nu. 4. & habetur in Concil. Conſtantienſi. ſeſſ. 15. Flor. & Trident. ſeſſ. 14. Can. 1. Innoc. 1. epl. 1. ad Decentium Eugub. c. 8. Petrus Damianus. ſerm. 1. de Dedicatione Eccleſiæ. D. Bernar. in vita Malachiæ Epiſc. Cõcilium Vuormatienſ. c. 72. Concil. Melden. Can. 1. S. Dionyſ. Areopag. lib. 5. Hiſt. Eccleſia. S. Cirillus Alex. lib. 2. in Leuit. Doct. 4. diſt. 23. q. vn. Scot. Dur. Ric. artu. 1. Et contrarium. eſt hæreſis Valdenſium, Bohemorum, & Lutheranorum; quã refert, & reprobat Paul. Gryſal. Extrema Vnctio. nu. 1.

QVæritur. A quo ſit inſtitutum? Reſp. fuiſſe (ſicut omnia alia ſacramenta, & probauimus ſupra de ſacramentis in genere) a Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtitutũ. Conc. Trid. ſeſſ. 14. de Extrema vnctio. c. 1. reprobata ſententia Magiſtri. in 4. diſt. 23. qui cum Hugone errauit dicens fuiſſe inſtitutum à Beato Iacobo Apoſtolo; reprobata itidem ſententia eorum hæreticorum quos confutat. Sot. 4. diſt. 23. q. 1. art. 1. idem tenentium & S. Bonauent. 4. diſt. 23. art. 1. q. 2. dicente Spiritum ſanctum per Apoſtolos hoc ſacramentum inſtituiſſe; Quẽ cum alijs reprobat Paul. Gryſ. ſupra. nume. 2. 5 A quo ſit inſtitutũ.

QVæritur. Quando fuit inſtitutum? Reſpõ. quod licet in ſacra ſcriptura, de tali inſtitutione, nulla fiat expreſſa mentio; aliquibus tamen viſum eſt Chriſtũ illud inſtituiſſe, cùm Marc. 6. Apoſtolos ad prædicãdum miſit, cum illa poteſtate, vt infirmos curarent. 6 Quãdo inſtitutum.

Diuo tamẽ Th. Sot. d. 23. q. 1. ar. 1. Victoriæ. nu. 213. & alijs placet aſſerere nullum inueniri in ſacra ſcriptura expreſſum locũ, vbi fuerit inſtitutum: habemus tamen de fide ex determinatione Eccleſiæ (quæ errare non poteſt) eſſe ſacramentum à Chriſto inſtitutum, & hoc ſufficit Catholicis: quamuis Sot. ſup. dicat; Marci. 6. Chriſtum hoc ſacramentum inſinuaſſe. Cõc. Trid. ſeſſ. 14. de ſacramento Extremæ Vnction. c. 1. Catech. pag. 345. idem dicunt. Et affirmat optime Paul. Gryſal. ſup. nu. 2. dicens clarè probari, ex D. Mar. 6. & contrariũ reputat falſum.

DE

DE MATERIA.

7 Quæ ſit materia Extremæ vnctionis? QVæritur. Quæ ſit materia hu ius ſacramenti? Reſp. ſecundum communem, de fide determinatam, eſſe oleũ. Iacobi. 5. vngentes oleo. text. c. vnico. de ſacra vnctione. Conci. Flor. & Trid. ſeſſ. 14. de Extrema vnctione. c. 1. Catechiſ. pag. 343. S. Tho. & Sot. ſup. art. 3. Nauarr. c. 22. nu. 12. Vict. nume. 216. & contrarium eſt hæreticum. ſecundum Paul. Gryſald. ſupra. nume. 6.

8 V. ſufficiat quodcunque oleũ. QVæritur. Vtrũ ſufficiat quodcunque oleum, cùm reperiatur oleum amigdalarum, nucis, lini, &c.? Reſp. ꝙ debet eſſe oleum ſimplex oliuarum. omnes ſupra. Nec poteſt fieri in oleo Roſarum, vel aliorum florum, ſi taliter fuerit condenſatum quòd naturã amiſerit olei ſimplicis, ſecus ſi nõ fuerit ſic mutatum. Sot. & Vict. ſup.

9 V. Debeat eſſe benedictum. QVæritur. V. tale oleum debeat eſſe benedictũ? Reſp. quòd ſic: probatur ex c. vnico. de ſacra vnct. Trid. ſeſſ. 14. de Extr. vnct. c. 1. Innoc. 1. epi. 1. ad Decẽtium: Catechiſ. Rom. pag. 343. Communis omnium, cum. S. Tho. 3. par. q. 72. ar. 3. Beda. in Marc. c. 6.

10 V. Conſecratio ſit de eſſẽtia. QVæritur. V. ſit de neceſſitate ſacramenti, an tantùm de neceſſitate præcepti Cõſecratio, vel benedictio olei? S. Thom. 3. par. q. 72. art. 3. verſic. Vnctionibus autẽ. Gloſ. in c. Illud. verbo. Sanctificatio. 95. diſt. Silu. verbo. Vnctio. q. 1. Sot. 4. diſt. 23. q. 1. arti. 3. concl. 2. Palud. & Duran. quos refert Victor. infra. tenent eſſe de neceſſitate ſacramenti.

Caiet. tamen dubitat, & Victor. nu. 217. negat; ſed ait tantùm eſſe de neceſſitate precepti. Et re vera, cum S. Iacobus. c. 5. tantùm dicat: Vngentes Oleo: ſine aliqua additione: neſcio qua ratione dicti autores hoc affirmẽt tam indubitanter? Sed nolo à communi recedere: quamuis. S. Tho. ſupra. non ita clarè dicat eſſe de neceſſitate ſacramenti: Maxime quòd (vt ait Paulus Gryſ. verbo. Extrema Vnctio. nu. 7.) ex Concil. Trid. & Floren. ſup. colligitur tantùm, quòd oportet tale oleum, ab Epiſcopo eſſe cõſecratum: & ita ait, eſſe erroneum dicere non debere conſecrari, vel benedici.

QVæritur. A quo debeat hoc oleum benedici? Ang. verbo: Vnctio. nu. 1. Silu. Armil. Durand. Scot. Maior. S. Bonauẽ. Sot. & alij. in 4. diſ. 23. Catech. Rom. pag. 343. Nauar. c. 22. num. 12. Vict. nu. 216. & Cõmunis ex c. 1. de ſacra Vnct. & c. 1. cum alijs. 96. diſt. Conc. Florent. & Tridẽt. ſeſſ. 14. de Extrema Vnct. c. 1. & ex additionibus ad S. Th. 3. par. q. 29. tenet ab Epiſcopo eſſe conſecrandum. 11 A quo debeat conſecrari.

QVeritur. V. Ex commiſſione Papæ poſſit ſacerdos ſimplex tale oleũ benedicere? Palud. Scot. & Caiet. 3. par. q. 72. arti. 3. quos refert, & ſequitur Victor. nu. 216. tenent quòd ſic. Quod confirmatur ex ijs, quæ ſupra. de materia Confirmationis. nu. 16. diximus. Quod etiam, videtur probari ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. de ſacram. Extremæ Vnctionis. c. 1. dum ait materiam eſſe oleum, ab Epiſcopo benedictum. Quæ quidem benedictio, facta ab Epiſcopo, cum non ſit de iure Diuino, ſed poſitiuo tantùm, poterit per Papam Presbytero committi. Quod credo verum, licẽt Sotus. 4. diſt. 23. q. 1. art. 3. concl. 3. ſub dubio loquatur. 12 V. ſimplex ſacerdos ex cõmiſſione Papę poſſit.

Quæ-

13 *V. cũ Chriſmate poſſit vngi infirmus.* QVæritur.V. Deficiente oleo infirmorum, poſſit ſacerdos infirmum Chriſmate vngere? Gl. in c.Illud. verbo. Sanctificato.95. diſt.negat.

DE FORMA.

14 *Quæ ſit forma.* QVæritur.Quæ ſit huius ſacramenti forma Reſpõ. Primo forma huius ſacramenti, nõ habet eadem prorſus verba in omni Eccleſia.S.Thom.Sot.4.diſt. 23.q.1.art.4.Palud.Silu.verbo. Vnctio.nu.2.Armil.eod.Nauarr.c.22. nu.13.Ledeſ.in 4.q.34.ar.7.

V. ſufficiat forma indicatiui modi. Secundo Reſpõ. quòd quidam autores dixerũt,in quibuſdam Eccleſijs, formam huius ſacramenti ſeruari; per modum indicatiui.ſ. vngo hos oculos,has aures,hæc labia &c.in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti. Ita ex Ricar.refert Sot.ſupra. & Duran.quem refert Victor.nume.218. piè credens dictam formam ſufficere, ſi quis nunc cum eã vngeret;quia ſic vngebat.S.Ambroſ. vt ex communi, cum Palud. tradit Nauarr.cap.22. num.15.

Forma debet eſſe deprecatiua. Tertio Reſp. ad Quæſtionem, ſecundum communem ex S.Tho. Ang.Vnctio.nu.2.Silu.Armil.eod. nu.2.Sot.& Victoria.ſup. Nauarr. ſup.nu.14.& alijs; formam huius ſacramenti debere eſſe deprecatiuam. Quam in hunc modum ſtatuit Concil.Floren. Per iſtam ſanctam Vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per viſum,auditum,odoratum,guſtũ, tactum,inceſſum pedum. Amen. Et colligitur ex Conc.Triden.ſeſſ. 14.de extrema vnct.c.1. Catechiſ. Rom.pag.344.

Quarto Dico dictam formam, quam nunc ſeruat Romana ſancta Eccleſia, non eſſe de neceſſitate ſacramenti, ſed tantum de neceſſitate præcepti.Vict. nu.218.ex Conc.Floren. quia Eccleſia poteſt mutare formam, dummodo eſſet deprecatiua. quia Diuus Iacobus tantùm dixit:orent. *V. Forma qua nunc vtimur ſit de neceſſitate ſacramenti.*

Quinto dico: nihil importare mutare verbum, dummodo non mutetur ſenſus, vt dicere, quicquid peccaſti; quicquid deliquiſti,vel indulgeat,remittat, aut ſanet. Sot.4.d.23.q.1.ar. in ſolution. ad 2. Catechiſ. Rom.pag.344.Nauar.c.22.nu.13. *Synonima. V.vitiet formã.*

QVæritur.Quare non datur forma per verba indicatiua, ſicut in Baptiſmo: Ego te Baptizo; Ego te abſoluo &c. Reſpon. Quia iam infirmus eſt à ſe deſtitutus, eget aliorum precatione.Vel ſecũdo. Quia iam tranſit ad aliud forum,& commendatur alteri foro, per hoc ſacramentum. Victor.nu. 218.Pro quo nota,quòd ſi talis forma indicatiua in Extrema vnctio nõ inueniatur alicubi; non debet forma dici; ſed præambulum, ſecundum S.Thom.S.Bonauent.& alios grauiſſimos autores; quos refert & ſequitur Sotus. ſup.in ſolution. ad 4. Poterit tamen ſic dici: vngo oculos tuos,vel manus,vt indulgeat tibi Deus, quicquid &c. Sot.ſupra. 15 *Quare datur ſub forma deprecatiua.*

DE MINISTRO.

QVæritur. Quis ſit huius ſacramenti miniſter? Reſp. vltra Communem opinionem, quæ ex illo D.Iacobi.c.5. & ex c.1. de ſacra vnct. & c.Presbyteros.95.diſt. & ex. Concil.Cabilonen.c.48.colligit, 16 *Qui miniſter.*

ligit, eſſe ſolum ſacerdotem; hodie de fide eſt determinatum in Concil.Trid.ſeſſ.14.c.1. de Extrema vnct.& Can.4.De quo (vltra. S.Thom.& Communem antiquorum) vide Nauar.c.22.nu.12. Victoriam.nu.220. Sotum.4.diſt.23. q.2.ar.1. Quæ Catholica cõcluſio ita eſt vera, quòd nec Diaconus Cardinalis, etiam in neceſſitate, poſſit hoc ſacramentum adminiſtrare.Probat latè Sotus. ſupra. citans Concil.Flor.& c.Quæſiuit.de verborum ſignificat. Alias, ſi non ſacerdos miniſtraret; Vltra peccatum quod committeret, nihil faceret; quia de eſſentia requiritur ſacerdos.

17 *Quis debeat eſſe ſacerdos miniſter Extr. vnct.*

QVæritur. Quis debeat eſſe iſte ſacerdos? Reſp. quòd Parochus proprius: vt habetur in.Clem.2. de Priuileg. & Clement.Dudum.de Sepul.S. Thom. 4.diſt.23.q.2.ar.1.& in addit.ad 3. par.q.31.ar.3.S.Bonauen.q.2.ar.2. Vbi Ricard.Scot.& alij. Sot. diſt. 23.q.2.art.1.Angel.vnctio.q.3.Armil.q.4.& 5.Palud. & alij quos refert, & ſequitur Silu.vnctio.q.4.

18 *Quid ſi ſimplex ſacerdos adminiſtraſſet.*

Q Væritur. Quid ſi alius ſimplex ſacerdos, hoc ſacramẽtum adminiſtraſſet? Reſp. Si cum licentia Epiſcopi, vel proprij Parochi fecit; bene quidem: Si autem ſecus; eſt excommunicatus, vt colligunt omnes, ex Clem. 1.de Priuilegijs,& nihilominus ſacramẽtum teneret. Ratio eſt, quia non requiritur proprius ſacerdos, de neceſſitate ſacramẽti. De eſſentia, autem requiritur, quòd ſit ſacerdos.omnes.ſup.& Victoria.nu. 220. Quod procedit etiam ſi Religioſus hoc ſacramentum, ſine tali licẽtia, Laico, vel alij clerico cõferret, vt notãt oẽs.ſup.& infr.citãdi.

19 *V Religioſus poſſit hoc ſacramentũ miniſtrare.*

S Ed Quæritur. An Religioſus ſacerdos miniſtrans hoc ſacramentum in neceſſitate, abſente parocho, ſine eius licentia incurrat dictam excommunicationem? S. Anton quem refert, & ſequitur. Silu.Vnctio.q.4.& refert. Armil. nu.5.& verbo. Excommunicatio. caſu.49.& Cardin.quem refert, & ſequitur.Nauar.c.27.num.101. & Victoria.nu.220.in fine, affirmãt. Quia non eſt ſacramentum neceſſitatis. Sed verius, & tenendũ eſt, quòd non peccet, nec fiat excommunicatus; imò quod teneretur tunc adminiſtrare, tenet Archid. & Ioann.in c.Si Presbyter.26.q.6. Innocen.& Hoſtienſ. in c. Omnis. de pœnit.& remiſ.Director.lib.1. titulo 15. quos refert, & ſequitur Angel. Excommunicatio.caſu.12. nu.5.Caiet.verbo.Excommunicatio.c.64.Armil.verbo. Excommunicatio:caſu.49.Sotus.4.diſt.23.q. 2.ar.1.verſic.Vtrum vero.Significat Ledeſm.2. par.q.33.artic.3. & tenet Cõmunis Magiſtrorum Salmanticæ.

Sed ne (ſecundam hanc opinionem, quæ Dei, Eccleſiæque ſanctę benignitati conformior eſt, ſequẽtes) illuſtriſſimos primæ opinionis viros reprobemus: concordia opus eſt, ſcilicet quòd prima opinio procedat, quando talis Religioſus ſciret certo, talem Parochũ omnino diſſentire, nec ei hoc placere: Secunda verò procedat, quãdo ſub vera ratihabitione vngeret. Vt quaſi omnes, ſup. inſinuant. & tradit clarè Armil. ſupra.& Flores Theologicarum.q.de Extrema Vnct.art.3.

20 *Quid de ſecularibus.*

P Ro complemẽto Nota quo ad Miniſtrum, quòd quotieſcunque inuenitur in auctoribus, quòd San-

&c. olim vngentib' infirmos ?

Sancti, uel alii fideles olim ungebant Oleo Sancto infirmos; & ſanabantur, tunc non conferebant ſacramentum Extremæ Vnctionis. quod non datur niſi à ſacerdote. uide Sot.4.diſt.23.q.2.arti.1.uerſi. Fortaſſe.

DE SVSCIPIENTIBVS.

21 Vnctio Extrema quibus dãda ?

QVæritur. Quibus dandum, uel negandum ſit hoc ſacramentum? Reſpond. Primo, hoc ſacramentum dari non poſſe ijs, qui nunquam peccare potuerunt. Vnde pueri, ſacramenti pœnitentiæ incapaces, etiam huiuſmodi incapaces cenſentur.

Secundo. Amentibus à natiuitate, & furioſis perpetuò, negatur.

Tertio. Furioſis etiam non perpetuò, ſi timetur irreuerentia, maxime ſi habuerunt lucida interualla, nec petierunt?

Quarto. Intrantes mare, uel bellum periculoſum non unguntur.

Quinto. Nec illi, qui ſuſpendendi, uel decapitandi ſunt debent ungi.

Sexto. Nec infirmi, niſi illi, qui grauiter ad mortem laborant.

Septimo. Nec illi, qui in notorio peccato mortali exiſtentes incidunt in freneſim, apoplexiam, uel amentiam, niſi prius aliquod oſtendant ſignum Contritionis. vt ſup. de Abſolutione dicimus.

Octauo. Sanus nullo modo debet ungi; eſſet enim irritum ſacramentum. hæc omnia habentur cõmuniter ab omnibus. Ang. Silueſt. Tabien. Armil. S.Tho. S.Bonau. Ricard. quos, & alios refert Victoria. nu.22. Nauarr.c.22.nu.13. Sot.4.d.23.q.2.ar.2. Catechiſ. Romani.pag. 247. Victoria etiam ſupra. ait Beatiſſimam Virginem in capacẽ fuiſſe huius ſacramenti. Et quod infantibus, furioſis, & amentibus eſſe dandum, dicit opinionem ſcandaloſam Paul. Gryſal. uerb. Extrema Vnctio. nu.8.

22 Extrema vnctio quibus dãda.

SEd Quibus dandum? Reſpon. Omnibus infirmis appropinquantibus ad mortem, per infirmitatem. Nec ſufficit quælibet infirmitas, ſed de qua mors timeatur. S.Th. Silu. Nauar, Sot. ſup. Viguer. c.16.§.uerſic.6.

Secundo Dandum eſt etiam ſenibus qui abſque infirmitate alia, ſenio ipſo conſumuntur. Quia, ut ait Nau. §. in Leuitico. not.30.nu. 4. Extrema unctio finem uitæ præſumptũ tãtùm requirit. Cõmunis.

Tertio dari debet etiam adultis, qui ſtatim poſt Baptiſmum morti ſunt proximi. Silu.q.5.uerſic.3. Armil.nu.7. Victor.nu.221.

23 V. vulneratis conferenda vnctio.

QVæritur. V. dari debeat uulneratis, cùm uideantur non ex infirmitate, ſed accidentaliter eſſe morti propinqui? Reſp. ꝙ licèt Nicol. Ploue. in tractatu ſacerdotali. de Extrema Vnctio. & alii teneant quòd non: Cõtrarium eſt uerum, & tenendum, imò quòd ſint ungendi. quemadmodum Communicandi. S.Tho. & Palud.4.d.23. Sot. diſt.23.q.2.art.2. Silu.q.5. Et patet clarè ꝙ ſit eis dandum in Concil. Mediol.4.par.2.pag.10. Armil. nu. 6. Victoria.nu.22. Ledeſma.2.par. q.34.ar.2. dum omnes probãt, dandum eſſe infirmo ad mortem. Vulneratus autem, quamuis uiolenter, iam infirmatur, ut bene probãt Flores Theologicarũ quæſtio. de Extrema Vnct art.4.concl.1 & Ego uidi ſæpè, in facti contingentia, & reſoluit Doct. Henricus Salmanticæ publica lectura.

Vtrum

24 V. Mulieri ī partu morienti ſit danda vnctio.

VTrum Mulieri in partu deficienti ſit hoc ſacramentum dandum? Reſpō. quòd licèt nullus ſupra Dictorum hoc dicat, videtur mihi ei eſſe adminiſtrandum; cùm ex defectu naturæ proxima ſit morti, quod etiam in praxi ſeruari vidi. In Concilio autem Mediolan. 4. 2. par. pagina. 10. expreſſe prohibetur, ne mulieri in partu laboranti detur: neſcio rationem. Nihilominus, cùm Catech. Rom. magis faciat pro mea ſententia, ſi aliquam vidiſſem in partu vitam efflantem nō auderem illi vnctionem non miniſtrare.

25 V. vngendi ſint morte repentina carētes vſu rationis.

QVæritur. V. Dari debeat illi, qui morte repentina preuentus, abſque Confeſſione, loquela, alijſque ſenſibus omnino priuatur? Reſp. ſequēti diſtinctione: Aut talis vir erat bonæ vitæ, & famæ; vel homo malus, atq; in publico mortali conſtitutus, & obſtinatus. In primo caſu, licet nullum ſignum Contritionis oſtenderit; danda eſt ei vnctio extrema. Vt quæſt. ſequenti dicetur. In ſecūdo autem caſu, quando in tali peccato perſeuerabat, niſi ante aliquod ſignum oſtenderit Contritionis, vngi non debet. vt bene Nauarr. c. 26. nu. 27. & nu. 13. c. 22.

26 V. dari debeat non petenti.

QVæritur. An hoc ſacramentū ſit adminiſtrandum non petenti; maxime ſi petere nō potuit, ob freneſim, uel alia de cauſa? Ang. verbo. Vnctio. num. 4. cum Roſella. Vict. nu. 222. Sot. 4. diſtin. 23. q. 2. ar. 2 concl. 3. & alii vidētur negare. Reſpō. Imò, ſi non inſanit manifeſte in peccato mortali, (vt ſup. dictum eſt) eſt vngendus; dūmodo abſit irreuerentiæ periculum. Quia eo ipſo, quod Chriſtianus eſt, & bene vixit, cenſetur virtualiter petere remedia ſibi vtilia, vt ſacramenta, & Indulgentias. Tenet Palud. & S. Anton. quos refert, & ſequitur Silu. vnctio. q. 5. verſic. Secundo. Armil. num. 7. ſignificant Ledeſma. 2. par. q. 34. arti. 7. & Sot. diſt. 23. q. 1. arti. 4. expreſſe Nauar. c. 22. nu. 13. Quod confirmatur vniuerſalis Eccleſ. vſu, & conſuetudine tales vngendi, & etiam in ſacro illos ſepeliendi: licet abſque ylla Confeſſione, vel Contritionis ſigno deceſſerint.

QVæritur. V. teneatur infirmus hoc ſacramentum ſub mortali peccato petere, & accipere? Reſp. quod non. S. Thom. & Caiet. in ſumma. verbo. Vnctio. Silueſt. q. 9. Armil. nu. 1. Victoria. nu. 219. dicens communem. Nauarr. c. 22. nu me. 16. cum Communi. in 4. Quod eſt verum, niſi adſit cōtemptus. vide ſup. de Confirmatione. 27

27 V. teneatur ſub peccato mortali hoc ſacramen petere.

QVæritur. Qua ætate debeat hoc ſacramentum pueris cōferri? Reſp. quod licèt quaſi omnes dicant quando puer habet vſum rationis ad peccandum, & recipiendum ſacramentum pœnitentiæ: melius tamen mihi videtur, quod requiratur, & expectetur ætas Euchariſtiæ ſumendæ. Quia hoc ſacramētum viatico ſuccedit. Sot. 4. diſt. 23. q. 2. ar. 2. verſic. quod ſi quæras. Vnde Nota. quod licet aliquis non eſſet Communicandus ſi eſſet ſanus, vſque ad 12. vel 14. annum, in quibus iudicatur iudicium diſcretionis habere; in articulo tamen mortis eſt optimum conſilium, & à Viris piis ſimul ac Doctiſſimis practicatum, etiam in 10. anno illi viaticū præbere; ac conſequenter, illum vngere. 28

28 Qua ætate conferēdū pueris.

Nota.

QVæritur. V. Dari poſſit illi, de quo dubitatur an ſit mortuus? 29

V. dari debeat illi de quo dubitatur an ſit mortuus?

tuus? Reſpõ.ſecundum omnes, ꝙ ſic, ſub conditione: ſi non eſt mortuus: Si autem in prima, ſecunda, vel tertia Vnctione moriatur, non eſt vltra progrediendũ. Cõmunis.

De īfirmo grauiter laborãte vngendo.

Pro quo, Primo aduertat ſacerdos vocatus ad vngendum infirmum, iam in agonia animam efflã tem; ne ſeruet ordinem Manualis; circa ſolemnitatem, & præcedentes preces, ſed ſtatim faciat eſſentialia.ſ.vnctiones, ne ſine ſacramẽto decedat; finitis tamen diligenter vnctionibus; poterit quæ in principio omiſerat, recitare, & ſubſequentes Orationes, atque benedictiones perficere.

Non eſt expectãdum, vt infirmus ſit in agonia?

Secundo Aduertat, ꝙ (extra dictum repentinum caſum) hoc ſacramentum non eſt adminiſtrandum infirmis omnino deſperatis vel iã morituris, id eſt, quod Parochus nõ expectet, quod ſit in extremis. ſed illis, de quorum morte timetur; & quibus ſacramentum ſine miraculo poſſit corporalem ſalutem præbere, & cum infirmus illud cum deuotione, & affectu cordis, ſuſcipere poſſit: alias peccaret miniſter grauiſſimè. Catechiſ. Ro. 1.3.46. Sot.4.diſt.23.q.2.ar.2.verſi. Nihilominus. citans Conc.Flo. vbi habetur, hoc ſacramentum non niſi infirmo, de cuius morte timetur, eſſe conferendum.

VBI CONFERENDVM.

30 QVæritur. Quæ corporis partes vngendæ ſint: Reſp. quãuis Nauar.c.22.num.12.in fin.& alij, non diſtinguant; de Iure tamen Diuino, & eſſentia ſacramenti, ſunt vngendi quinque ſenſus corporis, S.Thom. Angel. Silu. Armil. Sot.4.diſt.23.q.2.arti.2. Victoria.nu.223.& omnes, qui cum Catech.Rom.pag.347. aiunt hunc eſſe morem vniuerſalis Eccleſiæ. S.Bonauent.4. diſt.23.q.2. artic.3. Scot. Flores Theolog.4.d.23.ar.4.

Quæ partes corporis vngendæ.

In aliquibus etiam Regionibus, ſexto loco pedes vnguntur, qui mos, quaſi communiter cum quinque ſenſibus, ſeruatur, & iuſtum eſt (ſecundum Sotum ſupra) quod ſeruetur. Vbi rationem ponit.

Vnctio autem quæ hominibus in renibus: mulieribus in vmblico ſit; cum neceſſaria nõ ſit, & aliquo modo, honeſtati aduerſetur, melius eſt (vbi ſeruatur) vt prętermittatur, vt multi Doctores dicũt, maxime Sot.diſt.23.q.2.ar.2.

De vnctione in renibus.

Nec obſtat ꝙ Concil.Floren. ponit omnes ſeptem Vnctiones; quia non intendit ad omnes obligare, ſed ponit eas, quę de eſſentia ſunt, & quæ de conſuetudine, vt ait Sotus ſupra.

QVæritur. Cæci à natiuitate, & illi quibus oculi eruti, vel ſicci ſunt, itidem, & mutilati, quomodo ſint vngendi, vel in qua parte? Reſp. vngendos, in parte proximiori parti abſciſſæ. S.Th. Angel. Silu. Sot.& alij omnes. 31

Mutilati qualiter vngendi?

QVæritur. Epiſcopus, vel ſacerdos, qui manus interius, id eſt, palmas conſecratas habent; quomodo, vel in qua parte ſint vngendi? Reſp. quod licet S.Thom. Palud. Angel. Silu. Armil. Caiet. Victoria, Nauar. Sotus, Concil. Trid. Catech.Rom.& alii quos vidi nihil de hoc dicant; dicunt aliqui; non eſſe vngendos in palma (vt alij) ſed in ſuperiore verſa parte manus. Quod habetur in aliquibus Manualibus Eccleſiarum, & tradit noue Theſaurus ſacerdotalis. de Extrema Vnctione. in fine. 32

Epiſcopus & ſacerdos qualiter vngendus.

Quæ-

33 QVæritur. V. Epiſcopus poſſit vngere infirmum, & qualiter? Reſpō. poſſe, eſſe determinatū ab Innoc. Papa. in capit. Illud. 95. d. Sed hanc differentiam colligit. Gl. verbo. Chriſmate, ex. tex. quòd Epiſcopus debet Chriſmate vngere, ſacerdos vero oleo. Quod non audeo prò vero affirmare, cùm apud alium autorem, expreſſum non inuenerim.

V. Epiſcopus poſſit vngere infirmum & qualiter.

DE EFFECTV.

34 QVæritur. Quis ſit huius ſacramenti effectus? Reſp. Duplicem habere effectum. Primum. Quod hoc ſacramētum, (ſicut alia) primam confert gratiam ei, qui illud recipit bona fide, cum animi dolore, & ſine obice. S. Thom. 3. par. q. 62. arti. 1. & in addition. q. 30. ar. 1. ad 2. Ledeſma. 2. par. q. 32. art. 1. Sot. 4. diſt. 23. q. 1. ar. 2. Victoria. nu. 214. Silu. num. 3. Nauar. c. 22. nu. 13. vbi ait: per hoc ſacramentum peccata remitti ſecundum D. Iacobum. Et quia non exprimitur, mortalia, nec venialia: intelligitur de omnibus. Vnde licèt (ſecundum communem) hoc ſacramentum inſtitutum ſit principaliter contra venialia, tamen etiam mortalia remittit. Quod fieri poteſt (ait) vt quis cum illo ſaluetur, & ſine illo dānetur. Quod etiam ait Sot. ſup.

Quis ſit vnctionis effectus, & quotuplex.

Secundus effectus, eſt alleuiatio corporalis infirmitatis. Qui effectus non ſemper ſequitur; Sed quando cōuenit infirmi ſpirituali ſaluti. Communis. ex Concil. Flor. & Trident. de Extrema Vnctione. Can. 2. Alber. Magnus. S. Thom. 3. par. q. 30. ar. 2. q. 65. art. 1. Palud. & Capreolus. Ledeſma. 2. par. q. 3. ar. 2. Sot. diſt. 23. q. 1. ar. 2. Nauar. c. 22. nu. 15. Victoria. nu. 214. Gl. verbo. Sanctificatio. in c. Illud. 95. diſt. Catech. Rom. pag. 249.

DE ITINERATIONE.

QVæritur. Vtrum hoc ſacramentum ſit iterabile? Reſp. quòd licèt quidam abſolutè dixerint olim, quòd non. Alij quòd tantùm ſemel in eodem anno; ut ait Nicol. Ploue in tractatu ſacerdotali, & alij: Vera tamen opinio, & tenenda eſt: quòd poteſt iterari, quoties infirmus peruenit ad articulum mortis; etiam in eadem infirmitate; ut (V. G.) ſi poſt unctionem cōualeſcat, & poſtea reincidat in eandem, uel aliam infirmitatem. Probat bene Glo. uerbo. Sanctificatio in fine in c. Illud. 95. diſt. S. Thom. 4. diſt. 23. q. 2. ar. 3. & diſt. 2. q. 1. ar. 4. Scot. diſt. 23. Palud. diſt. 23. q. 3. ar. 1. S. Bonauen. Ricar. ibid. & habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 7. de Extrema Vnct. c. 3. in medio, in hæc uerba, Quod ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc unctionem conualuerint, iterum huius ſacramenti ſubſidio iuuari poterunt, cùm in aliud ſimile uitæ diſcrimen inciderint. Silueſt. uerbo. Vnctio. q. 8. Armil. nu. 9. Catech. Ro. pag. 348. Victoria. nu. 224. Clariſſime. Sot. 4. diſt. 23. q. 2. ar. 3. & alij. Quare contrariam opinionem erroneam dicit Paul. Gryſal. uerb. Extrema Vnctio. nu. 15. 35

V. Hoc ſacramētum ſit iterabile.

QVæritur. Quid ſi ſacerdos ungens, moriatur poſt primam, uel ſecundam Vnctionem? Reſp. Nil ab alio ſacerdote eſſe iterandum; ſed procedere debet ad ulteriores unctiones. S. Tho. Albertus Magn. Palud. diſt. 23. Silueſtr. q. 4. 36

Quid ſi ſacerdos vngens moriatur.

Sotus.

Sotus.q.1.verſiculo.Aliud tamen: & omnes Magiſtri.

37 In qua vnctione conferatur ſacramentū.

Quæritur.Cùm eadem forma, & vnctio reiteretur; in qua illarum conferatur gratia? Reſpon.Semper in vltima cōferri, hoc modo: In Eccleſijs, in quibus tantùm vnguntur quinq; eſſentialia Organa ſenſuum,datur gratia in vltima vnctione, quæ fit in manibus. In alijs autem Eccleſijs, Vbi alia ſeruatur conſuetudo, intentio miniſtri dirigi debet ad omnes vnctiones ſecundum omnes,maximè Sotum.ſup. & q.1.ar. 1.col.5.verſic.Ex quo fit.

38 De ſemi mortuo vngendo.

Pro reſolutione. Quæritur. V. Hoc ſacramentum ſit dādum illis, de quibus dubitatur an ſint mortui? Reſpō. Quod ſi in prima, vel alia vnctione dubitatur,an infirmus ſit mortuus,vel non,continuandæ ſunt vnctiones ſub dicta forma, & conditione.ſ. Si es mortuus, non te vngo: Si vero non es mortuus, per iſtam ſanctam vnctionem &c.Palud.Silueſt.q.5.Armil.nu.7.Victor. nu.221.Nauar.c. 22.nu.13.Si autem moriatur, omnino ceſſandum eſt.Communis.vide etiam.ſup.nu.29.

39 V. Vngendus ſufficiat ad reſpon.

Nota duo pro vltima reſolutione.Primum Quod ſi vngatur ſacerdos,vel alius, nō eſt alius neceſſarius qui vngenti reſpondeat; ſed ille poteſt reſpondere: Ora pro me, & libera me, vel exaudi nos Domine.

40 V.ſacerdos ſolus poterit miniſtrare?

Vnde Secundo infertur,quod ſi ſacerdos nullum habuerit ſocium Clericum,vel ſæcularem: poterit ipſe ſolus adminiſtrare, & ſibimet reſpondere. vt ex Gulielmo,& Hoſt.tradit Tract.ſacerdotalis, de vnctione,ad finem.

41 Nota etiam quòd (licèt quidā teneat contrarium) ſacramentum hoc eſt conferendum illi, qui eſt ratione infirmitatis morti proximus,licèt tunc ſit ſurca ſuſpendendus,vel decapitandus.Quia quamuis certum ſit, nil illi prodeſſe ad ſalutem corporis, cùm ſit occidendus, proderit tamē ad primarium effectum conſequendum.ſ.ad ſalutem ſpiritualem, & ad Dæmonibus reſiſtendum,quemadmodum Illuſtris admodum,Reuerendiſſimuſque Epiſcopus quidam (me præſente) duobus ſuſpendendis, confeſſis,& communicatis, ſacramentum Confirmationis, vigilia Apoſ.Philippi, & Iacobi.an.1589. contulit. Infirmo ad mortē ſuſpendendo vnctio danda.

Et hęc ſufficiant de ſacramento Extremæ Vnctionis.

DE SACRAMENTO Ordinis.

Tractat Magiſt.in 4.diſtin.24. vbi S.Thom. Ricar.Scotus. Palud. Gabr.Capreol.& omnes alij. Et nouiſſimè Sotus.Angel.Silueſt.Tabiena, Armil.& alij Summiſtæ: verbo. Ordo.Canoniſtæ.in cap.Cum contingat,de ætat. & qualitate Ord.tex. & ibi Doctores. in cap.Cleros.21. diſt.& per totam.tex.in cap.Perlectis,& per totam.25.diſt. Vbi etiā Doctores.Concil.Floren. & nouiſſimè Trident.ſeſſ.23.Catechiſ. Roman.pag.352. S. Thom. Vualden. 2.tomo.Victoria.in Summa, num. 225. Nauarrus Manuali. capit.22. nume.17.Couarruuias.libr.1. Variarum reſolutionum.capit.10. & alii multi.

O Ante

Sacram. Ordinis quã neceſſariũ.

1 ANte omnia Nota, ſacramētum Ordinis, Dei Eccleſiæ ita eſſe neceſſariũ;quo (vno excepto Baptiſmo) nullum magis. Quia omnia alia ſacramenta ab hoc ſacramento dependent; vt tradit Catechiſ.Rom. in principio de Ordine.Confirmationem,namque, Pœnitentiam,Euchariſtiam, Extremam vnctionē, ac denique ipſummet Ordinem nullus miniſter,niſi Ordinatus ad miniſtrare, vel conficere poteſt. Omitto Matrimonium, de quo infra. Vnde delirant impijſſimi Lutherani Ordinis ſacramentum abnegantes,vt bene ait Sot.in 4.ſent. diſt.24.q.1.ar.1.

2 QValiter hoc ſacramentum Ordinis fuerit olim figuratum inuenies per omnes veteris Teſtamenti libros.

Quid ſit Ordo?

3 QVæritur. Primo, quid ſit Ordo?Relictis quorumdam diſtinctionibus, atque diffinitionibus; Ordo eſt ſacramentum, quo poteſtas ſpiritualis ſignificatur,& traditur in Ordine ad ſacroſanctum Chriſti corpus conſecrandum.Sot.in tex.24.diſt.vel (ſecundum Thom.Vvald. tomo.2.ſacramento.cap.116.) Ordo eſt ſacramenta adminiſtrantium habitudo legitima, cuique ratione miniſterij ſui conueniens.S.Bonauent. & Hugo.de S.Victore,quos refert,& ſequitur Ang.Ord.1. in principio. Palud.quem refert,& ſequitur Silueſt.Ordo. in principio,& Nauar. c.22.nume. 17. Aliam ponit Mag. 4.diſtin.24.in hæc verba:Ordo eſt ſignaculum Eccleſiæ,per quod ſpiritualis poteſtas traditur Ordinato.Doctores.ſup.Sot.ſupr. & diſt. 24.q.1.ar.1.

QVæritur an ſit ſacramentum? 4

V. Ordo ſit ſacramentum?

Reſp.affirmatiue, vt de fide habetur in c.Ad abolendam.de hæretic.Caius Papa in Epiſt. ad Fœlicem.S.Damaſus. in Pontificali.Sozimus Epiſtol.1. ad Heſichium.S. Anacletus.Epiſt.2. ad omnes Epiſcop.S.Clemens. Epiſt.ad fratrem Domini.Conc. Roman.ſub Silueſtro.cap.3.& Canon.1.Carthag.4. Laodicen. Canon. 24. Aquiſgran. 1.c.2.& multa alia. nouiſſime Cōcil.Flor.& Tridē.ſeſſ.23.Can.3.& S.Tho.& alii in 4.diſt.24.Vbi Sot. in textus expoſitione.Victoria.nu. 225.Nauar.c.22.nu.17. de ſacram. in genere. Tradit multa Paulus Gryſal.verbo Ord.nu.1.contrariũ probans hæreticum.

QVæritur.A quo fuit inſtitutũ? 5

A quo fuit inſtitutũ.

Reſp. vltra id quod ſup. de ſacramentis in genere.num.6.diximus,determinatum de fide,in Cōcil.Trid.ſeſſ.23.Can.5.Ordinis ſacramentum à Domino noſtro Ieſu Chriſto fuiſſe inſtitutum, & tradit Victoria,Nauar. & Sot.ſup. & Omnes Catholici.

QVæritur. Quando fuit inſtitutum? 6

Quãdo inſtitutum.

Reſpon.quòd de principali (quod propriè dicitur ſacramentum) ſcilicet ſacerdotio, nullus dubitat Catholicorum,fuiſſe in vltima Cœna inſtitutum, quando Dominus Apoſtolos ſacerdotes ordinauit, tradens illis conſecrandi poteſtatem; vt (omiſſis alijs) reſoluit Victoria. num.226. Sot.4.diſtinct.24. quæſt.1. artic.4. Concluſ.1.

DE reliquis vero Ordinibus, 7 ait Victoria ſupra.(poſt multos) quòd poteſt dici;quòd Chriſtus in particulari omnes ordines inſtituit in vita ſua,vel ſaltem reliquit poteſtatem Eccleſiæ illos inſtituen-

ſtituēdi, & hoc mihi placet, quòd Chriſtus mediante Eccleſia illos inſtituerit. Imò ait Sot. ſupr. Mag. ſent. 4. diſtin. 24. & Viguerius, & Scrutinium ſacerdotale. de hoc ſacramento, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus exercuit omnes actus ſeptem Ordinum.

8 Quæritur. Quot ſunt ordines? Reſpō. Primò hanc eſſe Primam, & Catholicam concluſionem: In Eccleſia Dei eſt ſacrificium viſibile, & externum, vt probant omnes, maximè Vict. nu. 227. ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. Can. 1.

Ordines minores à quo inſtituti?

9 Secunda Concluſio. De fide eſt, in Eccleſia, præter ſacerdotiū, eſſe alios minores, & maiores Ordines. omnes ſup. Concil. Trident. ſupra. Secundo Reſpō. quod licet Communis opinio Canoniſtarū, quam refert, Angel. Ordo. 1. nu. 1. Silu. Armil. eod. & omnes, teneat Ordines Eccleſiaſticos eſſe nouē, addens reliquis primam tonſurā, & Epiſcopatum; & hæc opinio, quia communis, ſit probabilis, vt quidam aiunt, & Nauarr. c. 22. nu. 18. Communis tamen Theologorum opinio, tenet eſſe tantum ſeptem, quam tenet. S. Thom. Scot. Ricard. Palud. & alii in 4. diſt. 24. probat (ex D. Hieronymo, Ambroſio, Iſidoro, Ignatio, Anacleto Euſebio, & Hugone) Sot. 4. diſt. 24. q. 1. art. 3. Ang. Silueſt. Armil. & alij. verbo. Ordo. 1. Couar. lib. 1. Variarum. c. 10. nu. 9. & tradit ex Conc. Cartag. 4. Laodicen. & aliis Caniſius in Doctrina de ſacramēto Ordinis. §. 4. Victoria. num. 225. & Catechiſ. Rom. pag. 360. ait, ſemper à Catholica Eccleſia traditum eſſe. Hæreticum autem eſſet negare nō eſſe Septem, vt ait Paul. Gryſ. verbo: Ordo: nu. 2.

Quot ſunt ordines?

Quibus non obſtantibus, Nauarrus. c. 22. nu. 18. mediam teneat viam (quam credo veram) inter has duas Communes opiniones; dicens Ordines eſſe Octo, addens aliis ſeptem, Ordinem Epiſcopalē. Quam opinionem (licèt ipſe non citet) tenuerūt prius D. Dionyſ. de. Eccleſiaſtica Hierarch. & Altiſiodorenſ. 4. par. Summæ. c. 1. huius ſacramenti. & Gofredus Pictauiæ 4. par. Summę, etiam. c. 1. huius ſacram. Ang. verbo Ordo. 1. nu. 1. Vbi eius Additionator. verbo: Quod Epiſcopatus. & D. Th. Maior, & EKius, quos refert & ſequitur Sot. 4. diſt. 24. q. 2. ar. 3. & Caius ſanct. Papa, & Martyr, ante annos. 1300. ſic oēs Octo ordines recēſet: Si quis Epiſcopus eſſe meruerit, primo Oſtiarius, deinde Lector, poſt Exorciſta, deinde ſacretur Acolytus, deinde vero Subdiaconus, Diaconus, & poſtea Presbyter: exinde ſi meretur, Epiſcopus ordinetur. Idem habetur ferè Canone. 1. 2. & 68. Apoſtolorū. Et habetur clariſſimè ex. D. Iſidoro. cap. 1. 25. diſt. Vbi ponit officia Octo ordinum. Vide etiam, per totam 61. diſtinctionem. & per Caniſium. in Doctrina Chriſtiana. de ſacram. Ord. §. 5. 10

Epiſcopatus. V. ſit Ordo.

Ex quo infertur, primam tonſuram, ſecundum dictam opinionem, Ordinem nō eſſe: ſed tantum principium & fundamētum ad alios Ordines, quemadmodum ſe habet Grammatica ad alias ſciētias, & artes liberales. S. Tho. aditione ad 3. par. q. 40. ar. 2. 11

Prima tonſura. V. ſit Ordo.

Nota omnes dictos ordines in maiores, & minores diuidi. Quatuor enim primi, minores, tres deinde vltimi maiores vel ſacri appellantur. Minores dicuntur 12

Ordines qualiter diuidantur.

Oſtiariatus,Lectoratus,Exorciſtatus, Acolytatus. Maiores, ſeu ſacri,Subdiaconatus,Diaconat⁹, & Presbyteratus, vel ſacerdotium.

Vlterius; ſacerdotium diuiditur,in ſacerdotes Maiores, & minores. Maiores ſunt Epiſcopi,minores dicuntur presbyteri, ſecundum Caniſium d.§.5.

13 **V. vnuſqſque Ordo ſit ſacramentum.**

MAgna eſt inter Doctores quęſtio. V. Omnes iſti Ordines ſint vnum ſacramentum; vel An vnuſquiſque Ordo,ſit per ſe ſacramentum & an in quolibet imprimatur caracter, & detur gratia? Reſp.(ſub correctione,omiſſa opinionum multitudine relata à Silueſtro. Ordo.1.q.2.&c ab alijs.) In tribus maioribus tantum.ſ.ſacris, conferri ſacramẽtum Ordinis. Ita inſinuat Magiſt.3.diſt.24. litera.I. in fine. dicens hos minores Ordines inſtitutos fuiſſe ab Eccleſia. tenet Duran.4.diſt 24.q.quem ſequitur Caiet.quæſtione.De modo tradendi Ordines.ar.vnico.fol.43. & ſequitur(licèt cum timore) Victoria in ſum.nu.226.Alfonſus de Caſtro.de Iuſta hęreticorum punitione.c.(licèt obſcure) tenet Couar. lib.1.Variarum.c.10.num.10.in fine,dum ait: Papã committere poſſe collationem minorum Ordinũ, ſimplici ſacerdoti.tenet.& defendit hanc opinionem Sot.4.diſt.24. q.1.art.4.concl.7.& infra. Nauarrus tamen.c.22.num.28. verſiculo Quare probabilis, ex multis reſoluit;quatuor Ordines maiores)addito Epiſcopatu aliis tribus) tantum,eſſe ſacros,& in illorum quolibet caracterem imprimi; quia in illis tantum confertur ſacramentum,& datur gratia; quatuor autẽ minores non eſſe propriè ſacramẽta;ſed ſacramentalia. Quod etiam tenent Maior,EKius, & alii,quos citat Sot.diſt.24.q.2.ar.3 Silu.Ordo.1.q.1.verſic.Tertio.

S.Thomas,verò Silueſtr. & alii quos refert, & ſequitur Sot. ſup. mediam tenent viam;dicẽtes; Epiſcopatum quidem, Ordinem eſſe, nõ autem ſacramentum,nec in illo nouum caracterẽ imprimi; ſed ſacerdotalem caracterem dilatari. Quod confirmatur ex eo ꝙ in Eccleſia primitiua tantum erant duo Ordines ſacri, Presbyteratus.ſ.& Diaconatus. Nam Subdiaconatus tunc non dicebatur Ordo ſacer,vt nunc.tex. expreſſus in c.Nullus in Epiſcopum.61.diſ. quẽ tex.refert, & confirmat alius, tex.Innoc.3.in c.A multis. cũ Gl. ibi verbo Solos. de ætat.& qualit.Victoria.nu.226. Mag.ſent.ſup. * Quod patet clare ex eo ꝙ in Canone 43. Apoſt. ſtatuitur vna pœna Epiſcopo,Presbytero,& Diacono ludentibus; & in Canon.44.alia diuerſa pro Subdiacono,Cantore.&c.

14 **Maiorũ & minorum Ordinum differẽtiæ.**

QVæritur.In quibus differant maiores Ordines, à minoribus? Reſp. aliquas dari differentias,quarum Prima eſt,quod maiores dicuntur Ordines ſacri, minores vero non.Communis.

Secunda. Quod maioribus Ordinibus annexum eſt votum caſtitatis,minoribus autem non: Nau. c.22.nu.18.

Tertio. Quod in minoribus conſtituti poſſunt, abſque vlla diſpenſatione,vxorem ducere. in maioribus autem è contra. * Quod patet manifeſte in Canon.25.Sanctorum Apoſtolorum,his verbis: Ex his qui cęlibes in clerum peruenerunt, iubemus vt Lectores tãtum & cantores(ſi velint) nuptias contrahant.

Quar-

Quarta. Quod etiam ſi de facto cõtrahant Matrimonium in maioribus conſtituti, non tenet Matrimoniũ; ſecus autẽ ſi in minoribus.

Quinta. Quod conſtituti in maioribus tenentur, ſub peccato mortali, niſi iuſta excuſet cauſa, Diuinum officium deuote, & attente recitare, in minoribus autem ad id non tenentur.

Sexta. Quod maiores non poſſunt duo in eodem die, vni ordinando adminiſtrari; minores autem etiam cum prima tonſura, & Subeidconatu dantur. Silueſt. verbo. Ordo. 2. q. 7. verſiculo: Tertiũ. Nauar. c. 25. nu. 71.

Septima. Quòd minores adminiſtrari poſſunt omni die dominica, & feſtis, & quatuor tẽporibus, & aliis dieb⁹ à Iure ſtatutis; maiores autem non; niſi ſex anni diebus, à Iure declaratis. Silu. Ordo. 2. q. 6.

Octaua. Quod ordines maiores conferuntur in Miſſæ celebratione, minores verò non; vt patet ex communi vſu. & Silu. ſup. q. 9. verſiculo Secundo.

Nona. Quod ad receptionem cuiuſlibet ſacri ordinis, requiritur Confeſſio, & Communio, vt ex S. Thom. & communi vſu probat Nauar. cap. 2. 9. & diximus ſupra. de Confeſſione. nume. 12. In minoribus autem non, & pręcepit Concil. Colon. c. 26.

Decima. Quod maioribus initiati, poſſunt tangere Vaſa ſacra; imò Diaconus Corpus, & Sanguinem Chriſti, patena, vel calice mediante, & in aliquibus caſibus, immediatè (vt ſupra de Euchariſtia diximus) & tradit Silueſtr. Ordo. 2. quæſtion 4. Minores autem habentes non.

Vndecima. Quod ſi quis recipit aliquem ſacrum Ordinem, ſine dimiſſoriis, aut ante legitimam ætatem; aut extra tẽpora, peccat mortaliter, & eſt, ipſo iure, ſuſpenſus. Qui ſi tali ordine vtitur, erit irregularis, vt tradit Silueſt. irregularitas. 3. num. 9. Nauar. capit. 25. nu. 70. Quæ omnia in minoribus non habent locum. Hodie contra. vt in Bulla Sixti. V. infra.

Duodecima. Quod minores Ordines conferri poſſunt ab Abbatibus, ex Iure. vt cap. Quoniam. 69. d. capitul. Cum contingat. de æta. & qualit. probat Sot. 4. diſtin. 25. quæſtio. 1. verſicul. Abbatibus autem. text. cum Gloſ. verbo. A non Epiſcop. in cap. 1. de Ordin. ab Epiſcopo, qui renun. Epiſcopatum. Nauar. cap. 22. num. 18. Et ex commiſſione Papæ, à ſimplici ſacerdote; vt latiſſimè Couar. lib. 1. Variarum, capit. 10. nume. 9. & 10. Sotus ſupra. Maiores autem non, ſecundum communem, relatam a Victoria. Qui tamen, etiam nume. 235. ait: quòd ſi de facto committat Subdiaconatum, & Diaconatum factum teneret.

Decimatertia. Quod in minoribus, ſufficit vt ordinando tradatur inſtrumentum ab Archidiacono, de mandato Epiſcopi. In maioribus autem neceſſarium eſt vt tradatur ab Epiſcopo. Silueſ. Ordo. 2. q. 5. Armil. nu. 11.

Decimaquarta. Quod Epiſcopis conceditur autoritas diſpenſandi in omni irregularitate (excepto homicidio voluntario) quo ad minores Ordines tantum, non ſic ad maiores, vt videbis infra, in 2. par. de Irregularitate. nu. 336.

DE MATERIA.

15 Materia ſacramẽti ordinis quę? QVæritur. Quæ ſit huius ſacramenti Ordinis materia? Ad hanc quæſtionem Reſpondit Cõcilium Flor. in hæc uerba: Eſt autẽ in ſacramento hoc (ſcilicet Ordinis) materia illa, per cuius traditionem cõfertur Ordo, ſicut Presbyteratus traditur per Calicis cũ uino, & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus uerò per libri Euangeliorum traditionẽ. Subdiaconatus, per traditionem Calicis uacui cũ patena uacũa ſuperpoſita, &c. Magiſt. S. Th. Scot. Ric. & communiter omnes in 4. diſtin. 24 Sot. q. 1. ar. 3. Angel. Silu. Ordo. 2. q. 4. Armil. nu. 5. Victor. ſumma: nu. 229. Nauar. c. 22. nu. 17.

DE FORMA.

16 Quæ forma. FOrma autem huius ſacramenti (ſecundum communẽ omnium) ſunt uerba illa, quæ ex Pontificali, Epiſcopus dicit, in uniuſcuiuſq; inſtrumenti traditione.

DE MINISTRO.

17 Quis ſit miniſter. QVæritur. Quis ſit huius ſacramenti miniſter? Reſp. ſecundum ea quæ ſup. in 12. differentia inter Ordines Maiores, & minores, diximus, uel ut materia clarior fiat Nota ſequentia dicta, uel propoſitiones.

Primo Dico ſolum Epiſcopum ex officio eſſe huius ſacramẽti miniſtrum. S. Th. in 4. & in addition. ad 3. par. q. 38. art. 1. & Communi. Silueſt. Ordo. 3. in principio. Victoria. num. 234. Concil. Trid. ſeſſ. 23. Canon. 4. Catechiſ. Roman. de Ordine. & eſt text. in Canon. 1. & 2. Apoſtolorum. uide Caniſium. Doctrina. de Ordine. §. 5. Sot. 4. diſtin. 25. q. 1. ar. 1.

Secundo Dico. Quod licet Ang. Ordo. 2. Silu. 3. & alij, longam diſtinctionem faciant de prima tonſura; an poſſit illam Parochus, & alij conferre; uſus tamen uniuerſalis Eccleſiæ habet, ut ab Epiſcopo accipiatur. Conc. Trid. ſup. De prima tonſura.

Tertio, Abbates habent à iure primam tonſuram, Ordineſque minores conferre, ut ſupra. in 12. differentia, & eſt Communis, per multa Iura. De Abbatibus.

Quarto, Epiſcopi quicunque, proprij: uel tantum titulares, hęretici, etiam degradati, depoſiti, interdicti, Excommunicati, ſuſpenſi, & Irregulares, ſi de facto Ordinare attentauerint; licet mortaliter peccent, Ordines utique conferunt. S. Thó. in 4. diſt. 25. & in additon. ad 3. par. q. 38. ar. 2. S. Bonauẽ. Ricar. & alij, quos refert, & ſequitur Angel. Ordo. 2. num. 3. Silueſt. Ordo. 3. q. 1. & 6 Victoria. nu. 236. Sotus. 4 diſt. 25. q. 1. arti. 1. & Communis. Si fecerint cum intentione faciendi ſaltem, quod Eccleſia Catholica facit. Quid de Epiſcopo heretico & excom.

Quintò. Qui à talibus Epiſcopis Ordines ſuſcipiunt ſcienter, licet character illis imprimatur, gratiam tamen non ſuſcipiunt. Ange. Silueſt. S. Thom. Sotus, & alij, ſupra; quia fiunt participes illorum criminum. Quid de ſuſcipiẽtib.

Sexto. Licet à miniſtrante, & recipiente Ordines, ſimul uel ſeparatim ſimonia committatur, uerum datur ſacramentum, & character imprimitur; gratia tamen non datur; propter participationem in illo delicto, & crimine. Omnes communiter. De Symonia Ordinatione.

Septi-

De ſacerdote ſimplici.

Septimo. Sacerdos ſimplex, ex commiſſione Papæ, Ordines minores conferre poterit omnes, ſupra. in 12. differentia. Et tradit Couar. lib. 1. Variarum. c. 10. nu. 10.

V. Papa poſſit committere ſubdiaconatũ ſimplici ſacerdoti?

Octauo, Si Papa de facto commiſiſſet Subdiaconatum, & diaconatum ſimplici ſacerdoti. S. Th. & omnes, (vt ait Victoria) dicunt non tenere, ipſe autem Victoria. nu. 235. dicit ſe Bullam quandam de hoc vidiſſe; quapropter ait, tali caſu, factum tenere, quod credo verum. De ſacerdotio autem omnes dicunt non tenere.

18 V. In Ordinis ſacramento imprimat caracter?

Quæritur. Vtrum In hoc ſacramento imprimatur Character? Reſpon. vltra id, quod de ſacramentis in genere num. 14. diximus, patet ex Communi omnium conſenſu, & de fide in Concil. Triden. ſeſſ. 23. Can. 4. quod in hoc ſacramento imprimatur Character indelebilis, & colligitur ex D. Cypriano, de ablutione pedum. Vide etiam Sot. diſt. 24. q. 1. artic. 4. Paulum Gryſal. qui uerbo. Ordo. nu. 4. contrarium dicit hæreticum. * Et hac de cauſa non poteſt iterari. de quo vide Canonem 67. Sanctorũ Apoſtol. qui ſic ait: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſecundam ab aliquo ordinationẽ ſuſceperit, deponit ortam ipſe, quàm qui ipſum ordinauit: niſi fortè conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati, aut ordinati ſunt, hi neque fideles neque clerici eſſe poſſunt.

19 In quo Ordine?

Quæritur. Vtrum In vnoquoq; Septem Ordinum imprimatur Character? Reſp. De ſacerdotio nulli dubium. De alijs autem Ordinibus dic quòd imprimatur in illis, qui ſunt ſacramenta, & ſic in ſacris tantùm; Glo. verbo. Leuitæ. in c. In veteri. 77. diſt. Victor. in ſumma. nu. 231. Sotus. 4. diſt. 24. q. 1. ar. 4. concl. 6.

20 Quãdo imprimit caracterẽ?

Sed, quando imprimitur Character? Reſpõ. Generaliter, quòd in ſuſceptione inſtrumenti traditi ab Ordinatore, Ricar. 4. diſtin. 24. q. 3. ar. 4. S. Bonauen. Palud. & alij. Ange. Ordo. 1. q. 4. Silueſt. Ordo. 2. q. 4. & omnes.

Sed pro reſolutione huius dubij, & vt ſcias quis, & quotuplex ſit Ordinis effectus; Nota quintã Concluſionem Soti. 4. diſt. 24. q. 1. artic. 4. qui ſic ait: Eodem puncto, quo infunditur gratia, imprimitur Caracter: & quo imprimitur Caracter, infunditur gratia; niſi obex opponatur. Momentum autem illud eſt, quando ſacramentũ perficitur: perficitur autem, quando materia, & forma applicantur, videlicet, vbi Epiſcopus Calicem tradens, & hoſtiam ait: Accipite poteſtatem conſecrandi &c. Quapropter illo momento, vti ait S. Th. diſt. 24. q. 2. ar. 3. & Doctorum cętus, vterq; ſubſequitur effectus.

21 V. ſit eſſentiale tangere inſtrumenta?

Quæritur, An requiratur de eſſentia quòd ordinatus tãgat inſtrumentum ſibi porrectum? S. Th. 4. diſt. 24. Angel. Ordo. 1. nu. 3. Silueſt. Ordo. 2. q. 5. verſiculo: Tertio. Palud. 4. diſt. 24. q. 1. S. Anton. 3. par. titulo. 16. c. 14. & alii multi dicunt: quòd ſic. Pro quibus facit text. in c. Subdiaconus. cum tribus ſequentibus. 23. diſt. vbi habetur; quòd Subdiaconus accipiat librũ, ſimiliter alij alia inſtrumenta. In tantum quòd motus his Iuribus Silueſt. ſup. & Caiet. quodlibet. 1. q. 16. dixerint, indubitanter eſſe tenendum; quòd tactus ſit eſſentialis. Et hanc opinionem ait proba-

abſq; diſpenſatione, poſſe matrimonium contrahere.

26 De iuſto timore. DE illo autem qui ob iuſtum timorem, Ordines ſuſcepit, ait S.Tho.& Ange.relati,& ſequuti à Nauar.c.22.nu.51.§.Nono,nõ teneri ad caſtitatem,nec ad horas, nec ad vitandum bellum. * Quibus adde Canon.33.pœnitent. vbi ſic habetur: Epiſcopus, qui ordinat ſine iuſta cauſa Clericum inuitum,aut reclamantem, vel pœnitus inuitum,abſolute ſuſpenditur anno vno.text. in capitul. 1.74.diſtinctione.

De Iure autem, Primo omnes illi, qui ætate carent requiſita, nequeunt Ordinari, vt teſtantur Iura,& communis.

DE ÆTATE.

27 QVamobrem.Quæritur:Quæ ætas requiratur in vnoquoque Ordine?Reſp.licèt Iure antiquo, per multa iura,quæ citat Silueſt.& Sotus.ſup.aliter erat de ætate conſtitutum:nunc autem,iure nouo Concil.Triden. infrà. mutata ſunt multa,hoc modo:videlicet quòd ſeruetur ius antiquum quo ad primam Tõſuram; in quo Septennium requiritur completum; & in primis tribus minoribus ordinibus. In Acolyto autem requiritur duodecim annorum numerus, vt ex c.ſi in ſingulis.77.diſtin.probat Ang.Silueſt. & Armil. verbo Aetas.nu.2. Prima Tonſura, & minores Ordines.

28 QVo ad Subdiaconatum, requirebatur olim decem & octo annorum inchoatum ætas: in Diaconatu,Viginti: Presbyteratu,Vigintiquinque. Colligunt hoc omnes Summiſtę ex Clementina: Generalem, de ætat.& qualit.Ordinandorum.

Hodiè autem per Concil. Trid. Seſſ.23.de reform.ca.12. nullus ad Subdiaconatum ante.22.ad Diaconatum ante. 23. ad ſacerdotium ante. 25. annum inchoatum promoueri poteſt. Aetas ad Ordines ſacros.

PRimo nota hoc etiam habere locum,quo ad regulares, etiã mendicantes, omnibus ſuis priuilegijs, quo ad hoc, in totum ſublatis. 29 De Regularibus.

SEcundo Nota:Quod Concil.dicto.ca. 12.dum agit de regularibus ordinandis ait: Nec ſine diligenti Epiſcopi examine Ordinentur.Pondera verbum (diligẽti examine) quæ verba,de alijs Ordinãdis Concilium non dixit; ſed de Religioſis tantum, eo quòd illi per vniuerſum quaſi orbem,de cõuentu in Conuentum, de Prouincia, in Prouinciam ſingulis ferè annis ab obedientia miſſi gradiantur. 30 De examine regularium.

Ætatem autem, & alias qualitates requiſitas in ordine Epiſcopali ponit text. in c.Cum in cunctis,in principio ca.Cum à nobis. de electione.c.Graue nimis. de præben. Concil.Triden. ſeſſ.6. de reforma. cap.1.ſeſſ.7.de reformatio.capit.1. ſeſſ.22.de reformatio. capitul.2.& ſeſſ.24. de reformatio. cap. 1.cum multis alijs iuribus, & Canonibus, in quibus requiritur ut habeat triginta annos completos, & ſit magiſter, Doctor, vel Licentiatus in ſacra Theologia,vel iure Canonico, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur. Concil. Trident. Seſſio. 22. capit.2. Qualitas, etas ad Epiſcopatum, quæ.

Cum

31 **V. Requirātur caracteres aliorū ſacramentorum.&c.**

CVm Sacramentum Ordinis vltimum ſit corū, in quibus caracter imprimitur, Quæritur. V. requirantur alia duo ſacramenta, in quibus caracter imprimitur, ad receptionem Ordinis, ſ. Baptiſmus, & Confirmatio? Reſp. Quo ad Baptiſmum, ſequenti concluſione: Ad Sacramentum ordinis de neceſſitare requiritur iure Diuino caracter Baptiſmi; ita quòd ſine ipſo factum eſt nihil, tex. in c. Veniens. de presbyr. non Baptiſ. S. Tho. & communis; quam refert, ſequitur Silue. Ordo. 2. q. 1. Sot. 4. diſt. 7. q. vnica. ar. 6. Nauar. c. 22. nume. 9. in fin. Et eſt de fide. ca. Omnes fideles. de Conſecra. diſtin. 5. Conc Florent.

32 **V. Requiratur Confirmatio?**

DE Cõfirmatione autem Quæritur. V. Requiratur caracter, 1. quòd ſit primum confirmatus, ita quod ſi non ſit, non poſſit Ordinari? Reſp. non requiri de Iure Diuino (vt de Baptiſmo diximus) ſed tantum ex neceſſitate præcepti, non autem ex neceſſitate Sacramenti; Itaq; qui ordines reciperet ante Confirmationem, Ordinatus eſſet, licet peccaret. S. Thom. Silue. Nauar. & alij ſupra. & Sot. 4. diſtin. 24. q. 1. art. 4. verſic. Quòd ſi interroges.

33 **Quod peccatum illa omittere?**

SEd Quæritur. V. Sit mortale peccatum, vel incurratur aliqua cenſura Ordines abſque Confirmatione recipiendo? Reſpon. quòd ante Concil. Trid. Seſſ. 23. c. 4. erat Communis non eſſe peccatum mortale. S. Thom. addition. 3. par. q. 35. ar. 4. Ledeſ. 2. par. q. 37. ar. 4. Sotus. 4. diſt. 7. q. vnica. ar. 6. & 8. poſt. 3. conclu. & diſt. 24. q. 1. art. 4. ad fin. Victoria in Summa. nu. 46. fin. Imo Reſp. Secundò, etiam poſt dictum Concil. Trid. non eſſe mortale peccatum, nec cẽſuram incurri. Nauar. c. 22. num. 9. in fine. quia Concilium tantum præſcribit Epiſcopo, ne quem initiet niſi confirmatum.

Sed cum ipſe Nauar. c. 25. num. 68. (ſibi contrarius) dicat eſſe mortale peccatum; oportet intelligere id per obliuionem dixiſſe, vel intelligere velle; ſi adſit contemptus.

Impedimēta a iure. 34

SEcundo: De Iure multa perſonarum genera prohibentur ordinari, de quibus (vt prolixitatem vitemus, & quia iam omnibus eſt notum maxime Curialibus Epiſcoporum) poteris videre S. Th. in 4. & in addit. ad 3. par. q. 39. per totam. Ange. Ordo. 3. Silu. ordo. 4. Armil. ord. nu. 19. latè Victoria. Summa. nu. 237. Nauar. c. 25. à num. 68. vbi late. & aliqua Couar. in Clementina. Si furioſus. de homicid. & latiſſimè omnium Simon Maiolus in tractatu (quem poſt Concil. Triden. edidit) de Irregularitate, & Canonicis impedimentis, & Borgaſius de eodem.

DE TEMPORE.

Papa quando poſſit ordines conferre? 35

QVæritur. Quibus anni diebus poſſit ordinis Sacramentum adminiſtrari? Reſpon. aut loquimur de Papa, vel Epiſcopo, aut de maioribus, vel minoribus ordinibus. Ideo ſit.

Prima Concluſio: Papa quolibet anni tempore, quemlibet ordinem adminiſtrare poteſt. Ratio eſt, quia eſt ſupra ius Canonicum ideo illud alterare, mutare, irritare, & in omnibus diſpẽſare poteſt, quæ ex ipſo iure ſunt determinata. Communis omnium Catholicorum. Secundo patet. Poteſt diſpenſare,

ſpenſare, vt quilibet ordinandus, à quolibet Epiſcopo extrà tempora ordinetur, (vt quotidie videmus) ergo melius ipſe.

Quãdo Epiſcopus.

Secunda. Epiſcopus de iure Ordines ſacros, Sex anni diebus tantum conferre poteſt, videlicet in Sabbato quatuor temporum, & in Sabbato ante Dominicam Paſsionis, & in Sabbato Sancto. Leo Papa Epiſtola 79. tex. in c. Quod à Patribus. & per totam 75. diſt. tex. in c. De eo, & per totum, de tempor. ordin. Conc. Trid. Seſſ. 23. c. 8. Ang. ordo. 4. nu. 2. Silu. ordo. 2. q. 6. Hoſt. Abb. & Inno. in d. c. De eo & in ca. Literas. de tempor. ord. quamuis contradicat. Glo. ſi d. c. De eo.

Dñica die qñ poſſint Ordines celebrari.

Nota tamen, ſecundum dicta iura 75. diſtin. quòd ſi ab ordinando fuiſſet vſque in Dominicam diem continuatum ieiunium, poſſent tunc Ordines celebrari, Quod nũquam factum fuiſſe legi.

Ordines minores quãdo conferendi?

Tertia Concluſio. Epiſcopus poteſt qualibet Dominica, & feſto de præcepto, ordines minores conferre, text. cum Glo. in c. De eo, de Temp. ord. S. Tho. S. Bonau. S. Anton. Ricar. Scot. Ang. Silue. Armil. & omnes. Nauar. c. 25. num. 71. vbi ex c. 2. De eo; qui ordines furtim accepit, ex alijsq; ait Epiſcopum dictos minores ordines dictis diebus, ſimul conferre poſſe. Quod procedit etiam, ſtante Conc. Trid. Seſſ. 23. de Reforma. c. 11. Vbi Epiſcopi arbitrio relinquitur omnes ſimul, vel per temporum interſtitia conferre. Vide hodie Bullam Sixti. V. contra clericos malè promotos. infra poſitam. in fine.

36 De minoribus & ſubdiac. eod. die.

QVæritur. V. Epiſcopus poſsit quatuor minores Ordines, & Subdiaconatum, ſimul conferre eodem die? Hoſt. & Inno. relati, & ſequuti, ab Ange. Ordo. 6. nu. 2. Silueſt. cum alijs. Ordo. 2. q. 7. Armil. nu. 6. & Nauar. ſupra. per d. c. De eo, Sotus, 4. diſt. 25. q. 1. artic. 4. verſi. Tertio poſt. & omnes tenent quòd non, quod eſt uerum de Iure. Sed vbi contraria ſeruatur conſuetudo, (vt ferè vbique hodie ſeruatur) poterunt, ſimul conferri omnes. Docto. ſup. & S. Anton. 3. par. titulo 14. c. 16. §. 26. quem refert, & ſequitur Nauarr. ſup. dicẽs hanc conſuetudinem non eſſe à Concilio Trid. ſublatam. Quod poterit Epiſcopus facere, quando Ordines celebrat, temporibus à Iure ſtatutis, quia alias quando per annum confert; tantum poterit minores conferre.

Et reſolutiuè, circa primam tonſuram cum minoribus, vel de minoribus cũm Subdiaconatu, ſeruari debet omnino conſuetudo.

37 De ordinato ante ætatem &c.

QVæritur. Quid ſi reciperet aliquis Ordines ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel ſine literis dimiſſorijs ſui Epiſcopi? Reſp. cum diſtinctione, aut recepit minores, vel maiores Ordines. Si minores nullam incurrit cenſuram, vel irregularitatem, peccauit tamen mortaliter. Hodie omnes incurrunt. vide bullam Sixti. V. primam. ad finem huius libri. 7. Vbi declaratum inuenies.

Si autem receperit Subdiaconatum, vel ſupra, (quicquid aliqui inuoluant ex Iure antiquo) eſt ipſo Iure ſuſpenſus per Extrauag. Cum ex ſacrorum. Pij 2. quam citat & declarat Nauar. c. 25. nu. 70. Silueſt. verbo Irregularitas. q. 10. vbi multa citat, & Sot. 4. diſt. 25. q. 1. ar. 3. & per Conc. Trid. ſeſſ. 23. de Reform. c. 8. in fi. Quam extrauag. confirmauit etiam Pius V. in

libro

libro Sanctionum: Sanctione.22. fol.14.vt refert,& ſequitur Gordu ba.in tract.de caſibus.q.144.opinione.2. & Greg.13. in Bulla quadam conceſſa Cardi.Borromeo,& habetur in fine Concil. 3. Mediol. quæ incipit: Cunctis. Miror tamẽ hic, quare Nauarrus Silueſtrum, Sotum, & alios non citauerit ſupra.Miror etiam de errore Silu.& Soti,qui pro (ex ſacrorum) poſuerunt,ex Sacramento: niſi vitio impreſſoris factum fuiſſe dicamus.

Si autem ſic ordinatus antequã à ſuſpenſione dicta abſoluatur,celebrauerit: vel in ordine miniſtrauerit: erit irregularis, cum quo ſolus Papa diſpenſat, vt tenent omnes. Quod procedit, quando delictum fuit publicum; ſi autem fuit ſecretum, tàm in ſuſpenſione,quã in dicta irregularitate inde ſequuta,hodie Iure nouo Conc. Triden. ſeſſ.24.c.6. poterit Epiſcopus per ſe,vel per Vicarium,adhoc ſpecialiter deputatum diſpẽſare. Hodie aliter,vt in dicta Bulla.

38 *De Hiſpanis & Italis.* NOta tamen vnum particulariſſimum circa illum qui ordinatur ab alio Epiſcopo ſine dimiſſorijs ſui: quod ſi ſit ordinandus Hiſpanus, vel Vltramontanus & ordinatur ab Epiſcopo Italico, vel Citramontano ſine dimiſſorijs ſui Epiſcopi: incurrit dictam ſuſpenſionem. Si autem è contra,ordinandus ſit Italicus, vel Citramõtanus, & ordinatur ab Epiſcopo Hiſpano,vel Vltramontano;nullã incurrit ſuſpenſionem. tenet communis, quam refert, & ſequitur Silu.verbo Irregularitas.q.9.quod probatur in dicta Bulla Pij II. & ibi: Citramontanus à Citramontanis,ergo nõ ab alijs? Rationem huius differentiæ, penitus ignoro, Niſi dicamus priuilegium eſſe pro Italis.De intellectu huius dubij vide.d. Bullam.1.Sixti. V.in fine huius libri. Notabili.6. vbi hoc declarauimus.

DE SCIENTIA ordinandorum.

39 *De ſciẽtia Ordinãdorum.* QVæritur.Quæ ſcientia requiratur in vnoquoq; Ordine ſuſcipiendo? Reſp. de hoc agi in Concil. Triden. ſeſſ.23.c.4. 11.13. & 14. & latiſſimè.in Conc. 4.Mediolanen. ſub Cardinali Borromeo, vbi multa poterunt videri,quæ quia quaſi impoſſibile eſt, in totum ſeruari poſſe, omitto in particulari tractare: vnuſquiſque enim Prælatus iudicabit in ſuo Epiſcopatu, quid ſibi oporteat facere ſecundum abundantiam, penuriamue Ordinandorum, quos in Chriſto Ieſu hortor, vt videant quos elegerint ne ſi cœci cœcis ducatum præſtent omnes in foueam cadant.

OFFICIO DIVINO.

40 *Ad quas horas teneantur.* QVæritur. Ad quæ Officia Diuina,vel horas Canonicas teneantur ordinati?Reſp.Ordinatos in duplici eſſe differentia, Quidã enim ſunt Beneficiati; alij nullum habentes beneficium.Nũc ergo ſic: beneficium quodcunque Eccleſiaſticum Curatum,ſimplex vel Capellaniam collatiuam habẽtes;etiam ſi tantùm primam tonſuram habeant (quod etiam in Curato verificari poteſt, qui intra annũ vnum poſſit eſſe ſacerdos) tenentur ad Officium Diuinũ,vt tenent Omnes infra, Si autem nullum beneficium habent (quicquid olim

fuerit)

fuerit) prima tonſura,& etiã quatuor minoribus initiati, ad nihil tenentur Ordinum ratione. Subdiaconus autem & ſupra, licèt nullum habeant beneficium, tenẽtur ratione ſacri Ordinis, caſtitatem Ordini annexam ſeruare; horaſq; Canonicas dicere. Communis omnium. vide maximè Sotum. de iuſtitia & iure. lib. 9. q. 7. ar. 2. Nauar. ca. 25. nume. 97. & 108. Cordub. in tractatu de caſibus. q. 186. vbi latè de omnibus beneficiatis.

41 Capellan', qñ teneat, vel non ad horas? DIxi, ſupra Capellaniam collatiuam. Quia ille qui habet Capellaniam inſtitutam a teſtatore, ſine collatione facta ab ordinario, vel erectione in bona ſpiritualia: non tenetur ratione dictæ capellaniæ ſimplicis, horas recitare. vt declarat bene Cordub. ſupra.

42 Penſionarius ad qđ teneatur. QValiter autem habens penſionem, teneatur dicere officium paruum Beatæ Mariæ Virginis, tradit Nauarr. ſupra ex Motu proprio Pij V.

43 De habenti tenue beneficium. SEd Quæritur. (procomplemẽto totius materiæ) V. ille qui habet ita tenue beneficium, quod non ſufficit ad eius ſuſtentationẽ, teneatur dicere officium, quando alia ratione non tenetur, quã propter beneficium? Communis opinio Ange. Silu. Armil. Tabie. Abb. Couar. & aliorum, quam refert, & ſequitur Nauar. cap. 25. num. 102. & Corduba. in tractatu caſuum. quæſtio. 186. tenet tenuitatem beneficij non excuſare; Sotus tamẽ, lib. 10. de iuſtitia & iure. quæſt. 6. art. 3. ſolus tenet talem non teneri, ſi quantitas non excedit ſummam octo aureorum ſcutorum. Quam opinionem ſequutus fuit me præſente, Doctiſſimus Magiſter Deca Societatis Ieſu, in Academia Complutenſi. tenet in quadam publica lectura lecta Romæ Pater Parra ex eadem ſocietate Ieſu: quorum trium qui ſequeretur ſententiam non auderem ad mortale, & ad reſtitutionem condemnare: quãuis contraria ſit communis. Quæ opinio poterit practicari in excuſando illum, qui omiſit: non autem in conſulendo, vt officium omittat.

Et hęc de Ordine ſint ſatis.

DE SPONSALIBVS & *Matrimonijs.*

ACturus de Matrimonij ſacramento; quia ſponſalia ſe habent ad Matrimonium, vt præambulum quoddam (licèt aliqui auctores primo de Matrimonio agant) ſponſaliorum materiam, Matrimonio anteponendam iudicaui; ſic enim fecit Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus Præſul Didacus Couarruuias à Leyua Hiſpanus. in Epitome libri. 4. de ſponſalibus. Cui ordini eſt conformior Rubrica illa libri. 4. Decretalium; dum ait: De ſponſalibus, & Matrimonijs.

DE SPONSALIBVS.

TRactat Magiſt. ſenten. in 4. diſtinctione 27. Vbi ſanctus Thom. & in additione 3. partis q. 43. Alexand. de Ales. ſanctus Bonauent. Scot. Palud. Ricar. & omnes in 4. maxime Sot. & Flores Theologicarum q. diſt. 27. Ange. Sil. Tabien. Caiet. Armil. & omnes Summi-

Summiſtæ verbo ſponſalia. In Decretalibus, & Sexto. in lib. 4. Vbi Abb. Innocentius, Felinus, & omnes Canoniſtæ. maxime Couar. in Epitome. 4. libri. per quinq; capita. Nauar. in Manuali. c. 22. nume. 25. vſq; ad 28. Victoria. à nu. 257. Speculum coniugiorum per totũ. Corduba. in tractatu de caſibus. per multas quæſtiones. vt patet in indice. litera. C. Concilia antiqua omnia, & nouiſſime ſacroſanct. Triden. ſeſſ. 24. & Catechiſm. Roma. Pij. V. pag. 376. Viguerius. c. 16. §. 7. & multi alij auctores. maxime nunc. F. Paulus Gryſal. in lib. Deciſiones Catholicæ &c. verbo ſponſalia, & Matrimonium.

1 SPonſaliorum materia (Deo duce) quinque abſoluetur Capitulis. Primum ſponſaliorum cõtinebit definitionem. Secundum ætatem ad ſponſalia requiſitam. Tertiũ quibus verbis ſponſalia contrahantur. Quartum ſponſaliorum effectum. Quintum quot modis ſponſalia dirimantur.

CAPVT PRIMVM.

2 *Quotuplicia ſponſalia.* QVæritur. Quotuplicia ſunt ſponſalia? Reſp. In duplici eſſe differentia, quædam. n. de futuro, quædam per verba de præſenti appellantur. Couar. 1. par. de ſponſ. cap. 1. nume. 3. & omnes.

3 *Sponſalia de futuro quid.* QVæritur. Quid ſint ſponſalia de futuro (de quibus nunc fit ſermo?) Reſp. Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum mutua, vel reciproca promiſſio. S. Tho. in 4. diſt. 27. q. 2. ar. 1. & in addit. 3. par. q. 43. ar. 1. Victo. nu. 257. Nauar. ca. 22. num. 25. Silu. Armil. & omnes, verbo, ſpõſalia. Couar. ſupra. Sot. in 4. diſt. 27. q. 2. ar. 1. conclu. 1. Vbi ſic ait: ſponſalia ſunt mutuæ promiſſiones viri, & fœminæ, de contrahendo Matrimonio. Qui omnes fundantur in ca. Noſtrates. 30. q. 5. & Gl. verbo. Sequitur. in princip. 27. q. 2.

DIxi: mutua, vel reciproca: Quia ad hoc vt ſponſalia dicãtur, vtraq; pars promittat, oportet. Nauar. Couar. Silu. ſup. & alij. quàmuis multi tantum dicant: futurarum nuptiarum promiſſio, vt Ang. Armil. Vict. & alij. 4 *Promiſſio vtriuſque partis.*

QVæritur. V. Spõſalia ſint de eſſentia Matrimonij. Reſp. q; nõ, Nam ſine illis, poteſt Matrimoniũ de præſenti, contrahi. Sot. 4. diſt. 27. q. 2. ar. 1. verbo Hinc ſequitur. Viguer. c. 16. §. 7. verſi. 7. 5 *V. ſpõſalia ſint de eſſentia Matrimonij.*

SI non ſunt de eſſentia, quare in uenta? Triplici de cauſa, ex cõgruitate, eſſe inuenta. Prima ad ſoluendam, & augendam amicitiam contrahentium. Vnde D. Aug. ait: Inſtitutum eſt, vt iam pactæ ſponſæ non ſtatim tradãtur, ne habeat maritus vilem, citò datam, quam non ſuſpirauit dilatam. Secunda, Ad interim videndum ſint ne aliqua impedimenta. Tertia. Ne alicui fieret præiudicium, propter quod interdicta ſunt clandeſtina matrimonia. Viguerius. ſupra. 6 *Quare inuenta.*

QVæritur. Quæ differentia datur inter ſpõſam de futuro, ſponſam de præſenti, & coniugẽ vel vxorem? Reſp. Sponſa de futuro eſt illa quæ alteri de futuro promiſſa eſt. Sponſa de præſenti illa dicitur, quæ per verba de præſenti contraxit, per quę verba Matrimonij ſacramentum conficitur, ſed nondum 7 *Sponſa de futuro, ſpõſa de præſenti & cõiux differunt.*

nondum eſt copula ſequuta. Vxor autem, vel coniux illa appellatur, quæ iam à viro ſuo eſt Cognita. Gloſ. verbo Vxore. in ca. 3. de ſent. excomm. Couar. 1. par. de ſponſal. c. 1. nu. 3. qui multa allegans ait: in ſacris literis vxorem, etiam pro ſpōſa accipi. Probat latiſſime. Sot. 4. diſt. 27. q. 2. ar. 1.

8 V. Iura loquentia de Matrimonio extendātur &c.

QVæritur. V. Iura quæ imponūt pœnas contrahentibus Matrimonia clandeſtina, extēdantur ad contrahentes ſponſalia clandeſtina de futuro? vide Couar. de Matrimonio. 2. par. c. 6. nu. 22. verſi. Et conſtat. Armil. verbo. ſponſalia. num. 2. Caiet. ſumma. verbo. Sponſalitia. & alios.

9 V. Dicatur adulteriū cū ſponſa.

QVæritur. V. qui acceſſit carnaliter ad alicuius ſponſam de futuro, dicatur adulterium commiſiſſe? Reſp. Quòd nō. Couar. 1. par. c. 1. nu. 11.

10 V. Circunſtantia confitenda.

QVæritur. V. Qui peccauit cū ſponſa alicuius de futuro; teneatur neceſſario hanc circunſtantiam confiteri? Reſp. quòd nō Couar. ſupra. nu. 13.

11 V. Occidēs clericū cū ſponſa de futuro &c.

QVæritur. V. ſponſus de futuro, occidens Clericum turpiter cum ſua ſponſa inuentū teneatur Papam adire pro abſolutione? Reſp. quòd quamuis Clericum cum vxore, matre, ſorore, vel filia fornicantem percutiens, non teneatur Papam adire. c. 3. verſi. finali de ſent. excom. vbi, & vbique communis; percutiens tamen illū cum ſponſa de futuro inuentum, tenetur, ſecundum communem, per Couar. ſupra. nu. 12. quamuis ipſe putet ſatis eſſe abſolutionem ab Epiſcopo petere. Quod (ſalua pace) mihi non videtur tutum, cō tra tex. & communem, quatuor illas tantùm perſonas ponentem. Facit pro me ipſemet Couar. dum ſupra. nu. 14. verſic. Quinto ait, pœnas ab vtroque iure contra adulteram conſtitutas, non habere locū in cognoſcente ſponſam de futuro.

CAPVT SECVNDVM. de ætate.

12 Quæ ætas requiratur.

QVæritur. Quæ ætas requiratur, ad contrahenda ſponſalia de futuro? Reſp. vtroque Iure, ætatem ſeptem annorum requiri, c. Ad diſſoluendum. de Deſponſ. impub. c. vnico. eod. tit. in 6. tex. in l. ſponſalibus. ff. de ſponſal. S. Th. 4. diſt. 27. q. 2. & in addition. 3. par. q. 43. ar. 2. Ange. nu. 5. Silu. q. 2. Armil. nu. 4. Nauar. ca. 22. nu. 26. Sot. diſt. 27. q. 2. ar. 2. conclu. 11. Couar. de ſponſal. 1. par. c. 2. nu. Flores Theolog. q. in 4. diſtin. 27. arti. 4. & omnes.

13 V. Septimū completū.

AN dictum ſeptennium requiratur completum? Reſpon. quòd ſic, S. Tho. relatus & ſequutus à Silue. ſup. & alij. Couar. ſup. nu. 2. ex c. Literas. & c. ſequenti. de deſponſ. impub. Glo. in Clemen fi. de ætat. & qualita. Abb. Corſet. & communis. Sot. ſupra.

14 V. Malitia ſuppleat ætatem.

QVæritur. An malitia ſuppleat hanc ſeptem annorum ætatem? Reſp. quod quamuis Abb. & alij quos refert Couar. ſupra. nu. 1. teneant quòd non: ipſe tamen Couar. ſequens S. Th. 4. diſ. 27. q. 2. ar. 2. Ioan. And. Dominicū, & Francum in c. vn. de ſponſ. in 6. Gloſam. in c. Iuuenis: de ſponſ. cō muniter receptam, & Bald. conſe. 44. volu. 4. Contrarium tenet; imo quòd ſuppleat, ſentit Sotus. ſupra. Hoſtien. Inno. & alij, quos refert, ſequitur Silu. ſponſalia. q. 2.

Quid

15 Quid ſi Septenniũ nō ſit cōpletū.

QVid ſi non ſit ſeptennium cō pletum, ſed parum deficiat? Reſp. Primo. In omni mate ria, parum pro nihilo reputari, vt in auditione Miſſę, recitatione hórarum, furto, Ieiunio, & alijs poteris exemplificare; quę propter par uam quantitatem mortalia non dicuntur; vt reſoluit Nauar. 11. nu. 4. in Manuali, & communis.

Secundo Reſp. quòd quamuis Abb. ſtrictè loquatur dicens: quòd ſi vnus dies tantum deficiat, ſponſalia erunt nulla; Contraria tamē opinio eſt communis, Quam tenet S. Tho. relatus, & ſequutus à Silu. ſup. Soto, 4. diſt. 27. q. 2. arti. 2. cum multis alijs ibidē relatis; immò quod ſi deficeret vna hebdomada, & aliquid amplius, erunt valida. Immò in rigorē (ait S. Th.) valere, quamuis contrahantur in medio ſeptimi anni. Quod tamen poſtea arbitrio boni viri relinquit iudicandum.

16 Aetas ad ſponſalia, & ad matrimoniū differunt.

QVæritur. Quæ differentia datur inter ætatem requiſitam ad ſponſalia; & ad Matrimonium? Reſp. quòd in ſponſalibus requiritur eadem ætas in vtroque contrahentium, ſcilicet ſeptenniū. In matrimonio verò diuerſa requiritur in vnoquoq;: in viro ſcilicet annorum ætas. 14. in fœmina vero 12. vt ex S. Thom. & multis. tradit Silu. verb. ſponſalia. q. 2. §. Tertiū. Nauar. cum communi. c. 22. nu. 29. Sot. 4. diſtinct. 27. quæſtio. 2. arti. 2. ad ſecundum.

17 V. Sponſalia inualida conualeſcant.

QVæritur. V. ſponſalia inualida, propter defectum ętatis, conualeſcant & ſint valida, adueniente ſeptennio, per tacitum contrahentium conſenſum ad ſpōſalia deductum? Reſp. quòd ſic, vt probat Gl. vbi Abb. & Doctores. in c. Literas. de deſponſ. impu. & probat tex. ſecundū Abb. ibi in c. Duo pueri. eod. tit. & in c. vn. eod. tit. in 6. Couar. de ſponſal. 1. parte cap. 2. numero 2.

CAP. TERTIVM

De verbis neceſſarijs in ſponſalibus.

QVæritur. Quot modis ſponſalia cōtrahātur? Reſp. Duobus; abſolute, vel cum conditione. Silue. Sponſalia. q. 5. Armill. nu. 3. & alij. Sot. 4. diſt. 27. quæſtio. 2. artic. 1. conclu. 3. Couar. 1. parte capit. 3. 18

Quot modis ſponſalia contrahuntur?

QVæritur. Iterum quot modis ſponſalia abſolutè ſimpliciter cōtrahantur? Reſp. Quinque modis. Ange. nume. 7. Silueſt. quæſtio. 5. Sotus, ſupra. ex S. Tho. & alijs. Primo. Simplici promiſſione vt accipiam te in meum. Secundo. Per fidei dationem, vel iuramētum. capit. inter virum. de ſponſal. Tertio. Quando ambo impuberes, vel alter eorum, maiores tamen ſeptennio contrahunt per verba de præſenti, quia licèt non valeant prout Matrimonium de præſenti; valent prout ſponſalia de futuro. c. 1. De deſponſat. impub. 6. Quarto. Per annuli ſubarrationem. cap. ſi quis deſponſauerit. 27. q. 2. Quinto dando Arram. 19

Quot modis abſolute.

DE Tertio autem modo grauiſſima eſt inter Docto. Quęſtio. V. ſponſalia per verba de præſenti contracta, ab illis, qui debita carebant ætate, & ideo fuere nulla; valeant ſaltem & habeant vim ſponſaliorum de futuro? Abb. & alij, & Nauarr. Manuali capitul. 22. numero 57. partem tenent affirmatiuam per text. (iudicio meo expreſſum) 20

Quid quando debita carent ætate?

expreſſum) in capit. 1. §. 1. de deſpon. impub. in 6. quam credo veriorem, contra Barto. & aliorum communem, quam conatur defendere. Couar. 1. par. de ſponſalibus. c. 3. nume. 2.

CAPVT QVARTVM De effectu, & obligatione ſponſaliorum.

21 Quis effectus ſponſaliorum? QVæritur. Quis ſit effectus ſponſaliorum? Reſp. Eſt obligatio quædam, & vinculũ, quo ſponſalia contrahens, coniugalem conſenſum de præſenti præſtare, promiſſumque ſoluere, niſi iuſta excuſet cauſa, tenetur. Colligitur ex capitu. Ex literis. ſancti Siluani capit. Sicut. capit. Requiſiuit. de ſponſal. Sanctus Thom. in 4 quem refert, & ſequitur Silue. ſponſalia. quæſtio. 4. Armil. num. 7. Couarr. cap. 4. nu. 1. & omnes.

22 V. ſit neceſſariũ iuramentum? QVæritur. Vtrum ſit neceſſarium ſponſalia iuramento firmari, vt obligationem dictam inducant? Reſpon. Non requiri; ſed tantum ſufficere promiſſionem. capitul. De illis. 1. verſiculo, Mulierem. de Deſponſ. imp. vbi notat Abb. poſt Hoſtien. & Henricum: idem Abb. in capitul. Ex literis. colum. 2. de ſponſ. text. clarus. in capitul. Iuramenti. 22. quæſtione 5. ſanctus Thom. in 4. & in addition. 3. parte quæſtione 43. articul. 1. Caieta. in ſumma. verbo ſponſalitia. Angel. nume. 7. Silueſt. quæſtione 5. Sot. diſtinct. 27. quæſtio. 2. artic. 3. Couar. ſup. Nauar. c. 22. nu. 25.

23 Quo peccatũ non præſtare cõſenſum. QVæritur. Quod peccatum erit nõ præſtare dictum conſenſum ad Matrimonium? Reſpon. eſſe mortale peccatum. ſanctus Thom. 4. diſtin. 27. q. 2. art. 2. S. Anton. 4. par. tit. 1. c. 18. §. fin. Ange. ſpõſalia. nu. 20. in fine. Silu. q. 4. Caiet. ſponſalitia. Nauar. c. 22. nu. 28. Couarru. 1. par. de ſponſal. c. 4. nume. 2. per tex. in c. 1. de ſponſa duorũ. Notat Felin. in c. 1. de pactis lib. 6. Quia eſt contra ius naturale, Diuinum, & humanum, vt probat Couar. ſupra. contra Abb.

QVæritur. Vtrum Ille qui fidem dedit alicui, ſine iuramento: & poſtea cum iuramento alteri promiſit illam ducere; teneatur iſtam ſecundam, cui appoſitum eſt iuramentum adimplere, vel illam primam ſine iuramento? Reſpon. teneri ſeruare primam fidem ſine iuramento. Quia eſt prima obligatio. S. Anton. ſupra. S. Tho & Palud. 4. diſt. 28. q. 1. Notant Inno. Ioan. And. Abb. præpoſ. & Rauennas. in cap. Sicut. de ſponſal. Hoſti. Anton. de But. Abb. & Henricus in c. Veniens. de iureiurando, dicentes: iuramentum directè contrarium priori promiſſioni, quam quis ſeruare tenetur, temerarium eſſe, & minimè obligare; cum ſit in diſpendium ſalutis æternæ, & foueat peccatũ mortale, quod committeretur, ſi promiſſio prior non ſeruaretur. Ang. nume. 25. Silu. ſponſalia. q. 7. ibi: ſicut alias & c. Armil. nu. 7. Couar. 1. p. de ſpõſ. c. 4. nu. 3. Sot. 4. diſt. 27. q. 2. arr. 4. verſ. Quinetiã. Si autem ſponſalia iuramento firmata ſint; licet cum ſecunda quæcunq; alia ſponſalia etiam iurata contrahantur, non tenent. Doctores. ſupra. 24 Quid ſi ſpõ ſalibus alteri poſtea cũ iuramẽto ꝓmiſit.

QVæritur. Quid ſi poſt ſponſalia de futuro cũ prima; ſponſalia ꝑ verba de ꝓſenti contraxit cũ ſecunda? Reſp. ꝙ licèt frangens fidẽ primã, peccauerit mortaliter; 25 Quid ſi poſt ſpõſalia de futuro cũ prima &c.

Secunda tamen ſponſalia tenent. Doctores omnes ſupra etiam poſt Conc.Trid.ſeſſ.24.de Reformatione.c.22.nu.26.

26 *Quid ſi ſpōſus votum habeat.*

QVid ſi habens votum ſimplex caſtitatis,de facto ſponſalia contraxit de futuro? Archid. & Enricus,quos refert,& ſequitur Silueſt. Spōſalia.q.7. per capit. Rurſus. Qui Cleric. vel vouent. dicunt tale votum impedire ſponſalia de futuro etiam iurata; Innocent.& alij,quos refert, & ſequitur Angel.Sponſalia.nume.40. Abb.Antonius. Calderinus & alij. in capitul.Veniens.Qui Cleric.vel vouent. Armil. nume.12.Sotus.4. diſtin.27.quæſt.2.a.verſic. Vtrum vero.Nauar.cap.22.nume.27.verſicul.Decimo.

27 *Quid ſi promiſit nō ducere aliam.*

QVæritur.V. Ille qui promiſit alicui nō ducere aliā, quàm ipſam,teneatur ducere illam; & dato quòd non velit ducere illam,poſſit aliam? Reſpon.non teneri ducere illam,nec poſſe licitè aliam, ſecundum Palud. in 4.diſtinct.27.q.1.ar.1.Adrian. in 4. de Matrimonio.q.12.quos refert, & ſequitur Nauar.c.22. nu.27. verſ. Decimo,contra Silueſt.& alios cōtrarium tenentes. Sed opinio prima Palud. & Adrian. videtur iuri conformior.

28 *Quid de ſponſalib' Cland.*

QVæritur.V.ille qui contraxit Sponſalia Clandeſtina de futuro, teneatur illam ſeruare fidem? vel vtrum ſponſalia de futuro Clādeſtina,ſint valida poſt Concil. Trid. ſeſſ.24.de Reformatione Matrimonij.c.1.Reſpō. eſſe valida; quia Conc.tantum inualidauit vel irritauit ſpōſalia per verba de præſenti,Clandeſtine cōtracta.Vnde patet,talem fidem de cōtrahendo, etiam Clandeſtine datam,eſſe ſeruandam.Nauarr.c.25. nume.144.

29 *Multa iura correcta.*

NOta pro huius.4.c.reſolutione quòd licèt olim in multis caſibus,quos refert Angel.Silu.Armil.Tabien. Sot. alij.ſup. maxime Nauar.c.22.nu.28.verſi. Econtrario,& c.25.num.144.Couar.1.par. de ſponſal.c.4.§.1.& 2. & per totum; ſponſalia præſumpta per verba de futuro, per copulam ſequutam,per innixum in copulam, per oſcula,& amplexus;per ſponſæ in domum ſponſi publicā traductionem, &c. cenſebatur Matrimonium, per text. in c. Is qui fidem; cum alijs.de ſponſal. hodie tamē, poſt Concil.Trid.ſeſſ.24.de Reformatione matrimonij.c.1. talia ſpōſalia de futuro,etiam ſubſecuta copula,cum animo, & affectu maritali, non trāſeunt in matrimoniū. vt latè Nauarr. ſup. & omnes alij, qui poſt dictum Concil. ſcripſere. Quare miror Illuſtriſs. Præſidem, ac Præſulem Couar.hoc in vltima editione.d.§.1. & §.2. non addidiſſe, quemadmodum multis alijs locis addidit dictum Conc.Trid.cum ipſe affuit,vt in eo patet.

CAP. QVINTVM
Quot modis Sponſalia de futuro ſoluantur.

30 QVæritur.Quot modis ſponſalia de futuro diſſoluantur? Reſp.ꝙ licèt Angel.verbo Sponſalia.nu.20.Silueſt.eod.q.10. Armil. Tabien. & alij Summiſtæ eod.verbo, & Nauarr.c.22.nu.26. §.Porro. ponant decem & ſeptem caſus;& Sotus.4.diſt.27.q.2.art.5. ad vndecim, illos reducat, & Viguerius.c.16.§.7.verſi.7.Sex tantū ponat:Couar.tamen,1.par.de Spōſal.c.5.

ſal.c.5.Septē principaliores (quod mihi placet) enumerat; addens in fine generalitatem quandam, ideſt dicens multis aliis locis, & caſibus poſſe abſolui.

31 Sponſalia mutuo diſſenſu ſoluuntur.

PRimus caſus eſt, quando ipſi contrahentes, mutuo diſſenſu ab inuicem ſe abſoluunt, ſicut mutuo ſe conſenſu colligauerunt. Et hoc quamuis ſponſalia ſint iurata, Communis Canoniſtarum. in cap.2.de ſponſal.vt rectè declarat, multis citatis, Couarr.ſup.S.Tho. Alexan.Alenſ.Scot.Maior, & alij quos refert, & ſequitur Silu. ſup. q.10.Angel.Armil.Nauatr.& Ser. ſup. Quod intellige etiam ſi talia ſponſalia propter Deum principaliter ſint iurata; propter auctoritatem Doctorū, & fundamenta quę adducit, & ſequitur Nauarr.c.22. nu.25.& Couar.d.c.5.nu.1.quamuis.Ang.Silu.Innocē.& Abb.quos refert Nauarr.ſup.contrarium dicant, quando iuramentum factum fuit intuitu Dei tantùm.

32 Sponſalia ſoluuntur ꝓpter fornicationē.

SEcundo, Sponſalia diſſoluuntur, fornicatione ſequuta. Spōſa enim fornicante; Sponſus liber eſt ab obligatione.c. Quemadmodum.de Iur.Iurando. Vbi probant (ſecundum Abba.& Doctores) idem eſſe etiam ſi ſint iurata; notat Glo.in c. Sic quippè.27.q.2. Præpoſ.poſt alios. in cap. De illis. de Sponſalibus.Angel.ſupra.num. 29.Silueſt.verſiculo.Septimo. Armil.nume.12.Sotus. ſupra. verſic. Septimus.Nauar.capitu.5.num.2. ¶ Quod eſt verum etiam ſi ſponſa, vi præciſa, eſſet cognita: quia non tenetur ſponſus eam acceptare. Eam enim ducens Bigamiæ irregularitatem incurreret, Gl.cap. Raptor.27.q.2. Gloſſ.cap. Quemadmodum.verſic. Oculus. in fine. de Iure Iurando: quam ibi ſequuntur Ioann.Andr.Abb.Imol. & alij. S.Thom.4. diſtinct.33. quæſtio.3. artic.1. in ſolutione ad vltimum, & habes.infra.2.par. de Irregular. Bigamiæ.

IDem erit ſi ſponſus fornicatur, 33
non enim tenetur ſponſa cum illo contrahere, licèt illa Bigamiam non incurrat, Abb.in dicto capitulo Quemadmodum. in principio, & Conſilio 48 volumin.1.lex Hiſpan.8.titulo.1.par.4.Couarru. & alij ſupra. Quod procedit volente illo cui facta eſt iniuria, Si enim ſponſus velit, non obſtante fornicatione ſponſam ducere, tenetur illa conſentire, ſimiliter, & ille. Nauarr. Silueſtr. Couarru. & alij ſupra.

QVod etiam procedit, etiam, 34
ſi poſt ſponſalia intellexit ſponſus, virginem non eſſe, quam talem putabat, quia non tenetur illam ducere. ſecundum omnes.

TErtio. Sponſalia poſſunt diſ- 35
ſolui, quando ſponſus eſt abſens, & vagatur per Orbem, in quo caſu Nota, quòd aut loquimur de Iure Ciuili, aut de Iure Canonico. De Iure Ciuili (cui minimè in hac re eſt ſtandum.) Si ſponſus vagetur per Orbem, & neſcitur vbi ſit, expectari debet per triennium. text. l.ſecunda. C. de repud.lex Hiſpaniæ. 8.titulo.1. partita.4. Si autem ſponſus ſit intra Prouinciam, per biennium ex iuſto impedimento expectari debet.l.ſecunda.C. de Sponſal.l.Sæpè.ff.eodem.

Diſſoluuntur per abſentiam.

AN autem dicta diſtinctio ſer- 36
uari debeat Iure Canonico, non eſt deciſum. Quapropter diuerſæ ſunt Opiniones; Ioan.Andr.

enim, Hoſtien.& Anton.in capit. de illis,de ſponſal.Sylu. Sponſalia quæſtione 10. Sanctus Anton. 3. par. titulo. 1.capitul.18.§.1.& alij dicunt hanc diſtinctionem etiam iure Canonico, ſeruandam, quod etiam dicunt Abb. Ioan. Andr.& Hoſtien.in capit.Sicut. de ſponſal. colum.2.

Sed idem Abb. Cardin. & præpoſ. in dicto capit. De illis. Ange. ſponſalia.nume.26.Nauar.cap.22. nume.26.verſic. Quarto. Sotus.4. diſtin.27.quæſtio.2. artic. 6.verſiculo Decimo.Couar. 1.parte capi. 5.nume. 7. & alij id negant, dicentes: ſponſam iure Canonico, non teneri ad expectandum ſponſum vagantem per Orbem: ſed iudicis licentia poſſe Matrimonium cum alio contrahere. Quod non ita abſolutè eſſe intelligendum, ait Couarru. ſupra his verbis: Credo tamen,vt hoc diligentius abſoluam, ſponſum in loco propinquo abſentem,vel expectandum eſſe,vel requirendum vt intra certum tempus contrahat Matrimonium, ex ratione illius. capitul. De illis. de ſponſ.Quod ſi iuſto impedimento detineretur, non temerè ſunt ſponſalia ſoluenda, ſed attenta ſponſæ qualitate, quæ forſan,ex mora periculum pateretur. Quod colligitur,ex Hoſt.d.c.de illis.

37 Soluuntur lapſu temporis.

QVarto ſponſalia ſoluuntur, per lapſum temporis præſti ti ad Matrimonium de præſenti contrahendum. Nam per illum is, per quem non ſtetit quo minus fieret, liberatur, & alteri pœnitentia imponenda eſt, propter violatam fidem.capitul.Sicut ex literis, de ſponſal. cum ei adnot. Angel. ſponſalia. numero 17. Syluest. quæſtione 10. verſiculo. Quinto.Couarr.ſupra num.8.Nauarr.cap.22.nu.27.verſiculo.Septimo. Quod omnes (Nauarro excepto) intelligunt,quando terminus à principio fuit ſponſalibus appoſitus, ad reſtringendam obligationem: ſecus,ſi ſponſalia à principio ſimpliciter facta fuerint,& poſtea adiectum pactum fuit ad ſolicitandum adimplementum obligationis.

QVod procedit, etiam ſi ſponſalia fuerint iuramento firmata, quia ille per quem nō ſtetit, liber erit a periurio. Hūc caſum tradūt oēs ex c. Sicut de ſpōſ. vbi Glo.Card.præpoſ.Abb.& alij. 38

39 Soluunt. ſubſequēt Matrimonium.

QVinto, ſoluuntur ſponſalia de futuro, etiam iurata, per ſubſequens Matrimonium de præſenti, etiam copula non conſummatum.c.Sicut.c. Si inter.ca.De illis,de ſponſal. S. Tho.in 4.diſt.27. & in addit.3.par.q.23.art.3.Ange. nu.23.Sylu.q.10.verſic. Tertio.Armil.nu.12.ad fi.Sot. 4.diſt.27.q 2. ar.5.verſi.Reliqui caſus. Nauar.c. 22.nu.26.verſi. Tertio, & communis quam reſoluit Couarr.1.par.c. 5.num.9.Vbi ait in hoc caſu minime Iudicis declarationem requiri. Flores Theolog.q.4. d.27.concl.7.

40 Per ingreſſum religionis.

SExto. Sponſalia ſoluuntur per alterius ingreſſum Religionis, etiam ante profeſſionem factam. S.Thom.4.diſt.27.q.2.art.3.ad primum.Ang Sponſalia. nu.22.Sylu. q.10.verſic.Secundo.Armil.num. 12.Nauar.c.22.nu.26.Sot. diſt. 27. q.2.ar.5.Cordu.in ſumma. q.182. & alij,per text.in ca.Veniens.Qui cler.vel vouent. Quamuis Couar. ſupra,nu.11.& alij quos refert Nauar. ſup. dicant profeſſionem eſſe emiſſam requiri, ſed opinio prior eſt probabilior.

Septimo

41 Soluunt ex diſſenſu im puberis. Septimo. Sponſalia iure ſoluũtur, ex ſolo impuberis diſſenſu, quando cõtracta fuerunt in minori ætate. Qui tamen diſſenſus non admittitur ante perfectam ætatem, ſcilicet in viro vſque ad 12. annum. Sæpè enim impuberes contraherent, ac ſæpè à contractibus reſilirent. Gloſſ. Cardin. & præpoſ. in ca. De illis. 1. de deſponſ. impube. Ange. ſponſal. nume. 37. Sylue. quæſtio. 10. verſiculo. Duodecimo. Armil. nume. 13. Sot. 4. diſtin. 27. quæſtio. 2. artic. 5. verſicul. Tametſi. Nauarr. capit. 22. nume. 27. verſic. Sexto. Couar. 1. parte ca. 5. §. 1. Flor. Theolog. quæſtio. 4. diſtinctio. 27. ar. 4. quod aliquibus cõcluſionibus libet amplius declarare.

Prima Concluſio. Si duo ante annos pubertatis ſponſalia contraxerunt; ille qui prior venit ad perfectam ætatem, non tenetur alium expectare, ſed ipſe licentiã petere, ne videatur conſentire.

Secunda Concluſio. Quod poterit facere, etiam ſi nulla ſit cauſa, ſed pro ratione voluntas.

Tertia Concluſio. Si pubes contraxit cum impubere, nec ante legitimã ætatẽ impuberis, nec poſt poterit abſque cauſa iuſta reſilire.

Quarta Concluſio. Si duo impuberes contrahant, & ante pubertatem vterque diſſolutionem petat; non admittuntur uſque ad pubertatem. Quas concl. tangunt ſupra dicti auctores, & eſt communis opinio, Abb. præpoſ. quem refert, & ſequitur Couar. ſup. nu. 2. Corduba. ſumma. q. 43.

42 Vnum tamen Nota; quòd ſi ambo, vel alter eorum minor eſſet ſeptennio, ſpõſalia eſſent adeò nulla, vt ex illis nullũ impedimentũ publicæ honeſtatis oriretur, & ita alterùter eorum cum cognata, vel cognato alterius, Matrimonium contrahere poſſet, tradit Nauarr. ſupra. ex. ca. Literas. de deſponſ. impub. & c. eo. tit. 6.

43 De contractibus impuberum. Secundo. Nota, quòd licèt una communis opinio, poſita a Couar. infra. teneat abſolutè contractus omnes, etiam iuramento firmatos, factos ab impubere, etiam pubertati propinquo, & vſum rationis habenti, poſſe ab eodẽ diſſolui. Altera tamen opinio communis, quam refert, & ſequitur ipſemet Couar. 1. par. de ſponſal. c. 5. §. 1. num. 3. & 4. per multa iura, & Doctores, tenet hoc falli in ſponſalibus contractis cum iuramento ab impubere ætati proximo. Quã opinionem (ſicut, & Ego) veriorem dicit, & ſequitur.

44 V. ſint irrita ſponſalia clandeſtina de futuro? Quærit. Vltimo, An ſtante Cõc. Trid. ſeſſ. 24 c. 1. de reforma. quo Matrimonia, ſine Parocho, & teſtibus contracta, irritant: cenſeatur irrita ſponſalia de futuro, ſic clãdeſtina? Reſp. Quidã dicunt in vtroq; foro nõ tenere, per opinionẽ Abb. in c. Cũ inhibitio. de Clãdeſ. deſponſ. Syl. Matrimonium. 6. q. 7. Gloſſæ. in l. Oratio. ff. de ſponſ. & Caſtelli in l. 49. Tauri. dicentiũ, Matrimonio prohibito, maximè ſub aliqua pęna, vel cenſura, cenſeri, ſub eadẽ pęna ꝓhibita ſpõſalia quia ſępè ſponſalia, copula ſecuta maritali affectu ĩ matrimoniũ trãſeũt de præſenti. Et ſcdm iuris regulã; ꝙ vna via prohibetus, ad id alia nõ admittitur, Regula. ꝙ vna. de reg. iur. in 6. Cõtraria tamẽ opinio verior eſt, & tenẽda, cum Cordu. in ſum. q. 52. Imò Conci. Trid. tãtum inualidare matrimonium; ſpõſalia verò, etiam ſine Parocho valere. Ratio eſt, quia Conc. Trid.

tantum tractat de Matrimonio de præſenti. Secundo. Quia dictã primam opinionem reprobat Glo. in Clem. 1. de conſan. & affini. & Cardin. & Felin. in d.c. Cum inhibitio. & in rubrica. de ſponſal. & nouiſſime ſpeculum Coniugiorum. 1. parte artic. 10.

45 Sponſalia poſt votũ contracta. OCtauo. Quibus ſeptem modis à Couar. tactis, Octauũ notare libet, ex communi omniũ, ſcilicet quando quis poſt votum ſimplex Caſtitatis ſponſalia contraxit, tunc enim non tenent. cap. Rurſus Qui cleric. vouent. Si autem quis poſt ſponſalia voueret caſtitatem; votum non tenet, quia iam eſſet in præiudicium tertij. Sotus, & omnes. ſupra. Nauar. c. 22. nu. 27. verſi. 10.

46 SOluuntur. Denique ſponſalia pluribus alijs modis: quandoque ſententia iudicis Eccleſiaſtici, quod frequentius eſt, quandoque ipſo iure, Gloſſ. in capit. De illis. 1. de ſponſal. impube. Henricus. Præpoſitio. & alij per iura quæ allegat Couarr. 1. parte de ſponſ. capi. 5. in fine. & Sanctus Thom. 4. diſtinctio. 27. quæſtione 2. articul. fin. & alij ſupra. * Quibus iuſtis cauſis non exiſtentibus, pater filiorum pœnitentiam faciet ſecundum Canon. pœnitent. 29. qui ſic ait: Si parentes frangunt ſponſalia filiorum, à communione triennio ſeparentur: & ſimiliter filij, ſi ſint in culpa: text. in capit. Si qui parentes. 31. q. 3.

DE SACRAMENTO Matrimonij.

AGit Magiſt. ſenten. in 4. diſt. 26. vbi S. Thom. & in additio. 3. par. q. 41. Ricar. Scot. Palud. Duran. Ioan. Maior. & nouiſſimè Domin. Sotus, & alij. 4. diſtin. 26. Ange. Matrimon. 1. vſque ad 6. Sylueſt. eodem. vſque ad 10. Caiet. Armill. Tabiena, & omnes. eod. verbo. Victoria in relectione de matrimonio, & in ſumma. à nu. 241. Catechiſ. Pij V. à pagina 376. Nauar. capit. 22. à nume. 19. Couarru. 2. par. de Matrimonio per 8. capita. Habetur per totum. lib. 4. Decretalium. & in multis Decreti partibus. de quibus vide Tabulam Bolognini, in principio Decretalium poſitam. Conc. Floren. & nouiſſimè Triden. Seſſ. 24. Caniſius, & Viguerius de hoc ſacramento. Corduba. in quæſtionario Theologico, & in ſumma. Caſtro aduerſus hæreſes, verbo. Coitus, & Matrimonium. Flores Theologicar. quęſtio. in 4. diſtinct. 26. Paul. Griſaldus. verbo. Matrimonium. & alij.

QVæritur Primo. Quid vox Matrimonium, ſignificat, vel quare dicitur matrimoniũ & non patrimoniũ? Reſp. quod licet Doctores in 4. diſtin. 27. quos refert Silu. matrimo. 1. quæſtio. 1. Couar. 2. parte cap. 1. nume. 1. varias poſuerint ſignificationes, vel denominationes; magis tamen placet illa, quam ex D. Aug. libro 19. contra Manicheos. cap. 26. tradit Couar. ſupra. quamque confirmat Catechiſ. Roma. pagina 377. ſcilicet quod fœmina ob id potiſſimum nubere debeat, vt mater fiat. S. Thom. etiam in addition. 3. parte q. 44. articul. 2. Viguerius. c. 16. §. 7. 1 Vox Matrimonii qd.

QVæritur. Quæ differentia datur inter hęc nomina matrimonium, 2 Coniugiũ, Matrimo-

niũ, & nuptiæ differunt. trimonium, cõiugium, & nuptiæ? Reſp. matrimonium eſſe nomen officij. Quod officium, & munus eſt matris prolem concipere, parere, & educare. Coniugium à coniungendo appellatur, quòd legitima mulier cum viro quaſi vno iugo adſtringitur. Nuptiæ verò, nomen eſt honeſtatis, & obedientiæ. Quia vt inquit S. Ambro. pudoris gratia puellæ ſe nuberent, ita Catechiſ. Rom. ſupra.

3 Quare de Matrimonio ult. loco. Quæritur. Quare Magiſter ſententiarum, & omnes, vltimo loco, de ſacramento Matrimonij agant? Reſp. (alijs omiſſis,) quia per alia ſacramenta intendit Eccleſia educationem filiorũ ſuorum ſpiritualem; per hoc autem ſacramentum peruenitur ad educationem corporalem. Victoria in ſumma. nu. 241.

4 Quid ſit Matrimonium? Quæritur. Quid ſit Matrimonium? Reſp. Matrimonium eſt maris, & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. capit. Illud in fin. de præſcription. ca. 127. quæſtio. 1. text. in l. 1. ff. de Ritu nupt. §. 1. Inſtituta. de Patria poteſt. ſanctus Thom. 4. diſtinct. 27. & in addition. 3. parte quæſt. 44. arti. 2. & 3. Theologorum communis in 4. (maxime Sot. diſtinct. 27. quæſt. 1. art. 1.) ſecundum Catechiſ. pagina. 377. Omnes ſummiſtæ verbo matrimonium in principio. D. Augu. libr. de Fide, & operibus. ca. 7. & lib. de Nupt. & Coniug. capit. 10. & 21. lib. de Bono coniug. capitul. 24. Diui Ambro. in capitul. 5. ad Epheſ. Petrus Damian. ſermo. 1. de Dedica. Eccleſiæ. Nauarr. capitul. 22. nume. 19 Couar. de Matrimo. 2. parte capitul. 1. nume. 1 & nouiſſimè habetur in Concil. Triden. ſeſſ. 24. in principio. capitul. 1.

Quæritur. Vtrum detur verũ matrimonium abſque coniunctione, cum dicatur in diffinitione: coniunctio? 5 Copula. v. ſit de eſſentia. Reſp. Coniunctionem animorum requiri, nõ autem corporum, quia falſum eſſet affirmare copulã de eſſentia matrimonij eſſe. ſecundum omnes.

Quæritur. Quibus modis matrimonium diſtinguatur, vel conſideretur? Reſpon. 6 Quib. modis diſtinguatur matrimoniũ? Vno ex duobus modis. Aut enim conſideratur prout eſt in officium naturæ, & remedium libidinis: aut conſideratur prout eſt ſacramentum S. Thom. 4. diſtinct. 26. & in addition. 3. parte quæſt. 41. Sot. & alij ſupra. Primo modo, in lege naturæ ante peccatum Adæ, fuit matrimonium in officium naturæ inſtitutum. Et poſt peccatum, fuit in remedium libidinis. Poſt legem autem gratiæ conſideratur, vt ſacramentum. vt ex ſupra dictis, & multis patet, & probat Caſtro, aduerſus hæreſes. verbo matrimonium, Coitus, & Nuptiæ.

Quæritur. Quando fuerit matrimonium in officium, 7 Qñ fuit in officium & remedium inſtitutũ? & remedium inſtitutum? Reſp. Diuerſas de hoc eſſe Doctorũ opiniones. Magiſter enim ſent. cui adhæret Scot. dicit matrimonium fuiſſe inſtitutum illis verbis Adæ: Hoc nunc os de oſſibus meis, &c. ſanctus Bonau. ait, fuiſſe inſtitutum à Deo, & reuelatum Adæ, vt ipſe eſſet matrimonij promulgator. Ricar. autem ait: inſtitutum fuiſſe à Deo, quando produxit Euam de coſta Adæ.

Vltimo tandem loco, S. Tho. 4. diſt. 26. ait immediate fuiſſe inſti-

tutum à Deo, quando benedicens primis Parentibus dixit: Creſcite, & multiplicamini. Et hæc eſt communis opinio quam refert, & ſequitur Sot. infra. Quare, vt tot vitemus opiniones; ſequentes ponamus concluſiones.

Prima conclu. Matrimonium in ſtatu innocentiæ ante lapſum fuit à Deo in officium naturæ duntaxat inſtitutum. Geneſi. 1. Creſcite, &c.

Secunda concluſ. Poſt lapſum Adę, eadem inſtitutio in officium, remanſit in remedium. Conſtat. 1. Corint. 7. Bonum eſt homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem vnuſquiſq; ſuam habeat vxorem. Augu. lib. 9. in Gene. ad literam. capit. 7. Hugo. l. 2. de ſacramen. parte 11. Sot. 4. diſt. 26. quæſtio. 1. artic. 2. conclu. 1. vide Couar. 2. parte de Matrimonio. §. 1 capi. 1. nume. 6. & habetur ex P. Hier. in capitulo. Sicut. §. 1. 22. quæſtio. 2.

8 V. Matrimoniũ ſit ſacramen.

QVæritur. V. Matrimonium tunc fuit Sacramentum? Reſp. Quod Matrimonium, vt eſt vinculum indiſſolubile; fuit à Deo in ſtatu innocentiæ inſtitutũ, non vt gratiam conferret, ſed vt vnionem inter verbum, & humanitatem, Chriſtum, & Eccleſiam repreſentaret. Duran. 4. diſtin. 26. quæſtio. 3. Michael Medina. de cõtinentia. lib. 5. capit. 5. & 62. quos refert. & ſequitur Flores Teolog. in 4. diſtinct. 26. quæſtio. 1. articul. 4. conclu. 1. Sot. 4. diſtinctio. 26. quæſtio. 1. art. 2. & q. 2. art. 1. verſi. Hæc vero.

9 V. ſit pręceptũ de contrahendo matrim.

QVæritur. V. Matrimonium contrahere ſit hodie ſub pręcepto illo Diuino: Creſcite & multiplicamini? Cui quæſtioni ſequentibus fiet ſatis cõcluſionib.

Præcepta duplicia?

Prima conclu. Præcepta diuina, in duplici ſunt differentia, negatiuaquædã; alia affirmatiua. S. Th. & communis. Negatiua ſunt illa, quæ habent: non, vel ne. vt, non dices falſum teſtimonium: Non furtum facies, &c. Affirmatiua autẽ, quæ ſimpliciter præcipiũt; vt, Honora Patrẽ; Sabbata ſãctifices, &c.

Præcepta affirmatiua & negatiua I quo differant.

Secunda conclu. Præcepta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper, i. quod nullo tempore, nullaue interpoſita cauſa, etiam liberationis totius Orbis licet contra illa facere. Affirmatiua oblıgãt ſemper, ſed nõ ad ſemper; nam aliquo tempore homo ab eis excuſatur; ideſt quòd tantum obligant ſuo tẽpore, & loco; Vt honorare Parentes, illiſq; obedire, nõ obligat ſemper, ſed tãtũ in licitis, & honeſtis.

Tertia concl. Præceptum de matrimonio, affirmatiuũ eſt; & ideo non obligat ſemper, & ad ſemper.

Quarta conclu. Et ideo ſingulos copulatim minime obligat, Obligat autem Principes Reipubl. Qui (ſi opus fuerit) poſſunt, & tenentur Matrimonium contrahere, & ſubditos particulares ad hoc obligare. S. Th. 4. diſt. 26. q. 2. ar. 2. ad 1. Ricar. q. 2. ar. 2. Alex. Alenſ. 4. q. 1. nu. 3. §. 3. Duran. q. 2. Sot. diſt. 26. q. 1. ar. 2. cõcl. 2. Viguer. c. 16. §. verſ. 3. 10

V. Monachus pfeſſus teneat aliqñ ducere uxorem.

VNde ſequitur q (licèt aliqui contrariũ teneant) ſi opus eſſet, etiã Monachus profeſſus tenetur ducere vxorẽ, ad Generis humani conſeruationem: quod tenet S. Tho. & Palu. relati, & ſequuti à Soto. ſup. Ratio eſt euidentiſſima. Quia quando duo iura concurrũt in aliquo caſu, in quo alterius obſeruatio eſt omittenda; tunc quæ minor eſt, debet maiori cedere; vt ex

ex multis iuribus probat Nauarr. c.7.nu.2.& Nos.ſup. de Confeſſione.in q. De circumſtantia, qua ſocius criminis detegitur. Conſeruatio autem Generis humani Naturali, Diuino, Canonico Iure, & Ciuili eſt præcepta, vt notum eſt; Ius autem ſeruandi caſtitatem promiſſam, non tam arctis vinculis præcipitur. ergo tenetur maiori cedere. Et quia votum caſtitatis, vt bene ait Sot. ſup. ſemper includit illam conditionem; niſi ius naturæ conſeruandi humanum genus obſtet.

11 Matrimonium quare inſtitutum.

Quæritur. Quare Deus Matrimonium inſtituit? Reſp. quatuor de cauſis fuiſſe inſtitutũ. Prima eſt, hæc ipſa diuerſi ſexus, naturæ inſtinctu expetita ſocietas, mutui auxilij ſpe conciliata; vt alter alterius ope adiutus, vitæ incõmoda facilius ferre, & ſenectutis imbecillitatem ſuſtentare queat. Secunda eſt procreationis appetitus, non tam quidem ob eam rem, vt bonorum, & diuitiarum hæredes relinquantur; quàm vt veræ fidei, & Religionis cultores educentur. Tertia cauſa, quæ propriè hominem poſt lapſum reſpicit, eſt; vt infirmitas incõtinentiæ noſtrę, honeſtate nuptiarũ exciperetur. Quarta. Vt eſſet ſignum, & figura coniunctionis Chriſti cum Eccleſia. Quas cauſas explicat optime Conc. Colon. de Matrimonio.c.2. incipit; Eſt autem, & Catech. Ro. pag.382. in fine.

12 V. ſit ſacramentũ nouæ legis?

Quæritur. Vtrum. Matrimoniũ ſit ſacramẽtum nouæ legis? Reſpon. quòd præterquam, quòd partem affirmatiuam tenet Communis Theologorum, & Canoniſtarum Catholicorum opinio. D. Aug. libr.9. in Geneſ. ad literam.c. 7.& lib.1. de Nupt. & concupiſc. capit.10.& 21. S. Chryſoſt. in Pſal. 43. S. Thom. in 4. diſtin.26. & in addition.3. par.q.41. artic.1. Alexan. de Ales.4. par.q.8. nume.1. Scot. Ricard. Palud. Duran. & omnes in 4. diſtin.26.q.2. maximè Sot. artic.1. Summiſtæ omnes. verbo Matrim. Nauar. cap.22. num.19. Vict. num. 241. Ambroſ. Catherin. Roſenſ. EKius, & Caſtro, quos refert, & ſequitur Couar.2.par.c.2.num.2. de Fide determinatum erat, in c. Ad abolendam. de hæret. & in Conci. Floren. & Colonienſi, de matrimonio.§. Quæ omnia. & nunc confirmatum in ſacro Tridẽ. ſeſſ.24.c.1. de doctrina matrimonij, & Can.1. & in Catechiſ. Roman. pagin.386. quod probant omnes ex illo Pauli. ad Epheſ.5. Sacramentum hoc magnum eſt &c. vide etiam quæ diximus ſupra de ſacramentis in genere, reprobata Tatiani, Lutheri, & Caluini impijſſima Hæreſi, tenentium contrarium: quos optimè reprobat Paulus Gryſal. verbo matrimonium. nu.1.

Quæritur. A quo, & quando fuit matrimonij ſacramentũ inſtitutum? Reſpon. (quicquid alij dicãt Catholici; & inculcauerint impij Manichęi dicentes eſſe inuentum Diaboli, & nõ Dei) fuiſſe inſtitutum à Chriſto, Matt. 19.& Marci.10. illis verbis: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Vbi indiſſolubile Matrimoniũ à Deo primum inſtitutum approbauit. S. Tho. & alij. 4. diſt.26. Sot. q.2. arti.2. Victoria. nu.241. fi. Silu. matrim.1.q.2. Couarr.2.par.c.1.§. vnico. nu.6. Caniſius. de matrimo. §.2. & hodie habetur determinatum de fide in Conci. Trid. ſeſſ.23. in principio. & Can.1. & Catech. Ro. pag.382. Quę verba inſtitutionis

13 A quo, & quando inſtitutum.

nis credit Viguerius.c.16.§.7.verſic.1. dicta fuiſſe à Chriſto in Cana Galileæ,in nuptiis illis.

14 Quæritur. Vtrum matrimoniũ conferat gratiam? Reſpõ.affirmatiue (quicqnid dixerint illi, quos ſupra. de ſacramentis in genere.num.9.reprobauimus, & illi quos reprobat Nauar. & Sotus.infra.) S.Thom.4.diſt.26.& ſecũda ſecundæ q.100.art.2.& in additio. 3.par.q.43.arti.3.Alexan. Alenſ.4. par.q.8.num.1.& q.13.nu.3.art.2. Communis Theologorum quam refert, & ſequitur Sot.4.diſt.26.q. 2.art.3.concluſ.1.& 2.Communis Summiſtarum,& Canoniſtarum, quam refert & ſequitur Nauarr. c.22.nume.20.& Couarr.2.par.de Matrim.c.1.§.vn.nu.3. & de fide eſt definitum in Concil.Floren. & nouiſſime in Triden.ſeſſ.24.c.1.& Can.1.Catech.Roman.ſup.& contrariam opinionẽ reprobat, & tanquam hæreticã damnat Paul. Gryſal.verb.Matrim.nu.6.

V. Cõferat gratiam?

15 Quæritur. Quando conferatur gratia ſacramenti, an in mutuo conſenſu, copula prima coniugali; vel in benedictione illa ſolẽni Nuptiarum? Reſp. Gratiam tũc dari; quando conſenſus de præſenti amborum coniugum ſimul concurrunt.Sot.4.diſt.26.q.2.arti.3.in fine.1.concluſionis.

Quãdo cõferatur gratia in Matrimonio?

DE MATERIA ET forma.

16 Quæritur. Quæ ſit materia,& forma huius ſacramenti? Reſpõ. varias de hoc eſſe Doctorũ opiniones. Prima,eſt Palud. 4.diſtin.26.q.4.ſ.materiam eſſe ipſos contrahentes; verba,formam. Cui alludit Silueſtr. Matrimoniũ. 1.q.1.Adrian.4.de Matrimonio.q. 1.Couar.2.par.c.1.§.vnico. nu.8.

Quę ſit materia,& forma.

Secunda opinio ait: materiam eſſe vtriuſque cõſenſum, formam autem verba,Gl.Bal.& ceteri Canoniſtæ,quos refert Couar.ſupra, & alludit Nauar.c.22.nu.20.

Tertia eſt aliorum dicentiũ verba primi contrahentis eſſe materiam,verba verò ſecundi, quæ dãt eſſe rei,eſſe formam.

Sed vt certa ab incertis ſeparemus,quartam,& veriorem Nota reſolutionem.ſ.materiam ſacramenti Matrimonij eſſe duplicem; propinquam & remotam. Remota materia ſunt perſonæ habiles ad cõtrahendum; Materia autem propinqua, eſt conſenſus à primo contrahente viro,vel muliere,per verba Latina,Græca,vernacula vel alia,vel per nutus,ſeu ſigna præſtitus.Formã verò (quæ dat eſſe rei) conſenſum ab altero contrahente per verba itidem, nutus vel ſigna oſtẽſum, merito eſſe dicunt S.Th. 4.diſt.26.q.2.art.1.& diſt.1.q.1.ar. 1.quæſtiun.5.ad ſecundum Ricar. q.2.Ang. Matrim.1.nu.2. Vbi eius additionat.litera.F. Idẽ tenent alij multi ex modernis. Sot.diſt.26.q. 2.arti.1.verſic. Ad primum igitur. Vbi contrarium tenentium rationes diluit.Viguerius.c.16.§.7.verſ. 4.citans Caietanum. Victoria. Sũma.num.245.vbi ait ſine dubio ita eſſe tenendum.Flores Theol.quæſtionum.4.diſt.26.q.1.art.4. & Doctor Henricus Salmãt. in quadam relectione. & (licèt nullus hoc citet) habetur quaſi expreſſum in Concil.Colonien.de Matrimonio. §.verbum itaque. Quam opinionem libenter amplector: quia eam etiam tenet S Bonauent.4.diſt.28. q.5.& Communis: quam refert, 17

&

& ſequitur Paul.Gryſald. verbo, Matrimonium.nu.15.& Ioã.And. & Bald.in c.Licet.& in c.penul.de ſponſal.Goffred.& Innoc.in c.tuæ fraternitati.eod.tit.

18 SEd Contra; Cùm Concil.Trid. ſeſſ.24.c.1. præcipiat sacerdoti Matrimonio intereſſenti dicere ſu per coniuges illa verba: Ego vos coniungo in nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti, videntur dicta verba formã eſſe Matrimonij: ita tenuerunt ante Concil.Tridẽt. quidã relati à Sot.diſt.26.q.2.ar.3. Quibus, (vltra eum) Reſpõ. hoc eſſe clariſſimum hodiè,determinatumque per Concil.ſupra. cùm dicit: Sacerdos dicat: Ego vos cõiungo &c.vel alijs vtatur verbis. Vnde patet clarè ſi hæc verba eſſent forma, non eſſe relinquenda arbitrio ſacerdotis, vt poſſet illa, vel alia dicere: Immò Concilium verba poſuiſſet formalia, quæ nulli mutare licuiſſet, vt in Baptiſmo, & alijs: & ita benedictio ſacerdotis non eſt forma ſacramenti, ſed ſacramentale quoddam ſecũdum S.Thom.4.diſtin.26.q.2.artic.1.ad 1. quem referr, & ſequitur Paul. Gryſald.ſupra.

19 SEd Cùm omni Iure naturali, Diuino,& humano, legitimarum përſonarum conſenſus Matrimonium efficiat;qua ratione poſt Concil. Trid. ſeſſ.24 de Reformation. Matrim.c.1.Eccleſia materiã illam,& formam, quæ olim legitima erat,verumque perficiebat ſacramentum; nunc annullat,niſi tali Matrimonio Parochi interfuerit præſentia, & duorum triumuè teſtium?Reſp.Concilium non mutaſſe Matrimonij materiam,& formam, ſed determinaſſe Matrimonium inter perſonas,quę tales cõditiones non ſeruaſſent, eſſe nullum: quemadmodum Matrimonium inter aliàs impeditos, nullũ eſt. Pro quo Nota de fide eſſe determinatum, Eccleſiam poſſe noua impedimenta ſtatuere, vt hic, veteraque mutare.Concilium Trident.Seſſ.24.de Matrimonio. Canon.3.vt latè probat Victoria. numero 303.

De materia poſt Conc. Trid.

DE MINISTRO.

QVæritur.Quis ſit huius ſacramenti miniſter?Reſpon. Primo hanc quæſtionem ferè omnes Doctores intactã reliquiſſe,neſcio quare.Secundo Reſpon. ꝙ licèt aliqui, vt Caiet. in opuſc. de Matrimonio. Ledeſ.2.par.q.44. art.3.& Canon. Relectione de ſacramen.in communi,& lib.8.de locis Theolog.c.5.& alij quos refert Sotus,infra,dicant, etiam olim opus fuiſſe ſacerdote miniſtro, ad hoc, vt Matrimonium eſſet ſacramentum? Reſpondetur Tertio; olim, & nunc, eſſentialem miniſtrum ſacramenti Matrimonij eſſe ipſoſmet contrahentes, ſibi materiam,& formam applicãtes. Magiſter ſent.& S.Thom.4.diſtin.28. arti.3.quos refert,& ſequitur Sot. diſt.26.q.2.art.3.verſic. Reſpon.ergo.& diſt.1.q.5.art.1. argum.2.Tenet & probat bene Flores Theol. q.in 4.diſtin.26.q.1.art.4. & Paul. Gryſal.ſup.nu.15. 20

Quis ſit huius ſacramen. miniſter.

SEd contra videtur facere Concil.Trid.ſeſſ.24.c.1. de Reformat.Matrimonii. & olim Cõcil.Colonien. de Matrim.§.penul. Vbi quòd Matrimonium eſt nullum,niſi ſacerdos interfuerit: ergo?Reſpõ.Primo. Olim Matrimonium eſſe validũ, & verum ſacramen- 21

Matrim. Olim ſine ſacerdote fiebat.

cramentum contractum inter ipſoſmet ſponſos tantùm, per verba de præſenti, vel etiam per ſponſalia de futuro, quæ accedente copula in verum tranſibant matrimonium: vt complura probant Iura, per totum ti. de Sponſ. & Matrim. & Concil. Colon. de Matrimonio. §. Elementum. & refert Cõc. Trid. ſup. & Communis omnium.

22 Nota. Duplex miniſter Matrimonij. SEcundo Reſp. nunc duplicem requiri Miniſtrum in ſacramẽto Matrimonij, vnum de Iure Diuino, de eſſentia ſacramenti, videlicet ipſos contrahentes (vt dictũ eſt,) Alter autem eſt etiam eſſentialis de iure poſitiuo Cõcilij Trident. qui eſt autoritatiuus, ſcilicet ſacerdos, qui tantùm, in Matrimonio, cum duobus, vel tribus teſtibus, requiritur ad autorizandum Matrimonium, vt in dictis Concilijs habetur. Quare ſi ſacerdos, & teſtes adeſſent, etiam ſi ſacerdos nullum verbum proferret: Matrimonium nihilominus valeret. Si autem abeſſent nullum eſt Matrimonium.

23 Effectus ſacramenti matrim. QVæritur. Quis ſit ſacramenti Matrimonij effectus? Reſp. eſſe dare gratiam ex opere operato digne ſuſcipiẽtibus, ſicut de omnibus ſacramentis diximus ſupra, de ſacramentis in genere. nu. 9.

24 GRatia autẽ Matrimonij alios duos habet effectus, Primus eſt, reprimendi concupiſcentiam. Secundus faciendi coniuges fideliter aſſiſtere, & opera ſua communicare, prolemque ſuſceptam religiosè ad cultũ Dei nutrire, & erudire, Viguer. c. 16. §. 7. verſi. 4.

25 Quę ſint de eſſentia matrimonij. QVæritur. Quæ ſint de eſſentia ſacramenti Matrimonij? Respon. Mutuum, liberumque vtriuſque conſenſum de pręſenti. Quod complura probant iura, nõ ſolum Canonica, ſed etiam Ciuilia. c. 1. c. Cum locum. c. Tuæ. c. Tua. de Spõſal. c. Sufficit. c. Sic quippè. 27. q. 2. c. Tuas. de ſponſ. duorũ. l. Nuptijs. ff. de Reg. iur. Concil. Colonien. de Matrimonio. §. Verbum itaq; Cõcil. Florent. & Trid. ſeſſ. 24. de Reform. Matrimonij. c. 1. Catechiſm. Roma. de Matrimonio, & probat. S. Thom. D. Bonauent. Alexan. & Communis Theologorũ in 4. diſt. 27. q. 1. Vbi nouiſſimè Sot. & Flores Theologicarum quæſtionum. ar. 2. Angel. Matrim. 2 num. 2. Silu. verbo. Matrimon. 1. q. 3. & omnes. Victoria. nu. 247. Nauar. c. 22. num. 20. Couarr. de Matrimonio. 2. par. c. nume. 1.

QVæritur. V. Conſenſus cuiuſcũque perſonæ ſufficiat? Reſp. Sufficere, dummodo talis perſona habilis ſit ad contrahendum. vt infra dicetur. 26 Qui cõſenſus ſufficiat.

QVæritur. V. Copula carnalis ſit de eſſentia, & perfectione Matrimonij? Reſp. Duplicem eſſe Matrimonij perfectionem, eſſentialem, ſcilicet, & accidentalem. Et ita ſit prima concluſ. Copula coniugalis nõ eſt de eſſentiali perfectione Matrimonij, Conc. Colonien. de Matrim. §. Elementum. S. Thom. 4. & 3. par. q. 29. art. 2. & in addit. 3. par. q. 42. ar. 4. Alex. Alenſ. & omnes. ſup. in 4. Silueſt. q. 4. Sot. Couar. & omnes ſup. 27 Copula nõ eſt de eſſẽtia.

SEd contra, quòd eſt contra diffinitionem, in qua dicitur; Matrimonium eſt viri, mulieriſque coniunctio, &c. Ergo ſi non copulentur, & coniungantur; non erit matrimonium? Reſp. Illam cõiunctionem nõ requiri corporum, ſed animorum, atque conſenſuum; Et ſic ſecunda ſit concluſio. Copula, non 28 Cõiunctio animorũ requitit?

non eſt de eſſentiali perfectione, ſed tantùm de accidentali Matrimonij.

29 Matrim. inter B.V. & S. Ioſeph verum.

VNde patet, inter Beatiſs. Virgin. & S. Ioſeph verum fuiſſe, & perfectum Matrimonium, ſecundum omnes ſupr. & S.Thom. 3.par.q.29.art.2.reprobata Hæreſi Vuiclef.dicentis. Matrimonium ſine Copula non eſſe ſacramẽtum. quem reprobat Flores Theologic. q.ſup.& de hac materia, qualiter ſint verum Matrimon. vide Paul. Gryſal.verbo.Ioſeph.nu.1.& verbo.Matrim.nu.7.

30 Matrim. ẽ duplex.

EX qua reſolutiõe patet clariſſime, duplex eſſe Matrimonium: ratum, ſcilicet (quod eſt ante Copulam) & conſummatum, quod fit per Copulam naturali vaſe habitam. Communis opinio.

31 Matrim. ratum, & cõſummatũ differunt.

QVæritur. Quæ differentia ſit inter Matrimonium ratum tantùm; & copula cõſummatum? Reſp. Quòd poſt matrim. tantùm ratum licitum eſt vnicuique coniugum, altero etiam inconſulto, vel renitente intrare Religionem, & profeſſionem emittere. Poſt conſummatum autem non licet niſi de alterius conſenſu, & cum certis alijs conditionibus. vide text.in c.Ex publicò.& ibi Doctor.de Conuerſ.Coniug. * In tantùm procedit quòd dicat Cano.4. pœnitentialis.& habetur.cap. Accepiſti. de ſponſal.duorum. quòd qui contrahit cum aliqua alii deſponſata per verba de præſenti, ipſa dimiſſa, 40.diebus ieiunet in pane, & aqua, & ſequẽtibus ſeptem annis pœniteat.

32 In cõſummato non datur diſpenſatio.

SEcundo differunt in hoc, quòd in Matrimonio conſummato, nulla dari poteſt diſpẽſatio. In Matrimonio, autem rato, non cõſummato ſic, ſecundum communẽ opinionem Canoniſtarum, quam ſequitur etiam Silu.verb. Diuortiũ. q.4.Caiet. in opere.27.quæſtionũ. q.25.Ambroſ.Cathar.lib.6.contra Caiet.c.3.Armil. verbo. Papa.nu. 8.in fine vbi citat D. Anton. dicentem ſe vidiſſe Bullas Martini V.& Eugenij IIII. qui in tali caſu diſpẽſarunt. Tenuit etiam Michael à Medina Theologus inſignis. lib.5. de ſacrorum homin. continentia & reſoluit Nauarr.c.22.nume.21. vbi ait Paulum III. & Pium IIII. ter, uel quater in hoc diſpenſaſſe. Quod etiam de Paulo IIII.& Iulio III.tradit Couarr.de Matrimon.2. par.c.7.§.4.nu.14. Qui tandem (licèt Theologorum Commune contrariam cum Soto, & aliis ſequatur) fatetur talem diſpẽſationem minime dandam, niſi ex vrgentiſſima cauſa; qua ſtante, (inquit) eſſe ſecuros in conſcientia illos, quibus facta eſt. Ego autem, etiam ſi communis Canoniſtarum pro hac opinione non fuiſſet, nihilominus partem hanc omnino tenerem, cũ (ad minus) uideã, ex ſupradictis, ſepties à diuerſis ſummis Põtific. diuerſis temporibus fuiſſe diſpenſatum, quod ſatis ſuperque ſufficit. Maximè, cum etiam. D.Thom. diſt.27.q.1.ar.3. huius ſit ſententiæ. quem refert, & ſequitur Paul.Gryſal.uerb.Matrim.nu.21.

33 V. ſufficiat conſenſus internus.

QVæritur. V. Talis conſenſus ſufficiat, quòd ſit internus, uel ſit aliquo pacto exterius exprimendus? Reſpõ. Diffinitum eſſe in Concil.Florẽ. & in Colonien.de Matrimonio.§.uerbum, talem contrahentium conſenſum uerbis, ſignisuè eſſe manifeſtãdũ, tenet etiam.S.Bonauentr.& S.Tho. 4.diſt 27.q.2. idem S.Th. in addit.

3.par.

3.par.q.45.arti.1.& 2.& eſt Communis opinio Theologorum, & Canoniſtarum quam refert,& ſequitur Angel.Matrimo.2.nume.5. Silueſt.Matrimo.1.q.5.9.& 7.Sot. 4.diſt.27.q.1.art.3. Victor.nu.250. Nauar.c.22.num.20.Couar.2.par. c.2.num.2.& 3. & habetur in Catechiſ.pag.379.

34 Non ſufficit interior conſenſus.

VNde patet erraſſe quoſdam olim dicentes: cōſenſum ſufficere interiorem tantùm. Errauit etiam toto Cęlo Melchior Canus, dùm lib.8. de locis Theologicis.c. 5.ad 3.ait (contra omnia ſupradicta iura, & omnium communem) Matrimonium ſolis nutibus contractum, non eſſe ſacramentum. Quem reprobat Nauar.c.22.num. 20. & Paulus Gryſal. (cum modeſtia, quia eiuſdē ſunt Religionis) verb.Matrim.nu.16.

35 Quę verba debeat interuenire.

QVæritur. Quæ verba debeant interuenire vt conſenſus exprimatur? Reſp. Talia eſſe; Ego te in meam vxorem accepto; & Ego te in meum maritum accipio, cap. Si inter.de ſponſal. Vel Conſentio in te,tāquam in meum, vel meam cōiugem. Vel ab hoc tempore pro mea vxore,vel marito habebo.Vel volo,vt ſis mea vxor; vel maritus, c.Ex parte.de ſpōſal. Vel alia æquipollētia. Quia illa verba requiruntur,& ſufficiunt: quibus ſignificatur ſtatim vna cū dicto, vel ſigno alterum alteri ſui corporis poteſtatem tradere, iuxta communem, quam refert, & ſequitur Nauarr. c.22.nu.20.Concil.Colon. de Matrim.§.Verbum.Angel. Matrim.2. num.8.cum ſeq.Silueſt. Matrimo. 1.q.8.9.10.

36 V.poſſit cōtrahi p interpretē?

QVæritur. V.Matrimonium poſſit contrahi per interpretē? Reſp.quod ſic.Gl.communiter recepta in c. Ex literis.1. de ſponſal. tex.l.1.§.fin.de verb.obligat.Ang. Matrimo.3.§.8. & eius Additionator.verbo.Confeſſio.1.nu.33. litera.A.Couar.2.par.c.4.§.1.nu.3.

QVæritur. V. ſufficiant ſigna aliqua exteriora, licèt nullum adſit verbum? Reſpō.affirmatiue, vt inclinare Caput, claudere oculos; plicare man⁹, vel brachia,&c. Quia hæc, aliaque ſimilia verborum habent ſignificationem, & vim.Alex.Alen.S.Th.Scot. Palud. & omnes in 4.diſt.27. maximè Sotus.q.1.ar.3.verſic.Ex huiuſmodi. vbi declarat.c.Tuæ.in quo videbatur probari contrarium Ange.Matrim.2.num.5.Silu. Matrim.1.q.8. Nauar.c.22.nu.20.Couar.2.par.de Matrim.c.3.per totum. 37 V. ſufficiat ſignum exterius?

QVæritur.Vtrum Sufficiat puellæ taciturnitas in præſentia Patris, pro ea contrahentis? Reſp. quòd ſic.Magiſt.ſent.S.Th.Ricar. in 4.diſt.27.& Sot.q.1.ar.3. verſic. Vtrum autem: & eſt Communis Theologorum, & Canoniſtarum, quam refert, & ſequitur Silu.ſup. q.7.Nauarr.c.22 nu.20.Victor.nu. 250.Couar.2.par. Matrim.c.4.nu. 4.per tex.in c.1.§.fi.de Deſpon.impub.lib.6.Viguerius.c.16.§.7.verſ. Quamuis Angel. ſupra teneat contrarium. 38 V. ſufficiat taciturnitas puellę?

QVæritur.V.Si alius à Patre Puellę, reſpondeat illa tacente, ſufficiat ad Matrimonium? Reſp. (licèt Palud.4.diſt.27.q.2.artic.3. abſolutè neget) eſſe ſub diſtinctione reſpondendum. Quia aut loquimur in foro conſcientiæ, aut contentioſo. In primo caſu, ait. Sot.4. diſt.27.q.1.arti.3.verſic.Vtrum autem. & Victoria.nume.250.quòd ſufficit, etiam ſi ſit extraneus,& illa taceat. Et ita erit vera Gl.in c.1, 39 Quid ſi alius & non pater reſpondeat?

§.fin.

§.fin.de Deſponſ.impub. lib.6.verſic.Sponſalia: quæ ait idem eſſe, ſi ab extraneis, quàm à parentibus. Et tenet Flores Theolog.q. in 4.d. 27.ar.2.In foro autem Eccleſię,nō ſufficiet: quia oportet, vt ille qui reſpondet aliquam habeat ſuperioritatem ſuper puellam. Et pro hoc eſt Gl.in c.Honorātur.32.q.2. communiter approbata. ſecūdum Nauar.c.22.nume.20. & facit tex. ibid.& in c.1.§.Porrò. de Deſpon. impub.lib.6. & communis,quam, abſque vlla diſtinctione, refert & ſequitur Couarr.2. par. de Matrimonio.c.4 nu.4.

40 Quid ſi verba proferātur ſine intentione.

QVæritur. Quid ſi verba proferat,animo tamē omnino diſſentiat? Reſp.tale Matrimonium nullum eſſe.Probat Thom. in 4.& in addit.3.par.q.45.art.4.Angel.2. Matrim.nu.14.Silueſt.Matrimon. 1.q.5.& Matrim.5.q.1.ex.c.Sufficit.27.q.2.Sot.4.diſt.27.q.1.arti.3. concluſ.2.ex.c. Tuæ.de Sponſalib. Et reſolutiuè conclude; quòd ſi interior non adſit liber conſenſus de præſenti, etiam ſi millies verba proferantur, & in amplexus, oſcula; & copulam conſentiant; nullum erit Matrimonium. Habetur definita. in Concil.Florent. Colonienſi, & alijs multis Iuris vtriuſque locis,quę citat Sotus,ſupra.& omnes alii,maxime. S.Tho.4.diſt. 27.q.1.ar.2.quæſtiun.4.Scot.Palu. & Adrianus. quos refert & ſequitur Victoria.nu.252. Couar.2.par. c.2.nu.4.

41 Quis debeat prior interrogari.

QVæritur. Quis debet prius interrogari de cōſenſu,vir, an mulier?Reſpō. nihil referre quod vir prius. vel fœmina interrogetur,honeſtius tamen eſt,ac (multis de cauſis) iuſtius; vt fœminæ prius quàm viri requiratur,manifeſteturque conſenſus. Quod ex c. penul.de Sponſ.& c.Licèt.de ſpōſ. duorum, probat Couarr.2.par. de Sponſ.c.4.nu.6.& patet.ex dictis. infra.nu.45.

QVæritur. Cùm mutuus cōſenſus requiratur in Matrimonio, Vtrum ſit neceſſarium quòd ſimul eodem tempore concurrat? Reſp.quòd licet Abb. & alii quos refert Couar.& Nauarr.infra, dicant cōtrariam eſſe veriorem opinionem: Eſt dicendum, & tenendum;nō eſſe neceſſarium vt ſimul cōcurrant. Satis enim eſt,vt ſecundus conſenſus,primo durante,pręſtetur.Angel. Matrim.2.nume.21. Et hanc dicit veriorem,omninoq; tenendam Silueſt. Matrimonium. 1.q.6.Sot.4.diſt.27.q.1.art.3.verſi. At vero. Maior.4.diſt.27.q.1.col. 2.Gloſ.Prepoſitus, Card.Hoſtien, Henric.Alex.Zaſius, & Communis,quā refert, & ſequitur Couar. 2.par. de Matrimonio.c.4.num.7. Nauar.c.22.nu.80. 42

42 V. ſimul debeant conſenſus concurrere?

EX qua reſolutione infertur ad Quæſtion. Vtrum. Matrimonium poſſit per Procuratores inter abſentes celebrari; & an ſit ſacramentum? Reſp.quòd licèt Caietan. in quadam quæſtione adiecta ad 3.partem,& Durand.4.diſt. 26.q.3.Victor.num.244.& Viguerius.c.16.§.7.verſic.4.teneant non eſſe ſacramentū: falluntur tamen, cùm contrarium, immò quòd poſſit per procuratores contrahi, ſit determinatum in c.fin. de Procur. in 6.& in multis iuribus quæ Glo. ibid.verſicū.Idoneus, citat.Angel. Matrim.5.q.9.Alex. de Ales.Scot. Palud.& alij.Victoria.nu.244. Flores Theol. quæſtionum. in 4.diſt. 27.ar.2.Sotus.q.1.art.3. verſiculo. At uero quamuis. Couar.2.par.de Matri- 43

43 V. Matrimoniū poſſit cōtrahi per procuratores, & an erit ſacramentū?

Matrimonio.c.4.nu.8. & quòd ſit ſacramentum, eſt probabilior & Communior ſententia, quam defendunt ſupra dicti, maxime Sot.

44 Quæ requiruntur, vt tale matr. ſit validũ?

EX quibus Iuribus, & Doctoribus Nota Primo, Tria requiri, vt tale Matrimonium validum eſſe dicatur. Primum quòd Procurator ſpeciale mandatum habeat. Secundum quòd mandatum ſit ei datum, de certa perſona ſpeciali, & determinata. Tertium quòd cõſtituens talem procuratorem, in eodẽ propoſito, & voluntate perſeueret quouſque procurator contraxerit.text.in d.c.fi.de procurat. in 6.& omnes ſup.

Secundo. Nota; Non requiri q̃ reuocatio mandati fuerit expreſſe facta: Satis enim eſt mãdatum implicite reuocari. v.g.per contrariũ actum; vt ſi poſt mandatum primum vni procuratori factum; antequam ille contrahat, ſecundum mandatum eidem, vel alteri procuratori faciat, de alia ducenda, Quo caſu tacitè primum reuocat, tex.cap.fi.de procur. lib.6.Couar. ſup.nu.11.Ange.Matrim.2.nu.18. Silueſt.d.q.9.Idem erit, ſi ante contractum Matrimonij à procuratore, is qui mandatum dederit, cum alia Matrimonium contraxerit, etiam ignorãte procuratore. Abb. in c.Cauſis.de Elect.in 6. quem refert, & ſequitur Couar. Angel.Silueſt.ſupra.

45 Nota. Qualiter contrahantur ſponſalia, vel matrim. cum procuratore.

QVæritur. Qui modus practicus ſeruari debet, in contrahendis ſponſalibus de futuro; vel Matrimonio; cum procuratore? Reſp. quòd ſi contrahãtur ſponſalia: Procurator dicet in hũc modum: Promitto tibi de mandato Petri, vel Ioannis Domini mei, & nomine eiuſdem, quòd ipſe te ducet in vxorem, & hoc in animã ſuam Iuro. Cui puella reſpõdebit; Promitto tibi nomine Domini tui recipienti, & ſibi per te, quòd Ego ducam ipſum in virum, niſi ſteterit per ipſum, & hoc Iuro.

In Matrimonio verò de præſenti; dicetur ſic: Petrus, vel Ioannes Dominus meus mandat tibi, quòd ipſe per me, ſiue mediante me, & tibi nuntiante, accipit te, & cõſentit in, rẽ, tãquam in vxorem ſuam. Cui puella: Et Ego, te mediante, Dominum tuum recipio in meum virum, cùm ipſe, te mediante me in ſuam recipiat, & in eum cõſentio tanquam in Dominum, & maritum.Ioan.Andr.in c.Procurator. de Procurat.6.quem refert, & ſequitur Silu.Matrim.5.q.fi.

QVæritur.Vtrum. Talis cõſenſus ad Matrimonium, poſſit inter abſentes per Epiſtolam præſtari? Ang.Matrimo.2.nu. 20.Silu.Matrimo.6.q.12.cum multis aliis.Sot.4.diſt.27.q.1.art.3.verſiculo.At vero quamuis. Couar.2. par.de Matrim.c.4.nu.fi.cum multis ibid.tenent quòd ſic, concurrẽtibus duobus. Primum quòd mittẽs litteras, quibus exprimit, quòd talem accipit in vxorem de præſenti, ſi ipſa cõſenſerit, perſeueret in eadem voluntate, quouſque illa cui litteræ mittuntur, expreſſe conſentiat. Secundùm quod illa perſona exprimat cõſenſum, receptis litteris, alicui alteri: vl. reſcribat ſcribenti. 46 V per Epiſtolam poſſit contrahi.

PRo quo, & aliis caſibus ſupra dictis Nota quòd licèt olim, iure antiquo, hoc eſſet verum, quòd. accedente conſenſu, per verba de præſenti inter præſentes, vel per procuratorẽ, inter abſentes, eſſet verum Matrimonij ſacramẽtum; 47 Corrigunt multa iura antiqua p Conc.

Nunc

Nunc autem poſt Conc. Trid.ſeſſ. 24.c.1.de Reform.Matrim.verum Matrimoniũ minimè erit, niſi con currat Parochus, vel alius ſacerdos de eius, vel Epiſcopi licentia, & duo vel tres teſtes; in quorum præſentia contrahentes per ſe, vel per procuratorem (vt dictum eſt) præſtent requiſitum conſenſum.

48 Quid ſi verbis multa ſignificantibus?

QVæritur. Quid quando alter cõiugum ait, conſortem verba protuliſſe: ſed illa verba plures habere ſignificationes, & ſenſus? Reſpon. In tali caſu communem illorum verborum ſenſum eſſe conſiderandum, & ſic iudicandum, vt tenet Communis opinio Canoniſtarum. in c. Ex literis. 1. de ſponſa. tex. in l. Labeo. ff. de Suppl. leg. Gl. notabilis. in l. Liberorum. §. ꝙ tamẽ. ff. de leg. 3. quæ aſſerit commu nem ſenſum verborum, prævalere proprię dictionis ſignificationi. Bar. Bal. Anton. Burgen. Iaſon: Gl. & Summa Confeſſorum. Abb. & alii quos refert, & ſeqtur Couarr. 2. par. de Matrimo. c. 4. §. 1. nu. 2. & 3. Ang. Matrim. 2. nu. 8. & ſeq. Silu. Matrim. 2. q. 9. Sot. 4. diſtin. 27. q. 1. ar. 3. verſic. alia.

49 Volo contrahere tecum, an ſit matrimonium?

QVæritur. Quid ſi vir feminę dicat: volo contrahere tecum Matrimonium; An cenſeatur Matrimoniũ de præſenti? In hac quæſtione tres ſunt Doctorum opiniones. Aſtenſ. libr. 8. tit. de Matrimonio. q. 7. & Sum. Confeſſ. lib. 4. ti. 2. q. 4. dicunt, nec ſponſalia quidem eſſe de futuro. Sed male dicunt.

Cardinalis. in c. Ex literis. 1. de ſponſal. ait per dicta verba verum contractum fuiſſe Matrimonium. Cuius etiam opinio non tenetur ſimpliciter. Sed Reſp. cum diſtinctione: Quòd ſi verbum, volo, in his, quæ à ſola uoluntate pendent, adiungatur infinitiuo, deſignanti initium actus, eiuſque ſuſpenſionem: erit cõtractus ſponſaliorum; ut uolo contrahere, uolo ducere te in uxorem. ita Ioan. Andr. & Abb. quorum opinio eſt magis communis in d. c. Ex literis. Silu. Matrim. 2. q. 9. Matthæus de afflictis in Cõſtit. Neapolitan. libr. 3. tit. 19. col. 2. Si uero uerbum, uolo, adiungatur uerbo prænotanti executionem actus perfecti, & ſic Matrimonij exercitium, cenſetur Matrimoniũ contractum, ut uolo te habere in uxorem; uolo te tenere in uxorẽ. ita Silu. Matrim. 1. q. 9. Hoſti. Abb. & alii, quos refert & ſequitur Couar. 2. par. de Matrimonio. c. 4. §. 1. nu. 4. Vbi alia uerba poteris uidere quibus Matrimonium cõtrahi poſſit, uel non, uſque ad fi. §. 1.

SEd, cùm utriuſque requiratur conſenſus ad Matrimonium. Quæritur in quid dirigatur conſenſus ille, uel in quid debeant cõſentire? Reſpond. Primo quòd adhoc, ut conſenſus faciat Matrimoniũ; oportet ſint ibi tria bona Matrimonij implicitè, & ſaltem in habitu contrahentes conſentiant. Ricar. 4. diſt. 31. q. 1. art. 2. Ang. ſupra. nu. 23. Secundo, Reſpon. quòd hic conſenſus exigitur, in coniugalem ſocietatem Diuinitus inſtitutam; nec requiritur conſenſus explicitus in copulã. text. ubi notat Abb. & Canoniſtæ. in c. Commiſſum. de ſponſal. S. Thom. 4. diſt. 28. q. 1. arti. 4. Vbi Palud. q. 1. Caiet. 2. tom. q. 5. de Matrim. Couarr. 2. par. c. 3. & Sotus, & alij. 50 In quid dirigatur cõſenſus?

QVæritur. Quæ ſunt iſta tria bona Matrimonij? Reſp. quòd ſunt fides, Proles, & ſacramẽtum. Quæ tria excuſant actum illum copulæ, ne ſit mortale peccatum. Sacramentum, quantum ad vinculi inſeparabilitatem. Fides, (quan- 51 Quæ ſint bona matrimonij.

Q tum

tum ad eius eſſentiale) eſt non negare debitum licite petẽti. Proles, id eſt, animũ habere paratum ad procreandam,& educandam prolem, ſi Deus dederit. Quæ tria bona habentur in c.Omne.27.q.7.& c.fi.& in Concil. Colon.de Matrimonio.§.Virtus,& §.ſeq.S.Thom. 4.diſtin.31.q.1.art.1.& in addit.3. par.q.49.ar.1.2.& 3.Ang.Matrim. 2.nu.24.Silu.Matrim.1.q.3. Sot.4. diſt.31.q.1.& 2.

52 *Quib' modis poſſit conſenſus inualidari.* QVæritur. Quibus modis poſſet conſenſus, ſeu matrimonij materia inualidari? Reſp. Tribus. Primo Conditione aliqua. Secundo Metu, vel vi. Tertio Ex defectu ætatis legitimæ.

De Primo, videlicet, de conſenſu conditionato, vel De conditionibus appoſitis.

53 *Cõditio appoſita matrimonio qd faciat.* QVæritur.V.Conditio matrimonio appoſitã, illud ſuſpẽdat, quouſque impleatur? Reſp.quòd licèt S.Tho.in 4.& in addit.3.par. q.47.art.5.Ricar.Scot. S.Bonau.& alii quos refert,& ſequitur Flores Theol.q.in 4.diſt.28.art.11. Sot.d. 29.q.2.art.1 Ange.Matrim.3.Silu. eod.Viguer.c.16.§.7.verſi.6.& alii ponant complures cõditiones; melius tamen, breuius, ac clarius Reſpon cum Nauarr.22.nu.61.& Couar.2.par.de Matrimonio.c.3.§ 1. nu.1.videlicet; cõditionum in Matrimoniis tria eſſe genera; iuxta *Conditionum tria genera.* Gl.recept.in c.fi.de Condit.appoſ. Primum eſt earum, quæ turpitudinem continent, & contra ſubſtantiam, bonum, aut fidem ſunt matrimonij; qualis eſt illa; Si curaueris non concipere; quæ eſt contra bonum generationis. Et illa; Si aliam ditiorem, aut nobiliorem inueneris; quæ eſt contra bonum indiuiduitatis. Et illa; Si victum ex adulterio quæſieris; quæ eſt contra bonum fidei. Quæ omnes ſi apponantur, matrimoniũ annullant. tex.in c.Aliquando. & c.Solet.32. q.2.c.fi.de Cond.ap.declarat optimè Flores ſupra.

Secundum genus eſt earũ, quæ turpes, dicuntur; aut factu impoſſibiles: ſed non contra ſubſtantiã; aut bonum matrimonij. Vt ſi furatus fueris; Si occideris: Si cœlum digito tetigeris: quæ non annihilant, ſed pro non appoſitis habentur;& valet Matrimonium.

Tertium earum, quæ ſunt honeſtæ; vt ſi pater meus voluerit: Si tãta dos detur, quæ ſi ſunt veræ conditiones; Matrimonium ſuſpẽdũt, quouſq; talis conditio impleatur. c.De illis.c.Super eo.c.Per tua Cõdit.app.Nau.ſupr. & Communis.

QVæritur. V.Præſtito coniugali conſenſũ, per verba de præſenti ſub conditione; ea adueniente, ſtatim ſine alio actu cõſenſum exprimente tacitè, vel expreſſe, ſit Matrimonium, aut requiratur aliquis actus, ſaltem tacite cõſenſum coniugalem ſignificans? Reſpond. quòd licèt Abb.Innoc.& Canoniſtarum Communis. in ca.De illis. & c.De eo.Henric.in c.fi.col.2.de Condit.ap.Palud.4.diſt.29.q.2.ar. 5.Nauar.c.22.num.63. teneant ſtatim, adimpleta cõditione, eſſe matrimonium abſque nouo conſenſu: Cõtrariam tamen, tenet.S.Th. 4.diſt.29.q.2.ar.3.quæſtiun.3.Ioã. Maior.4.diſt.27.q.4.col.2.Adrian. 4.de Matrimonio.c.Ad diſcernendũ. Victoria in Relectione de matrimonio,& in ſum.num.258.Couar.2.par. de matrimonio.c.3. nu. 5.Sot.diſt.29.q.2.ar.1.verſic.Dum autem; dicens Theologorum communem.Flores Theolo. quæſtion. in 4.diſt.29. de matrimonio condi 54 *V. adimpleta cõditione ſit neceſſari' nouus cõſenſus.*

tionato: dicẽs etiam communem. Qui omnes aiunt, non eſſe matrimonium, abſque nouo conſenſu, ſed tantùm ſponſalia de futuro. Ratio eſt; quia nullum ſacramentum (quale eſt Matrimonium) poteſt ſub conditione confici, neque enim miniſter ſacramenti effectum poteſt ſuſpendere. Erunt autem ſponſalia de futuro ante cõditionis euentum (ſecundum Couar. & quæ ibi citat ſup.) adhunc effectum, vt per copulã, vel quid æquipollens, cenſeatur à conditione recedere; non tamen quo ad alia: ſiquidem ante conditionis euentum nec oritur publicæ honeſtatis impedimentum.

Quod erat verum ante Concil. Tridẽ. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matr. quo tempore, per talem copulam animo maritali ſequutã, videbantur contrahentes à conditione recedere, & fiebat verum Matrimonium. Nũc autem etiam ſi talis copula ſequeretur, nullum erit Matrimonium. Communis omnium.

55 *Quid ſ cõditione; ſi Papa diſpẽſauerit.* QVæritur. V. Quando duo, legitimum habentes impedimẽtum, contrahunt per verba de præſenti, ſub hac conditione: Contraho tecum, ſi Papa diſpenſauerit; adueniente diſpẽſatione, opus ſit nouo conſenſu, vel iam ſit perfectum Matrimonium abſque conſenſus renouatione, vel tantũ ſponſalia de futuro? Reſ. in hac q. duas eſſe contrarias communes opiniones; quas refert Silu. Matrimoniũ. 3. q. 9. Sot. 4. d. 29. q. 2. ar. 1. Couarr. 2. par. de matrimonio. c. 3. nume. 7. Prima eſt Canoniſtarum dicẽtiũ, nullo alio nouo conſenſu opus eſſe, facta à Papa diſpenſatione: ſed ſtatim verum eſſe Matrimonium. Communis autem Theologorũ, quam refert, & ſequitur Victoria, in ſum. num. 258. Sotus. & Couar. ſup. tenet, etiam data Papæ diſpenſatione, non eſſe verum matrimonium, nec ſponſalia de futuro; & ſic eſſe opus vt nouum præſtent conſenſum, etiam ante concilium, quo tempore iſta quæſtio habebat locum. Nunc autem poſt Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. De Reformat. matrim. nulla eſt dubitandi cauſa, cùm etiam ſi millies conſenſus de præſenti, abſque ibidem requiſitis præſtetur, nullum ſit matrimoniũ de præſenti; neque talis conſenſus de præſenti, dari poterit iuridicè, ante diſpenſationem obtentam, ab Ordinarioq; approbatam; atq; ante denũtiationes, & alia requiſita.

QVæritur. Vtrum Matrimonium contractum cum conditione honeſta; quæ tamen eſt contra finem, vel bonum matrimonij, vicietur illa: vt, Si quis contrahat hac expreſſa conditione: contraho tecum ſi mecum vixeris in perpetua caſtitate? Reſpon. quòd licèt Palud. 4 diſt. 30. q. 2. concl. 2. dicat tale matrimonium valere. Cõtraria opinio eſt Cõmunis, & vera; quam, ex. S. Bonauent. Adri. Ric. & aliis, maximè ex. c. fi. de Condit. app. probant Sot. 4. diſt. 29. q. 2. ar. 3. verſic. Eſt enim dubiũ. & Couar. 2. par. de matrimonio. c. 3. §. 1. nu. 3. & multis confirmant. 56 *De conditione honeſta contra finem tamen.*

De aliis autem Conditionibus, quæ tam ordinariæ non ſunt, vide autores, maximè Nauarr. cap. 22. à nu. 61. Sotum. diſt. 29. Couarr. ſup. Victoriam à nu. 258.

De Secundo, ſcilicet de conſenſu metu, vel vi preſtito.

PRo cuius intelligentia Nota. Primo metum dupliciter accipi. Eſt enim metus ab extrinſeco, & metus ab intrinſeco. Metus ab 57 *Metus duplex.*

intrinſeco eſt, quando ex mortis naturalis, vel violentæ, inferni, Iudicij, infamiæ, vel alterius periculi conſideratione, in animo meo concipio timorem aliquem, quo timore motus aliquid voueo, promitto, vel iuro. Qui metus multoties ab ipſo Deo animæ infertur. Metus ab extrinſeco, eſt quando alius homo minis, flagellis, infamia, vel morte, mihi infert metũ, quo motus aliquid facio, promitto vel iuro, quod minime, niſi talis metus fuiſſet illatus, feciſſem. omnes communiter.

58 Metus ab extrinſeco diuiditur.

Secundo. Nota, quòd ſecundum omnium communem, vt patet ex Abb. in cap. Cum locum: de deſponſ. Alex. Ales. S.Th. S.Bonauẽt. Ricar. Scot. Duran. Sot. & aliis, & Flor. Theolog. q.4. diſt.29. ar.1. Metus ab extrinſeco diuiditur in metum cadentem in conſtantem virum, & in metum alium leuẽ, vel leuiorem. i. non cadentem in virũ fortem, & conſtantem.

59 Metus cadens in cõſtantem virum quotuplex.

Tertio. Nota, quòd ſecundum ſupradictos Doctores, metus cadens in conſtantem virum eſt quadruplex. ſ. timor mortis, perpetuæ ſeruitutis, perpetui carceris, vel amiſſionis ſtatus. Caiet. autem in Summa, verbo matrimonium. impedimẽto.6. timorem verberũ, & ſtupri adiungit. Quibus omnibus metum grauis infamiæ libenter addiderim, maxime in perſona nobili: De qua illud verificari poteſt, melius eſt bonum nomen, quàm diuitiæ multæ. Dicitur autẽ metus cadens in conſtantem virũ, quia quilibet, etiam magnanimus talia timere ſolet. Et quãdo metus excommunicationis, vel peccati venialis, &c. dicatur talis; vide Couarr. 2. par. de matri. c.5. §.4. nu.12.

* Nota tamen ꝙ metus mortis pro fidei defenſatione, & confeſſione, quantum ad verum Catholicum, non eſt metus cadens in conſtantẽ virum. Quinimo nec metus mortis pro peccato mortali etiam minimo perpetrando, vt tenẽt Doct. Theol. & maxime S.Tho. qui hoc tenet non ſolum de peccato mortali, immo etiã veniali. in 1. quodl. ar.9. Vbi de hoc quæſtionem facit in terminis ſpecialem. & Aug. & habetur in c. Nequis. 22.q.2. quos refert, & ſequitur Directo. Inquiſ. 2.par.q.41. De blaſphemis.

60 De matr. voto profeſſione, &c. Nota.

Ex quibus (vt multa vno verbo comprehendamus) talem eliciamus cõcluſionem: Matrimonium, Votũ, Profeſſio Religionis, Suſceptio ordinis ſacri, quo ad obligationem ad caſtitatem, & horas Canonicas, quãdo metu ab extrinſeco cadente in conſtãtem virum fiunt, minime tenent. tex. c. Cũ locum. c. Veniens. de ſponſ. tradit latiſſimè Nau. c.22. à nu.50. Sot. diſt. 29. S.Th. cõmuniter receptus. ibid. & in addit.3.par.q.47.ar.3 Ang. dicens communem. verbo. matrim. 3. Impedimento 11. & verbo. Metus. optimè Victor. nu.268. Couar. & alii, quos refert Nauar. ſup.

Dixi: ab extrinſeco, quia facta metu ab intrinſeco tenent. Cõmunis.

61 De poſito in obſidione.

¶ Vnde. Primo infertur, ꝙ ſi quis ab inimicis obſeſſus, in virum alicuius fœminæ ſe offerat, vt obſidionem auferat, matrimonium valebit; Fuit enim liber conſenſus, cũ non ab alio, ſed à ſeipſo ſit ad contrahendum inductus.

62 Matrimo. votũ, &c. factum in naufragio.

Secundo. Infertur, quòd ſi quis metu naufragij, promittat aliquam pauperculam in vxorem ducere, vl. de facto, titulo charitatis cum illa contrahat; erit verum matrimonium, quia non ab alio, ſed à ſeipſo inducitur. Idem de voto in

aliqua infirmitate, periculo ferarum, vel naufragio emiſſo. Quod votum ſtatim obligat, nec opus eſt alia ratificatione, vel confirmatione extra illud periculum. Vt quidam (ſed falſo) dixerunt. Probat latiſſimè Couarru. 2. par. de matrimonio. c. 3. §. 4. nu. 16.

63 Quid ſi ductus ad patibulũ contrahat.

TErtio. Infertur idem iudicandum eſſe de illo, qui ducitur ad patibulum ob crimina ſua: & dum portatur dicit, ſe velle matrimonium contrahere cum aliqua meretrice, vt mortẽ euitet (vt multis in Regionibus practicatur) q̃a verum contrahit matrimonium. Metus enim ille non eſt cauſa ſed occaſio matrimonij. Aliud eſſet ſi portaretur ad patibulum, quia nõ vult cum aliqua contrahere.

64 Quid de illo qui in fragranti delicto cõtrahit matrimoniũ?

QVarto. Infertur contrarium eſſe iudicandum de illo, qui inuenitur in aliquo delicto carnali, ſibique datur optio, vt illam ducat vel mortem patiatur: quia tũc nullum eſt matrimonium.

Si autem ille in tali periculo inuentus, ad eam ducendam ſe offerret, vt mortem vitaret; teneret matrimonium.

Idem de illo, vel illa, quam Pater, appoſito mortis periculo, vel metu, vel ſimili, inducit ad Religionis ingreſſum, Profeſſionẽ, vel aliud votum. Quia cùm ſit metus ab extrinſeco illatus; nullum erit matrimonium, Votum, vel Profeſſio.

65 De Metu leui.

QVinto. Infertur, quod ſi quis alio leui metu talia vota emiſerit, matrimoniumùe contraxerit; rata erunt, ac firma. Quę omnia poteris colligere ex Doct. ſup. citatis, & ex alijs in materia de matrimonio, & metu. & ex Decretalibus in tit. de ijs, quæ ui, metuſue cauſa fiunt. maxime ex Couar. Soto, & Nauarro. ſuprą.

66 Iuramentum metu factum. V. teneat.

QVæritur. V. Iuramentum metu factum ab extrinſeco cadẽs in conſtantem virum; teneat, vel non; ſicut de voto, matrimonio, & aliis diximus? Reſp. Iuramentum, quocunque metu factum, eſſe ſeruandum: nec contra illud poſſe venire, ante ab eo impetratam abſolutionem. Probat latiſſimè Couar. 2. par. c. 3. §. 5. nu. 2. & 3.

67 Quid dicatur Matrimonium.

QVæritur. Cum in matrimonio inueniantur quatuor, ſcilicet conſenſus, cõtractus, mutua obligatio, vel vinculum, & copula carnalis, quod horum ſit matrimonium? Reſpõ. Nullum ſupradictorum eſſe matrimonium; ſed tãtum vinculum, & obligatio illa mutua viri, & mulieris Matrimonium nuncupatur, & dicitur. Victoria nu. 246.

De puritate conſenſus.

68 V. ſit mortale peccatum contrahere alio fine?

QVæritur. V. ſit mortale peccatum, Matrimonium contrahere tantum propter carnis delectationem, pulchritudinẽ, diuitias, &c.? Reſpon. tantùm eſſe veniale. Quia contrahere propter finem, qui de ſe non eſt mortalis, tantùm eſt ueniale. ut declarat opinio Nauar. cap. 22. nume. 79. quicquid alii in diuerſis locis contrarium dixerint.

De Tertio, ſcilicet, de ætate requiſita.

69 Quæ ætas requiratur ad matrimonium.

QVæritur. Quæ ætas requiratur ad contrahendum matrimonium per uerba de pręſenti? ℞. q̃ & ſi diuerſæ fuerint de

hoc autorum opiniones; quas refert Couarr.2.par.de Matrim.c.5. nu.1.quod ad noſtrum tamen tangit propoſitum,Dic,regulariter in maſculis requiri ætatem. 14. & in fœminis. 12. annorum completorum.text.in c.Puberes.c.Continebatur.c.Atteſtationes.cap.Ex litteris.de Deſponſ.impub.c.1.§. idem quoque;eod.titulo. in 6.cum Glo. vtrobique tex.l.Quæſitum.& in l. In ſponſalibus. Vbi Gl.ff.de ſponſ. & Communis. de qua vide Silue. Matrimo.5.q.1.S.Thom. in addit. 3.par.q.58. ar.5. Nauar.c.22.num. 29.Sot.diſt.35.q.vnica.ar.5. & Couar.& ſupra.

70 Malitia ſupplet ætatē.

Dixi Regulariter: Quia aliquādo abſque dicta ætate, poterit matrimonium contrahi; quando.ſ.malitia ſupplet ætatem,vt habetur in c. De illis.2. c. Puberes.c. fi.de De ſponſ.impub. & Communis ſupra.

71 Malitia in quo conſiſtat.

Quæritur. In quibus conſiſtat hæc malitia?Reſpō. In duobus;ſcilicet, in diſcretione ad præſtandum conſenſum.i.quòd intelligat quid facit; Et in potentia ad carnalem copulam. Quæ malitia, hac de cauſa prudentia vocatur.in d.c.fin.Gloſſ. in d.c.De illis,verbo Malitia.Couar.ſupra. Abb.Innoc. & omnes.

72 V. ſufficiat vnum?

Quæritur. Vtrum ſufficiat vnū habere ſine altero?Reſpō.ꝙ non. Neceſſarium enim eſt vtroq; polleat: iudicio, ſcilicet diſcretionis,& potentia.Communis,ex Couar.ſupra.

73 V.ſit peccatum mort. cōtrahere ante legit. ætatem.

Quæritur. Vtrum. Sit mortale peccatum contrahere ante legitimam ætatem? Reſpon.quòd quamuis aliqui tenuerint quod non: verius eſt peccare mortaliter, niſi iuſta excuſet cauſa. vt ex Archid. Hug.Palud. & alijs, probat Silu.Matrimonium.5.q.6.

Quis poteſt Matrimonium contrahere.

Viſis tribus,quibus conſenſus inualidari poteſt, quæritur: Quis poſſit matrimonium cōtrahere? Cui quæſtioni tali Reſpon. concluſione: Omnis vtriuſque Sexus,ætate legitima, debitoque iudicio præditus,Matrimonium contrahere poteſt; niſi aliquo Iuris diuini, vel Canonici impedimento arceatur.c.Cum locum.cap. Cum apud.de ſponſal.& communis.

74 Quis poſſit contrahere.

75 De furioſo Ebrio,dormiēte, &c.

Dixi: Debito iudicio; vt intelligas furioſum, ebrium, dormientem,dum tali vitio laborant; Matrimonium minimè contrahere poſſe.c.Dilectus.de ſponſ. Clemen.Si furioſus. Vbi late Couarr. de homicidio.S.Thom.in addit.3. par.q.58.ar.3.S.Bonau.Ricard. & alij.4.diſt.34. Flores Theol.q.2.ar. 3.Sot.q.vnica.ar.4.

DE IMPEDIMENTIS Matrimonij.

76 Impedimēta matrimonij duplicia.

Quæritur. Quæ ſunt illa quæ matrimonium impediunt, ne fiat?Reſp. Impedimenta matrimonij eſſe duplicia: quædam enim impediūt ne Matrimonium contrahatur; ſi tamen de facto contractum fuerit, Matrimonium tenet, quamuis ſic cōtrahentes peccēt; & in aliquibus caſibus mortaliter, & alijs afficiantur pœnis:vt infra ſuis locis videbis.Alia ſunt, quæ non tantum prohibent Matrimonium fieri; ſed etiam Si de facto contrahatur, eſt nullum. vt infra patebit.

De

De impedientibus tantùm aliqua proponam.

77 Exiſtens in mortali nō poteſt contrahere.

PRimum. Exiſtens in mortali peccato, contrahere Matrimonium non poteſt abſque nouo peccato mortali; ſi tamen de facto cōtrahat, tenet. S. Anton. 3. par. tit. 1. c. 19. §. fin. Nauarr. in princi. de Pœnitentia. diſt. 5. par. 6. Glo. nu. 33. & 39. Concil. Colon. de Matrimon. §. Verbum. & Communis per Couar. 2. par. c. 7. nu. 1.

78 De illo qui vouit vel iurauit.

SEcundo. Ille qui iurauit, vel vouit Matrimonium non contrahere, & poſtea periurus cōtrahat de facto, Matrimonium tenet. cap. De illis. c. Sicut. de ſponſ. Glo. in c. Mulieres, de Iure Iur. Gl. fi. de Procurat. lib. 6. Couar. ſup. nu. 2.

79 De Excommunicato cōtrahere.

TErtio; Matrimonium contractum de facto ab Excommunicato, tenet, c. Significaſti. De eo qui duxit in matrimon. quam pol. per adult. ſingularis. ſecundū Francum in cap. Decreuit. de Hæret. in 6. & in ca. primo. col. 3. de Except. in 6. Felinus. in Rubrica. de ſponſ. col. 5. quem text. valde commendat Ioann. Maior. 4. diſtin. 29. ad fi. nota Gloſſ. c. Illud. 15. d. Gloſſ. in c. Alma mater. verbo. Sacramentis. de ſenten. excomm. in 6. Nauarr. c. 22. nu. 81.

80 De contrahente cum excommunicato.

QVarto. Qui contrahit cum Excommunicato, quia communicat in ſacramēto Matrimonij, peccat mortaliter, tenet tamen matrimonium, Viguerius. c. 16. §. 7. verſic. 8. Quod eſt verum, ſi Excommunicatus ſit publicè denuntiatus, vel notorius percuſſor clerici. Extrauag. ad Euitanda.

81 Quid de ſponſo cū alia contrahente.

SEcundo ſponſus de futuro ligatus eſt ne cum alia cōtrahat; ſi tamen de facto contrahat cū alia, per verba de præſenti, valet matrimonium ſecundum; etiam ſi copula non fuerit ſequuta. vt ſupra. de ſponſalibus. diximus.

82 De iudicis prohibitione.

SExto Matrimonium contrahi non debet, contra Iudicis prohibitionem, Si tamē de facto fiat; factum tenet. c. 1 cum aliis. de matrimonio contracto contra prohibit. Vel interdict. Eccleſiæ. Angel. Silu. Couar. Nauar. & alij ſup.

83 De Papa [pro]hibitione.

SEptimo. Si Matrimonium fiat, de facto, contra legis, vel ſummi Pontific. prohibitionem; valet. Quando. ſ. illa prohibitio habet tēporalem, non perpetuam cauſam prohibitionis. Gl. c. Tuam. de ſponſa duorum, vbi Abb. & in c. Ad diſſoluendum de Deſpōſ. impub. Dominicus. Confec. 33. col. 5. Decius. in c. 2. col. 2. de Teſtibus. notat. Gl. inſignis in Clem. 1. verſi. Inhibentes. de Iure patr. Couar. multa allegans. 2. par. de matrim. c. 6. nu. 6.

84 De matr. Clandeſt. ante Concil. Trid.

OCtauo Ante Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. matrimonium clandeſtinum erat prohibitum. per text. c. Cum inhibitio. cum alijs de Clā deſt. Deſponſ. Si tamē de facto fiebat, factum tenebat. ca. Nec illud. 30. q. 5. c. 1. vbi Abb. & alii de Clandeſt. deſponſ. S. Th. 4. diſt. 28. art. 3. Angel. Silu. Sot. Nauarr. Decius, & alii relati à Couar. ſup.

85 De matr. abſque denuntiationibus.

NOno Hodie Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de Reformat. matrim. præcipit omnino, ne matrimoniū, abſque tribus denuntiationibus, Sacerdote, & duobus, vel tribus teſtibus contrahatur: Si tamen de facto, omiſſis denuntiationibus cōtrahatur coram Parocho, & teſtibus verum eſt matrimonium. Vt probat Cord. in ſum. Nau. c. 22. nu. 69. & alii moderni.

86

DEecimo. Qui votum ſimplex

De habenti votũ ſimplex. emiſit Caſtitatis, omnino impeditur ne matrimonium contrahat: Si tamen de facto id fecerit, licèt grauiſſime peccaret, matrimoniũ teneret. Omnes. in c.2.27.diſt. Etiã ſi vterque vouiſſet; Secundum Cõmunem, quam refert, & ſequitur Nauarr.c.22 nu.72. quem vide de hoc impedimẽto. & Ang. matrim. 3. impedimento. 5. Silu. & omnes. Tradit multa congerens Caniſius de Matrimonio. §.4.

87 De voto Religionis. VNdecimo. Item. Qui emiſit ſimplex Religionis votũ cõtrahere non poteſt; Si tamen de facto contraxerit, Matrimonium tenet: Communis. ſup.

88 Qui mortua vxore. QVæritur. An in dictis caſibus mortua vxore poſſit aliã ducere? Reſp. quod non. Quia votum non erat ablatum, ſed executio voti. S.Tho. Hug. Ricard. & alii. Ang. ſupr. nu.4. & alii quos refert Vict. nume 293.

89 Contrahẽs contra volunt. parentum. DVodecimo. Qui contra prohibitionem iuſtam ſuorum Parentum contrahit Matrimonium, peccat mortaliter; Matrimonium tamen valet. Nauar.c.14.nu.15.

90 De Catechiſmo. DEcimotertio. Qui inſtruit de rebus noſtræ Sanctę Fidei aliquem Baptizandum, (ex quo actu Cognatio ſpiritualis ex Catechiſmo oritur) non poteſt cum illo cõtrahere; Si tamen de facto contrahat factum tenet. ca. Per Catechiſ. de Cognat. ſpirit. in 6. cap. Ante Baptiſmum. de Conſec. diſt.4. Angel. Silu. Armil. Caiet. & Couar. 2. par. de Matrimonio. c.6. §.4. nu.11. Nauar.c.22. nu.40. & 72. Viguerius. c. 16. §.7. verſi.8. Quæ cognatio limitatur per Conc. Trid. ſicut illa quę ex Baptiſmo oritur. Nauar. ſup. S. Th. tamen in addit.3. par. q.56. art. 2. & Sot.4. diſt.42. negant ex Catechiſmo hanc conſanguinitatẽ oriri: Sed tene cum aliis Doctoribus ſupra citatis.

VIde alia impedimenta impedientia tantum, per Armil. Matrimonium. nu.53. 91 Impedimẽtum criminis duplex.

Aliud impedimentum matrimonij dicitur crimen, quod duplex eſt; Aut impedit, & dirimit, aut impedit tantum. de Primo poſtea dicetur.

PRo quo nota, Septem eſſe crimina, quæ Matrimonium contrahere vetant; Si tamen de facto fiat, Matrimonium omnino tenet. 92 Septem crimina vetant &c.

PRimum impedimẽtum eſt inceſtus, S.Th.4. & in additio. 3. par. q.85. ar.4. Ang. Silu. Armil. maxime, verbo Matrimoniũ. nu.35. Caiet. in ſum. verbo Matrim. Nau. c.22. num.74. Couar. & Sot. Quod impedimentum dupliciter cõſideratur; Aut tale crimen inceſtus cõmiſſum eſt ante Matrimonium; & tunc impedit, & dirimit; Quo caſu, ſi habita diſpenſatione contrahat, mortua vxore, poterit aliã ducere. Aliud eſt quando cõtracto Matrimonio cognoſcit conſanguineam vxoris ſuæ. 93 De Inceſtu.

IN quo Nota: Quod quamuis varias de hoc impedimento Nau. ſup. adducat opiniones: An. ſ. omnis inceſtus etiam cum conſanguinea propria impediat Matrimoniũ; & pro parte affirmatiua, magna ſint fundamenta: vera tamen reſolutio hæc eſt, ꝙ tantum intelligatur de inceſtu cum conſanguinea vxoris commiſſo. Ita ꝙ vxore mortua non poſſit inceſtuoſus cũ vlla alia in perpetuũ contrahere; quod eſt in pœnã peccati, propter iniuriam Matrimonio illatam. Ita ex Palud. & Communi, reſoluit 94 Quis inceſtus impediat, &c.

Nauar.

Nauar.c.22.nu.75. Ita etiam ex.c. 1. De eo qui cogn. conſang. vxor. ſuæ.S.Th. S. Anton. Abb. reſoluit Armilla.verbo.Matrimo.nu.57.& ex.Caiet. verb. Matr. Impedim.5. S.Th.S.Anton.Abb. Sylu. Caſtro, & alijs.reſoluit late Couar. 2.par.
95 de Matrim. c.6.nu.4. ¶ In quo caſu qualiter Epiſcopus diſpenſate poſſit ꝑ & debeat. vide Nauarr. ſupra.

96 Quid ſi mortuam vxore conſanguineã cognouit?

QVæritur. V. Ille, qui non viuente vxore, ſed poſt eius obitum, conſanguineã eius cognouit, ſit inceſtuoſus, & ad cõtrahendum cum alia quacunque impeditus? Sotus.4.diſt.37.q.vnica.ar.1.credit quòd non. Quod mihi placet.ob rationem ſupradictã, quia nullam iniuriam facit Matrimonio.

97 De Affinitate incurrenda.

NOta tamen, quòd ad hoc ut impedimentum hoc incurratur, oportet, vt vir talem conſanguineam cognouerit intra vas & cum alijs circunſtãtijs, de quibus infra.in principio de affinitate.

98 Extẽditur ad 2. gradum.

SEcundum. Not. Quòd poſt Cõcil.Trid.ſeſſ.24.de reform. Matrim.& Motum proprium. Pij V. hoc impedimentum inceſtus ex fornicatione tantùm extenditur ad ſecundum gradum.

99 Quid ſi ignorabat talem eſſe.

QVæritur.Quid ſi cognouerit quis conſanguineam vxoris ſuę ignorans talẽ eſſe? Reſp.tunc non impediri à petitione debiti; quia realiter inceſtum non commiſit Palud. & alij, quos refert,& ſeqtur Vict.ſum.nu.228

100 Vxoricidiũ duplex.

SEcũdum crimẽ eſt vxoricidiũ: Quod dupliciter cõſideratur. Aut.n.vir occidit vxorẽ, vt aliã ducat, & de hoc infra: aut occidit nõ hoc aïo, ſed alia de cauſa. Et ĩ hoc caſu vir occidẽs vxorẽ Matrimoniũ abſq; diſpẽſatione contrahere nequit. Quod ſi de facto cõtrahat, factũ tenebit.tex.c.Admonere.33. q.2. ¶ Quẽ tex. oĩno vide, q̃a allegat quotidie ad ꝓbãdũ, ꝙ ingreſſus religiõis æqualet oĩ pęnitẽtię.

De ingreſſu religionis.

101 Quid ſi autoritate publica vxorẽ occidat.

QVæritur.V.hoc impedimentũ cõtrahatur, quotieſcunq; etiã autoritate publica maritus propter adulteriũ vxorem occidere? Reſp.ꝙ non; ſed tñ qñ illã autoritate ꝓpria cũ cã, vel ſine ea, peccãdo mortaliter, interfecerit. S. Tho.in addi.3.par.q.61. ar.1.& 2 Sot.di.37.q.vni.ar.3.& 4.

102 Quid ſi mulier virum occiderit.

QVæritur. V. Eandem pęnam incurrat, atque impedimentum mulier virum ſuum interficiens? Reſp.quòd quamuis Sylu.Armil.Matrimonium.nu.58. & alij, negent; Contrarium tamen eſt tenẽdum cum Palud. 4.diſt.34. quem refert, & ſequitur Nauarr. c.22.nũ.74.tenet Sot.4.diſt.37.Viguerius.c.16.§.7.verſi.8.

Qualiter autem maritus, vel vxor prohibeantur cum adultero contrahere, dicetur infra. de impedimento criminis.

103 De raptu alterius ſponſæ, & quãdo impediat.

TErtium Crimen eſt, Raptus alterius ſponſæ. c.Statutum. 27.q.2 S.Th.Caiet.Ang. Sylu.Armil.Sot.Nauar.& omnes.

In quo nota, (ſecuudum Nauar. ſup.) quòd licèt hoc impedimentum ante Concil. Triden. tantùm erat impediens, ita quòd Matrimonio contracto de facto cum alterius ſponſa tenebat: Hodie autem per.d.Concil. ſeſſ.24.c.7.de reforma.Matrimo.impedimentum hoc dirimit Matrimonium ſic contractum; niſi ſponſa ſeparetur, & in ſua relinquatur libertate ad contrahendum.

Secundo

De qua muliere intelligat Concil. Trid.

Secundo Nota, quod (meo iudicio, ni fallor) Concil. Trid. ſupra, non loquitur in caſu expreſſo tantum de ſponſa rapta, ſicut Nauar. citat, Sed loquitur generaliter de omni muliere Virgine, vel non, quę fuerit per vim rapta: ita quòd Matrimonium generaliter, inter raptorem, & raptam contractum, minime valeat dum mulier in raptoris fuerit poteſtate. * Pro quo facit optimè Canon. 66. S. Apoſt. in hæc verba: Si quis Virginem ſibi non deſponſatam, admota vi, detinet, a communione ſuſpenditor. Non licitum autem eſto ei aliā ducere, ſed eam detineto, quam ſollicitauit, quamuis paupercula ſit.

104 De patre tenente filium in Baptiſ. &c.

Quartum Crimen eſt, malitioſa proprij filij de fonte ſuſceptio, animo fraudandi debitum coniugi. c. De eo. 30. q. 1. idemq; eſſe, ſi de Chriſmate leuet ait Caiet. verbo. Matrimo. Armill. eod. nu. 59.

105 De occidēte Presbyterum.

Quintum eſt presbytericidiū c. Qui presbyterum, de pœnit. & remiſ. Nec eſt neceſſarium, vt talis in iudicio ſit conuictus, (vt putabat Panor.) ut ait Syluest. Matrimo. 7. q. 6. Nauar. c. 22. nume. 74.

106 De pœnit. ſolemni.

Sextum Eſt pœnitentia ſolemnis iniuncta, & facta. c. De ijs c. Antiqui. 33. q. 2. S. Th. Ange. Sylu. Armil. nu. 59.

107 Matr. cum moniali.

Septimum Crimen eſt matrimonium contractum ſcienter cum Moniali. c. Si ergo qui. 27. q. 1. & omnes Doctores. qui de his agunt. ſupra.

108 Quo iure ſint introducta hæc impedimēta?

Quæritur. Quo iure ſint introducta omnia ſupradicta impedimenta? Reſp. Quædam eſſe de iure naturæ, alia verò tantùm de iure Canonico. De quibus vide Caietan. Armill. & omnes ſupra.

109 V. ſit mortale cōtrahere cōtra dicta impedimenta.

Quæritur. An ſit mortale peccatum contrahere contra dicta impedimenta? Reſpō. In Septem tantùm eſſe mortale; ſcilicet: Quandò quis habens uotum ſimplex caſtitatis. Secundò, Quādo habet uotum ſimplex Religionis. Tertio, quandò quis eſt in mortali peccato. Quartū, quando eſt Excommunicatus. Quinto, quando erat cum alia per uerbā de futuro deſponſatus. Sexto. quādo contrahit contra interdictum Eccleſię, uel iudicis. Septimo. quādo contrahit cum Excommunicato. ut colligitur ex Doctoribus. ſupra.

110 Quis pōt diſpenſare in ſupradictis?

Quæritur. Quis poſſit in ſupradictis impedimentis tùm impedientibus diſpenſare? Reſpon. (omiſſis alijs altercationibus) Epiſcopū in omnibus ſupradictis impedientibus tantùm, quando cum alio non concurrunt, legitime diſpenſare poſſe; exceptis uotis caſtitatis; ita Palud. 4. diſt. 28. q. 2. S. Anton. 3. par. tit. 1. c. 16. §. quos refert, & ſequitur Nauarr. cap. 22. numero 85.

DE IMPEDIMENTIS *Quæ impediunt matrimonium contrahendum, et dirimunt de facto contra ctum.*

111 Impedimēta quę dirimunt contractum.

De quibus Nota (ſecundum omnes) quòd dicta impedimenta ſunt ſic intelligēda. ſ. quòd impediunt ne Matrimonium contrahant talia habentes impedimēta. Si autem quis legitimum prius con-

contraxit Matrimonium; & aliquod talium impedimentum inciderit; Matrimonium tunc non annullatur.

Quæ impedimenta duodecim ſunt, ſequentibusque verſibus continentur.

Error, conditio, votum, Cognatio, Crimen:

Cultus diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas.

Duodecim ſunt. *Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.*

Hæc ſocianda vetant Connubia, facta retractant.

QVæ omnia impedimenta ſuo Ordine, prout iacent, explicabuntur.

De primo ſ. de Errore.

112 Error circa multa. ERror circa multa occurrere poteſt, circa perſonam, conditionem, pulchritudinem, diuitias. & alia. Quæ omnia ad duos errores reducit S. Tho. in addit. 3. par. q. 51. art. 1. & omnes Doctores. Ad errorem conditionis, & perſonæ. Quos omnes errores, vt melius intelligas, ſequentes nota propoſitiones.

De primo errore perſonæ.

113 Contrahẽs cum vna p alia. PRima propoſitio. Contrahens cum vna, videlicet, Maria; quã putat eſſe Annam, non contrahit Matrimonium: quia cõſenſus erat directe in Annam, & talis fuit error Rachelis, & Liæ, Ang. Matrimon. 3. impedimento. 4. Silue. Matrim. 8. q. 1. Nauarr. c. 22. nu. 32. Couar. 2. par. de Matrimonio. c. 3. §. 7. nu. 1. Sot. 4. diſt. 30. q. 1. ar. 1. cõcl. 1. Caietan. verbo: Matrimonium, & omnes.

SEcunda. Cogitans contrahere cum Primogenito, & ſupponitur alius: non contrahit. Quia defícit conſenſus. Caiet. ſupra. Calder. Hoſt. & alij. quos refert, & ſequitur Nauar. c. 22. nu. 32. 114 De primogenito.

TErtia. Si quis cogitat contrahere cum bona, honeſta, ſana, caſta, pulchra, diuite &c. & talia non habet dona, nihilominus Matrimonium tenet: quia talis error non eſt contra ſubſtãtiam Matrimonii. S. Th. Angel. Silu. Caiet. Armil. Nauarr. & Sot. ſup. concl. 3. Vict. nu. 270. facit. c. Error. & cap. His ita. 29. q. 1. 115 Contrahẽs cum alia q̃ caret bonis vel donis, &c.

QVarta. Cogitans contrahere cum filia talis Regis, Ducis, Marchionis, &c. determinatè; cũ talis non ſit; nullum eſt Matrimonium. Quia conſenſus tendebat in certam, & determinatam perſonã S. Thom. 4. diſt. 30. Ang. Matrim. 3. impedimento. 4. nume. 5. Silu. ſup. Nauar. c. 22. nu. 32. 116 De filia Regis, Ducis, &c. determinate.

QVinta. Putans contrahere cum filia Regis, Ducis &c. indeterminatè; ſi talis poſtea pſſe non reperiatur, nihilominus Matrimonium tenet. Quia ſupra dicta bona ſunt fortunæ. omnes. ſup. 117 De indeterminata perſona.

SExta. Contrahens cum illa, quã virginem putabat. ſi contrariũ ante copulam, vel poſt reperiatur, vtroq; caſu Matrimonium tenet: Quia error ille, non eſt de eſſentialibus Matrimonij. Niſi verè ille in virginem ſic conſenſum dediſſet, quòd alio modo nullatenus daret. Quia tunc, cùm conſenſus defuerit, nullum erit Matrimonium; deficit enim pars eſſentialis, ſcilicet conſenſus. Sed quando quis ſimpliciter contraxit cum illa, quam puta- 118 Quid ſi virgo non reperiatur.

putabat Virginem; & ante cõſum mationem Matrimonij error dete gitur; non eſt cogendus conſummare Matrimonium; quia cogeretur incurrere irregularitatem Bigamiæ, accedendo ad corruptam ſponſam, vt notat (& bene) Hugo. in c.Raptor 37.q. 2. quem refert, & ſequitur Sylu. ſup. & videbis infra. in 2. parte de irregular. Bigamiæ.

De ſecundo impedimento, videlicet, errore conditionis ſeruilis dirimente.

119 *De contrahente cum ſerua &c.* PRima Concluſio. Contrahens cum ſerua, quam putabat liberam; non contrahit. Quia error eſt eſſentialis. c.Propoſuit. cum alijs. de coniug.ſeruorum. c.ſi quis 1.& 3.c.Si fœmina.29.q.2. S. Tho.in 4. diſt.30.q.1.& in addit.3. par.q.52. art.1.omnes in 4. diſt. 30. Sot.q.1. art,1.concl.2.Ange.Matrim.3.imped.4.nu.4.Sylu.Matrim.8.q.2.Armil.Caiet.Viguer.& alij.Nauar.c. 22.nu.33.Victoria.nu.270. Couar. 2.par.c.3.§.7.nu.4.

120 *De libero contrahente cum libera per errorem.* SEcũda. Liber homo, vel ſeruus cogitans contrahere cum ſerua, quam poſtea reperit eſſe liberam; verè contraxit.cap.Si quis liber.§.ijs.itaq; 29.q.2.S.Tho. & cõmunis Theologorum, & Canoniſtarum quam refert & ſequitur Nauar.ſupra.

121 *De ſeruo contrahente inuito domino.* TErtia.Seruus poteſt contrahere, Domino neſciente,& etiã contradicente.S.Thom.in addit.3. p.q.52.ar.2.& etiam vir liber accepta vxore poteſt ſe alteri in ſeruũ dare, nec per hoc ſoluitur Matrimon.S.Tho.ſup.art. 3. & in 4. diſt. 36.Armil.Matrimo.num. 6. c.1.de Coniug.ſeruorum.

QVarta.Seruus contrahens cũ ancilla, quam credit eſſe liberam; vere contrahit.Quia ſunt in æquali gradu. Ang. Matrimo.3.impedimento.4.nu.4.Sylue. Matrimo. 8. q.2.dicens communẽ Theologorum, & Canoniſtarum: à qua (niſi ſingularitatis vitio eſſem notandus) forſan diſcederem. Primo. Quia talis ſerui conſenſus in illam liberam tendebat; in quã, ſi ancillam eſſe prius cognouiſſet, minimè conſenſiſſet. 122 *De ſeruo contrahente cum ancilla per errorem.*

Quia non omnes ſerui, nec omnes ancillæ æqualis ſunt conditionis; poterit enim dari caſus (vt ſæpiſſime fit) quo ſeruus plus deſideretur in Matrimonium ab aliqua libera, quam alius liber, vel propter pulchritudinem, vocem, artẽ, induſtriam, vel alia multa. Sed nolo à communi diſcedere.

QVinta Concluſio. Contrahẽs cum liberta, quam liberam eſſe putabat, verè contrahit. Quia iam non eſt ancilla. Sylu.Matrimo.8.q.2.cum alijs quos refert, & ſequitur Couar.2.par.de Matrimo.c.3.§.7.nu.1. 123 *De libertis*

SExta. Seruus contrahens cum libera ſciente ſeruitutem, etiã ſciente domino,& non contradicẽte; non ideo efficitur liber. Si autẽ mulier ſeruitutem ignorat, & domino præſente, & non reuelanto ſerui ſui conditionem contrahat, efficitur liber. Communis, quam reſoluit Couar.ſupra. 124 *Seruus an fiat, liber &c.*

SEptima. Si Dominus matrimonium cum propria ancilla contrahat; non eo ipſo fit libera, ſed requiritur, vt illam manumittat, tex.in Auth.de Triente. & Semiſ.§.Vltimo. Quamuis, iure Regio Hiſpaniæ l.5.titulo.22.partita. 4.& l.1.tit.13.eod.par.contrarium deciſum 125 *De dño cũ trahẽte cũ ſerua.*

deciſum ſit. Imò quòd ſtatim fit libera. Couar. ſupra. nu. 2.

126 *Seruus qñ efficitur liber.*

OCtaua. Seruus cõtrahens matrimoniũ cum illa, quæ eius ſcit ſeruitutem; & Dominus eius facit ei inſtrumenta dotalia; efficitur liber ex hac inſtrumenti actione, tex. l. vnica. §. ſed ſi quis homini. C. de lat. liber. tollen. Gloſſ. per tex. ibi in c. Illud, de præſumption. Abb. & alij, quos refert, & ſequitur Couar. ſupra.

127 *Quo iure hi duo errores impediant?*

QVæritur. Quo iure impediãt Matrimo. hi duo ſupradicti errores perſonæ, & conditionis? Reſp. Errorem perſonæ iure naturali; tollit. n. liberum conſenſum. Error autem ſeruitutis tantũ impedit iure poſitiuo, ex c. Propoſuit. de coniug. ſer. Victo. 270.

De Tertio impedimento, ſcilicet, voti.

PRo cuius intelligentia Nota.

128 Primo, hic tãtùm agi de tribus votis, ſcilicet Caſtitatis, Religionis & ſacri Ordinis.

129 *Votũ caſtitatis. & Religionis eſt duplex, & quando dicatur ſimplex, uel ſolemne.*

SEcundo. Votum Caſtitatis, aut Religionis eſt duplex, ſimplex, & ſolemne. Simplex eſt, quando quis animo deliberato, corde, vel voce Deo caſtitatem, vel ingredi aliquam Religionem, promittit mediate, vel immediate. Mediate, quando fit Sanctiſſimæ Virgini, vel alteri Sancto. Immediate, quãdo ipſi Deo. S. Tho. & omnes. in 4. diſt. 38. Sotus. q. 2. ar. 1. Ange. Sylu. Caiet. Nauarr. ca. 12. per totum, & Couar. 2. par. de Matrimo. c. 7. §. 4. nu. 7. Votum autẽ ſolemne eſt qñ tali promiſſioni ſubſequitur perſonæ traditio realis in alterius poteſtatẽ. ſ. qñ nouitius, vel nouitia facit profeſſionẽ. Tunc (. n.) votũ ſolẽne caſtitatis, & religiõis emittit, vt notant omnes. ſupra. Et ſic.

PRima ſit Concluſio. Omnia alia vota, quæ in vniuerſo fiunt tantum ſimplicia dicuntur, vt tradit Palud. communiter approbat* ſecũdũ Nau. c. 12. nu. 32. Sot. ſup. 130 *Omnia uota dicũtur ſimplicia exceptis, &c.*

SEcunda Concluſio. Votum ſolemne tantùm dicitur illud, quod ſolemnizatur per Profeſſionem tacitam, vel expreſſam, factam in Religione approbata: vel per ſuſceptionem Sacri Ordinis. tex. in cap. Rurſus. Qui cleric. vel voue. s. Tho. 4. diſt. 38. & in addit. 3. par. q. 83. ar. 1. Angel. matrim. 3. imped. 5. Syl. matri. 8. q. 4. Armil. nu. 8. Victoria. nu. 293. Nauar. ſup. Sot. 4. diſt. 38. q. 2. a. 1. & 2. 131 *Votum ſolemne.*

DIxi: Approbata. Quia votum factum in non approbata; & etiam in tertia Regula s. Dominici, & s. Franciſci, non dirimeret matrimonium, quamuis plus ſcandali eſſet, ſi tales cõtraherent, quã aliæ virgines. Syl. cum alijs. ſupra. & Caietan. in Summa verbo. matrimonium. impedim. 3. 132 *Vota 3 Regulæ. S. Dominici &c.*

TErtia Concluſio. Poſt quodcunq; ſimplex votum Caſtitatis, vel Religionis, matrimonium contrahi non poteſt de Iure; quod ſi de facto fiat, factum tenet; grauiſsimum tamẽ ſcelus, atque mortale peccatum erit, ſic contrahere, propter fidem Deo fractam. Et ideo talia vota, (vt ſupra dictũ eſt) impediunt matrimonium, ne contrahatur: contractum tamen tenet. c. Conſuluit c. Rurſus. Qui cleric. vel vouent. c. vnico, de Voto. in 6. & Communiter omnes. s. Tho. Armil. matri. nu. 55. Sotus 4. d. 38. q. 2. a. 1. conc. 1. & 2.* Pro quo nota ꝙ frangenti votum ſimplex caſtitatis imponitur pœnitentia triũ annorum, vt habetur in Canon. 133 *De matrimonio contracto poſt votum ſimplex caſt. t.*

pœnit.

pęnit.12.& in c. Si vir.27.diſt.

134 Voti ſolēnis vis. QVarta Cōcluſio. De qua hic eſt ſermo. Votum ſolemne Caſtitatis,vel Religionis, ita impedit,& dirimit, quòd ſi Religioſus legitimè profeſſus, millies,matrimonium cōtrahat,nihil faciet: Quia tale impedimentum uoti ſolemnis,impedit, & dirimit. Sunt multa iura in tit.de voto.c.Presbyteris.c. Sequenti.27.d.c.Inſinuante.Qui cleric.uel uouēt.c.Viduas, à propoſito.27.q.1. S.Th.4.diſ.38. & in addit.3.par.q.53.art.2.Ange. Sylu.Caiet. & alij,ſup.Sot.ſupra. art. 2. Vbi ait eſſe hæreſim dicere contrarium.Idem erit ſi aliquis ſacro ordine initiatus contraheret.

135 De voto p vim. DIxi:legitime;quia ſi per uim, uel metum cadentem in conſtantem virum,fuiſſet Profeſſio emiſſa; uel Ordo ſuſceptus;non tenent, ut ſup. diximus: & probant Iura, quæ citat Nauar. c. 22.num. 51. & 52.

136 ITem Quia ſi fuit ante ætatem, Profeſſio eſt nulla. Concil.Trident. Seſſ. 25.c. 15.

137 Fractio voti ſolēnis, & ſimplicis. QVæritur. In quo differat fractio Voti ſolemnis, & ſimplicis caſtitatis? Reſp. Primo.Qd quamuis fractio uoti cuiuſcunq; ſimplicis, peccatum ſit mortale, & ſcādaloſum multoties eſſet (ut ſi uirgo quæ caſtitatem uouerat, contraheret) communiter tamen maius crimen & ſcandaloſum eſt uotum ſolemne frangere,ut ſi monialis aliqua peccaret contra uotum. Nauar. ca. 12.nu.32. uerſic. Decimo tertio.

138 Pęnæ contrahētium poſt votū ſolemne. SEcundo. Quòd ſi ille, qui habens uotum ſolemne contrahit, non tantum grauiſſimum peccatum cōmittit,ut, c. 1. de uoto.6. & in extra & in Extrauag. 1. Ioan. 22. ſed etiam incurrit Excōmunicationem maiorem latam in Clem. 1. de Conſan. & affin. Ille autem, qui poſt Simplex uotum contrahi.; licet matrimonium teneat, non incurrit excommunicationem; ſed alijs afficitur pęnis. Prima. Quòd poſt contractum tale matrimonium, tenetur ſeruare uotum ex parte ſua,quantum poteſt, &,ita non poteſt petere debitum poſt cōſummatum matrimonium. Secunda, ꝙ nec reddere tenetur, priuſquam conſummet: quia ante conſummationem intrare poteſt Religionem; & ibi uotū ſeruare.c.Ex publico.de Conuerſ. coniugat. Tertia quòd quotieſcūque ante diſpenſationem debitū petit, peccat mortaliter, ſecundū communem Abb. Ioan. And. Ioā. Maioris Angel. Roſel. & aliorū, quos refert Ang. Matrim.3.impedim. 5. nu.4.Armil.Matrim.num. 55. Sot. diſt. 38. q. 2. a. 1.concl.3. & Nauar.c. 16.nu. 30.licèt aliqui, aliam communem contrariam tenentes, contradicant. Quarta ꝙ mortuo coniuge ſuperſtes Matrimonium amplius contrahere non poteſt abſq; diſpenſatione. Quia tenetur ſeruare uotum. uide Ang. & Armil. ſupra.multa allegantes. Nauar. c. 22.nu.73.Ratio,eſt quia uotum non erat ablatum,ſed executio uoti erat ſuſpenſa.cap. Quidam. de Conuerſ. coniugatorum. Sot. infra. Nota oīa.

QVæritur.An etiam ille,qui poſt uotum ſimplex Religionis, de facto contraxit,incidat in eaſdem pęnas? Reſp. Primo quòd peccat mort. Secundo tenetur ante conſummationem īgredi Religionē, quia poteſt, & ſic peccat conſummando.Tertiò quod mortuo coniuge 139 De cōtrahente poſt votum ſimplex,&c.

iuge ſuperſtes, religionem, quam ante uouerat, tenetur intrare. In hoc tamen differt, quòd conſummato Matrimonio, exigere poteſt debitum ſemper abſq; ulla diſpenſatione. de hoc uide Sot. 4. diſt. 38. q. 2. a. 1. concluſione 4. & lib. 7. de Iuſtitia, & Iure. q. 2. ar. 1.

140 Quis diſpẽſare poſſit ad exigendum debitum.

QVæritur. Quis poteſt diſpenſare ad exigendum debitum? Reſp. Epiſcopum poſſe, ſecundũ communem opinionem, quam refert, & ſequitur Armil. num. 55. Nauar. c. 12. nu 60. & c. 16. nu. 30. & alij multi. ſ. Ang. Roſel. Speculum coniugiorum, 1. par. art. 15. in fine. Sotus d. 27. q. 1. ar. 4. ad finem, remittit ſe ad lib. 7. de Iuſt. q. 3. ar. 1. & dicit debere diſpenſare, iuſta de cauſa, non ſolùm quando non patet acceſſus ad Papam; ſed etiã ob aliam cauſam, ut ratione periculi apud iuuenes. Et idem Sot. 4. diſt. 37. q. unica. ad fin. affirmat Epiſcopum abſolutè diſpenſare poſſe. Nec obſtat quod dicit. lib. 1. de iuſtitia. q. 7. ar. 3. Si uotum caſtitatis præcedit Matrimonium, non diſpenſat Epiſcopus; quia intelligitur, ut poſtea mortuo coniuge, poſſit contrahi, quòd eſſet diſpenſare in uoto, facit etiam Nauar. ca. 22. nu. 76. fauet Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. De qua etiam diſpenſatione uide infra. nu. 210.

141 Priuilegiũ mendicantium ad diſpẽſandũ.

IMmo adde, quòd ſummus Pontifex. quidam conceſſit cuidam Prouinciali Auguſtiniano (& conſequenter omnibus Mendicantibus per participationem) ut in foro conſcientiæ diſpenſare poſſit cum coniungibus ad petendum debitum, ut refert uera Cruz. in ſpeculo coniugiorum. 1. par. ar. 23. ad fi. in ultima impreſſione.

142 De uoto ſacerdotum, & religioſorum.

QVæritur. Quæ differentia ſit inter uotum ſolemne caſtitatis, ſolemnizatum per profeſſionem Religionis; & inter ſolemnizatum per ſuſceptionem ſacri Ordinis, ideſt, utrum ſit obligatoriũ, & arctum uotum ſacerdotum, ſicut Religioſorum. Reſp. Votum eſſe eſſentiale Religioſorum profeſſioni ita intrinſece quòd ſit de eſſentia & ſubſtantia eius, iure Diuino: Votum autem Caſtitatis Ordinum ſacrorum illis tantùm eſt annexum conſtitutione Eccleſiæ, ut infra.

143 Papa an diſpẽſare poſſit &c.

VNde Papa. (ſecundum communiorem, & ueriorem opinionem) diſpenſare non poteſt, ut Monachus ſolemniter profeſſus caſtitatem, Matrimonium contrahat, ut optime ex. c. Cum ad monaſterium, de ſtatu Monach. D. Tho. D. Bonauen. & alijs probat Armil. uerſi. Diſpenſatio. nu. 12. & Sot. 4. diſt. 38. q. 2. ar. 2. uerſi. De his ergo. Cum ſubdiacono autẽ, Diacono, ſacerdote, uel Epiſcopo bene diſpenſare poteſt: ut aliquando factum eſt, & primitiuæ Eccleſiæ uſus comprobat, ut late probat Sot. de iuſtitia, & iure. lib. 7. q. 6. ar. 2. per totum. Armil. & omnes, ſup. Quamuis alij, quos Armill. citat, dicant poſſe Papam cum tali Monacho diſpenſare: id eſt, ſeparare ſtatum religionis ab hoc homine, primam tenendam dicunt multi; Ego autem tenerem Papam id poſſe, quia ratio dictat, & experientia facti docet, & quia id optimè probat Henricus de Gandauo. quodlib. 5. q. 28. per totam.

Quid de ſubdiacono, & alijs.

144 V. Caſtitas ſic annexa ordini ſacro ex inſtitutione diuina.

QVæſtio eſt difficilis. V. Caſtitas annexa ſit Ordini ſacro, ex iure diuino, uel conſtitutione Pontificia? Reſp. Grauem eſſe quæſtionem

nem pro vtraq; parte; Sed quamuis Viguerius.c.16.§.7.verſic.9.ex Canone.6.Apoſto.& multis alijs; dicat,eſſe ex inſtitutione Diuina: & tenuerit Maior.4.diſtin.24.q.2. Clitoueus, de continentia ſacer.c. 13. & probet late Franciſcus Torrenſis lib.2. Dogmat: Communis tamen opinio tenet tantùm ex Pōtificia lege eſſe annexum. S. Tho. 22.q.88.arti.11.& alij quos refert & ſequitur Sylu. Matrim. 8.q.12. Sot.diſt.38.q.1.Couar.2.par.c.6.§. 3.nu.1.dicens communem cum S. Th.Soto,Caſtro,hæreſi.4.& alijs. tenet Victoria. nu.291.& 308.allegat multa iura Marquardus, de Cęlibatu.2.par.c.2.ad fin. * Henricus quolib.5 q.28.

De quarto impedimento, ſcilicet, cognationis.

145 Cognatio triplex.
QVæ triplex eſt, ſecūdum omnes,carnalis, vel naturalis: Spiritualis, Et Legalis.

De cognitione ſpirituali.

146 Cognatio ſpiritualis duplex.
QVæ duplex eſt; Aut.n.impedit,& dirimit Matrimoniū, aut impedit tantùm. De illa quæ impedit tantùm.ſ.de illa quæ oritur ex Catechiſ. Dictum eſt.ſup.nu.90.Cognatio autem ſpiritualis quæ impedit, & dirimit; eſt attinētia duarum perſonarum, quæ,ex ſtatuto Eccleſiæ,oritur ex Baptiſmo,vel Confirmatione. ca. Veniens. de Cognat.ſpirit.& c.1. 30.q.1.D.Tho.4.diſt.42.& in additio.3.parte quæſtione 36.articul. 1.& 2.Angel.Matrimo.3. impedimen.7.Sylueſt.Matrimo. 8.quæſt. 7.Sot.4.diſtinct.42.quæſt. 1.art.2. conclu.1. communis Theolog. & Canoniſtarum,quam reſoluit Nauarr.capitul.22.nume.35.Couarr. 2.parte capitul. 7.§.4.num.1.& 2. * Et nota Canonem pœnitent. nume. 3. & habetur in capitul. non oportet 30.quæſtione 1. Vbi ſic habetur: Quicunque filiam ſuam ſpiritualem, uel matrem cognoſcit, ſeptem annis pœniteat, & ſimiliter ei conſentientes. Vide etiam ſupra.de confeſs.nu.29.in fine.

QVæritur. An hoc impedimētum ſit de iure naturali, Diuino, vel tantum Eccleſiaſtico? Reſp. quòd quamuis ex origine ſuper illud Roma. 16. Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei: intelligente de cognatione ex Baptiſmo, poſſet probari non eſſe tantùm ex iure poſitiuo, ut ait Couarr.ſupra. Dicendum tamen eſt tale impedimentum tantùm eſſe ex iure Canonico. capit. Vos ante omnia. de Conſ.diſtin.4.S.Thom. quem refert, & ſequitur Sylueſt. Matrimo.8.q.7.Armil.& Sot.diſt. 42.q.1.ar.2. 147 Quo iure introducta

QVæritur. Qualiter hæc Cognatio impediat, & dirimat Matrimonium. Reſp.Quòd tantum quando præcedit Matrimonium. V. g. vir tenens puellam ad Baptiſmum non poteſt poſtea cum illa contrahere, quia præcedit. Itē ſi mulier infantem teneat: non poteſt poſtea cum illo cōtrahere; & ſi de facto taliter contrahant, minime tenet matrimoniū: ſecundum omnes Doct. Si autem ſuperueniat talis Cognatio non dirimit Matrimonium. Vt V.g.Quidam vxoratus tenet ad Baptiſmū filium ſuum: non dirimitur Matrimonium. Si tamen malo animo faciat, non poteſt amplius ab vxore, abſq; diſpenſatione, exigere debitum.Sylu.Matrim.8.q.7. 148 Qualiter cognatio īpediat.

¶ Secun-

149 ¶ Secundũ quem Nota regulã generalem.ſ.quòd omne impedimentum faciens Matrimoniũ nullum ſimpliciter, ſi illud præcedat; facit etiam illud eſſe nullum ſecũdum quid, ex parte eius qui eſt in cauſa, ſi illud ſequatur, in quantũ impedit exactionem debiti coniugalis, Syluester citat. S. Tho. Ioan. Andr. Inno. Hoſt. & alios, & tradit Nauar. c. 22. num. 40. verſiculo Secundum. Vide Ang. Matrim. 3. impedim. 7. Sot. ſupra.

Nota regulam generalem.

150 QVæritur. Quis poterit, vel non, Patrinus eſſe in Baptiſmo, vel Confirmatione? Reſp. per negationem; Abbates, Monachi, Canonici Regulares, & alii Religioſi, non debent baptizare, vel tenere ad Baptiſmum, vel Confirmationem. c. Placuit. 16. q. 1. ca. Non licet. de Conſ. diſt. 4. Ang. Syln. & omnes. Armil. matrim. nu. 13. & diximus. ſupra, de Baptiſmo. nu. 69.

De Patrino.

151 QVæritur. In quibus caſibus, & gradibus, contrahatur Cognatio ſpiritualis? Reſpon. Quod, quicquid olim fuerit, ſecundum iura antiqua, & Doctores, quos refert, & ſequitur Syluest. S. Tho. & alii antiqui & ex modernis Couarr. Sotus. Nauarr. & Viguer. ponentes tres regulas, uel gradus: Hodie tamen poſt Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reform. Matrim. c. 2. quo ad Baptiſmum, & confirmationẽ, ſequentes Nota Concluſiones.

In quibus caſibus cõtrahitur cognatio ſpiritualis.

Prima Cõcluſio. Patrinus vnus tantum, vir, ſiue mulier puerum tenere debet ad Baptiſmum, & cõfirmationem uel ad ſummũ vnus, & vna.

Patrinus unus tm̃.

Secunda Cõcluſio. Matrimoniũ cõtrahi non poteſt his tẽporibus.

Primo. Inter leuantes, & leuatum vel eius parentes.

Secundo. Inter Baptizantem, & Baptizatum, vel eius parentes.

Quod etiam in confirmatione procedere ait dictum Conc. Trid. ſupra. 152

QVa deciſione ſtante, ceſſant dubia infinita ferè, quę olim à Summiſtis, & a Sot. 4. diſt. 42. q. 1. artic. 3. ventilabantur, tacta obiter per Nauarr. c. 22. nu. 38. Vbi inter alia tangit ſequentia.

Ceſſant hodie dubia multa.

PRimum. Quòd hodie ſecurius ſine peccato, Maritus, & vxor, poterunt puerũ leuare. ſup. nu. 39. tex. & Gl. c. fi. 30. 4. Syl. Mat. 8. q. 7. 153

Maritus, & uxor pñt leuare puerum.

SEcundo Dicit. nume. 40. quòd quando puer domi, ob mortis periculum, Baptizatur, Cognatio Spiritualis contrahitur inter illũ, qui tunc infantem ad ſuſceptionẽ Sacramenti tenuit, & non inter illum, qui poſtea in Eccleſia ad Catechiſmum, & Chriſmationem, vel alias ceremonias tenet: ita Ange. Matrim. 3. imped. 7. in fin. Sylu. Matrimo. 8. q. 7. verſic. Decimum ſeptimum. Armilla nume. 14. Sot. diſtinct. 42. quæſt. 1. art. 2. Qui ait, tunc temporis Cognationem tantum induci, quando aqua à ſacerdote infunditur. 154

Qualiter cõtrahatur cognatio, qñ puer baptizatur domi.

TErtium. Quòd Pater Baptizans filium ſuum ex fornicatione, etiam in articulo mortis, eſt impeditus ne cõtrahat cum illius matre. Quia iura quæ illud priuilegium concedunt, tantùm loquũtur de marito & vxore. 155

De patre baptizante filium fornicarium.

QVæritur. Vtrum ſi errans ſacerdos iterum in Eccleſia baptizet puerum, qui fuerat domi baptizatus, conferat iterum Sa- 156

Quid ſi ſacer. p errorẽ iterũ baptizet.

 cramen-

Quid ſi Sacerd. p errorē iterū baptizet. cramentum Baptiſmi,'& alia contrahatur Spiritualis cognatio inter alterum ſuſcipientem ? Reſp. quòd quamuis multi Doctores affirmauerint: verius eſt contrariũ; immo non reiterari Sacramentũ; nec aliam de nouo induci cognationem ſpiritualem. Sot.4.diſt.42. q.1.ar.2.uerſi.Atque ex his.

157 De non Baptizato Baptizante. QVæritur. V. Non baptizatus baptizans, vel leuans infantem, cõtrahat cognationem ſpiritualem? Reſp.quòd quamuis Ange.& Roſella, poſt Glo.in c.Baptiſmate. de conſec. diſt.4.diſtinguat: Verius tamen eſt ſecundũ S.Tho.Ricar. Palud.& alios,quos refert,& ſequitur Sylue. Matrim. 8.q.7.verſic.Duodecimo,& Sot.4. diſt.42.q.1.ar.3. verſi. Perplexior. vbi dicit communem, nullam con trahi cognationem.

158 De Baptizāte puerum in neceſſitate. QVæritur. V. Ille,qui in periculo mortis Baptizat aliquem puerum contrahat hanc cognatiõnem, ita quòd non poſſit cum Baptizati matre contrahere? Reſp. quòd quamuis aliqui Doctores, (quos refert, Palud. teſte Soto.4. diſt.42.q.1.art.2.verſi. Profecto ratio:) non fuerint auſi dubium hoc determinare, ſed dixerint Papam eſſe conſulendum, propter rationes ibi allatas: ipſe tamen Sotus, ſupra tenet Cognationem in dicto caſu oriri;cui ſententiæ (ex D. Anton.) Adhæret Couar. 2.par.de Matrimo.c 6.§.4.nu.4.

159 V.Requiratͅ nudi pueri tactus. QVæritur. V. Requiratur quòd puer nudus tangatur, vel ſatis ſit quòd veſtitus teneatur, ad hoc, ut talis Cognatio contrahatur? Reſpon.Quocunque modo puer nudus,veſtitus,uel in aliquo Argenteo, Aureo, vel precioſo Diſco,(honoris cauſa)teneatur;ſatis eſſe ad illam contrahendam. Sot. 4.diſtinctio.42. quæſt.1.ar.2.verſi. Syluester.

VTrum talis Cognatio contrahatur per procuratorem,inter Principem,qui illum mittit ad filium alterius Principis tenendum? Reſpon.Minime contrahi; ſed tantum contrahi per procuratorem tenentem puerum. Quia (inquit Sot.ſupra) Cognatio hæc conſiſtit in illa actione, ad quam ſolus conſenſus non ſufficit; ſicut in Matrimonio, & alijs contractibus. Ita tenet Couar. 2.par.de Matrim.c.6.§.4.nu.6.ex Barto.Feder. Romano, Ioan.And.Syl.Matrim. 8.q.7.verſ.Decimoquarto,& com muni. 160 V. Cognatio ſpiritualis contrahatur p procuratorem.

QVæritur.V.Hæc Cõgnatio contrahatur etiam ex fornicario complexu; vt ſi Petrus (v.g.) Baptizat, aut de fonte aliquem leuat, omnes mulieres,cum quibus illuc vſq; ille Petrus fuerat fornicatus, contrahat ſpiritualem Cognationem cum illo Baptizato? Ricar.& Palud.negant per impudicum cõcubitum talem contrahi affinitatem. Quam opinionem cõplures Iuriſconſ.in ca.1.de Cogna. Spiritual.lib.6.ſequuntur: quos refert, & ſequitur Sylu.Matrim.8.q.7.& Couar.ſup.nu.3. 161 V. Contrahatͅ ex fornicario cõplexu.

Contrarium vero tenet Albert. Magnus. S.Tho.& alij antiqui,& Gl.in c.Si quis 30.q.4.quos refert & ſequitur. Sot.4. diſt.42.q.2.art. 1.verſic.Dubium autem.Quorum ſententia plus mihi placet. Sed quicquid de hac quæſtione olim fuerit,relinquentes: Nunc autem ſtante Concil.Trid. ſeſſ. 24.c.2.de reform.Matrim.nulla inter dictos contrahitur Cognatio ſpiritualis. Nauar.c.22.nu.38.

Quæritur

162 V. Sit neceſſariũ q̃ patrinus reſpondeat. Quæritur. V. Sit de eſſentia huius Cognationis, vt Patrinus reſpondeat? Reſp. Quicquid diuerſi tenuerint, quos refert Couarru. infra, non eſſe neceſſaria verba ad contrahendam hanc Cognationẽ, ſed tantum ſufficit, & eſt de ſubſtantia ſuſceptio, & leuatio ſola de Sacro fonte. cętera autem ad ſolemnitatem ſpectant. c. 1. Vbi hoc notat Archid. de Cogna. ſpirit. lib. 6. Quem in hac ſpecie Barb. ſequitur. in l. 1. ff. de verb. oblig. tenet. S. Anton. 3. par. tit. 1. c. 15. §. 3. ſumma Confeſſorum. Aſten. Sylu. & communis; quã refert, & ſequitur Couar. 2. par. c. 6. §. 4. nu. 7.

163 De Baptizãte vel leuante filium Iudæi. Quæritur. V. Si quis Baptizet, aut leuet de fonte filium Iudæi, vel Gentilis, contrahat Affinitatem, vel Cognationem, cũ eius parentibus Iudæis? Reſpon. quòd quamuis Gl. c. 1. 30. q. 1. dicat quòd non; S. Th. tamen, quem refert, & ſequitur Sot. 4. diſ. 41. q. 2. ar. 1. partem tenent affirmatiuam, quam ex eorum rationibus iudico veram.

164 De Confeſſore, & filia ex Confeſſione. Quæritur. Vtrum. Hæc Cognatio ſpiritualis contrahatur inter ſacerdotem, & filiam ſpiritualem ex confeſſione? vide Viguer. ca. 16. §. 7. verſic. 9. Vbi reſoluit talem Cognationem non induci; ſed reperiri inter dictos aliam Cognationem, quæ diuerſum vinculum eſt.

De ſecunda Cognatione, ſcilicet, Legali.

165 Quid Cognatio Legalis. Quæritur. Quid eſt Cognatio Legalis? Reſp. Cognatio Legalis eſt propinquitas quædam ex adoptione alicuius in filium proueniens. Gl. in c. 1. de Cognat. Legal. Ange. Matrim. 3. impedimen. 8. S. Thom. S. Bonauen. & alij in 4. diſtin. 42. Sot. q. 2. ar. 1. Caiet. ſumma. uerbo. Matrimo. communis quam refert, & ſequitur Sylueſt. Matrimo. 8. q. 8. Nauar. c. 22. num. 44. Couar. 2. parte de Matrim. c. 6. §. 5. nume. 1. & Viguer. cap. 26. §. 7. verſiculo 9.

Quæritur. Quid eſt adoptio? Reſp. Adoptio eſt extraneæ perſonæ in filium, vel nepotem, deinceps, legitima aſſumptio. Syluest. Armil. & alij, verbo, Adoptio. S. Tho. & alij in 4. maximè Sot. ſup. S. Thom. in addit. 3. par. quæſt. 57. artic. 1. 166 Quid adoptio.

Quæritur. Quotuplex ſit talis Adoptio, vel aſſumptio, ex qua talis oritur Legalis Cognatio? Reſp. Eſſe duplicem perfectam, & imperfectam, perfecta dicitur Arrogatio; imperfecta dicitur ſimplex in filium adoptio. Ange. Syluest. Armil. & omnes. verbo adoptio S. Thom. 4. diſt. 42. quæſtione 2. articul. 1. Sotus. ibidem. Couar. ſupra. 167 Quotuplex adoptio?

Quæritur. In quo differant arrogatio, & ſimplex adoptio? Reſp. Arrogatio eſt, quando adoptatus reducitur, uel conſtituitur in poteſtatem arrogãtis, ita ut adoptatus adoptanti ſuccedat ab inteſtato; nec poteſt eum pater adoptãs priuare quarta parte hæreditatis. Et ſic perfectè adoptari non poteſt, niſi ille, qui iam eſt ſui iuris. Quia ſic perfectè adoptatus non habet amplius poteſtatem. Adoptio autem ſimplex, uel imperfecta, eſt quando quis aſſumit in filium eum, qui eſt in poteſtate patris carnalis. S. Th. Ang. Silueſt. Armil. Sot. Couar. & oẽs ſup. 168 Arrogatio & adoptio in quo differant.

169 De ætate adoptan. tis, &c.

ITem. Arrogare alium in filiũ, non poteſt, qui non habet 60. annos; Adoptare autem poteſt quis; dũmodo adoptato ſit maior. 18. annis. vt infra. Syl. Adoptio. q. 5.

170 Adoptio quo iure inducta?

QVæritur. Quo iure ſit adoptio introducta? Reſp. eſſe iure gentium introductam; vt qui naturalibus filiis orbati ſunt, defectui illi per aliorum adoptionem mederentur. Poſtea tamẽ iure Ciuili. ff. & inſti. de adoption. confirmatum eſt.

171 Cognatio adoptiõis quo iure inducta?

QVæritur. Quo iure ſit hæc Cognatio adoptionis legalis inſtituta? Reſp. Hanc cognationem vigorem habere ab inſtitutione Eccleſiæ, & non à lege Ciuili tm̃, quæ non ſufficeret. Syl. Matrim. 8. q. 8. vt patet in Decretalibus, & lib. 6. per totum titulum de Cognatione legali. Eſt ergo reſolutiuè dicẽdum; ꝙ adoptio, qua ratione ad hæreditatis ſucceſſionem attinet, iure Ciuili conſtituta eſt; ſed qua parte Matrimoniũ impedit, Eccleſiæ auctoritate, & Decreto vim illam obtinuit. S. Tho. in addit. 3. par. q. 75. ar. 2. Sot. 4. diſt. 42. q. 2. ar. 1.

172 Quis poſſit adoptari, uel nõ?

QVæritur. Quis poſſit adoptari vel non, in filium; cũm dicatur in diffinitione: Extraneæ perſonæ? Reſp. Per hoc verbum: Extraneæ perſonæ; non excludi Conſanguineos, qui quidem adoptari poſſunt; ſed dicitur extranea perſona illa, quæ ante in adoptantis poteſtate non erat. Sot. 4. diſt. 42. q. 2. ar. 1. Poteſt enim adoptari omnis, dũmodo ſit præſens. vide Sylu. & alios infra.

173 Quis poſſit alium adoptare.

QVæritur. Quis poſſit, vel nõ adoptare aliũ in filiũ? Reſp. Omnis qui non eſt prohibitus. Prohibẽtur. n. Primo Caſtrati oĩno, non autem ſpadones, qui ex defectu accidentali generare nõ pñt. Scdo, Qui nõ eſt ſui iuris. Tertio Frigidi. Quarto Minores. 25. annorum. Quinto. Fœmina, niſi ex priuilegio particulari Principis. Et reſolutiuè Dic: oẽm illũ, qui generare poteſt, poſſe alium in filiũ adoptare; dummodo adoptãs adoptato ſit maior 18. annis; vt ex. l. adoptio. ff. de adopt. & S. Tho. & aliis. infra. tradit Sylu. verbo adoptio. q. 5. Et de hac quæſtione. vide S. Th. in 4. diſt. 42. q. 2. ar. 1. vbi Sot. ad fin. 1. ar. Ang. adoptio. nu. 6. Armil. nu. 3. & 4. & omnes Doct.

Sacerdos etiã alium adoptare poteſt, ſi naturaliter generare poſſet, ſecundum omnes. ſup. & Abb. in c. vnico de Cognat. Legali.

174 Adoptatio in fratrem non eſt.

QVæritur. An poſſit quis aliũ in fratrẽ, vel in ſororẽ adoptare? Reſp. non poſſe. ſecũdum Ang. & omnes. ſup. Sylu. q. 7.

175 V. Cognatio Legalis impedit matrimonium.

QVæritur. V. Talis Cognatio Legalis impediat Matrimoniũ? Reſp. ꝙ non tm̃ impedit, ne contrahatur, ſed etiam ſi de facto fiat; illud dirimit. c. Ita diligere. 30. q. 3. Abb. in c. 1. de Cog. Leg. in Glo. S. Th. 4. diſt. 42. q. 2. ar. 2. Doctores quos refert, & ſequit̃ Ang. Matrim. 3. impedim. 8. nu. 2. & eſt communior opinio. quã refert, & ſeqtur Syl. Matrim. 8. q. 8. Nauar. c. 22. nu. 44. Armil. Matrim. nu. 19. Sotus. 4. diſt. 42. q. 2. ar. 2. Couar. 2. par. de matrimo. ca 6. §. 5. licèt alii quos referũt Ang. & Syl. ſup. dicãt tm̃ impedire, non autẽ dirimere.

176 Cognatio Legalis in quibus detur.

QVæritur. In quibus gradibus Cognatio legalis detur? Reſp. Cognationis Legalis triplicẽ eſſe ſpeciem. Prima eſt, aſcendentium, aut deſcendentium, ideſt, inter adoptantem, & adoptatum, & eius

eius deſcendentes, quæ perpetuò durat, etiam ſi talis adoptatus fuerit emancipatus, vt ait tex.c.Ita diligere.30.q.3.& §.Ergo.Inſtitu.de Adoption.S.Tho.Sotus, & omnes 4.diſtin.42.q.2.ar.2.Ange. Sylu.& alij maximè Armil.num.16.Viguerius.c.16.§ 7.nume.5.Nauar.c.22. numero 44.

Secunda eſt, quaſi tranſuerſalis. 1. Filius adoptatus, durante adoptione, non poteſt contrahere cũ filia naturali ſui Patris adoptiui; dum talis filia eſt ſub Patris poteſtate.c.1.de Cognation. Legal.omnes ſupra.

Tertia eſt. Adoptatus nõ poteſt contrahere cum vxore adoptãtis, nec adoptans cum vxore adoptati, text. l. Adoptiuus. ff. de Ritu. nupt.

177 V. hoc impedimentũ duret perpetuò? Quæritur. V.Hoc impedimentum duret perpetuò, vel ad tempus?. Reſp. in prima, & tertia ſpecie, durare perpetuò. Secunda autem non, niſi dum durat adoptio, vel per illud tempus, quo filia naturalis eſt ſub Patris poteſtate, vt dixi, & eſt text.c. Adoptionem.30.q.3.

178 V. impediat & dirimat. Quæritur. V. Hoc impedimẽtum impediat, & dirimat Matrimonium, vel tantũ impediat, in omnibus tribus ſpeciebus? Reſpon.vtrumque facere in omnibus tribus, ſecundum Gl. & communem, quam refert, & ſequitur Nauar. cap.22.nume.44. quamuis aliqui negent in ſecunda ſpecie.

179 V. Adoptatus poſſit, &c. Quæritur. An adoptatus poſſit contrahere cum filia illegitima adoptantis? Reſpon. quòd ſic, ſecundum Inno. Hoſt.& alios, quos refert, & ſequitur Armil.Matrimo. nu.18.& Nauarr.c. 22.nu.45.quamuis alij contra.

Quæritur. V.Vir & mulier ab vno, eodemque Patre legali adoptati poſſint Matrimoniũ contrahere? Reſp.quòd ſic, ſecundum S.Anton.quem refert, & ſequitur Armill. ſupra, nume. 19. licèt alij contrarium tennerint. * Nota tamen quòd etiam ſi filij adoptiui in multis ſint priuilegiati; non tamen admittuntur ad retractum, nec etiam patres adoptiui: Vt tradit Benedic.in repetit.cap.Rainutius, verbo, Et vxorem nomine Adelaſiam, num.760. Tiraquel.de retractu.§.1.gloſſ.8.nu.16.adoptiui enim (ait) filij ſunt filij ficti, nec proprie filii adoptiui dicuntur filii, ſed ficte; ideo non comprehenduntur in ſtatutis loquentibus de filiis, vt ait Bald.Conſ.4.Statuto.ciuitatis lib. 1. Et quia etiam in eis ceſſat ratio conſuetudinis retractus, quæ eſt ne res exeat de genere. vide alios quos citat Tiraq. ſupra. 180 De fratre, & ſorore adoptiuis.

De tertia cognatione carnali, vel naturali, ſcilicet, de Conſanguinitate.

Quæritur. Quid ſignificet hęc vox: Conſanguinitas? Reſp. Conſanguinitas, id eſt, quaſi ſanguinis vnitas. Omnes, infra, maxime Armilla. 181 Vox: cõſanguinitas.

Quæritur. Quid ſit conſanguinitas, ſeu carnalis, vel naturalis cognatio? Reſpon. Eſt vinculum perſonarum, ab eodem ſtipite propinquo deſcendentium vel quarum vna deſcendit ab alia, carnali propagatione cõtractum. S.Thom. 4.diſtinctio. 40.quæſtio. 1.arti.1.& in additione. 3.parte.q. 54.ar.1.communiter recepta in arbore conſang. ſecundum Angel. 182 Quid ſit cõſanguinitas.

Matrim.3.impedimen.6. Sylu.Matrim.8.q.Armil.nu.20.Nauar.c.22 nu.41. Couar.2.par. de Matrim.c. 6.§.in principio.Sot. diſtin. 40. q. 1.art. 1.

183 Qui dicant conſanguinei.

QVæritur. Qui dicantur conſanguinei. Reſpond. licèt fratres ex eodem Patre generati, vt l.2.§.Agnati.& l.1.§.conſanguineos. ff.de ſuis, & legit.hæred.& §. Cæterum inſtitut..de Legali ang. ſucceſ.& ex eadem matre nati, dicantur, vterini fratres, vt in Auth.de Cõſan.& vter. frat. col.2.Hodie tamen, etiam cæteri remotiores, conſanguinei dicuntur eo quòd eodem ſanguine ſunt geniti ſecũdum communẽ, quam refert, & ſequitur. Couarr.ſupra, numero 2.

184 Gradus cõſanguinitatis &c.

QVæritur. Quod lineis gradus Conſanguinitatis aſſignentur. vel diſtinguantur? Reſp.Tres eſſe lineas. Prima eſt aſcendentium, vt filius, Pater, Auus, & Proauus. Secunda. Deſcendentium, vt Pater, filius, nepos, pronepos. Tertia eſt tranſuerſalium, ut fratres, & deſcendentes ab eis inter ſe in diuerſis gradibus coniuncti, text.c.1.& per totum.35.q.4. S. Th.in 4.& in additio.3.par. q. 54. art.2.& eſt cõmunis, quam refert, & ſequitur Ange. Matrimo. 3.impedimen.6. Sylue.& Armil.nu.21.Sot.diſt.40. q.unica.art.2. Couar.2.par.de Matrimon. c. 6.§.6.nu.4.Viguer.c.16. §.7.verſi. 9.

185 Qũo computentur.

QVeritur. Quomodo computentur gradus conſanguinitatis? De modo computãdi gradus, multa dicunt omnes, ſupra maximè Sylu. Matrim.8.q.7. Armil.nu.22. Couar.ſup.nume.7.& 8.& clarius agit Viguer.ſup. Ex quibus omnibus, quo ad noſtrum tangit nego cium, omiſſis legalibus Computationibus, ſequentes Notabis regulas.

Prima Regula. (ſuppoſito Arbore) Quoto gradu diſtant perſonæ à communi ſtipite, toto gradu diſtant inter ſe; vt duo fratres ſunt in 1.gradu, quia à Patre diſtãt vno tantum gradu.

Secunda Regula. Quando duæ perſonæ inæqualiter diſtant à cõmuni ſtipite, quoto gradu remotior diſtat à ſtipite, toto gradu diſtant inter ſe, vt puta. Petrus diſtat à Ioanne duobus gradibus, & Alfonſus, diſtat à Ioanne ipſo tribus, ideo Petrus diſtat ab Alfonſo.in 3. gradu c.fi.de conſang.& affinit.

Tertia Regula. In linea, quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus, vna dempta, vt pater, filius, nepos, vna dempta perſona, reſtant duæ, & ſic de alijs.

186 In quibus gradib. ſit prohibitũ Matrimonium.

QVæritur. In quibus gradibus Conſanguinitatis ſit matrimoniũ prohibitũ? Reſ. aliud fuiſſe olim, aliud nunc: Præteritis enim temporibus Fabianus Papa anno Chriſti ferè. 245. Matrimonium omnino vetuit contrahi, in tertio Cõſanguinitatis gradu. At in quarto, ita prohibuit, vt cõtractum de facto omnino teneret.c.De propinquis.35.q.2.Sed & in Septimo gradu Matrimoniũ fuiſſe olim prohibitum, probat Armil. Matrim.nu. 25.ex S.Tho.& alijs, & tradit late Couar.2.par.de Matrimonio.ca.6. §.6.nu.9.Hodie autem talis prohibitio tãtum vſq; ad quartum Cõſanguinitatis gradũ incluſiuè durat.c.Non debet. de conſang.& affinit.Doctores ſup. Victo. nu.285. Sot.4.diſt.40.e.vni. art.5.maximè. verſic.Iam ergo.Viguerius, c.16.§. 7.verſi.9.& omnes.

Quæritur.

187 Conſanguinei contrahentes quã pœnam incurrant.

QVæritur. Quam pœnam incurrant Conſanguinei contrahentes intra dictũ quartum gradum? Reſp.Primo.Peccãt mortaliter. Secundo.Matrimoniũ ſic contractum eſſe nullum. Tertio. Incidunt in Excommunicationem maiorem latę ſententiæ, vt patet,in Clemẽtina.1.de Conſan. & Affinit.niſi ignorantia excuſet, vt tradũt omnes maxime Sot.diſt. 41.q.11.a.3. in fi. Nauar.c. 22. nu. 43.verſic. Secundo.

188 De contrahentibus ſponſalia.

QVæritur. Vtrum, Incurrant eandem Excõmunicationẽ conſanguinei contrahentes ſponſalia de futuro? Reſp. quòd non. Nauarr. ſupra. Quia quemadmodum contrahentes Sponſalia clandeſtina de futuro, non incurrunt pœnas contrahẽtium Matrimoniũ clandeſtinum; vt ait Gl. recepta cemmuniter, in Clem.vnica. de Conſang.quam refert,& ſequitur Couar. 2. par. de Matrimonio c.6. nu.22.ita in præſenti dub.

189 V. Aliquis gradus in linea recta ſit iure naturali prohibitus.

QVæritur. Vtrum Aliquis gradus conſanguinitatis in linea recta ſit naturali Iure prohibitus? Reſp. varias in hac quęſtione eſſe Doctorum opiniones; quæ ſic aliquorum conturbãt mentes,vt Couarr. 2. par. c.6.§.6. num.fin.noluerit talem quæſtionẽ determinare. Poſtea tamen.§. 10 illam declarauit. Sot.4.diſt. 40. q. vni.a.3.aliquas ponit cõcluſiones.

Prima Concluſio. Pręcepta illa prohibitoria Leuitici 18. ea ratione, qua illa lege poſita ſunt,nullum apud nos vigorem retinent. Sed tantum præpendendum eſt, quantum Iuris naturalis illæ prohibitiones contineant; quoniam non amplius nos obligant.His pręhabitis.

Secũda ſit Concluſio. Inter patrem;& filiam illegitimam, vel legitimã,& inter filium illegitimũ, vel legitimum, & matrem, ſic Iure naturali, ac Diuino Matrimonium eſt prohibitũ, vt quãuis nulla alia lex prohiberet; eſſet nullũ. Et ideo prohibitio hęc Læuit. 18. in capite poſita fuit: Turpitudinẽ patris tui,& matris tuæ nõ diſcooperies. Quã concluſ. multis,pulchriſq; rationibus cõfirmat S.Th. in 4.& in addit.3.p.q.54. a.3. Ric. & alij quos refert,& ſequitur Syl. Matrim.8.q.6.verſic.Quintũ prohibitio. Armil. verbo. Diſpenſatio.nu.10.Sot.4.diſt.40.q.vn.ar. 1. 2.& 3.& alij multi.

190 Quid ſi in orbe tantũ eſſent pater & filia.

QVæritur. V. Si in aliquo tempore tantùm in Orbe(vt tempore Lot) inuenirentur Pater, & filia,vel filius: & mater,poſſent ſe in Matrimoniũ copulare,ob Mundi reſtaurationẽ?Caiet.2.2. q.154. a.9. ita negat, vt cogitet etiã Deũ in tali caſu non poſſe diſpenſare. Martinus ãt de temperantia. q.de inceſtu,partẽ tenet affirmatiuam. Quẽ refert,& ſequitur Sot 4.d.40. q.vnica a.3. verſic.Si tamẽ ſciſcitãdo vrgeas.& Flores Theolog.q.de Matrim.Quibus libẽter adhæreo, illa ductus ratione, qua filiæ Lot cũ Patre cõcubuere; eadẽmet idẽ licere,ſi ſimilis caſus daretur.

191 V. prohibitio hæc duret quo ad aſcendẽtes &c.

QVæritur. V. Prohibitio dicta inter Parentes, & filios, duret quo ad alios aſcendẽtes,& deſcendentes in linea recta?Reſp.varias in hac quæſtione eſſe Doctorum ſententias,Ricar.enim, Scot. Durã. & Palud.4.diſt.40.q.vn.a.3 Gl.& ibi Præpoſ. in Arbore Conſ. Ab.in c.Nõ debet de Cõſang. Syl. & alij,quos refert,& ſequitur Couar.par.de Matri.c.6.nu 11.& me-

lius & copioſius.§.10.nu.4. Vignerius.c.16.verſi.9.Victoria. nu.285. & alij per text.in l.Nuptiæ. ff de Ritu nuptiarum, dicunt eſſe communem opinionem, quòd ſi Adã viueret nullam poſſet in vxorem (mortua Eua) ducere. Probat etiã Add.Ang.ſ.verſu. Sed ego credo.

Thomas autem de Argentina, Ange. verbo Matrimonium.3.impedim.1.nu.1.ad fin. Caiet.ſecunda,ſecundæ.q.15.ar.9.& alij dicũt tantum primum gradum in linea recta eſſe prohibitum.

Vltimo loco Sot.4.diſt.40.q.11. art.3.dictas concordans extremas opiniones tertiam aſſignat mediã, ſcilicet, iure Diuino tantum eſſe prohibitum Matrimonium inter Auum,& neptem;inter alios autẽ nõ in infinitum procedere. Quam opinionem validis corroborat rationibus.Quam etiam videtur approbare Floren.Theolog.quæſt.in 4 diſt.40. de gradibus Conſanguinitatis;dicens Papam poſſe diſpenſare inter Proauum, & pronepotẽ. Mihi autem ſecurius videtur cum communi opinione tenere, ſicut tenet etiam dicens tutiorem ipſemet Couarr. ſupra.nu.4.

192 Matrimo. inter fratrẽ & ſororem quo iure prohibitum? QVæritur. Quo iure ſit Matrimonium prohibitum inter fratrem,& ſororem? Reſpon.Doctores de hoc varia dixiſſe. S. Bonauen. enim Ricar. & Duran.aiũt Matrimonium iure Diuino eſſe nullum,contractum in primo gradu lineæ collateralis. ¶ E contra vero.S.Tho.Caiet. Tho.de Argentina,in 4.diſt.40.q.1.art.3. & Loazes, in tractatu de Matrimonio. dub 2.quos refert Couar.2.par.de Matrimonio. §.10.nu.5.cum multis alijs, dicunt tantùm impedite de iure Canonico, & ita quod Papa poſſit in tali primo gradu diſpenſare.

Scotus autem in 4. diſtin. 40.& Sot.ibi.q.vnica.ar.4.concl.1.& clarius,& melius diſt.41.q.vnica. ar. 3.ver.Faciamus ergo. Flores Theolog.quæſtionum,& Couar.ſup.ex D.Aug.D.Anton.Palud. Abulenſi, Ambroſio Catherino.Victoria.nu. 285.& Armil.verbo. Diſpenſatio. nu.10.probant tale Matrimonium de iure naturali eſſe irritum, & nullum. Vbi reſpondent ad argumenta contraria. Quibus Doctoribus(licèt opinio. S.Th.& aliorum ſit probabilis) adhærendum eſſe iudico. Apud quos,maxime apud Sot.Couar.& Armillam. nu.9.10. 11.& ſeq.melius quam in alijs poteris videre quibus gradibus, & quo iure Matrimonium ſit inter Cõſanguineos prohibitum. Apud Armil.etiam.nu.25.verbo. Matrimonium, inuenies figuram arboris Conſanguinitatis clariorem, & meliorem omnibus alijs. De arbore.

193 De Eccleſię prohibitione. AN autem, & quomodo Eccleſia potuerit gradus prohibitionis condere. Vide Sotum. 4. diſt.41.q.vnica.ar.5.

De Quinto impedimento, ſcilicet, Affinitate.

194 Affinitas quid ſit? QVæritur.Quid ſit affinitas? Reſp.affinitas eſt ꝓximitas pſonarũ,ex quocũq; coitu, ſemniũ cõmixtione, intra naturale vas ſequuta,omni carens parẽtela.Quæ diffinitio colligitur ex ijs, quæ tradit.S.Th.4.di.40. & Ang.Matrim. 3.impedim.15.Sylu. Matrim. 8.q. 15.Couar.2.par. de Matrimo. c.6. §.7.in principio, Armil.nu.26.Gl. recepta communiter, in Arbore Affinita. Vt tradit Nauar.c.22.nu. 42.Sot.4.diſt.4.q.1.ar.1.& alij.

Dixi

195 V. Ex omni copula oriatur.

DIxi. Ex quocunq; coitu. Quia non tantùm ex licito, ſed etiã ex fornicario naſcitur Affinitas. S. Tho. ſupra. & in addition. 3. par. q. 55. arti. 3. Palud. & alii & Silu. per iura multa dicens communem, & Nauarr. ſupra. Sot. diſt. 41. q. vnica. ar. 2. * Nota tamen quòd quamuis affines propriè dicantur viri & vxoris cognati, dicti ab eo, ꝙ duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur. l. Nõ facile. §. affines. ff. de grad. affin. tamen nonnunquam affines vocamus, conſanguinitate coniunctos: vt tradit Feſtus Pompeius. Et in hac ſignificatione accipi videtur in l. viri. ff. vbi pupil. educ. deb. & in l. ius familiarum. C. de relig. & ſumpt. fune. & clare. in l. ſi mulier. ff. de donat. inter virum, & vxor. Nam quem primum cognatũ appellauerat, eundem poſtea affinẽ vocat. Et affinitatẽ quoq; pro conſanguinitate accipimus. Vt in c. 1. 35. q. 3. & in c. hęc ſalubriter. 35. q. 8. & tradunt Arch. Imol. Ioã. And. Domi. & alii quos refert, & ſequit Tiraq. de retractu. §. 1. gl. 9. nu. 20.

196 PEr quam communem. Primo remanet reprobata opinio Gofredi dicentis tantùm ex licita copula affinitatem oriri.

197 V. Ex matrimonio rato oriatur.

SEcundo. Reprobatur opinio. S. Tho. 4. diſt. 41. q. 1. ar. 1. S. Anto. 3. par. titul. 1 c. 11. Magiſtri ſent. & Sot. 4. diſt. 41. q. 1. ar. 2. & Viguerii. cap. 16. §. 7. verſic. 9. dicentium ex ſponſalibus de præſenti ante copulam, vel ex Matrimonio rato, non cõſummato, oriri affinitatẽ; quos reprobat Couarr. 2. p. c. 6. §. 7. nu. 6. Quãuis S. Th. poſtea in add. 3. p. q. 55. ar. 4. dicat, ex ſpõſalib. nõ oriri.

198 DIxi: Seminum commixtione ſequuta, Quia licèt quis mulieris intret clauſtra pudoris; ſi intus non ſeminauerit, non cõtrahit Affinitas, tex. in c. Extra ordinaria. 35. q. 3. S. Tho. 4. d. 41. q. 1 ar. 1. quẽ referunt, & ſequũtur Silu. Armil. Nauar. Viguer. & omnes ſup. Quid requiratur ad affinitatem?

Secundo. Quia ſi vir non intret clauſtra, tamen ſeminat intus, vel ſemen intus intrat, (quod fieri poſſe, etiam in vaſe virgineo, aiunt omnes, maximè. S. Tho. quem refert, & ſequitur Diaz de Lugo, in practica Canonica, cap. 77. de Stupro) inducit Affinitatem. Quia fit ſeminum commixtio Armill. Viguer. & omnes. ſup. Nauar. cap. 22. nu. 43. Ang. infra. nu. 6. & 7. Silu. cũ aliis. ſup. verſi. Secundum.

DIxi: intra naturale vas: quia per actum Sodomiæ non inducitur, ſecundum. S. Th. & communem. in 4. diſt. 41. Ang. Matrim. 3. imped. 15. nu. 5. Silue. & omnes; quos refert, & ſequitur Nauarrus. ſup. Sot. 4. diſt. 41. q. vnica. ar. 2. 199 Sodomia non cauſat affinitatẽ?

QVæritur. V. Per copulã vi præciſa, vel conditionali habitam, oriatur affinitas? Reſp. quòd ſic. Reſoluit Couarr. 2. par. de Matrim. c. 6. §. 7. nu. 2. 200 De copula per vim?

QVæritur. An ex copula habita cum dormiente, (quod fieri põt) oriatur talis Affinitas? Reſ. ꝙ ſic, ſecundũ Card. & Præpoſ. quos refert & ſequitur Couar. ſupra. 201 De copula cum dormiente?

QVæritur. Quomodo hæc Affinitas impediat Matrimonium? Reſp. In Affinitate diuerſa eſſe genera, & gradus. Primum genus eſt quod conſiſtit in perſona, quæ quamlibet mulierem dicto modo cognoſcit, & ſic omnes conſanguinei talis viri ſunt affines mulieri ab eo cognitę in primo genere. Et è contra cõſanguinei talis cognitæ, efficiuntur affines illam 201 Quomodo affinitas impediat.

cogno-

cognoſcenti. In ſecundo vero genere ſunt Conſanguinei viri conſanguineis vxoris. Et ſic perſona addita perſonæ, per carnis copulã, ſiue Matrimonium, mutat genus. Gradus autem affinitatis computãtur ſicut gradus Conſanguinitatis. De quibus talis ſit Regula. In eodem gradu ſum affinis Petro; in quo vxor eius eſt mihi conſanguinea. S.Thom. Scot. Ricar. Ang. Silueſt. Palud. Couar. Sotus. Nauar. & omnes ſupra.

203 *Vſque ad quem gradum impediat affinitas.*

NOta tamen, quòd in dicto 1. genere ſicut olim codem modo durabat, & impediebat Affinitas ex copula illicita, ſicut ex licita vſque ad ſeptimum gradum; & poſtea vſque ad quartum gradum c.Non debet. de Conſang. & affin. & omnes communiter, maximè Sot.4.diſt.41.q.vnica.ar.3.per tex. in c.æqualiter.35.q.3.& alia iura, quæ citat Silu. Matrim.8.q.15.verſic. Sextum. Hodie tamen Concil. Trid. ſeſſ.24.c.4.de Reform. Matr. limitauit, & reſtrinxit impedimẽtum Affinitatis ex illicita copula, ad primum, & ſecundum gradum tantùm; ſtatuens in vlterioribus gradibus, Matrimoniũ poſtea contractum non dirimi. Ita ꝙ ſenſus Concilii ſit, nullam affinitatem ex copula illicita prouenientem impedire, niſi vſque ad ſecundũ gradum incluſiuè. In tertio autem, & quarto gradu, poſſe licitè Matrimonium contrahi. vt declarauit Pius V. anno 1566. in Motu proprio incipiente. Ad Romanum. de quo Nauarr.c.22.nu.43. Cuius reſtrictionis, & limitationis miror oblitos fuiſſe Additionatores Armillæ, Angeli, Viguerii, & Victoriæ, ſupra non citantes in margine dictum Concilij, & Pij V. decretũ; vt ſoliti ſunt in aliis locis facere. Immo etiam oblitus fuit Couar.2. par.cap.6.§.7.dum agit de impedimento affinitatis.

Affinitas ex copula illicita.

Duo fratres cũ duabus ſororibus, &c.

In ſecundo autem gradu, aut genere affinitatis, nullum eſt impedimẽtum. Et ſic duo fratres poſſunt cõtrahere cum duabus ſororibus. Et pater & filius cum matre & filia; Et vir, mortua vxore, poterit contrahere cum relicta fratris ſuę vxoris. Et filia vxoris ex alio marito poteſt nubere filio ſui mariti ex alia vxore: ſecundum Viguerium. cap.16.§.7.verſic.9. Card. & alios, quos refert, & ſequitur Couar. ſupra.nu.6. & §.10. nu.8. Sot.4.diſt. 41.q.vnica.ar.1.verſic. Et pari modo, & Silu. Matrimo.8.q.15.§. Tertium. in fin. Et quamuis inter fratrem, & relictam à fratre putauerit Iure Diuino, & naturali eſſe ꝓhibitum Gozad. Conſ.51. Hieron. Grat.lib.1.volu.2. Pariſ. Conſ.194. volu.4. contrarium infra, ſequenti quæſt. videbis.

QVæritur. V. Aliquis gradus Affinitatis ſit Iure naturæ prohibitus; ita ꝙ Matrimonium impediat, & contractum dirimat; & in quo Papa diſpenſare non poſſit? Nota primo, primũ gradum Affinitatis in duplici eſſe differẽtia. Prima eſt in linea recta Aſcendentium, & deſcendẽtium; vt ſi quis matrem, & poſt, eius filiam ducat. Aut ſi quis vxoris ſuæ filia ducat (quæ priuigna dicitur.) Aut ſi quis gener ſocrum, vel è cõtra, vna nubat patri, & filio. Aut Nouerca priuigno. 204

V. Aliquis gradus affinitatis ſit iure naturæ prohibitus?

In ſecũda autem ſpecie, in linea collaterali primus gradus eſt, vt ſi qs ſucceſſiue duas ducat vxores, ſorores inter ſe, aut ſi vna duobus fratribus nubat. Quibus ſuppoſitis Reſpon-

Quis poſſit in hoc diſpẽſare.

Reſpondet Sot. in 4.diſt.41.q.vnica.ar.3.concl.2. auctoritatibus grauiſſimis, atq; Eccleſiæ ſanctæ exēplis. Probat primo. In primo affinitatis gradu, vel ſpecie, ideſt Aſcendentium, Papam non poſſe diſpenſare, quia (ait) iure naturæ eſſe prohibitum.

Secundo Probat Matrimonium cum duabus ſororibus, vel duob⁹ fratribus ſucceſſiue, & aliis ſecundæ ſpeciei, non eſſe iure naturæ prohibitum, atque ideo, eſſe diſpenſabile per Papam. Concordat Viguerius.c.16.§.7.verſicul.9.iudicans ſic tenuiſſe.D.Th.4.diſtin.39. q.1.art.3.ad 3. Quamuis contrariū tenuerint tres auctores, in fine quæſt.præcedentis.

Tertio. Probat Papā in reliquis omnibus Affinitatis gradibus poſſe diſpenſare. Quod probat in verſic. At vero.

205 Quo genere impediat Matrimonium affinitas.

Quæritur. Quomodo Affinitas impediat contrahere Matrimonium? Reſp. Affinitatem impedire in primo genere ſupra dicto, duobus modis; Aut per Matrimonium, aut ex fornicatione. Per Matrimoniū enim, Si quis cognouerit vxorem ſuam cum ſeminis emiſſione intra vas naturale, non poterit contrahere, ea mortua, cum eius conſanguinea intra quartum gradum.c.Non debet.de Conſang.& Affinit. Si autem quis aliquam extra Matrimonium cognouerit; non poterit cum eius cōſanguinea in primo, & ſecundo gradu cōtrahere. In tertio autem, & quarto ſic: vt ſup. ex Cōc.Trid. & Pio V. explicauimus.

206 Pœnæ affinium contrahentiū.

Quæritur. Quam pœnam incurrant Affines contrahētes Matrimonium gradu prohibito, ante diſpenſationē? Reſp. vltra peccatum mortale, incurrere Excommunicationem latæ ſententiæ, vt habetur in Clemen.1.de Conſang.& Affinit. Et tradit Nau. c.22.nume.43.verſic.2.& diximus latius ſupra.

207 Quid ſi affinitas ſuperueniat matrimonij.

Quæritur. Quid ſi Affinitas ſuperueniat? Reſpon. ꝙ aut ſuperuenit ſponſalibus de futuro; aut matrimonio rato, non cōſummato, aut deniq; rato, & conſummato. In primo caſu, (quando ſcilicet quis cognouit conſanguineam ſpōſæ ſuæ de futuro) ſoluuntur ſponſalia; nec poteſt vir habere in ſponſam illam, obſtante affinitate; nec illam quam cognouit, obſtante publica honeſtate. S.Th. addit.3.par.q.55.arti.9.Silu.Matr. 8.q.15.verſic.Septimum.

In ſecundo caſu, quādo ſcilicet quis, ante conſummationem matrimonij, cognouit cōſanguineam ſuæ ſpōſæ de præſenti, vel vxoris, non poteſt poſtea petere debitum ab vxore. Imo nec requiſitus poteſt matrimonium conſummare, ſecundum Palud. & alios quos refert & ſequitur Silu.ſup. Quia poteſt, & tenetur tunc intrare Religionem ante conſummationē Matrimonij, quamuis contradicat Angel.& alij.

In tertio autem caſu, quādo ſcilicet, conſummato matrimonio, accedit quis ad conſanguineā vxoris ſuæ: tūc remanet impeditus ab exactione debiti coniugalis, quouſque diſpenſationem exigēdi obtineat. Reddere autem petenti explicitè vel implicite poteſt; & debet etiam ante diſpenſationē. Silu. Caiet. Armil. Sot. Nau. & omnes.

208 Quid ſi ignorauit

Quæritur. Quid ſi vir ignorabat talem eſſe conſanguineā vxoris ſuæ. Reſp. tunc non impedi-

ria

ri a petitione debiti. ita Nau. Sot. & Communis.

209 V. hoc impedimētū exigēdi debitum procedat vſq; ad quartū gradum?

QVæritur. V. Hoc impedimentum ab exactione debiti procedat quotieſcunque maritus cognouit conſanguineam vxoris, vſque ad quartum gradum vel non? Reſpō. quòd quidam putant procedere vſque ad quartum gradum, quia Conc. Tridē. ſeſſ. 24. c. 4. de Reform. Matrim. ſolum aufert impedimentum Affinitatis ex fornicatione in tertio, & quarto gradu quo ad Matrimonium contrahendum, vel dirimendum. Quare Nauar. c. 22. num. 42. dicit peccare qui cum affine fornicaria, etiā in quarto gradu contrahit, ſed id poſtea corrigit ibidē. ex Decreto Pij V. Sed in noſtro caſu non facit ſimplicem fornicationem, ſed inceſtū, qui durat vſq; ad quartum gradū, ergo? Et probatur, Inceſtuoſus ꝓhibetur contrahere matrimoniū; & conſequenter petere debitum, vt colligitur, ex c. Trāſmiſſæ. de eo qui duxit in Matri. quam poll. per adult. facit Silu. verbo Luxuria. §. 4. verſi. 2. Reſp. nihilominus, quòd ex nulla illicita copula, etiam inceſtuoſa, extenditur Affinitas, quę impediat matrimonium, vel eius vſum, vltra ſecundum gradum. Quod clare patet ex mente Concilii. & ita conſulti tenuerunt Magiſtri Salmanticæ, & Compluti Hiſpanię. & tenuit Guerreri⁹ Archiepiſcopus Granaten. & facit Sarmiento. lib. 1. Selectarum. c. 9.

210 V. Epiſcop⁹ diſpenſare poſſit ad exigendū?

QVæritur. V. Epiſcopus diſpenſare poſſit, vt liceat petere debitum, quando Affinitas ſuperuenit matrimonio? Reſ. q; ſic. S. Ant. 3 par. & Silu. Matrim. 8. q. 1 5. verſ. 7. Nauar. c. 22. nume. 75. Speculum Coniugiorum. 1 par. art. 1 5. dub. 1. in fi. & 3. par. ar. 17. Cordub. libr. 1. quæſtionarii. q. 12. Pedraza. mandamiento. 6. nu. 19. Ledeſ. 2. par. q. 65. ar. 1. Palud. diſ. 34. q. 1. ar. 2. Sot. 4. d. 37. q. vn. art. 2. fauet Cōc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. dum ait: in omni caſu occulto. Quamuis oppoſitum teneat Couarr. 2. par. de ſponſal. c. 7. §. 2. nu. 6. Ledeſ. verò, & Corduba. dicunt id poſſe Epiſcopum, non de rigore Iuris, ſed ex conſuetudine. Qualiter autem Epiſcopus diſpenſet, quando procedit ex voto. vide ſup. num. 140.

FIgurā Arboris Affinitatis meliorem, & clariorē vide apud Sotum. ſupra. 211

De Sexto impedim. Criminis Matrim. dirimentis; Nam de impedimentis criminis impedientibus tantum, actum eſt ſupra.

QVæritur. Quot ſunt crimina impedientia, & dirimentia matrimonium? Reſp. duo tantum eſſe, ſecundum communē. Primum eſt. occiſio coniugis alterius, cauſa contrahendi cum coniuge ſuperſtite. quod ſic patebit. 212 De criminibus dirimētibus.

PRima Cōcluſio. Si vir, & vxor alterius viri ſimul eius maritū occidant, perpetuò impediuntur a matrimonio, licèt adulterium non commiſerint. cap. Laudabilem. de Conuerſ. infid. S. Th. 4. diſt. n. 35. & diſt. 32 q. 2. art. 2. omnes Doctores maxime Sot. diſt. 37. q. 11. ar. 4. Nauar. c. 22. nu. 46.

Secunda Cōcluſio. Si vir cognouerit adulteram, & poſtea ille tantùm occiderit eius maritū, inſcia vxore, cauſa illam ducendi, erunt impediti, c. Super eo. De eo qui duxit in matrim. quam pol. per adul. ſecundum communem, quam refert,

fert,& ſequitur Nauarr.ſup.Idem erit,ſi iuſſerit, aut conſilium dederit. Glo.recepta.in c.Si quis viuente.31.q.1. & in c.1.de Conuerſ.infidel.omnes,ſup. maxime Sot.contra Caiet dicentem,quacunq; cauſa mors fuerit ſequuta impedire. * Et Nota Cano.8.pœnit. & tex.c. Si qua vidua.31.q.1. qui ſic ait: Qui duxit in Matrimonium eam quam polluit per adulterium, pœniteat quinque annis.

Tertia Concluſio. Vir occidens maritum alicuius,vt illam ducat, ſi illam ante non cognouerat; non eſt impeditus impedimento crimi nis.Communis ſupra. Et è contra: Si mulier vxorem ſui concubinarii occidat, vt cum adultero contrahat.Silu.ſupra. licèt Victor.nu. 292.contradicat.

213 De adulterio ſciēter. SEcundum crimen eſt, adultera re ſcienter cū coniuge alterius, & cōtrahere Matrimonium de facto ante mortem alterius cōiugis, vel dare fidem de cōtrahendo. De quo ſit etiam Prima Concluſio. Si non eſt verè vxor, ſed talis putabatur,quando commiſit illud adulterium,non impedit. tex.c.Significaſti.De eo qui duxit.

Secunda Concluſio. Sufficit quod tale Matrimonium ſit ratū tantùm; & quamuis ſit ſolutum, vel ſeparatum quo ad torum, & cohabitationem.

Tertia Concluſio. Si quis de facto contrahit cum nupta, vel ei fidem dat ſine adulterio, non impeditur.d.c.1.31.q.1.

Quarta Concluſio. Habens vxorem,ſi cum altera nupta adulteriū commiſerit, & de facto contraxerit,impeditur.

Tria ſunt crimina di Et reſolutiue Tria ſunt crimina quæ impediunt, & dirimunt,quæ ex.c Propoſuit. De eo qui duxit in matrim.D.Th.Ricardus, Palud.& communi reſoluit Sot.4.diſtin.37. q.11.ar.4.concl.3. rimētia matrimonii?

Primum. Adulteriū cum machinatione in mortē alterius cōiugis.

Secundum.Adulterium cum fide datā de ducenda adultera, mortua coniuge.

Tertium. Vxoratus cum adultera de facto contrahens impeditur.

214 Adulteriū tantum an impediat. PRo quibus Nota quod Adulterium tātum,ſine fide data,aut matrimonio contracto, non impedit quo minus poſtea mortua coniuge poſſint matrimonium cōtrahere.c. Significaſti. De eo qui duxit in matrim. quam pol.Sot.ſupr. verſic.Quod dicimus.Quæ omnia poteris colligere ex Doctoribus ſup.& Victoria.nu.292.

Septimum impedim.ſ. Cultus diſparitas; id eſt, inter Baptizatum, & non Baptizatum.

215 De matrimonio inſidelium. QVæritur.Vtrum,Matrimoniū contrahi poſſit inter infideles? Reſp.Matrimoniū tripliciter poſſe conſiderari. Primo modo, vt eſt in officium naturæ, vt eſt cōtractus ad Generis humani propagationem. Secundo; vt eſt in remedium concupiſcentiæ.Tertio modo, prout eſt ſacramentum à Chriſto Domino noſtro inſtitutum.Quibus ſuppoſitis.

Prima Concluſio. Inter infideles poteſt contrahi, atq; conſtare matrimonium, quatenus eſt cōtractus naturalis, & concupiſcentiæ remedium. Quod vinculum erit indiſſolubile,niſi Dei diſpenſatione,cauſa religionis.Magiſter ſent. 4.diſt.39. Vbi Doctores maxime. Sot.q.vnica.ar.1.concl.1.S.Thom. in

in addit.3.par.q.56.ar.2.Ang. Matrim.3.imped.10.nu.1.Silu. Matr. 8.q.10.per text.in c.Gaudemus.de Diuor.Nauarr.c.21.nu.48.Victor. nume.294.

Matrimonij ſacram. inter tantũ fideles. Secunda Concluſio. Matrimonium autem prout eſt ſacramentum,contrahitur inter fideles, ſecundum.S.Th.& communem omnium.Sot.ſup.concl.2.

216 Quare nõ inter infideles. Quæritur.Quare Matrimonij ſacramentum non contrahitur inter infideles?Reſpõ. quia per ianuam ſacramẽtorum.i. Baptiſmum nõ intrauerunt.Communis.ſecundum.S.Thom.& Sot. ſupra.

217 De fideli cũ infideli. Quæritur.V.Nunc liceat fideli cum infideli Matrimoniũ contrahere?Reſp.Non tãtùm eſſe magnum ſacrilegii crimẽ ſic cõtrahere, ſed etiam ſi de facto contrahatur eſt nullum;Magiſter. 4.diſt.39.vbi S.Th. in addit.3.par. q.59.art.1.Ang. Matrim.3.imped. 10.in princ.Silu.Armil. & omnes. per tex. in c.Caue.27.q.1. Sot.4.d. 39.q.vnica.ar.1.& 2.Nauar.ſupra. Couar.2.par.c.6.§.11.nu.1.Victoria nu.294.Quod procedit (ſecundum omnes) etiam ſi talis infidelis: ſit catechumenus.

218 Quo Iure prohibitũ. Quæritur.V. Hoc impedimentum ſit ex iure naturali, Diuino, aut tantùm Canonico?Reſp.(omiſſis argumentis) tantùm eſſe de Iure Canonico. S. Th. & Sot.4.diſt.39.q.vnica.art.2.conclu.2. vbi multa citat Iura. Couar. alios citans.2.par. de Matrim.c.6. §.11.& eſt Cõmunis opin.Theol. & Canoniſtarum, ſecundum Flores Theol.& 4.39.Victor.ſup.

219 De Catholico cũ hæretica. Quæritur.Quid ſi Catholicus contrahat cum hęretica?Reſpon.quòd licèt grauiſſimè peccet, valet tamen Matrimoniũ, & etiam cum Schiſmatica,Gl.cõmuniter approbata in c. Nõ oportet.28.q.1.S.Th.in 4.diſtin.39.q.1. art.1.& ibi Cõmunis Theol. Ang. ſup,nu.8.Silu. Matrim.8.q.10.ver ſic.3.Cardin. & Communis Canoniſt.quam refert, & ſequitur Couar.ſup.nu.4.Nauar.c.22.num.49. Flor.Theol.quæſtion. in 4.diſt.39.

Quæritur.Quis poſſit in hoc impedimento diſpẽſare? Reſp. Papam tantum diſpenſare poſſe, vt fidelis cum infideli contrahat. Sot.4.c.39.q.vnica.ar.2. verſiculo. Ex hac ſecunda. 220 Quis diſpẽſet in hoc?

Quæritur.V.infidelis conuerſus ad fidem teneatur cum coniuge altero infideli permanere? Hæc quęſtio ſequentibus quatuor concluſionibus diluetur. 221 De infideli cõuerſo ad fidem?

Prima Cõcluſio.Matrimonium inter infideles legitime contractũ, per conuerſionem ad Fidem Catholicam,ſiue amborum ſimul,ſiue unius tantùm coniugis: non neceſſario dirimitur.

Secunda Concluſio.Si unus tantùm conuertatur: & infidelis noluerit ſine Creatoris contumelia cum fideli manere;fidelis non poteſt, nec unquam potuit cum tali infideli habitare; ſed ſaltẽ quo ad torum tenetur ab illo diſcedere; licèt per hoc tale Matrimon. non dirimatur.

Tertia Concluſio. Si infidelis, quanquam Baptiſmum renuat,nõ tamen adeò ſit iniquus, quin uelit abſque iniuria Fidei, & contumelia Chriſti cum coniuge habitare fideli,poteſt; (ſi Apoſtolica uerba conſideres) fidelis cum eodem infideli coniuge habitare, & rei uxoriæ uacare.

Quarta Cõcluſio. Quamuis infidelis

fidelis uellet ſine contumelia ſeruatoris commorari cum fideli; fidelis non tenetur, neque tempore Apoſtolorum tenebatur manere cum illo; ſed erat ei liberum admittere vel nō. quas concluſiones ponit,& explicat optime Sot.diſt. 39.q.vnica.art.3.

De octauo imped.dirimente, ſcilicet, Violentię, vel metus.

222 Quid ſit metus. ET Primo (vt rem omnem intelligamus) Quæritur. Quid ſit metus? Reſp. Metus eſt inſtantis periculi, vel futuri cauſa mentis trepidatio.l.1.ff. Quod metus cauſa. Eſt enim metus trepidatio mentis, quia ei imaginatione futuri, & prope imminentis mali perturbatur mens Couar.2.par.c.3.§.4.num.1.

223 Quis met' cadens Cō ſtantem virum? QVæritur. Quis dicatur metus cadens in conſtantem virū? Reſpon.eum eſſe, qui illatus cogit quem eligere minus malum, ob maius malum ſibi imminens effugiendum Couar.ſup.Nauarr.c.22. nu.51. dicens communem.S.Tho. Soti,& aliorum.

224 Vir conſtans quis. QVæritur. Quis dicatur vir conſtans? Reſp.quòd vir conſtās eſt (ſecundum omnes.ſupra.) vir prudens, qui ſcit eligere minus malum, ob maius vitandum. Vnde ſi quis videat ſibi mortē imminere, aut membri mutilationem, niſi cū Maria contrahat, eligit prudenter potius Matrimonium contrahere, quàm mortis periculum, vel quid ſimile ſubire. At ſi homo diues videat ſibi imminere periculū amittendi Centum Aureos, niſi cum tali contraxerit,& ob id contrahit; non cenſetur hic metus cadens in conſtantem virum, nec prudentē. S.Th.4.diſt.29.art.2.Ricar.Maior. Silu.& alii, quos refert, & ſequitur Couar.ſup.nu.2.

NVnc Quæritur. V. Matrimonium metu, vel vi contractū teneat? Reſp. Cum diſtinctione ſequentibus concluſionibus. 225 V.Matrim. metu vel vi contractū teneat.

Prima Concluſio. Matrimoniū violentia præciſa contractum, & etiam conſummatum, eſt omnino nullum, c.Veniens.c. Cum locum. de ſponſal.tex.ſingul. & irrefragabilis. in c.Significauit. De eo qui duxit in Matri.& vtrobique Abb. Innoc.Felin.& omnes.S.Thom. in 4.diſt.29.& in additio.3.par.q.47. ar.1.Ange.Matrim.3.imped.11.in princip.Silu.Matrimo.8.q.11.Armil.nu.41.Sot.4. diſt.29.par.1.art. 1.Nauar.dicens communem.c.22. nu.50.Couar.2.par.c.3.§.4.& 5.

Secunda Concluſio. Matrimonium metu cadente in conſtātem virum contractum, & etiam conſummatum, eſt nullum S.Th.ſup. art.2.Ang.Silu.Armil.Sot.art.2.& alii ſupra.

Tertia Concluſio. Matrimoniū leui metu, vel minis ſi contrahatur; tenet.

QVæritur. Vtrum Idem metus qui dicitur cadens in cōſtantem virum, ſi idem in viro, & muliere? Reſpō.quòd minor timor requiritur in muliere, quàm in viro. Et quia ſunt mulieres aliquando animum habentes virilem, & fortem, è contra verò, viri multi animum habentes effęminatum reperiantur; relinquit Iudicis arbitrio, quis dicatur metus talis: iuxta cōmunem, quam refert, & ſequitur Nauar.c.12.num.51. & multa allegans, Couar.ſup.nū.8.9.& 10. 226 V. Metus Idem dicatur in viro & muliere.

Et quia ſupra, de conſenſu libero, & coacto multa diximus; & tradit

tradit Couat.ſup.multa eleganter congerens; ad alia nos conuertamus,oportet.

De Nono Impedimento,ſcilicet de Ordine.

227 V. Vnuſqſque Ordo impediat? CVm ſupra in materia ſacramenti Ordinis dictum ſit plures eſſe Ordines; Quæritur. Vtrũ vnuſquiſq; Ordo impediat, & dirimat Matrimonium? Reſp. Quod quemadmodum Ordines in dupli ci ſunt differentia,ſic q̃ſtioni duabus concluſionibus ſatisfaciemus.

Minores ordines nõ ſunt ſacri. Prima Concluſio. Minores Ordines (qui ſacri non dicuntur) nullatenus Matrimonium impediũt, nec contractum dirimunt. tex.vbi notant Doctores. in c,1.de Cleric. coniug.c. Si quis vero.c.Setiarim. 32.diſt.S.Tho.in addit.3.par.q.53. art.3.Ang.Matrim.3.impedim.12. Silu.Matrim.8.q.12.Armil.nu.42. Nauat.c.22.nu.52.Sot.4.diſt.38.q. 1.art.1.Couar.2.par.de Matrim.c. 5.§.3.nu.4.& Victoria.nu.291.Cõtrahés autem amittit beneficia Eccleſiaſtica, quæ habebat.cap.1.de Cler.cõiug.Gl.& Communis opinio,quam refert, & ſequitur Sot. 4.diſt.38.q.1.ar.1.in fi.Nauar.cap. 23.num.120.Couar.ſup. Quod ait procedere ipſo Iure,& etiam ante copulam.Nec poſſe(ait) beneficia repetere etiam ſpõſa Religionem profitente. Vbi etiam quando poſſit penſio à laico obtineri.

[illegible] ſacer Ordo dirimit contractũ. Secunda Concluſio. Aliquo ſacro Ordine inſignitus,Latinus,vel Græcus contrahẽs Matrimonium nihil facit. Eſt enim nullum ipſo Iure tale Matrimonium. cap.1.de Cler.coniug c.1.c. Si quis eorum. c.Erubeſcant. cum aliis,32.diſt.S. Th.& oẽs.ſup.maximè Silu.ver.2.

QVæritur. Quare habens minores Ordines, poſſit cõtrahere abſque peccato,& teneat matrimonium; & habens Ordinem ſacrum nõ poſſit: immò punitur, vt infra dicetur? Reſp. Quia votum ſolemne caſtitatis,eſt annexum Ordini ſacro; non autem minoribus, & quemadmodũ nullus ex re non ſua poteſt aliquid facere: ſic Ordinatus non poteſt de re non ſua.i.de caſtitate, quam promiſit,diſponere, ſecũdum omnes ſupra.in Prima concluſione. maximè Sot.Nauar.& Couar. 228 Quare deſt hęc differẽtia inter ſacros,& nõ?

QVæritur. Quo Iure ſit votum caſtitatis annexum Ordini. vide ſup.nu.144. 229

QVæritur. Qua pœna puniatur Ordine ſacro inſignitus matrimonium contrahẽs? Reſpõ.vltra nullitatem matrimonij Primo committere immane ſacrilegium. Secundo incurrere Excommunicationem latæ ſentẽtiæ. Clem.1.de Conſang.& Affin. (& qualiter intelligatur dicta Excommunicatio, & quos comprehẽdat, vide Nauar.c 22.num.52. & c.27. nu.141.)& eſt irregularis.c.1.& 2. Qui Cler.vel vouen.Silu.Matrim. 8.q.12.cum Palud. tradit Couarr. 2.par.c.6.§.3.nu.1. Punitur etiam alijs pęnis, quas ponit Diaz de Lugo.in practica Crimin.c.74. 230 Qua pęna puniat Ordinatus cõtrahens.

QVid autem ſi Coniugatus Ordinem ſacrum recipiat.vide Nauar.ſup.in fin. & alios.vbi ſup. 231 De coniugato.

De Decimo impedim.ſ. Ligamine, vel ſecundis nuptijs.

232 Ligamen quid? QVæritur.Quid eſt Ligamen? Reſp.Eſt vinculũ primi matrimonij validi, quo quis alteri coniugi eſt ligatus,Ang.matrim.

trim.3.impedim.13.Silu. matrim. 8.q.13.Armil.nu.43. Nauarr.c.22. nu.53.Sot.4.diſt.37.q. vn.ar.5.

233 V.Côiugatus poſſit ſecūdo côtrahere? QVæritur. An Coniugatus, viuo complice, poſſit ſecūdo matrimonium contrahere? Reſp. Tale matrimonium contrahi nō poſſe, ꝙ ſi de facto fiat, infectum erit; etiam ſi primum matrimoniū tantùm fuerit ratum; & ſecundum cōſummatum. c.Licèt. de ſpōſa duorum. vbi Abb. & omnes. Angel. & eius Addit. ſupr. nu.2. Silu. Armil. Sot. & Nauar. ſup.

De Vndecimo imped. ſcilicet, Publicæ honeſtatis.

IN Homicidio duo inueniuntur. numero 310.
Homicidij peccatum à quo abſoluatur, ibidem.
De peccatis Papæ reſeruatis. ibid.
Omnes irregularitates diſpenſabiles, &c. numero 311.
V.Papa poſſit in homicidio voluntario diſpenſare.nu.312.
Vox,irrecuperabiliter, quid operetur,numero 313.
Papa eſt ſupra omne ius Canonicum, ibidem.

De diſpenſ. Epiſc.reſeruatis.

QValiter, & in quibus Epiſcopus diſpenſer,nu.314.
Occultum quid dicatur in hac materia, nume.315.
Epiſcopus diſpenſat in omnibus non prohibitis.nu.316.
Epiſcopus diſpenſat quo ad minores Ordines, nu.317.
Epiſcopus diſpenſat in homicidio caſuali, nu. 318.
Epiſcopus diſpenſat in homicidio facto in defenſione,nu.319.
Homicidium quando dicatur voluntariũ, numero 320.
Probatur ſententia Modernorum de diſpenſatione in homicidio voluntario occulto,&c.nu.321.
Exceptio firmat regulam, nu.322.
V.Qui caſu occidit habeat defectum perfectæ lenitatis.nu.323.
Epiſcopus quid olim cum homicida voluntario,&c.nu.324.
V.Poſſit diſpenſare nunc in occultiſſimo, numero 325.

De diſpenſatione quo ad Fratres.

REligionum ſuperiores quid poſſint circa irregul.nu.326.
V.Poſſint diſpenſare cum homicida non voluntario,nu.317.
Ratio, quia non dicitur abſolutè homicidium.num.318.
V.Poſſint cum homicida caſuali.nu.319.
Conſilium pro diſpenſatione faciẽda per Iubilæum,&c.nu.330.
V.Nomine pęnarum veniat irregularitas, numero 331.
V.Sub generali conceſſione veniat homicid.&c.nu.332.
Conſilium pro tempore Iubilæi quo ad abſolutionem, & diſpenſationem, &c. numero 333.

DE CESSATIONE A Diuinis.

CEſſatio a diuinis,quid, nu.1.
Ceſſatio quæ compræhendat, nu.2.
V.Sit neceſſaria abſolutio, nu.3.
Ceſſatio a diuinis eſt duplex, nu.4.
Ceſſatio, & interdictum olim confundebantur,nu.5.
V.In ceſſatione liceat celebrare, ſicut in interdicto, nu.6.
V.Habens priuilegium audiendi Miſſam poſſit communicare,nu.7.
Ceſſatio generalis an ſuſpendi poſſit. n.8.
quid de feſtis priuilegiatis,&c.nu.9.
V. Ponens ceſſationem poſſit concedere alicui licentiam, nu.10.
quid de cogente celebrare tempore ceſſationis,uu.11.
De prohibente de facto ceſſationẽ.nu.12.
V.Clerici teneantur Horas recitare, &c. nume.13.
V.Duo ſimul poſſint recitare,nu.14.
V.Poſſit audire Miſſam, qui poteſt in interdicto,nu.15.

Gratiarum actio pro fine libri.

INCIPIT MATERIA SEV TRACTATVS DE SENTENT. Excommun. &c.

De qua,

TRactat Mag.ſenten. & Theo.in in 4. maxime S. Tho. & hodie Dominicus Soto. diſt. 18. q.2. Cõcordat ipſe S.Tho.in addit.3.p.q. 21. Canoniſtæ, & in Rubrica, & per totum, de ſent.excomm.in Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauag. Gratianus, & Doctores, in Decreto. 9. q. 1. & 11.q.3. & 24.q.1. & 2. Summiſtæ, verbo. excõicatio, inter quos Sylu. Caiet. & Armil.Nauarr.Man.c.27.in princ. S.Anto.3. p.titu.24.Couar.in c.Alma.matet. de ſenten.excom.lib. 6. Caieta.in opuſ.ad 3.p.to.1.q.13.Vict.in ſumma: Petrus à Soto ſacerd. tractatu de clauibus, Lect 2. Martinus Ayala, De conſtitu. Eccleſiaſt.3.p.ar.5. Roſens.ar.23. & 24. contra Lutherum Alfonſus Caſtro. Vuald. lib. de Sacramentalibus, Bart.Medin. in ſum. & multi alij.

ET anteq̃ ad quęſita veniamus, notare oportet excõ. fuiſſe in

lege ueteri præfiguratam in leproſis illis; qui extra Caſtra excludebantur; & etiam à Synagoga. vt de Cœconato narrat. D.Ioan.c.6.tradit Paulus Gryſaldus. verbo. excom. in principio.

1 Vox: excōicatio, quid ſignificet?

QVæritur Primo. Quid hæc vox, excommunicatio, ſignificat? Reſp. quòd idē eſt, quòd extra communionem fieri. Componitur enim, ab extra, & communio. Communio verò vocabulum eſt Latinum, quod ſignificat ſocietatem in rebus (vt colligitur ex Cicerone, in Oratione pro Cornelio Balbo) ſermone, & beneficio. Ait.n.Cicero: Mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum Ciuitatis continere videtur.

Cōio, & cōmunicare quid?

Hinc deriuatur verbum: Communicare; quod ſignificat participem facere conſiliorum. &c.

Hinc Eccleſia, eiuſque S.Patres ex hoc verbo, communicare, duxerunt excommunicare; quod eſt ſeparare à communione, vt ex multis tradit Couar.in c.Alma. de ſenten.excom.6.in initio. 1.p.nu.1.

Nota. Pro intelligētia huius materiæ, ꝙ cum ſit diffusè à ſupradictis auctoribus tractata, nō ſic eos paſſim citabimus, quemadmodū in materia ſacramentorum fecimus. Quo ſuppoſito.

2 Quid ſit excōicatio?

QVæritur. Quid ſit excommunicatio? Reſp. Excōicatio eſt, Cenſura Eccleſiaſtica, qua ſeparatur Chriſtianus à cōione fidelium, vel Eccleſiæ. Solent addere multi, quantū ad fructū, & ſuffragia generalia: ꝙ non oportet addere. Diximus; Eccleſiaſtica cenſura, vice generis; habet.n.eccleſia multas cenſuras.ſ.tres, quæ ſunt excōicatio, ſuſpenſio, & interdictum.c.Quærenti. de uerborum ſignificatione; & ibi, & ubiq; cōis.

3 Cenſuræ quot.

4 Verbū, cenſura, quid ſignificet?

QVæritur. Quid ſignificet cenſura? Reſp. Duo ſignificare, ſecundū Nauar. Primo ſignificat quandā dignitatem Romanorum. Secundo correctionem, & pœnam. Nam cenſor puniebat Ciues Romanos de delictis, & in hac acceptione uſurpat eccleſia cenſurā. Communis opinio.

Nota, ꝙ cùm pœna priuet aliquo bono, & excomm.ſit cenſura, & pœna: conſequens eſt, quod priuet aliquo bono, & hoc bonum eſt communicatio Eccleſiæ, quæ eſt maximum bonum.

5 Excōicatio quibus priuet.

QVæritur. Qua communione priuet excōmunicatio? Reſp. Multiplici communione priuare. Prima cōio eſt fidelium politica, & Ciuilis, quæ etiam eſt communis aliis gentibus, qualis eſt cōmunio in contractibus, & cōmerciis. Vnde hæc cōio non eſt propria fidelium, vt fideles ſunt. Secūda. Communio eſt alia fidelium, vt fideles ſunt.ſ.communio in orationibus, & rebus ſacris, ut audiendo ſacrum, &c. Tertia. Cōmunio eſt in participatione Sacramentorum actiua, uel paſſiua: maximè in participatione Euchariſtię, quę per Antonomaſiā, dicitur cōio, ut ait.S.Diony.c.3. de Eccleſiaſ. Hierar.& S.Damaſ.lib.4. de fide c.14. Quarta. Eſt alia cōio, qua fideles cōicant in orationibus, ſuffragiis, & ſacrificiis, quæ offert Eccleſia pro fidelibus. Quinta. Eſt alia communicatio, quæ fundatur in charitate, & gratia fidelium. Quæ duæ vltimæ maxime ſignificantur in Symbolo, de quo vide Catechiſ.

Fidelium cōicatio quotuplex?

Pij. V. Quas etiam communiones explicauit Dauid. Pſal. 118. Particeps ego ſum omnium timentium te. quem Pſal. D. Ambr. & Aug. ita explicant.

6 Quæ bona participant fideles ob charitatē?

QVæritur. Quæ bona ſunt iſta, quæ participant fideles ob charitatem? Reſp. Conſtare inter Doctores, quod Deus, propter bona opera, quæ alius fidelis facit mihi patrocinatur, & defendit à tentationibus, &c. Probatur ſimili tudine, quam affert D. Paul. Rom. 12. & 1. Cor. 12. & ad Eph. 4. Quēadmodum membra corporis inui cem cōmunicant influxu mutuo, & mutuo gaudent de ſuis bonis; ita fideles vniti per fidem, & charitatem interſe, & Chriſto cōicant.

7 Bona opera aliorum quid præſtent mihi?

Q Værit. V. Propter bona opera, quæ alij fideles faciunt, Deus conferat mihi aliquē nouum gradū gratiæ, charitatis, vel ſatisfactionis? Reſp. Eſſe cōem opinionem, quod loquendo de gratia & charitate nō datur talis gradus, De ſatisfactione uerò, quidam, ut Philippus Meneſias in lib. qui dicitur Luz del alma, & Ledeſ. 2. p. q. 23. ar. 3. affirmant hoc modo, intelligendam eſſe cōionem Sanctorum. Pro quo Nota, quòd iſti Doctor. loquuntur de fidelibus exiſtē tibus in gratia. Sententiam hanc

8 explicat bene Sot. 4. d. 22. q. 1. ar. 1.

Qua cōione priuat excommunicatio maiori.

Q Værritur. Qua communione priuet excommunicatio maior? Reſp. Primò olim fuiſſe morem in eccleſia paulatim priuare fideles cōione, incipiendo à parua communione. Primo, n. priuabā tur oſculo pacis. Secundo, ingreſſu eccleſiæ: Tertio, Ne oraret ſimul cum fidelibus. Quarto. Euchariſtia, ut habetur in c. De presbyteris 17. q. 4. Poſtea priuabātur perceptione reliquorum Sacramētorum. Vide hæc apud Caſſianum, de inſtitutis renuntiātium. Modò verò genera paruæ Excommunicationis abierunt in deſuetudinē, reſtant tamen aliquæ excōicationes, aliquando priuatur ab ingreſſu eccleſiæ &c. Secundo Reſp. ad quæſt. quod excommunicatio maior priuat illo primo genere communionis. ſ. cōmunione politica. Secundo participatione ſacramentorum actiua, & paſſiua. Tertio. Priuat, ne poſſit excommunicatus orare domi, uel in eccleſia, modò non celebrentur diuina officia. Poteſt etiam cōcioni, & ſacris lectionibus intereſſe. Nauar. c. 27. nu. 36. Quarto. Priuat ſuffragiis, & orationibus eccleſię. De quibus (vltra omnes) vide Nauarr. ſup. nu. 17. & 18. Quinto. Priuat omnibus illis, contentis in illo uerſi. Glo. in c. Statuimus de ſent. excomm. lib. 6. Os, orare, uale communio, menſa negatur: quem uerſum omnes ubiq; maximè, Sot. Couar. & ultimò Nauar. c 27. nu. 1. ſequuntur, & interpretantur. 9

An priuet cōicatione fundata in gratia.

Q Værritur. An excommunicatio maior priuet ultima illa communicatione, quæ fundatur in charitate, & gratia? Aliqui Docto. quos refert Sot. 4. diſt. 22. q. 1. arti. 1. affirmant. Nihilominus tamen uerior & communior opinio eſt, non priuare. Ita Victoria in fine ſum. Soþ. ſup. Ledeſ. 2. p. q. 23. ar. 1. Couar. c. Alma in princ. nu. 2. Nauar. c. 27. nu. 18. & tangit. n. 36. & alij multi. Ratio eſt, Quia bona iſta fundantur in amore, & gratia quæ ſolum à Deo pendent. Hinc fit, quòd eccleſia non poſſit priuare bonis, quæ conſequuntur gratiam, & charitatē. Vnde quan

do quis excommunicatur propter peccatum mortale, iam tunc eſt priuatus his bonis. Si tamen poſtea reſipiſcit, & pœnitentiã agit; iam tunc fruitur illis bonis, quãuis adhuc excommunicatus maneat. c. A nobis.2. de ſent. excom. Vbi, quòd aliquando quis eſt ligatus apud Deum, & ſolutus quo ad eccleſiam, & contra, ligatus quo ad Eccleſiam, & ſolutus apud Deum. * Et quòd iure communi excommunicatus non poſſit petere retractum, tradit latiſſimè Andr. Tiraq. de vtroq; retractu. §.1. glo.9. nume.276. & concludit. numero 282.

10 V. Liceat ſacerdoti in Miſſa orare pro &c.

QVæritur. An liceat ſacerdoti orare in Miſſa, ſaltem in memento, pro excommunicato? Reſp. Duas eſſe opiniones. Prima affirmat, quam tenet Sylu. Excommunicatio. Primo, in principio citans alios. Sotus.4. diſtin.22. quæſt.1. artic.1. Armil. verbo, excom. Nauar. cap.27. num.36. quorum ratio eſt, nam ſpatium illud, quod ſacerdoti datur in Miſſa ad orandum, datur, vt oret pro quibus voluerit. Vnde hæc oratio non eſt publica eccleſiæ, ſed priuata ſacerdotis. Qua ratione poterit ſacerdos priuatim orare pro excommunicato. ita Felicianus Epiſcopus Scalenſis. infra.

Sacerdoti conceditur Memento.

Pro cuius confirmatione dicitur in ordinario Miſſæ, Sacerdotem in memento Miſſæ poſſe orare pro quibus voluerit. Ex quo conſtat orationem illam eſſe priuatam, & non publicam eccleſiæ. Hæc ſententia mihi uidetur uerior, & tenenda, quamuis alii, vt Ledeſma.2. parte quæſtione 23. articul. 1. ad fin. teneant contrarium. Cuius ratio eſt: nam quamuis ſacerdos poſſit orare in memẽto pro quibus voluerit; oratio tamen illa fit à ſacerdote, vt à miniſtro Eccleſiæ, & vt ſic, omnia quæ facit in Miſſa, omnia ut talis facit. Poterit tamen ſacerdos generatim pro excommunicatis Deum publicè orare, non autem ſpeciatim. D. Felicianus Epiſcopus Scalenſis in Inchiridio de Cenſuris. c.32. ad fin.

Oratio facta in Memento, an publica &c

11 V. ſacerdos poſſit partẽ ſuã &c.

QVæritur, etiam. An poſſit ſacerdos partem, quæ ſibi obuenit, propter ſacrificiũ Miſſæ, applicare pro excommunicato vt Deus illum conuertat? Nauarr. Manual. capitul. 27. numero 36. tenet, quòd ſic; cui ſententiæ libenter incumbo. Quia iſte fructus, qui obuenit ſacerdoti eſt beneficium particulare, & ita poteſt cui vult applicare.

12 V. Liceat ſecreto celebrare pro excõicato.

QVærit. An liceat orare publicè, ceſſante ſcãdalo, & offerre ipſum ſacrificiũ Miſſę pro excõicato, qui credit eſſe in gratia, vel quia pęnitentiam egit, vel quia excõicatus eſt iniuſte, ſed excõicatione valida? Reſp. Duæ ſunt ſentẽtię quarum prima affirmat. Hoſti. in c. cũ voluntate, de ſent. excom. quẽ ſequitur Nauarr. c. Quando de Conſec. diſt.1. notab.19. & Manual. ca.27. nu.36. & Couar. in c. Alma. §.6. con.9. Ratio horum eſt, nam cum hic excõmunicatus iam ſit in gratia, nõ videtur matrem Eccleſiam velle hunc his beneficiis priuare. Secũda ſententia negans, (quã probabiliorem reputo) eſt Soti 4. d.22. q.1. ar.1. & 4. Ledeſ.2. p. q.25. ar.1. Sylu. verbo. Excõicatio.5. q. fi. Panor. & Canoniſtarum. in c. A nobis. & ſacris. de ſent. excommun. Quorũ ſententia probatur. Primo. Quia uidetur eſſe apertè ſecundũ

iura

Qñ liceat orare pro mortuis excõicatio.

iura Canonica, vt patet ex.c.A nobis,& c.Sacris.ſup.In quibus quęritur à Papa: An liceat orare pro illis Excõmunicatis defunctis, qui antequam obierunt, ſignum Contritionis oſtenderunt, ſed abſolui non potuerunt; Ad quod Reſp.Papa,nequaquam licere pro illis orare,niſi prius abſoluantur ab Excõicatione,& poſtea oretur pro illis. Ex quo ſequitur argumentum à maiori ad minus, ſ. Quia ſi pro mortuis excõmunicatis orare non licet, quanto minus pro viuis Excõicatis licebit? Probatur etiam ratione: Iſte quamuis re vera ſit in gratia adhuc tamen eſt Excommunicatus. ergo prohibentur fideles pro illo orare. Probatur,nã Eccleſia pro illis nunquam orare permiſit: ergo.

13 V.Excõicatus in gratia priuetꝰ ſuffragijs Eccleſiæ?

QVæritur. V. Excommunicatus iſte, qui eſt in gratia,uel quia iniuſtè Excõicatus fuit vel iam pœnitentiam egit, excludatur, & priuetur ſuffragijs Eccleſiæ,& Orationibus? Reſp.ꝙ licèt Couar.ſup.Turrecremata.in ca.Si quis Epiſcopus.11.q.3.Rich.4.diſ.18.S.Anto.3.par.tit.24.c.76.& Nauar.c.27.nu.37.dicant; Excommunicatum in gratia, non priuari ſuffragijs Eccleſiæ: Contrariam tamen ſentẽtiam (quæ probabilior) tenet Sotus.Ledeſ. & Syluester.ſupra. Canoniſtæ. in d.c.A nobis,& c.Sacris. Cui opinioni dicta iura maximè fauent.

14 Quid ſi de facto quis oret pro illo?

QVæritur. An,ſi de facto,contra Eccleſiaſticas ſanctiones quis pro iſtis Excommunicatis Oratione Eccleſiæ; An in illa Oratio pro ſit Excõicatis; nam poterit aliquis aſſerere Eccleſiã pręcipere,& prohibere,ne Orationes pro illis fiant; tamen ſi quis etiam peccando contra prohibitionem Eccleſiæ oret; dubium eſt,An illis proſit? Reſp.Ex communi Doctorum, non tam illum peccare orando pro Excõicatis; ſed Excõicatis Orationes nihil prodeſſe. Eccleſia enim poteſt priuare bonis ſpiritualibus, & ſuffragijs Excõicatos, reddendo illos inhabiles, & incapaces ad recipienda talia ſuffragia & ſic iſte non poteſt publica Oratione orare, Quia Eccleſia habet poteſtatem ſupra omnia publica ſuffragia.

15 Excõicatio uocatur Anathema.

NOta Excõicationem hãc maiorem appellari Anathema, quo vocabulo vtuntur Concilia, (vt patet in Trid.& reliqs) Quòd idem ſit,quod Anathema: probatur in c. Engeltrudam.3.q.4.& ca. Certum.24.q.3..quod ſumptũ eſt ex Sexta Synodo generali. Eſt tñ diſcrimen accidentale inter excõicationem,& Anathema; Anathema.n.grauius eſt, & maiorem iuris ſolemnitatem requirit,vt patet in c.Debent. 11. q. 3.Nam in Ana

16 Et in quo differant.

themate debent duodecim ſacerdotes Epiſcopum circũdare, duodecim lucernas accenſas habẽtes; & in concluſione Anathematis proijciunt eas in terram, & cõculcant eas, cum diris imprecationibus,& execrationibus.

17 Anathema quid & unde dictum.

QVærit̃. Quid propriè ſignificet,Anathema,& ꝙ vocabulũ ſit Gręcũ,an Hebraicum? Reſp.Duas eſſe opiniones. S.Hier. in Epiſtolã ad Galat.c.1.& Alciat. in c.Cũ non ab homine de Iud. & Sot.4.diſt.22.q.1.ar.1.& alij multi aiũt: Anathema eſſe nomẽ Hebraicũ,ſiuè Syriacũ,ſignificareq; propriè idem ꝙ deteſtatio, execratio, maledictio. Probatur Nume.c 21. Vbi poſtqu ãHebræi ſubuerterant

loca illa Gomorrheorum: vocarũt loca illa Horma.i.anathema,& Ioſue.c.6. Cum Hierico eſſet ſubuertenda, dixit Ioſue: ſit Ciuitas hæc Anathema. Et ad Gala.1. Roma.9. vtitur Paulus hoc nomine: Anathema. Vnde quia Excommunicatus maledicitur, & arcetur à communione fideli um, ideo dicitur Anathema.

Alij Doctores dicunt: Anathema nomen eſſe Grçcum, ꝙ deriuatur à verbo; Anathema; ꝙ ſignificat donaria, quæ tẽplis offerebantur. Vnde queãdmodum non licebat donaria illa contingere pp honorẽ, quia Dijs erant dicata; ita p contrarium, Excõicatus, quia erat ſeparatus, & non licebat eo communicare, ideo dictus eſt Anathema. Hoc affirmat. S. Athanas. ad Rom. & S. Chriſ. ad Rom. homil. 16. S. Aug. Num. ca. 40. 41. & in Epiſtolã, 138. & S. Th. & Caiet. ad Ro. c. 9. & hanc ſequitur Couar. c. Alma. 1. p. §. 8. nu. 6. Vtraq; ſententia eſt probabilis. Si verò ſequamur hanc expoſitionem Græcam producẽda eſt penultima, Anathema Si autem expoſitionem primam, quòd ſit nomen hebræum, corripienda eſt, Anathema, penultima.

18 NOtauit præterea Budeus in Cõmentarijs linguæ latinæ, olim hominẽ illum, cuius Caput erat ſacratum; & dedicatum Dijs inferni; vocatum fuiſſe, Anathema. Vnde, cùm excommunicatus tradatur Satanæ, & quaſi ſacretur diris imprecationibus, Dæmonibus; hinc fit, vt Excommunicatus dicatur Anathema. Quæ explicatio per multum mihi placet.

Excõicatus quare dicatur Anathema.

19 QVæritur. An in Eccleſia ſit poteſtas a Chriſto conceſſa ad Excõicandum fideles rebelles? Reſp. ꝙ licet Vuiclef, Ioannes Hus, Hieronymus Praga, Lutherus, & alij impijſſimi hæretici hanc poteſtatẽ negauerint; Nihilominus tamen Concluſio Catholica, & de fide tenenda eſt; iure Diuino, ex Chriſti inſtitutione, & facultate, Eccleſiam poſſe excõicare peccatores, & rebelles, & priuare bonis ſpiritualibus. Primo ex Matth. 18. ibi: Sit tibi tanquam Ethnicus. in quo loco omnes Docto. ſic interpretantur. Secundo. Prima Corin. ca. 5. Vbi Paulus vſus hac Chriſti autoritate Excommunicàuit Corinthium illum. Tertio. Secunda Corint. 1. tradidit Satanæ Alexandrum, & Hymæneum, & ſecunda ad Theſſalon. c. 3. & Ioãnis, epiſtola. 2. c. 1. Item ex antiquiſſimo Eccleſiç more, quo ſemper vſa eſt: vt in Canone. 11. 35. 68. & 69. Apoſtolorum patet. Item Clemens. lib. 1. Conſt. Apoſt. c. 21. 41. 42. & 43. vtitur Excommunicatione, & ca. 44. vocatur Excommnicatio gladius ignis, & c. 21. dicitur: Ad Excommunicatum continuo accedũt truculenti lupi, ideſt Dæmones. idem Clemens Epiſtola 2. Decretalium, & Anacletus, & omnes eius ſucceſſores. Vltimo patet ſanctorum Patrum autoritate. Tertul. in Apologia aduerſus Gentes. cap 39. Origenes, Leuitici. 2. & Iudicum homil. 3. qui locus male attribuitur Diuo Hieronymo à Gratiano. Cyprianus. lib. 3. Epiſtolarum, Epiſtola. 9. Diui Hierony. & habetur in capitul. Reſecandæ. 23. quæſtione tertia. Diui Ambr. lib. 2. officiorum. capitul. 27. D. Chriſoſt. ad Hebræos. D. Aug. de verbis Apoſtoli, ſermone. 28. Leo Magnus, Epiſt. 67. & vide Aialam de Cathol. inſtitut. Caſtrũ de hæreſibus,

Quo iure cõceſſa excommuni-

candi autoritas.

bus, verbo Excommunicatio. Roſenſem.ar.23.& 24. Albert. Pigiū libr.5.Eccleſiaſt.Hierar.& quid aliud opus eſt? omnia generalia Cōcilia Excommunicatione,& Anathemate vtūtur, vt patet. * Et qualiter excommunicatione.i.ſeparatione à ſacrificijs, vtebantur gentiles, ſic ait Tiraquel.de vtroque retractu.§.1.gl.9.nu.276. Excommunicatio hæc (quam vocamus) ab antiquorum,& Græcorum,& aliorum ritibus, legibuſque ortum habuiſſe videri poteſt, nō à D.Paulo, vt Canoniſtæ, & Theologi opinantur. Cæſar.nu.lib.7.commentariorum, quo loco noſtrorum Druydū mores ac ritus deſcribit, de his in hęc verba loquitur: *Si quis aut publicus, aut priuatus, eorum decreto non ſtetit, ſacrificijs interdicūt. Hæc pœna apud eos eſt grauiſſima.* Hæc ille. & infra ex multis probat.

20 **V. Excōmunicatus maiori, priuetur ſacramentis?**

QVæritur. V. Excommunicatus maiori, priuetur receptione, & participatione ſacramētorum, ita vt ſi forte acceperit ſacramentum ſit validum? Reſpond. Aliqua certa; aliqua dubia eſſe apud Doctores. * Et de pœnitentia ſacerdotis excommunicati celebrantis agit Canon.13.pœnitentialis. & extra.in cap.De ijs.11.q.3.in hac verba: Qui excommunicatus celebrauerit, debet triennio pœnitere,& per ſecundam, quartam, & ſextam feriam à vino, & carnibus abſtinere.

21 **Dans, & recipiens ſacram. Excōmunicato.**

PRima Concluſio. Eſt omnium communis, Excommunicatus, & ſacerdos dans tale ſacramētum ante abſolutionem Excommunicationis ſcienter, vterq; peccat mortaliter, & ſacrilegium committūt. Patet ex.ca.Si celebrat. de Cleric. Excom.miniſt.c.Cum illorum. de Sent.Excom.c.Sacris.quòd metus cauſa, & diximus ſupra.1.p.de Abſolutione.

22 **Quæ Sacramē. teneāt collata Excommunicato.**

SEcunda Concluſio. Nota, quòd vel loquimur de ſacramēto Pœnitentiæ; aut de alijs; ſi loquamur de alijs; valida ſunt, quamuis fructus ſacramentorum non percipiat. Concluſ. eſt etiam Communis, Quia alia ſacramenta habent propriam materiam externā, quæ, ſi excōicato applicatur, valida eſt.

Tota difficultas conſiſtit in ſacramento Pœnitentiæ. In qua tres ſunt Doctorum ſententiæ. Prima eſt dicentium talem Confeſſionē eſſe nullam, ſiue Excommunicatus accedat, bona fide, cum ignorātia, vel ſine illa. Silu. Confeſſio.1. q.3.Sot.4.diſt.22.q.1.ar.1.& multi Doctores. ſupra iura illa. primę cōcluſio. Probatur hæc ſententia.

23 Primo, Sacerdos Excommunicatus denūtiatus, vel manifeſtus percuſſor Clerici, ſi miniſtraret ſacramentum Pœnitentiæ, non tantum peccat mort. ſed ſacrameutum eſt nullum, ergo ſimiliter, ſi pœnitens Excommunicatus abſoluitur, antequam abſoluatur ab Excommunicatione, nulla prorſus eſt Abſolutio. Probatur, quia par eſt ratio vtrobique.

24 **De Excommunicato minori miniſtrante.**

Secūdo. in c.ſi celebrat. de Cler. excom.mini. dicitur, ꝙ ſi Excommunicatus excommunicatione minore miniſter aliquod ſacramentum, eſt validum: non enim prohibetur miniſtrare, ſed tantum recipere ſacramenta, vbi innuitur, receptionem eſſe nullam, quāto magis de excōmunicatione maiore?

25 Secunda ſententia. Si excommunicatus excōmunicatione maiori, ignorantia inuincibili, & bona fi-

de abſoluatur à peccatis antequã ab excomunicatione, abſolutio eſt valida, & fructifera. Palud. 4. d. 18. q. 4. Adria. q. 2. ad ſi. Ledeſ. 2. p. q. 23. ar. 1. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 6. nu. 7. Caiet. & Nauar. infra. Vict. de clauibus. q. 3.

26 Tertia ſententia ait, non tãtùm Confeſſionem factam ab excõmunicato validam eſſe, quãdo acceſſit bona fide, ſed etiam, quãdo acceſſit cum ignorãtia culpabili, validam eſſe. ita Caiet. ſumm. verb. Abſolutionis impedimentum, & verbo. Confeſſionis iteratio. & in opuſ. ad 3. p. opuſ. de Confeſſione. Nauar. in c. Fratres. de pœn. diſt. 5. nu. 30. & 45. & Man. c. 9. nu. 3. Rich. 4. diſt. 18. ar. 9. Supplementum. verb. Confeſſio. fauet Ange. Confeſſio. 1. q. 3.

Quid ſi excõicatus, culpabiliter recipiat &c.

27 Probatur primo. Si hæc abſolutio eſſet nulla, maximè quia iure Canonico irritaretur, ſed hoc non eſt, quia tantùm in iure prohibetur, ne accedat excommunicatus ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſed non dicitur, quod ſi accipiat abſolutionem excommunicatus, ſit nulla.

28 Secundo. Si Excommunicatus recipiat alia Sacramenta, re vera illa accipit. ergo etiam ſi recipiat hoc Sacramentum pœnitentiæ.

29 Tertio Confeſſor in Sacramentis, concurrente materia, forma, & miniſtro, cum debita intentione, ſacramentum conficit, ut ſupra de Sacrament. in genere diximus. Sed hic dantur omnia iſta ergo?

Neceſſaria in omni ſacramento.

30 Quarto. Si Excommunicatus recitat horas Canonicas ſolemniter in Choro re vera ſatisfacit præcepto, & valida eſt ſatisfactio: ergo valet abſolutio?

De excõicato recitante.

Prima Cõcluſio. Cõior, & valde probabilis eſt ſententia prima.

Secunda Concluſio. Probabilis, & in praxi tuta eſt ſecunda ſententia ex doctoribus ſupra. Maior tamen difficultas eſt, quãdo excommunicatus abſoluitur ſcienter, uel cum ignorantia craſſa.

Tertia Concluſio. Quando Excommunicatus maiori Excommunicatione accedit ſcienter, & intelligit ſe male facere, tunc Confeſſio eſt nulla ſiue confiteatur illud peccatum, quod ibi committit, ſiuè non. Communis, vt notat Nau. ſupra. Et hoc modo limitandus eſt Caiet. qui locutus eſt generaliter. Et nota, q̃ confeſſio eſt nulla; non quia impenditur excommunicato, ſed quia ille talis eſt impœnitens, accedendo in peccato mortali, cuius non pœnitet. Si uero ignorantia ſit craſſa, dicunt multi abſolutionem eſſe nullam ita Palud. Adria. Sylu. Sot. Ledeſ. Couar. 31

Q̃ñ abſolutio data Excõicato ſit nulla, & quare.

Quarta Cõcluſio nihilominus ſit. Probabilis eſt ſententia Nauarri, Caiet. Victor, Suplem, & Ricardi dicẽtium abſolutionem, & confeſſionem eſſe validam, tamen informem, i. q̃ non recipit gratiã, ita q̃ ſolum tenetur repetere hoc peccatum, quod ſic committit accedẽdo excõicatus ad cõfeſſionem. De hoc ſupra. 1. par. de confeſſione.

Qveritur. An ſi excõicatus minori excommunicatione, à peccatis, antequã ab excõicatione, abſoluatur abſolutio valeat, & an teneatur repetere cõfeſſionẽ? Reſp. q̃ licet Palud. quẽ refert, & ſequitur Sylu. Confeſſ. 1. q. 3. dicat abſolutionem quocunq; modo datã, eſſe nullã; Confeſſionemq; eſſe iterandam: Contrariũ eſt tenendum, cum Caiet. Victoria, Nauar. & alijs ſup. & Sot. 4. d. 22. q. 1. ar. 1. 31

Excõicatus minori abſolutus ante abſolu. &c.

Nota

Nota tamen, quòd abſolutio eſt valida, modo fiat ignoranter, licèt ignorantia ſit craſſa; quia eccleſia nõ prohibet excòmmunicatos minori tantò rigore; vt ſi de facto recipiant ſacramẽta, irrita ſint. Quæ ſententia probabilis eſt, & in praxi tuta.

32 De abſolutione ab excom. I art. uel periculo mortis.

QVæritur. An in articulo mortis, vel periculo liceat excõmunicatum prius abſoluere a peccatis, quam ab excõmunicatione, propter periculum mortæ. Reſp. Si re vera periculum eſt, ꝙ moriatur abſque abſolutione à peccatis: poteſt, quia Eccleſia in tãto periculo non voluit prohibere, ne prius abſoluatur à peccatis, Adria. q. 2. de Clauibus. Sot. 4. d. 22. q. 1. ar. 1. Caiet. in ſum. verbo. Abſolutionis impedimentum. Nauar. c. Fratres. de pœnitẽ. diſt. 5. nu. 30. & 45. Victoria de Clauibus. q. 3.

Secundo Reſpon. Raro, aut nunquam, tale poſſe cõtingere. Quod ſi eueniat, vno verbo poteſt ab vtroque pœnitens abſolui. ſ. Abſoluo te à peccatis, & cenſuris. Vide quæ diximus. ſup. in materia Abſolu. ſup. in 1. par.

33 Excommunicat' quo modo ſuſpenſus?

NOta excommunicatum maiori, & præditum Ordine ſacro, eſſe ſuſpenſum quoad ſe, & quoad alios ab executione talis ordinis. Vnde infertur, talem fieri irregularem, ſi exerceat actũ ſuo ordini deputatum. In qua irregularitate ſolus Papa diſpẽſare poteſt. tex. in c. 1. & c. Is cui. de ſent. excõ. lib. 6. c. Clerici. c. Latores. de clerico. excom. miniſt. & ibi Doct.

34 De cenſuratis exercẽtibus ordinem.

VNde deducũt Doctores hoc Axioma; Si excommunicatus maiori excommunicatione, ſit ſpẽſus, aut interdictus exercuerit actum ordini ſacro deputatum, efficitur irregularis: ita Nauar. c. 27. nu. 241. & 244. & Cõmuniter omnes. Diximus: excõmunicatus maiori excõmunicatione; quia ſi tantùm fuerit minori, non fit irregularis, neque mortaliter peccat. c. ſi celebrat. de Clerico excom. miniſ. 35

De exercitãtibus bona fide.

Diximus: Ordini ſacro. Quia ſi tantum exercuerit actum minoribus deputatum, non erit irregularis, peccabit tamen, ſecundum aliquos.

QVæritur. Quid ſi excommunicatus maiori, bona fide, ignoranterque exerceat actum ordini ſacro deputatum? Reſp. Si ignorãtia fuit iculpabilis, ꝙ talis nec peccat, nec fit irregularis. Quia iſta irregularitas infligitur propter delictum, quo iſte caret, ita habetur. c. Apoſtolicæ. Vbi. Glo. & Docto. de Cler. Excom. miniſt. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 6. nume. 9. Silue. & alii Summiſtæ. verbo. Irregularitas, Nauar. c. 27. nu. 244. 36

Quid ſi excommunicatus iret Eccleſiam.

QVæritur. Quid faciet celebrans ſi excommunicatus ingredirur Eccleſiam? Reſpond. Si excommunicatus nolit ex profeſſo audire Miſſam, ſed obiter ingreditur, tunc poteſt proſequi ſacrum, hoc enim non eſſet intereſſe ſacris. Si autem vult in Miſſa intereſſe, tunc ſacerdos (ſi fieri poteſt ſine ſcandalo) eum expellere extra Eccleſiam debet, monendo illum, & ceſſando a ſacro. Quod ſi abſque ſcandalo fieri non poteſt, & nõdum incepit Canonem, regrediatur ad ſacriſtiam. Si verò incepir Canonem, proſequatur Miſſam vſque ad corporis, & ſanguinis ſumptionem, quibus ſumptis in ſacriſtiam vadat, & ibidem Miſſam finiat. Communis ferè omnium. 37

Quæ-

De ſacerdote celebrante coram excõmunicato?

38 QVæritur. Quid ſi ſacerdos celebret coram Excommunicato denunciato? Reſpon. Celebrans prima vice qua celebrat, peccat mortaliter, non tamen fit irregularis. c. Is qui. de ſent. excom. 6. Si verò bis, aut ter celebret, iam fit irregularis. Ratio eſt, quia talis celebrans propter primam vicem, qua celebrauit coram excommunicato, manet ſuſpenſus, & interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ Gloſ. in d. c. Is qui. Vbi Ioan. Andr. & Arch. & D. Ant. 3. par. tit. 26. §. 1. c. 4. Silu. Inter dictum. 6. q. 2. Nicol. Ploue in ſacerdotali. De interdicto.

Contrarium tamen tenet Cald. Conſil. 4. de excommunicatione. Villa Diego, de irregularitate. c. 2. Couar. 1. par. §. 6. num. 9. in c. Alma mater. de ſentẽ. excom. in 6. tangit Nauar. c. 27. nume. 244. Ratio eſt; Quia c. illud, quod videtur facere pro prima ſententia, non loquitur de omnibus illis, qui celebrant ſecunda, vel tertia vice coram excõmunicato; ſed de quibuſdam, qui virtute quorundam priuilegiorũ, præſumebant celebrare coram excommunicato. Quæ ſententia ſuſtentabilis eſt ſecundum Doctores ſupra.

De Epiſcopo faciẽte celebrare.

39 QVæritur. Quid ſi Epiſcopus faciat celebrare coram excommunicato, quamuis ipſe non celebret? Reſpon. Si Epiſcopus, vel aliquis Dominus temporalis aliqua cenſura ligatus faciat coram ſe celebrare, fit irregularis. c. Illud. de Cler. excom. miniſt. tenet Couarr. Villa Diego. Panor. Imo. & Nauar. c. 27. nu. 244. & Gloſ. in Clem. 2. de Priuileg.

Epiſcopi, in quibus irregularitatibus diſpenſent.

40 DIximus ſupra in hac Irregularitate tantùm Papam diſpenſare poſſe; quod intellige ſecundum iura antiqua, Hodie autẽ, per Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. Epiſcopus poteſt; dummodo delictum tale non ſit deductum ad forum exterius contentioſum; & modo ſit delictũ occultum. In deductis enim Epiſcopus diſpenſare non poteſt, vt infra. de irregularitate, ad finem videbis.

Delictum occultum, quod.

41 QVæritur. Quando in hoc caſu, delictum dicetur occultum? Reſp. Delictum occultum tunc dici, quando celebratio eſt occulta; quamuis clericus publicè ſit excõmunicatus. Nauar. c. 27. nu. 241. & vide late. infra de irregularitate.

Quid ſi non fuit probatum.

42 QVæritur. Quid ſi delictum deductum ſit ad forum cõtentioſum, non tamen probatum, & reus abſoluitur in foro contentioſo à delicto, quod vere commiſerat? Reſpõ. Epiſcopum diſpenſare poſſe; quia adhuc excommunicatus manet occultus. Ita grauiſſimi Doctores Salmanticæ, quibus libẽter adhæreo, licèt alii contra.

Quid ſi excommunicatio eſt nulla &c.

43 NOta; Quòd quando aliquis eſt excommunicatus excommunicatione nulla, aut valida, ſed iniuſta ex parte cauſæ, & abſoluitur à peccatis, antequam à cenſura; valida eſt abſolutio. Communis opinio, quam tenent Canoniſtæ. in c. Solet. de ſent. excom. lib. 6. & in c. Cum contingat. de Reſcri. Vbi Nauar. pag. 100. & in Manuali c. 9. num. 4. vbi dicit Communem complures citans autores.

DE EFFECTV EXcom. minoris.

Minoris excommunicationis effectus.

44 QVæritur. Quotuplex ſit excõmunicationis minoris effectus? Reſp. Duplicem eſſe (potiſſimum) iuxta communem, in c.

in c.Si celebrat. de clerico excom. miniſt.Primus eſt ꝙ priuat participatione ſacramentorum paſſiua.i. quòd nullum poteſt ſuſcipere ſacramentum.c.Si celebrat.ſupra.S. Tho.Ricard.Palud.4.diſt.18.maximè Sotus,& Ledeſma. Silu.excõmunicatio.1.nume.4.Nauar.c.27. num.1.& 24.Couar.in c.Alma mater.1.par.§.8.nu.2.Secundus effectus eſt priuatio electionis paſſiuæ.i.quod non poteſt eligi ad aliquam Eccleſiaſticam Dignitatem. d.c.Si celebrat. & Doctores ſupra & habetur in l. Caſtellæ. 6.titul. 9.par.1.

45 De recipiẽte ſacramẽta in mino

QVæritur. Quale peccatum erit ſi excommunicatus minori recipiat ſacraméta?Reſp.eſſe mortale.Communis Canoniſtarum.in d.c.Si celebrat. Vbi maxime Hoſt. & Innocẽ.& Communis Theologorum.in 4.maxime Sotus.diſtin. 22.q.1.ar.1.& q.2.ar.3.S.Anton.3. par.tit.25.Caiet.in ſum. verbo,Ex communicatio minor.

46 Quid ſi cõferat.

QVæritur. An ſit mortale peccatum ſacramenta conferre? Reſp.ꝙ quamuis Silu.Excommunicatio.4.& text.in d.l.6. Caſtellæ tit.9.par.1.Archid.in cap.Vir cum propria.33.q.4.Duran.4.diſtin.18. Adrian.de Clauibus.q.3. & alij dicant peccare mortaliter;quibus videtur fauere text.d.c. Si celebrat. Communior tamen opinio eſt,tãtùm peccare venialiter,ita Hoſtiẽ. Abb.Innoc.& multi.in d.c.Si celebrat.Caiet.ſup.Palud.Ricard.Sot. Ledeſ.Victor.ſupra. Couar.ſupra. nu.2. & 3.Nau. c.27.nu.24. Quod clare colligitur ex ipſomet.c.Si celebrat, vbi ait,quòd recipiendo ſacramenta peccat grauiter.Cum autem loquitur de collatione, vel de conferente,dicit tantum; peccat.

QVæritur.Vtrum poſſit exercere actus iuriſdictionis.ſ.preſentare, iudicare, & audire Diuina?Reſpon.Doctores dicunt poſſe audire Diuina.text.d.l.6.tit.9.par. 1.& Archidia.dicunt non poſſe dictos actus exercere.Communis tamen opinio Canoniſtarũ,& Theologorum affirmant poſſe:quod verius eſt.Hæc de Communi,& primo effectu excõicationis minoris. 47 V. poſſit exercere actus iuriſdiction.

DE ſecundo effectu.Quæritur. V.Si de facto eligatur,teneat electio?Reſpõ. Duas eſſe Doctorũ opiniones. Prima tenet electionẽ valere,ſed eſſe irritandam. ita Felinus,& alii.in c.Dilecte.de excepr. & probant ſic:nam in cap.Si celebrat, non dicitur electionem eſſe nullam,ſed ꝙ debet irritari.Secunda tamen opinio, quæ Communis eſt, tenet eſſe iure irritam, & inanem.Hoſt.Abb.Innoc. & alii. in c. ſi celebrat.Couarr.in cap.Alma.1. par.§.1.nu.3.Silu.Excommunicatio.1.in prin.& Excommunicatio. 4.Nauar.c.27.nu.24. Caiet.ſup.D. Anton.3.par.titu.25.c.2. & omnes Theologi,& ſic tene. Ad primum autem: Dic quòd electio eſt irritanda.i.irritam, & inanem fuiſſe pronuntiandam. 48 Quid ſi de facto eligatur?

QVæritur.Quid ſi talis excommunicatus ignotanter eligatur?Reſpon. quòd licèt videatur electio valida eſſe, quia in d.c. Si celebrat dicitur; ſi ſcienter eligatur: Nihilominus tamen,etiã ſi ignorãter,eſt nulla electio.Abb. Cardi.& alii.in d.c.ſi celebrat.Silueſt.Couar.& alii.ſup. 49 De electo ignorãter.

VNum tamen Nota, ꝙ ſi excõmunicatus minori Excomm. ſcienter acceptet electionem ſuã; peccat mortaliter,quia peccat cõtra iuſtitiam.Caiet.ſup. 50 Et an mortal. peccet.

DE

DE EXCOMMVN. in Communi.

51 Excõ. quotuplex?
QVæritur. Quotuplex ſit excõmunicatio generaliter ſumpta? Reſp. Primo excommunicationem diuidi in generalẽ, & particularem, vt colligitur ex cap. A nobis. & cap. Statuimus. de ſent. excom.

Generalis eſt, quando in vniuerſo excommunicantur, qui hoc fecerint, vel non fecerint. Particularis, quando quis priuatim.

52 Excõ. à iure, & ab homine.
ITem excommunicatio aliter diuiditur, quædam enim eſt lata à iure, altera ab homine. Illa dicitur à iure, quæ in aliquo Canone, vel Eccleſiaſtica lege ſtatuitur, vt in Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Concilijs. Ab homine nuncupatur illa, quæ à iudice Eccleſiæ fertur. capit. 2. de Conſt. 6. Clemen. 2. de Hæreti.

53 In quo differant.
SEd Quæritur. Quæ differentia datur inter excommunicationem à iure, & ab homine? Reſpond. quòd excommunicatio ab homine expirat cum latore, vel quando mouetur ab officio. Vnde mandata Epiſcopi, & Viſitatorum in Diœceſi, expirant cum Epiſcopo, vel quando mouetur ab Epiſcopatu. Qui tamen incurrerat excõmunicationem, antequam periret Epiſcopus, excommunicatus manet donec abſoluatur.

¶ Et hinc olim erat opinio Nauar. c. 27. nume. 40. & 41. & Soti. 4. diſt. 22. q. 2. ar. 3. Excommunicationes Bullæ Cęnæ expirare mortuo Papa: At vero Pius V. & Gregor. XIII. decreuerunt in Bulla Cœnæ, quòd tales excõmunicationes durent, & valeant donec alius Papa alias conſtituat in ſua Bulla, Idem fecit hoc anno 1586. S. D. N. Papa Sixtus. V. Excommunicationes autem à iure in perpetuum durant, quouſque ius illud reuocetur, vel antiquetur. Gl. in c. A nobis, de ſen ten. excom. quam ſequũtur Hoſt. Abb. Feli. Innoc. & alii Canoniſtæ. D. Ant. 3. par. tit. 24. c. 74. Sot. 4. diſt. 22. q. 2. ar. 3. Nauar. c. 27. num. 2. Ledeſm. 2. par. q. 23. & de hoc. infra. in Bulla Cœnæ. nu. 129. 54 Excommunicatio a iure perpetua.

TErtiò. Diuiditur excommunicatio in iuſtam, & in iniuſtã, de qua diuiſione. Gl. & Doct. in c. ſententia. 11. q. 3. (vbi D. Greg. homil. 26. in Euang. ait: Sententia Paſtoris iuſta, vel iniuſta timenda eſt,) & Canoniſtæ. in c. Per tuas. & c. Sacro. de ſent. excom. Sot. & Ledeſ. ſupra. arti. 4. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 7. nu. 5. & §. 11. nu. 12. Nauar. c. 25. nu. 3. & 4. Caiet. 2. 2. q. 70. ar. 4. & in opuſ. tract. 10. q. 2. de effectu. Excom. Silu. Excomm. 2. q. 1. & 2. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 76. S. Thom. Palud. Duran. Maior. 4. d. 18. q. 1. & 2. 55 Diuiditur in iuſtam, & in iniuſtam.

SEntentia iuſta dicitur illa, quę fertur à legitimo iudice ob iuſtam cauſam, ſeruatis debito ordine, & fine, ita omnes ſupra. Iniuſta eſt illa, cui deeſt aliqua ex cõditionibus aſſignatis excommunicationis iuſtæ. 56 Iuſta qualis? Iniuſta qualis?

QVarto. Excommunicatio iniuſta diuiditur in excommunicationem iniuſtam, quæ eſt nulla, & in excommunicationẽ iniuſtam, quæ eſt valida ipſo iure. 57 Iniuſta diuiditur.

¶ Excommunicatio iniuſta nulla eſt quintuplex, vt notat Gl. in cap. Præſenti. de ſent. excom. Silu. tamẽ ſupra, illas ad quindecim reducit; ſed communis ſententia diuidit illas in quinque. Iniuſta nulla quotuplex.

Prima. Quando fertur à non iudice;

dice; vel quando, eſto ſit iudex, eſt tamen excommunicatus, & nominatim denunciatus publicè.

Secunda. Quando excommunicatio fertur contra tenorem priuilegiorum, vt habetur c. Quando. de priuileg.

Tertia. Excommunicatio fertur poſt legitimam appellationem. c. per tuas. de ſent. excom. c. Ad præſentiam. de appel.

Quarta. Quando continet expreſsè errorem intolerabilem, vt ſi quis excommunicetur, quia non facit aliquod malum. c. Venerabilibus. de ſent. excom. lib 6.

Participantes excõicatus, &c.

Quinta. Quando iudex communicat participãtes cum excommunicato à ſe, non tamen eos nominat expreſsè. c. Præſenti. c. Conſultationum, alias Conſtitutionum. de ſent. excom. ſi verò excommunicet participantes cum excõmunicato ab alio; non eſt opus cõmunicantes nominare expreſsè, ſed ſat eſt generaliter.

60 V. requiratur nominare participantes.

Sed dubium eſt, quia videmus nequaquam vſu, & more obſeruari, vt participantes cum excõmunicato nominentur ſpeciatim, ſed generaliter nominantur, ergo ius iſtud iam eſt abolitum? & ita Hoſt. & Pan. quos citat Couar. ſupra. §. 3. nu. 6. aſſerunt; nõ eſſe iam opus exprimere nominatim participantes, ſed ſatis eſſe generaliter exprimere. Nauar. tamen Reſ. Primo ius iſtud ſeruari in Luſitania. Secũdo Reſp. Sicut iudices de more habent non nominare expreſsè participãtes; ita, & ipſi participantes de more habent non ſe gerere tãquam excommunicatos. Couar. verò Hoſt. & Pan. ferè cũ Nauarr. conſentiunt. Sed ait Couar. ſufficere huiuſmodi conſuetudinem excommunicandi generaliter, vt poſtea feratur excommunicatio maior propter inobedientiam.

61 Excom. iniuſta nulla nullos habet effect.

Nota tamen, huiuſmodi excõmunicationem iniuſtam nullam, nullos habere effectus excommunicationis, quia non priuat participatione ſacramẽtorum, nec electione ad beneficium. Aduertunt tamen Doctores talem excommunicatum propter ſcandalũ debere ſe abſtinere à Diuinis, quouſq; innoteſcat Populo illam excommunicationem fuiſſe iniuſtam nullã.

62 Iniuſta ualida.

Altera excommunicatio eſt iniuſta, ſed valida, quæ diuiditur in iniuſtã accidentaliter, quia deeſt illi aliqua conditio: & in iniuſta ſubſtantialiter, quia deeſt cauſa, quæ eſt veluti anima. Excõmunicatio, primo modo contingit tripliciter, Primo. Quando excommunicatio iuſta eſt ſecundum ius, ſed iudex excommunicat animo maleuolo.

63 Secundo, Quando deeſt modus iuris in excommunicatione ferenda; qui modus duplex eſt. Primus, vt excommunicatio feratur in ſcriptis. Alter, vt excommunicatio feratur poſt trinam monitionem, vel vnam tribus æquiualentem. c. ſacro. c. Medicinalis. de ſent. excõ. De his ergo excommunicationibus communis ſententia eſt, omnes eſſe validas.

64 De excõicatione iniuſta ſubſtantialiter.

Difficultas eſt de excommunicatione iniuſta ſubſtantialiter, quando quis eſt innocens, & non eſt cauſa qua excõicetur, nam (vt diximus, & videbimus) excõmunicatio maior non poteſt ferri, niſi propter peccatum mortale.

Prima. Sententia dicit talem excõmunicationem ligare. Vnde excommunicatio habebit ſuos effectus,

ctus, de quibus ſupra. Maximè (ait iſta ſententia,) quòd ſi ſit clericus, & exerceat ordinem ſacrum, manet irregularis. ita Silu. excommunicatio. 2. S. Th. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 1. ad 4. Hoſt. & plerique Canoniſtæ. in c. Per tuas. de ſent. excom. Palu. 4. diſt. 18. q. 1. art. 3. & quantum ad irregularitatem, etiam hoc concedit Couar. videtur fauere Ale. 4. q. 81. num. 2. Probatur: Quia excommunicatio hæc, ſecundum iura, eſt valida, vt in c. per tuas. ergo ſortitur ſuum effectum? ergo &c.

Confirmatur. Excommunicatio indiget abſolutione, vt d. cap. Per tuas, ergo ligauit.

Confirmatur Secundo. Non obſtat, ſi quis dicat crudele videri, hominem innocentē excommunicari; nā propter bonum cōmune, & diſciplinam eccleſiaſticam non inconuenit innocentem ligari.

¶ Et patet a ſimili, nam iudex ſęcularis tenetur (ſecundum D. Th. & Doct.) hominem innocentem punire ſecundū allegata, & probata.

¶ Item innocentes interdicuntur, ſecundum communem, vt infra de interdict.

Sententia contraria eſt, quòd licèt excommunicatio ſit valida, nō tamen habet effectum. Vnde dicūt huiuſmodi excommunicationem penè eſſe nullam. ita Abb. in c. Ex parte. de Officio ord. Card. ibid. in c. Quod ſuper. de fide inſtrum. Decius in c. cū venerabilis. de except. late Adria. quodlib. 6. Caiet. 2. 2. q. 70. ar. 4. Sot. 4. diſt. 22. q. 2. arti. 3. & 4. Maior, & Ledeſ. 4. diſtin. 18. q. 2. D. Ant. citatus, Palud. & Ricard. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 7. Turrecrem. in c. ſi quis Epiſcopus. 11. q. 3. Ioan. Arboreus. in lib. 5. ſuæ Theoſophiæ. c. 2. Et quantum ad ſuffragia Eccleſiæ idem dicit Couarr. 1. par. §. 7. nu. 5. Pro qua ſententia vide argumenta apud Adr. Ledeſ. & Sotum. Qui omnes fundantur hac ratione: Nō eſt credendum de pietate eccleſiæ velle tanto damno afficere innocētem, qui propter malitiam accuſatus eſt. Item, quia Chriſtus dedit eccleſiæ autoritatem excommunicandi, non in deſtructionem, ſed in ædificationem. Item, ſententia iniuſta (ait D. Tho.) non eſt ſententia, ſed prouerſio iudicij: ergo iſta non erit ſententia. Pro ſolutione, ſit. *Poteſtas eccleſiæ i ędificationē.*

PRima Concluſio. Excommunicatio iniuſta ſubſtātialiter, ſed iuſta ſecundum allegata, & probata, timenda eſt, & talis excommunicatus tenetur ſe abſtinere à diuinis, & ſe gerere publicè tanquam excommunicatus. Quæ concluſio eſt communis, & probatur. c. Sententia. 11. q. 3. Alioquin daretur occaſio contemnendi eccleſiæ diſciplinam. 68 *Exco. iniuſta timenda, &c.*

Secunda Concluſio. Talis excōmunicatus tenetur quærere remedia iuris, vel appellando, vel manifeſtando innocentiam.

Tertia Concluſio. Si iſte talis ſe immiſceat ſacris, & non obediat excommunicationi iudicis; peccat mortaliter.

Quarta Concluſio. In ſecreto loco, vel in publico ſine ſcandalo poteſt intereſſe diuinis, & celebrare ſine peccato. Ita Doctores Secundæ ſententiæ. *Excommunicatus iniuſte, quid poſſit, vel nō facere.*

Quinta Concluſio. Siue cū ſcandalo, ſiue ſine illo celebret publicè, non incurrit irregularitatem. Quæ omnia intellige, quando euidens eſt, talem excommunicatum eſſe innocentem, nam ſi res eſt dubia, licèt in re non habeat cauſam 69 *V. incurrat irregularitatem.*

excom-

excommunicationis, tenetur pare re; & ſi celebrat, vel exercet ordinem ſacrum, ſit irregularis. Hanc ſententiam tenet Nauar. capit. 27. nu. 3. 4. & 5.

70 In quibus ſit prohibita participatio cum excom.

QVæritur. An prohibita ſit fidelibus participatio, & Communicatio cum excommunicatis, & in quibus? Reſpō. Affirmatiue, ex iure. Eſt tamen differentia inter antiqua iura, & ius nouum: nam, ſecundum iura antiqua, tempore. S. Thomæ, non licebat participare cum excommunicato, ſiue eſſet occultus, ſiue manifeſtus; ſiue denunciatus, ſiue non; ſed excommunicatus ſecretè, erat vitandus. At verò anno 1400. tempore Martini Papę V. & Sigiſmundi Imperatoris in Concilio Conſtantienſi edita eſt conſtitutio, vt non teneantur fideles vitare excommunicatos, ſiue in diuinis, ſiue extra, præterquam in duobus caſibus. Primo quando excommunicatus eſt nominatim, & publice denunciatus. Secundo quando quis eſt manifeſtus percuſſor Clerici, licèt non ſit denunciatus.

Extrauag. Ad euitanda.

72 NOta tamen poſtea in Concil. Baſilienſi. ſeſſ 21. editam fuiſſe eandem conſtitutionem verbis generalioribus; ita vt compræhendat plures excommunicatos vitandos. Cuius cōſtitutionis meminit. S. Ant. 3. par. ti. 25. c. 3. refert Caiet. ſumma propè finem. Felin. in cap. Rodul. de Reſcript. & Pragmatica Sanctio facta in Concilio Bituricenſi, titulo de excommunicato non vitando.

Differūt extrauagans Conc. Conſtant. & Baſilien.

Differunt ergo Concil. Conſtantienſe, & Baſilienſe, nam conſtitutio Conc. Conſtantien. tantùm pręcipit vitare duo excommunicatorum genera. (vt dictum eſt) Conc. autem Baſilie. præcipit vitare omnem excommunicatum notoriū; & manifeſtum.

Hinc factum eſt, vt Doctores in cōtrariam ſententiam abierunt in hac quæſtione: quodnam Concilium ſequendum ſit?

73 Qualis litera ſequēda ſ Extrauag. Ad euitanda.

MVlti dicunt ſequendum eſſe Baſilienſe. Ita Nauarr. c. 1. §. Laboret. nu. 10. de Pœnit. diſt. 1. & in Manual, c. 27. nu. 35. Silu. excō. 5. q. 7. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 2. nu. 7. Felin. & alii. Prob. Primo Cōſtitutio Concil. Baſil. eſt poſterior, & coarctat conſtitutionem Conc. Conſtant. Secundo confirmatur: nā ſeſſio iſta, in qua edita eſt hæc conſtitutio confirmata eſt ab Eugen. 4. Tertio: conſtitutio iſta confirmata eſt in Concil. Bituricenſi Galliæ. Quarto Concilium Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ. 11. idem confirmat. Vltimo (meo iudicio, vrget,) quod patet ſummos Pont. voluiſſe dictam conſtitutionem obſeruari. In multis enim priuilegijs ordini S. Benedicti conceſſis per Eugenium IIII. & alios ſum. Pont. conceditur Monachis, vt poſſint abſq; vlla excommunicatione cōmunicare (etiam in diuinis) cum excommunicatis, niſi ſint ſpecialiter denuntiati. Ergo ſi hoc poſſent per Concilium Conſtantienſe, vacuum eſſet hoc in priuilegiis concedere?

74 De Concil. Conſtant.

COntrarium tamen ſententiā immò ſeruandum eſſe Conc. Conſtant. tenent multi Doctores; D. Anto. ſup. Caiet. ſumma verbo. excommunicatio ad fin. Sot. 4. diſ. 22. q. 1. ar. 2. Ledeſ. 2. par. q. 25. ar. 1. Victor. in ſumma in fine de excō. Ioann. Maior. 4. diſt. 18. q. 3. Adr. 4. de cōfeſſione. q. 9. & de Clauibus. q. 3. Driedon. de Libert. Chriſtiana,

na,pagina 88. & Silu.reuocat ſententiam in ſuo Cōflactorio in ſua Epiſtola;ad finem.Turre Crem.in ſumma,de eccleſia, vbi ait conſtitutionem Concil.Baſilien. editam fuiſſe poſt concilii reuocationem. Et ſic, Conc. Conſtantienſe nobis amplectendum eſt. Quod vſum, & morem vniuerſi ſeruare ait Nauarr.ſupra.& Flores Theol.q.diſt. 18.q.vnica.ar.3.

Ad Argumenta oppoſita?Reſp. Eſto Conc.Baſil. fuerit poſterius; tamen (vt ait Turre Crem. qui dicto Concilio interfuit,) conſtitutio illa edita fuit, poſtquam dictū Conc.erat diſſolutum per Papam.

Ad Conc.Lateran.Reſpō. Plura decreta illius Concilij, (vt ait Caietan. in ſumma, & Miranda Archiepiſcopus Toletan.) non ſunt vſu recepta.

Ad priuilegia ordinis S. Benedicti,Reſp.Summos Pont. (forſan) hoc conceſſiſſe ad tollendos ſcrupulos ſuper hac opinione.

75 Quis excō municatus vitandus.

PRo cuius conſtitutionis Conc. Conſtant. (quæ incipit:Ad euitanda ſcandala) maiori intelligētia Not. Primo non ſatis eſſe,vt teneamur vitare excommunicatū, certò conſtare nobis de tali excōmunicato; nec eſſe excommunicatum nominatim;ſed requiritur,vt ſit denūtiatus,& publicatus,& ſic ſeruatur hodie, vt ait Couar.

Hinc colligitur erraſſe Adrianum,& Ioan.Medina.C.de pœnit. tractat.2.q.5.de confeſſione facta excommunicato, qui oppoſitum in hac opinione tenuerunt.Niſi dicamus aliam conſtit.ſequutos.

76 Cōſtitutio ad euitāda nō releuat ipſos &c.

SEcundo.Nota huiuſmodi conſtitutionem Conſtant. vel Baſil. nullo modo releuare ipſos excommunicatos.Facta eſt enim tantùm in fauorem fidelium, vt habetur in Conc.Baſil.

HIc colligitur, iuxta omnes Doctores, perinde peccare excommunicatos, ſi ſe immiſceāt participationi fidelium,atque peccabant ante dictam conſtitutionē. 77 Excōicati tenent &c.

SEd Quæritur. Si perinde peccant excommunicati modo cōmunicando cum fidelibus, atque olim ante conſtitutionem; ſequitur peccare etiam fideles communicando cum excommunicato nō denuntiato, & ita non proderit cōſtitutio. 78 V. Fidelis peccent cō. municādo cū excōmunicatis? & quādo ſic, vel non.

Probatur ſi enim excommunicatus peccat loquendo mecum:ergo & ego, quia etiā cooperor peccato illius?Caiet. & D.Ant.ſupra, affirmāt excommunicatum perinde peccare,ac ante conſtitutionē? Reſp. Nihilominus cum Ledeſm. & Soto.cū diſtinctione. Aut enim fidelis ipſe prius incipit communicare cum excommunicato, aut è diuerſo; ſi ſit primus, neuter peccat;Quia fidelis habet priuilegiū: excommunicatus ſimiliter nō peccat,reſpondendo, quod cōceditur illi in fauorem fidelis. Quando verò,ipſe excommunicatus prior incipit communicare cum fideli,peccat, ſicut olim. Quod intellige de communione ciuili.

MAius tamen dubium eſt, de communicatione in diuinis, An poſſim petere à clerico excommunicato, ſed nominatim denuntiato,ſacramenta, vel ſi excommunicatus, ſed non publicatus petat ſacramenta?Reſp.Primo. Conſtare inter Doctores, nos poſſe communicare cum excommunicatis, in diuinis, & recipere ſacramenta,& audire ſacra ab illis.Quod intellige ſi ipſi excōmunicati ſe introdu- 79 De cōmunicatione in diuinis.

[I]nduxerint in celebrando. Aliud eſt enim, ſi nos petamus, vt celebrent; vel vt nobis miniſtrent ſacramenta. Si verò ſacerdos excommunicatus, ſed non denuntiatus, eſt meus parochus; licet petere ab illo ſacramenta, ita Sot.4.diſtin.1. quæſt.5.articul.6.& diſtin.22.q.1. articul.2. Nec tunc peccat excommunicatus parochus, modo ipſum pœniteat de peccato, pro quo eſt excommunicatus, & curet abſolutionem. Et hoc conceditur excõicatis, in gratiam ipſorũ fideliũ.

80 An liceat miniſtrare ſacram excõicatis nõ denuntiatis?

QVæritur. An liceat miniſtrare Sacramenta excommunicatis non denuntiatis? Reſpon. quòd ſic, probatur ex Conc. Conſtant. non eſſe vitandum talẽ excommunicatum, etiam in diuinis, ergo. Siluef. Excommunicatio. 5.q.4. affirmat. Econtra eſt aliud argumentum: Iure diuino, & naturali illicitum eſt ſanctum dare canibus, ergo? Reſpon. cum Adr.q.3. de clauibus, & Couarr. ſupra. §.2. in fin. cum Sot.4. diſt.22.q.1.art.2. & Ledeſ.2.par.q.25.arti.1. Primò, ſi tantùm attendamus conſtitutionem Concilij Conſtant. non peccat, virtute illius miniſtrando ſacramenta. Secundo, ſi attendamus ius diuinum, & naturale, tunc diſtinguendum. Si petat publicè, & ille eſt excommunicatus occultus, nõ peccat ſacerdos miniſtrando, propter ſcandalum. Si vero in occulto accedit, vel publicè, & eius excommunicatio eſt publica, tunc non licèt miniſtrare ſacramẽta, vt diximus, ſupra de ſacram. in genere. in 1.par.

81 Prohibita excommunicatis.

NOta prçterea, non licere cõicare cum excõmunicato denuntiato, vel manifeſto percuſſore Clerici, in his quæ ſequuntur.

Pars Secunda.

Os, Orare, Vale, Communio, Menſa negatur.
Si quis pro delicto Anathema efficiatur.

Quos verſiculos Primo poſuit Gl.c.Statuimus. de ſenten.excom. lib.6.& poſtea omnes.

OS: Primo negatur oſculum pacis, & amplexus. Secundo negatur locutio per ſe ipſum, vel per nuntium, & literas actiuè, & paſſiuè.i. mittendo, vel recipiendo, niſi ad ſalutem animę eius pertineat, vt illi conſulat, vel coram illo prædicet, vel Theologiam legat, quia hæc ad illius correctionem ſpectant. 82 Os declaratur.

ORare. Primo prohibetur orare cum excommunicato oratione publica.i. non licet audire Miſſam cum eo ſimul, nec intereſſe ſimul diuinis, nec recitare horas Canonicas cum illo: communis contra Duran.* Facit expreſſe. Canon. 20 Apoſtolorum, vbi ſic habetur: ſi quis cum excommunicato, licet in domo preces coniunxerit, iſte communione priuatur. 83 Orare, explicatur.

SEd an liceat intra eadem eccleſiam audire Miſſam in alio Sacello, vel capella; excõicato audiẽte in alia? Reſp. ꝙ ſic, Ledeſ. Caiet. & Armilla, & Nauar. & omnes. 84 V. Liceat [in] eadem eccleſia.

QVæritur. V. ſit communicare cum excommunicato, ſi excõicatus tranſit obiter per eccleſiam, dum ego audio ſacrum, licèt aliquãtulum oret? Item, ſi ſit in aliqua parte eccleſiæ negociando? Reſp. cum Caiet. & Armil. nõ eſſe hoc cõicare, quia parum pro nihilo reputatur, ita ſi ſit negociãdo, nõ eſt adeſſe ſacris formaliter, ſed tantùm materialiter. Poteſt tamen intereſſe Cõcioni, & lectioni 85 Quæ oratio conceda[tur]?

De concione, oratione angelica &c.

ſacræ ſcripturæ,& poteſt cum illo recitari Oratio Angelica, in meridie,& nocte, cum pulſatur . Nau. & omnes .

86 Voc uerbo uale, quid?

VAle:per hoc prohibetur ſalutatio,& reſalutatio.Quidam dicunt non prohiberi detegere caput,vel aſſurgere, abſque vllo verbo, quia non eſt locutio vocalis. Item, quia pœnæ non ſunt extendendæ, ſed reſtringēdæ,ergo cum aperire caput non ſit ſalutatio, nō eſt prohibendum,tanquam ſalutatio?Ita Ang.excom.8.nu.4. S.Ant. 3.par.tit.25.c.2.Armil. excom. nu. 41.Sot.4.diſtin.22.q.1.ar.4.Maior. 4.q.18.art.2.Contraria eſt communior,vt ait Silu.Excom.5. & ſequitur Nauar.c.27.nume.19.Et probatur. Quia in communi hominum conuictu,& politia aperire caput, & aſſurgere ſunt ſigna communicationis politicæ, ergo prohibentur?Reſpō.hanc ſententiam communiorem eſſe veriorem,primam tamen, probabilem ſatis iudico, & Nauar. illam dicit ſuſtineri poſſe, dummodo apertio capitis non fiat animo ſalutandi.

Aperire caput V,ſit ſalutare.

87 Scribere ex cōicato, qualiter.

NOta,quòd quando quis ſcribit excommunicato, in caſu conceſſo, non eſt ponenda conſueta ſalutatio; ſed poteſt poni,ſpiritum conſilij ſanioris:& quando ſalutat quempiam excommunicatus, poteſt reſponderi : Deus vos emendet, vel ſimilia.S.Ant. quem refert, & ſequitur Armil. excommunicatio.nu.40.& alij.

88 Sub verbo, cōmunio, quid prohibeatur, vel cōcedatur?

COmmunio. Prohibetur primo participatio ſacramentorum actiuè,& paſſiuè.Secundo cōmunicatio cuiuſcunque contractus,electionis, aut iudicij, & cæterorum, quæ iuridicè fiunt. Not. tamē quòd ſi quis ſit in eadem domo, vel camera cum excommunicato,pro diuerſo negotio, non dicitur participare cum excommunicato,ſecūdum Inn. quem refert, & ſequitur Armil.nu.24.

89 Sub nomine, menſæ, qd ueniat.

MEnſa. Prohibetur quis comedere cum excommunicato, vtcunque fiat inuitatio,in vna,vel diuerſis menſis.Poteſt tamen in eadem domo, & in eadem camera comedere ; dummodo non fuerit inuitatus ad conuiuiū. Guilier. quem refert, & ſequitur Armil. nu.43.Flores Theolo.q.de excom. Nauar.c.27.nu.20.

Quid ſi excōicatus in conuiuio ſit?

Quid,ſi quis in aliquo hoſpitio iter agens,& ſtans ad menſam,accedēs excommunicatus, ſedeat in eadem mēſa, vel in diuerſa ad māducandum?Reſpon.Illud non eſſe communicare in menſa, nam ſi diuerſis Menſis ſedeant, patet non communicare, ſi vero ſedeant in eadem menſa, illud eſſet diuerſa prandia formaliter ſumere, licet idem prandium materialiter.

90 Quod peccatum cōicare cū excōicato?

QVæritur. Quod peccatū erit communicare cum ſupradicto excommunicato notoriè denuntiato, vel publico clerici percuſſore?Reſp. Communiter loquendo, tantùm eſſe veniale peccatum, vt ait S.Tho.4.diſt.18.q.2. Hoſt.in ſum.tit.De excommunicatione.§.2. & omnes alij, maximè Canoniſtæ.i c.ſacris.de ijs quæ vi.

91 An aliquo caſu ſit mortale?

QVæritur. An aliquo caſu ſit mortale peccatum cum tali communicare?Reſp. ꝙ in aliquibus caſibus erit tale. Silueſt. verbo.Excommunicatio.5.vbi plures enumerat. Nauarr.c.27.nu.28. Sex tantum aſſignat,& Sot.4.diſt. 22.q.2.artic.4. quatuor enumerat. Couarr.tamen,in c.Alma.1.par.§. 3.num.7.ad tres caſus omnes alios reducit.

reducit. ¶ Primus ergo caſus, ſecundum omnes, eſt communicare in diuinis cum tali excommunicato, vt dictum eſt.

92 V. Sit mortale dicere horas cum excõicato?

QVæritur. Vtrum ſit mortale peccatum dicere horas canonicas priuatim, & ſecretò cum excõmunicato, qui ad eas tenetur? Communis ſententia ait hoc eſſe communicare in diuinis, & peccare mortaliter. Nam etiã, ſi iſtæ horæ Canonicæ priuatim recitẽtur ab excommunicato, qui ad id tenetur, eſt tamen oratio publica, & iſte recitat, vt publicus miniſter Eccleſię. Nihilominus Couar. ſupra. ait fortè non eſſe peccatum mort. recitare priuatim horas cũ excommunicato; quia tũc (ait) eſt peccatum mort. communicare in illis actibus diuinis, qui prohibentur excõmunicato, vt audire Miſſam, & celebrare, quæ illi prohibetur. At verò, recitare horas nõ prohibetur, & ſic licebit recitare ſimul cum illo. Quæ opinio, quàm plurimum mihi placet, iuriq; videtur conformis, maximè ob tanti Auctoris dignitatem.

93 QVæritur. V. Excõicatus recitans horas ſolus, poſſit dicere Dominus vobiſcum? Reſp. Primo, Excommunicatum teneri dicere horas. Communis. Secundo, non debet dicere: Dominus vobiſcũ, quia illud eſſet iam cõmunicare. S. Ant. 3. par. tit. 25. c. 2. Nauar. & alij.

94 Cõicare in crimine crimenoſo.

SEcundus caſus, quod eſt mort. peccatum communicare cum excõmunicato in crimine criminoſo, propter quod quis eſt excommunicatus, vt qui ſuadet alicui ne obediat excommunicationi datæ propter aliquod peccatũ, vel ſi quis ſuadeat alicui ne eijciat cõcubinam propter excommunicationem, quia qui talia ſuadet, nouum peccatum committit.

95 Excõicatio participantium.

TErtius caſus eſt. Quando excommunicatio eſt participãtium, & nominatim.

96 Cõicare in cõtemptũ clauium.

QVartus, Quando quis communicat cum excommunicato in contemptum clauium. De quo vide Caiet. in ſum. verbo, contemptus. Pan. & alij addunt quintum caſum; quando quis frequẽter, & ſæpè frequentat communicare cũ excõicato, tunc peccat mort. quod non eſt abſolute tenendum; niſi quando illa frequẽtatio cõicationis generaret graue ſcãdalum. Vel quando talis frequentatio verteretur in contemptum cenſuræ.

97 Participãs cum excõ. quando incurret eandem.

QVæritur. V. Aliquando participans cum excõicato incurrat maiorem excommunicationẽ? Reſp. quòd ſic, in tribus caſibus.

Primus. Quando communicat in crimine criminoſo, ꝑpter quòd eſt excommunicatus, vt in c. Nuper. de ſent. excom.

Secundus. Quando clericus admittit ad diuina officia, & communicat cum excommunicato à Papa, & denuntiato.

Tertius. Quando data eſt excõmunicatio de participantibus debito modo De quibus caſibus, vltra alios vide Armil. excom.

98 Quid de participatione cum minori, &c.

QVæritur. Vtrum qui communicat cum excommunicatione minorem habente incurrat aliam? Reſpond. quòd non, nec communiter peccat mort. cõmunis vide infra, de excom. mino. nume. 11.

99 Qui excuſatur participando?

QVęritur. An aliqui excuſentur communicantes excommunicato denuntiato? Reſp. Excuſari omnes qui comprehenduntur in illo verſic.

B 2 Hæc

Hæc Anathema ſoluunt, ne poſſit obeſſe.
Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

De quibus omnes Summiſtæ. Angel. Silueſt. Armil. Corona confeſſorum, maximè Sot. Couarr. & Nauar. c. 27. nu. 26. Ideo quia dictorum verborum explicatio communis eſt, illa omitto, &c.

100 V. Filii excuſentur cõicãdo cũ patre excõ.

QVæritur, tantùm de verbo (lex.) V. excuſentur filij, vel tantùm mulier communicantes cum marito, vel patre excõmunicato? Reſp. Primo ſecundum omnes, excuſari maritum quo ad vxorem, & è contra quo ad debitũ coniugale. Secundo Reſpõ. ꝙ licèt aliqui auctores dicant, non licere marito communicare cum vxore, vel filijs excommunicatis, niſi in ijs, quę ad Matrimonium ſpectãt; vt ait D. Ant. 3. par. ti. 25. c. 1. Gofr. Raim. Silu. excommunicatio. 5. Armil. excommunicatio. num. 45. Couar. ſupra, & alij: Contraria tamẽ opinio eſt verior. ſ. licere marito communicare cum vxore in omnibus, & cõmunicare filijs, qui ſunt ſub eius poteſtate, non mancipatis. Ratio eſt, quia pater tenetur ſubuenire filijs, & vxori. Ita tenet Sot. 4. diſ. 22. q. 1. ar. 1. Ledeſ. 2. par. q. 25. ar. 1. Maior. in 4. diſtin. 18. Caiet. verbo. excommunicatio.

Pater tenetur ſubuenire filijs, & uxori.

101 Quid ſi immineat mortis periculum in participando?

QVæritur. V. Vſq; adeò teneãtur fideles excommunicatũ vitare, maximè in diuinis, vt etiam, ſi immineat mortis periculum, non liceat communicare, ſed potius mortem ſubire tanquã Martyres? Ratio Dubij eſt nam. c. Sacris. de ijs, quæ vi. habetur ꝙ potius eſt mors petenda, quàm communicare cum excõmunicato in diuinis, in quo. c. multi Doct. idem dicũt, & Adr. q. 3. de clauibus. Probatur. Nam peccatum eſt non vitare excommunicatum, maxime in diuinis, & videtur de iure diuino Matth. 18. ſit tibi tanquam ethnicus, &c. Ergo potius licet mortem ſubire, quàm communicare cũ excommunicato. Confir. Eccleſia poteſt obligare etiam cum periculo mortis, & patet, quia poteſt hoc Princeps, ergo à fortiori poteſt eccleſia, ſed maximum præceptum eſt vitare excom. ergo? Contrariũ tenent aliqui. Probatur, Nã mater Eccleſia non præcipit vitare excõmunicatos cum tanto rigore, maximè cum cognoſcat imbecillitatẽ, & hominum fragilitatem. Ita tenet Silue. Excommunicatio. 5. q. 4. Maior. 4. diſt. 19. q. 4. Nauarr. c. 27. nu. 36. Sot. 4. d. 22. q. 1. arti. 4. Ledeſ. ſup. q. 3. Couarr. in c. Alma mater. 1. par. §. 3. num. 9. Victoria in ſumma, in fi. Caiet. 2. 2. q. 76. Et hæc ſententia eſt communior. Pro reſolutione nota concluſiones.

Eccleſia nõ præcipit uitare excõ. cum mortis peric.

Prima Concluſio. Loquendo abſolutè, eccleſia poteſt obligare ſub periculo mortis, vt vitentur excõmunicati. Ita omnes Doctores.

Secũnda Concl. Eccleſia, de facto, ita non obligat eos ſic vitare.

Tertia Concl. In hoc caſu teneremur vitare excommunicatos cũ euidenti periculo mortis. ſ. vt cùm ille impius homo imperaret celebrare in cõtemptum Clauium, & poteſtatis Eccleſiaſticæ Ita Angel. Silu. Armil. Nauar. & alij. Ad texr. in c. Sacris. Reſpõ. intelligi in caſu huius tertiæ concluſionis.

QVæritur. De qua excommunicatione intelligatur, quo- 102 Excõicatio abſolute intelligitur maior.
tieſcunq; excõmunicatio à Canone, vel ab homine pfertur?

Reſp.

Reſp. Semper intelligi de maiori. c.Si quem.de ſenten.excom. maximè in iure nouo, quia olim erant multæ minores excommunicationes.Patet etiam, Quia Analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato.

103 Excõicatus quãto tempore uitandus?

QVæritur. Per quantum tempus ſit excommunicatus vitandus? Reſp.quòd excõmunicatus ſemper præſumitur talis,& debet vitari;donec cõſtet de abſolutione. Doctores in Gl.c.Propoſuit.de cler.excom.

104 Quãdo cõſtabit ď abſolutione?

QVæritur. Quando conſtabit de abſolutione? Reſpon. Primo, per ipſum inſtrumentum abſolutionis.Secundo per relationem proborum hominũ. Tertio ſi ipſe excommunicatus fide dignus, dicat iam ſe eſſe abſolutum, ita tenent omnes.

DE CAVSIS EXCOMmunicationis.

105 Excõicatio maior non fertur pro ueniali.

NOta in primis, nullum poſſe excommunicari pro actione, quæ nõ ſit mortale peccatum, nec excõicationem maiorẽ dari poſſe pro veniali actione. Communis, & colligitur ex ſcriptura, vt infra.

106 Excõm.maior non datur niſi ꝓ mort.

SEcundo excommunicatio à iure, vel ab homine nõ poteſt ferri, niſi pro peccato mortali.S.Th. Palud.Ricar.Maior.Duran.4.diſt. 18.q.3.Sot.diſt.22.q.1.ar.2.Ledeſ. 2.par.q.23.Nauar.c.27.num.9. Couar.in c.Alma.1.par.§.7.num.5.& §.12.Victor.de excom.Silue.excõ. 2.q.3.D.Ant.3.par.ti.24.c.27.Adr. q.3.de Clauibus.tex.in cap.Nemo Epiſcoporũ.11.q.3.c. Nullus.ibid. c.1.de iudic.c.ſacro. de ſent.excõ. capit.Romana eod.tit.6.Probatur Matth.18. Quia propter contumaciam excommunicantur.Probatur ratione. Excommunicatio eſt grauiſſima pœna omnium, quas habet eccleſia, infligitq; grauiſſima damna;ergo pro graui ſs.malo, id-eſt mort.peccato danda? Excõm.grauiſ. pœna.

107 Satis eſt ꝑceptum iudicis ad incurrend.excommu.

NEc eſt opus, vt incurratur excommunicatio,vt illud opus ob quod infligitur ſit ſuaptè natura peccatum mort. Sed ſatis eſt,vt præceptum iudicis efficiat illud opus neceſſarium, vt obliget iudex ſub peccato, vt epiſcopus,qui præcipit clericis intereſſe proceſſioni,&c.Docto.

108 Quid ſi qs corã Deo.

EX quo primo infertur, quòd non incurritur excommunicatio à iure, vel ab homine,quando quis coram Deo non peccauit mortaliter.

109 Quid quãdo quis nõ poteſt ſoluere &c.

SEcundo Quando fertur excõmunicatio contra eos qui furati ſunt bona aliena, qui furatus eſt,& non poteſt ſoluere, deſiderat tamen, non incurrit excommunicationem. Si autem poſtea, poſſit ſoluere, & non ſoluit;incurrit; quia durat vis excommunicationis.

Si autem quando lata fuit excõmunicatio potuit ſoluere, & noluit, poſtea vero factus eſt inops, & non poteſt, incurrit excommunicationẽ.Facit ad hoc tex. in c.ſuper eo.de Raptoribus. Cord.q.18.

110 Quid de accipiẽte tit. compenſationis.

TErtio ſi clam ſurripuit quis aliena titulo compẽſationis, quia debitor non vult ei ſoluere, & fertur excommunicatio, non incurrit,nec tenetur ſe manifeſtare. Neque hoc ſcientes, tenentur declarare. Quod eſt verum quando res eſt quidem liquida, & manifeſtum debitum: nam ſi eſt dubium debeatur ne, vel non, non licet. Communis.

111 Quid ſi p̃cipiat tit. compenſationis? QVid ſi excommunicatio præcipiat, vt manifeſtentur etiã furata titulo compenſatio nis? Ioann. Medin. dicit, ꝙ ſi ſurripiẽs poteſt illas res recuperare coram iudice, ꝙ tenetur reſpondere. Nihilominus. Sot. Silu. & alii aiũt, quòd licèt malè fecerit taliter recuperando res ſuas, & peccauerit lætaliter, quia cum habeat ſcripturas, quibus coram iudice poſſit recuperare bona, quæ ſibi debebantur, ipſe ſe conſtituit iudicem, & vſurpauit officium alienum; non tamen incurrit excommunicationem nec tenetur reſtituere, quia non ſurripuit aliena, ſed tantum bona propria. vide Cord. q. 63. 64. 65. 111. & 181.

112 De excõ. lata ſuper ſcript. &c. QVæritur. Quid ſi feratur excõmunicatio ſuper aliquas ſcripturas, quæ occultantur; An habens illas, etiamſi exhibitio illarum ſibi noceat, teneatur manifeſtare, & ſimiliter ſcientes? Reſp. Si conſtat in illis nihil eſſe, quod poſſit iuuare petenti, continentur tamen alia, quę poſſunt habenti nocere, non tenetur manifeſtare, nec id ſciens. At vero ſi illæ ſcripturæ continent aliquid, quod prodeſt petenti, etiam ſi habenti noceat, tenetur manifeſtare. Ita cõmunis iuriſtarum, & Theologorum, niſi res eſſet certa, detegentẽ ſcripturas habere iuſtitiã, & qui petit quęrere, vt faciat vexationẽ, tunc non manifeſtet.

113 Inobedientia requiritur ad exc. NOta quòd noñ tantùm requiritur peccatum mort. ad excommunicationẽ maiorem ferendam, & incurrendam; ſed etiam inobedientia, & contumatia. Vnde ſi feratur ſine inobedientia, & contumatia, irrita eſt ſecundum Iura, & Doct. ſupra & Matth. 18. Si eccleſiam non audierit. & c. Certum. 11. q. 3. & S. Th. 4. diſt. 18. q. 1. ait contumatiam requiri.

HInc colligitur contra Caiet. 2. 2. q. 69. nullum poſſe pro peccato prætertito excommunicari, cùm nulla præceſſerit admonitio. Dixit enim Caietan. poſſe eccleſiam excommunicare propter peccatum prętertitum, licèt id non habeat de more eccleſia. Ratio vero noſtræ ſententiæ eſt, quia nulla eſt contumatia, vbi non præceſſit monitio. 114 Excom. an poſſit ferri pro pecc. prꝛterito.

ITem, vt excommunicatio valida ſit, neceſſe eſt, vt præcedat aliqua monitio, alias non erit contumatia. 115 Monitio requiritur.

SEd nota, quòd quando in decretis Conciliorum, & Põtificum ponitur excommunicatio, non eſt neceſſaria admonitio. Quia ipſa lex, & Canon eſt admonitio communis omnium. 116 In decretis nulla requirit monitio.

QVæritur. Qualiter fieri debeat talis admonitio? Reſpõ. Iura ipſa pręcipiunt, vt ad excommunicationem ferendam, præcedat trina monitio, vel ſaltem vnica, cum interuallo ſex dierum, & in hoc eccleſia ſequuta eſt Chriſtum, Matth. 18. vbi tres ponũtur admonitiones. Notant Doctores, quãdo negocium vrget, ſolet tempus breuiari. ita c. Omnis. 16. q. 7. c. de presbyteris. 17. q. 4 c. Sacro. c. Cũ medicinalis. de ſenten. excom. vbi graues ponuntur pœnæ iudicibus. 117 Admonitio qualiter facienda.

QVæritur. V. Admonitio requiratur de eſſentia, ante excõmunicationem? Reſpon. quòd ſic, ſecundum Doct. quos refert, & ſequitur Silu. Excom. 1. q. 4. Nauarr. autem (qui. c. 27. nu. 11. ait validã eſſe excommunicationem ſine monitione, quamuis peccet iudex) intelligi 118 Admonitio an ſit de eſſentia.

telligi debet ſine trina, vel vna abſque ſpatio dierum.

119 Quomodo faciẽda de peccato futuro, &c.

Quæritur. Quomodo facienda admonitio de peccato pręterito, & de futuro? Reſp. ſecundum Silu. ſupra, quòd quando admonitio naſcitur ex præterito, admoneri debet talis, vt ſe corrigat, & emendet, vel reſtituat ſub pœna excom. Quando autem, ex peccato futuro, vt quando Prælatus præcipit, vel prohibet ſub pœna excommunicationis tale fieri, vel non. * Pro quo nota, quòd excommunicationis ſententia lata ſub illa conditione, & clauſula, ex nunc, non afficit ante conditionẽ, ſed ſuſpẽditur effectus ipſius. Gl. in Clemen. 1. verbo, ex tunc de cõceſ. præbend. quam ſequitur ibid. Cardin. in 1. opin. & Imol. col. 2. & Innoc. Hoſt. Abbas antiquus. Ioan. Andr. & alii multi, quos refert, & ſequitur Andr. Tiraq. de vtroque retractu. tit. de retract. conuentio. §. 2. gl. in 87.

120 Vt Iudex.

Quæritur. V. Iudex teneatur ſeruare ordinem iuris in excommunicatione ferẽda? Reſp. quòd ſic, & non ſeruans peccat mortaliter, ſecundum Silueſt. Couarr. Ledeſma. Nauar. & communem.

121 V. Pro quocunq; pec. mort. danda excom.

Quæritur. V. Pro quocunque peccato mort. danda ſit excommunicatio? Reſpon. ꝙ non, ſed tantùm pro graui, quando deſunt alia remedia; valida tamen erit, ſi pro quocunque mort. cum inobedientia detur.

Hinc inferunt Doctores, quàm temere, & contra antiqua iura faciant iudices, pro quacunque re excommunicationem dantes. Quapropter Concil. Tridẽ. ſeſſ. 25. c. 3. aliqua de hoc præcipit.

122 V. Creſcente contumacia creſcere debeat pœna.

Quæritur. V. Creſcente cõtumatia, creſcere debeat pœna? Reſp. ꝙ licèt omnes Doct. colligãt ex. c. Præterea, verſic. cleric. de iure patro. & c. Cùm contumatia. de Hæret. in 6. & in c. Cùm non ab homine. de Iudice. creſcente contumatia, pœnam eſſe augendam, fallit tamen hæc regula, in ſent. excõ. quæ etiam creſcente contumatia, debet tolli, ſecundum S. Th. 4. diſ. 18. & omnes in c. 1. de ſent. excõ. 6. Quæ fallentia habet alias duas, ſcilicet, ſi fuerit ſpes correctionis, & conuerſionis, & ſi fuerit ſententia excommunicationis ab homine, ſecus à iure ſecundum Palacios, Ruuinos in repet. Rub. de don. int. vir. & vxor. fol. 66. & ſingulariter Fel. in c. Apoſtolicæ. de exception.

Fallit hæc regula.

123 Quis poſſit excom.

Quæritur. Quis poteſt excõmunicare? Reſp. in hac quæſtione notandas eſſe concluſiones nõnullas, quæ ex S. Th. D. Bonau. Pal. Ricar. Maior. Sot. Nau. Couar. Ledeſ. Victor. & aliis colligi poſſunt.

Prima Concl. Papa, vniuerſale, ſeu Prouinciale Concilium legitimè congregatum, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Religionum Prælati, Generales, Prouinciales, Abbates, Priores, Guardiani, & omnes alii qui ordinariam, vel delegatam habent iuriſdictionem, poſſunt excõmunicare, colligitur ex. c. Cùm eccleſia. de maior. & obed.

Secunda Concluſ. Curati, licèt olim poterant excommunicare. c. Cum eccleſia, ſup. nunc autem cõtraria conſuetudine eſt abolitum. V. Curati

Tertia Concl. Prelatus etiam occultè excommunicatus excommunicare non poteſt, quamuis nõ ſit vitandus abſq; denuntiatione, hoc tenet Gl. in ſum. c. Audiuimus. 24. q. 1. ſed contrarium eſt verius. Na- Prelatus eſt cõicatus? &c.

uar.cap.27.nume.7.

Quarta Concl. Sententia Prælati excõicati erit valida, ſi ſui ſubditi id ignorant.c.Infames.3.q.7.

Et an ſi irregularis ſit? Quinta.Prælatus irregularis nõ priuatur poteſtate excommunicãdi, vt tenent omnes commu.& habetur, infra, de irregularitate.

124 Quis poſſit excõicari? QVæritur. Quis poſſit excommunicari? Reſp. Sequẽtibus concluſionibus.

Prima.Papa nullo modo excommunicari poteſt, niſi in duobus caſib⁹.ſ.in Hęreſi,& Apoſtaſia, Flor. Theolog.q.4.diſt.18.q.vnica.ar.4. Et de hac q. vide in Bulla Cœnæ. infra.nume.15.

Secunda Concluſio.Nullus ſibi æqualem excommunicare poteſt, Communis opinio.

Tertia Concluſio. Collegium, & vniuerſitas in generali, excommunicari non poteſt.Silueſ. verbo excommunicatio.1.§.3.& omnes, contra Ricar.& alios.

De mortuo excõicato. Quarta.Mortui pro criminibus in vita commiſſis excommunicari nõ poſſunt, quia iam ſunt extra eccleſiam, & nõ ſunt homines.Poterit nihilominus iudex declarare, dum viuerent, in excomm. inciſſe, tex.c.ſane.24.q.2.

¶ An Animalia,& Locuſtæ poſſint, vide Doctores.

125 Infinit⁹ (ferè) excõicationum numerus. *ANtequam excommunicationes Papæ, Epiſcopis, & alijs Prælatis reſeruatis ponamus, aduertere oportet duo. Primum excõmunicationum certum nõ poſſe dari numerum. Creſcente enim hominum malitia, Summorum Pontif. quotidie videmus (iuſtiſſimè quidem) excommunicationes pullulare. Quapropter omnes hucuſq; ex iure Canonico veteri, iureq; nouo Concilij Trid. alijſq; nouis extrauagãtibus colligere breuiſſimè procurabo, explicationem tamen earum Angelo, Syluestro, Caietano, Armillæ,& nouiſſimè Nauarro.c.27. relinquendo.Secundum.Quòd licèt excommunicationes Bullæ in Cœna Domini ſint principaliori loco ponẽdæ: eas tamen infra, in particulari tractatu explicabimus copioſius (fortè) quàm nullus alius.*

EXCOMMVNICATIONES Papæ reſeruatę extra Bullam in Cœna Domini.

EX DECRETO, ET Decretalibus colliguntur.

PRima.In c.ſi quis ſuadente.17.q.4.contra percutiẽtes clericũ. 126 Excõ.Papæ reſeruatę.

Secunda.In c.Mulieres.de ſent. exc. contra ad id conſilium dãtes.

Tertia.In cap.ſtuduiſti. de officio legati.& capit.ſane. de officio delega. contra excommunicatos à deleg. qui non poteſt abſolui tranſacto tempore.

Quarta. In c. Dura. de crimine falſi. Vbi Epiſcopo excommunicãte, defertur abſolutio ad Papam, ſi intra viginti dies Epiſcopo nõ obtemperauerint. Ex Decretalibus.

Quinta.In capit.Significauit.de ſenten.excommu.contra Clericos ſcienter participantes in diuinis cum excommunicatis nominatim à Papa.

Sexta.In c.Nuper. & c.ſi concubinæ.de ſent.excom. In communicantes ſcienter cum excommunicatis nominatis à Papa, dando conſilium &c.

Septi-

Septima. In c. Tua de ſenten. excom. vbi incendiarij excommunicati, & denunciati à Prælatis, tantùm à Papa abſoluuntur.

Octaua. In c. Conqueſtus de ſenten. excom. in ſacrilegos effringentes, & ſpoliantes eccleſias.

EX LIB. VI. DEcretalium.

127 Ex libro 6. Decretal. Nona. In cap. Fundamenta, de elect. Contra eligentes in Senatorem Romanum aliquem Imperatorem, Regem, Comitem, aut alium procerem, aut fratrem, aut dictorum filium, &c. vt ibidem.

Decima. In eod. c. Contra aſſentientes nominationi, & electioni Senatoris Rom. aut Gubernatoris & præfecti.

Vndecima. In c. Fœlicis de pœnis. Contra inſequentes, percutientes, vel capientes hoſtiliter Cardinales, uel auxilium, conſilium, vel fauorem dantes. Pius V. in ſuis conſtit. fol. 150. hoc extendit ad ſcientès quodlibet crimen in ipſos Cardin. commiſſum, vel committendum, & non reuelantes illud opportunè Papæ, vel Ordinario.

Duodecima. In ca. Quicunq; de ſenten. excommun. Contra dantes facultatem capiendi, interficiendi aut uexandi perſonas aliquorum, aut eorum facultates, aut ſuorum, eò quòd tulerunt excommunicationis, ſuſpenſionis, uel interdicti ſententiam contra Reges, & quoſcunque alios, & eorum miniſtros, &c.

EX CLEMENTINIS.

128 Ex Clemētinis. Decimatertia. In ca. ſi quis. de pœnit. Contra eum qui iniurioſè, uel temerè Epiſcopum aliquem percuſſerit, cęperit, uel bannierit. &c. facta eſt Bullæ Cęnæ.

Decimaquarta. In c. Multorum. §. Verum. de Hæret. contra Inquiſitores, & eorum miniſtros odio, gratia, uel quæſtu, aliovè commodo ductos, negligentes in officio ſuo, vel ſi falsò hæreſim imponūt.

Decimaquinta. In ca. Religioſi de priuileg. contra Religioſos ſine licentia præſumentes miniſtrare Sacramenta Extremæ Vnctio. Eucharistiæ, aut nuptias benedicere, aut abſoluere excommunicatos à Canone &c.

Decimaſexta. In c. Cupientes de pœnis. Contra Religioſos, & Clericos inducentes ad vouendum de accipienda ſepultura in ſuis Eccleſiis.

Decimaſeptima. In c. Graue. de ſent. excom. Contra prohibentes ne excommunicati denuntiati, ab Eccleſia exeant tempore Miſſæ, & Diuinorum.

Decimaoctaua. In eod. c. Contra excommunicatos, & interdictos inobedientes Sacerdoti, pręcipienti exire ab eccleſia dicto tempore.

Decimanona. In eod. ca. Contra Principes, & alios, cogentes directe, uel indirecte celebrare in eccleſia interdicta.

EX EXTRAV. ET CONcilijs.

Vigeſima in Extrau. de ſepult. Contra incidentes cadauera & in aqua coquentes, ut oſſa ſeparent à carnibus, & ſepeliant in alio loco. 129 Ex extrau. & cōciliis.

Vigeſimaprima. In Extrauag. Si Dominici, de pœn. & remiſſ. contra Violantes interdictum ab Apoſtolica ſede promulgatum.

Vigeſima-

Vigeſim aſecunda. In ead. Contra perſo nam Rom. Pontifi.

Vigeſi matertia. In ead. & in Extrau. Deteſtabile de Simon. & in multis aliis. Contra dantes, & accipientes aliqu id quomodocunq; Simoniacè in ordine ſuſcipiendo, vel beneficio conſequendo.

Vigeſimaquarta. In Extrauag. 1. & in ca. Sane de Simon. Contra dantes & accipientes aliquid pro ingreſſu Religionis.

Vigeſimaquinta. In Extrau. Viā ambitioſæ de Regular. Contra Religioſos Mendicantes tranſeuntes ad aliam Religionem non Mendicantem, ſine licentia Papæ, excepta Cartuſiæ.

Vigeſimaſexta. In Concil. Conſtantien. Seſſ. 41. c. Omnis ætas. Cōtra inuadentes, vel occupantes bona Cardinalium in conclaui exiſtentium, uel electi in Papam.

Vigeſimaſeptima. In Extrauag. Etſi Dominici de pœnit. & remiſſ. Contra confeſſores abſoluentes excommunicatos à caſibus, & cenſuris reſeruatis d. Extrauag.

Vigeſimaoctaua. In Extrauag. Graue nimis, & Conc. Trid. in fin. de iuſtificatione, & Pius V. in conſtitu. Super ſpecul. Contra eos qui dicunt peccare mortaliter, qui dicunt Virginem Mariam fuiſſe conceptam ſine peccato originali, & è contra.

Vigeſimanona. In ead. Cōtra habentes libros continentes contra ſupradicta.

Trigeſima. In Concil. Lateran. Seſſ. 5. ſub Iulio II Contra Cardinales in electione Papæ Simoniā committentes.

Trigeſimaprima. Ab Euge. IIII. & Bonif. VIII. Contra ingrediētes monaſteria Monialiū ordinis Minorum, & Dominicanorum, vt habetur in priuileg. Dominicanorum.

Trigeſimaſecunda. Ibid. Contrà facientes libellos famoſos, aliauè ſcripta contra ſtatum ordinis Minorum, ac Prædicatorum, uel ea componentes, habentes, ac in lucē emittentes.

Trigeſimatertia. In eod. Contra prædicantes, docentes, ac defendentes prædictos Religiōſos non eſſe in ſtatu perfectionis, uel non licere eis viuere de eleemoſynis, nec prædicare, nec audire confeſſiones cum licentia Papæ, ſine con ſenſu aliorum Prelatorum inferiorum, & alia complura.

Trigeſimaquarta. Ponitur à S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 30. Contra euntes ad ſanctum Domini Sepulchrum ſine licentia Papæ.

Trigeſimaquinta. In Conc. Lateran. ſub Leon. X. Seſſ. 9. Contra Cardinales reuelantes ea, quæ in conſiſtorio ſub ſpeciali præcepto iubentur ſecreta ſeruari.

Trigeſimaſexta. In eod. Seſſ. 11. Contra prædicantes miracula falſa, uel incerta, uel Prophetias in Biblia non contentas recitantes.

Trigeſimaſeptima. Ibid. Contra detrahentes in ſermonibus, Prælatis, Epiſcopis, & ſuperioribus, eorumque ſtatui.

Trigeſimaoctaua. In Extrauag. Munera. Pauli II. Contra quoſcunque officiales Papæ, (Præter Cardinales) in terris eccleſiæ exercentes quodcunque officium, accipiētes munera, præter comeſtibilia, & potabilia, quæ biduo conſumi poſſunt, & tenentur reſtituere, & etiam dantes.

Trigeſimanona. In ead. Seſſ. 11. Conc. Lateran. Contra aliquo modo

do vtentes pragmatica ibid. reprobata.

Quadrageſima. In Concil. Trid. Seſſ. 22. ca. 11. Contra omnes ſæculares impedientes loca, iuriſdictiones, bona, cenſus, ac fructus cuiuſcunq; Eccleſiæ, Monaſterii, uel loci pii. Vbi uide latius.

Quadrageſimaprima. In Extrauag. Cum ſicut. Pauli III. & Greg. XIII. contra non reddentes computa in Camera Apoſtolica integraliter.

Quadrageſimaſecunda. In Extrauag. Cum ſecundum. Paul. IIII. Contra tractantes, conſulentes, vel adiuuãtes, uel aliquo alio modo monentes de nouo Papa eligendo, viuente Papa. &c.

Quadrageſimatertia. In Extrau. Ea quæ. Pii IIII. Clementis VII. Iulii II. & Leon. X. Contra pugnãtes in Duello, Dominos (exceptis Regibus) dantes eis campum, auxilium præſtantes, eiſque intereſſentes. Idem de diffidatione omnino ſeruatur, ut ibi patet.

Quadrageſimaquarta. In Extrauag. Inter multiplices. Pii IIII. Cõtra prouiſos de parochialibus eccleſiis, vicariis perpetuis, à Papa, &c. & non adimplentes iuramenta fideiuſſoria, &c.

Quadrageſimaquinta. In Bulla ordini S. Benedicti conceſſa, quæ incipit: Etſi ad uniuerſas. Contra impedientes, prohibentes, uel moleſtantes perſonas non impeditas, volentes ingredi dictam Religionem.

Quadrageſimaſexta. In Bulla; Virtute conſpicuos. Iulii II. & in alia: Quãuis aliãs. Leon. X. & Sinceræ mentis Pauli III. Cõtra Clauſtrales recipientes, aut habitum ſuæ religionis dantes fratribus S. Franciſci de Paula profeſſis, ſine licentia Papæ, & eorum Generalis.

Quadrageſimaſeptima. In breui: Licet alias. Leon. X. Contra Tertiarios, Hæremitas, mulieres, aliosq; Religioſos portantes habitum Fratrum Sancti Franciſci de Paula.

Quadrageſimaoctaua. In Bulla; Cum ſicut, Paul. III. Contra fratres Minimos S. Franciſci de Paula, profeſſos, ſubtrahentes ſe ab obſeruantia, uel obedientia ſuorum Correctorum; portantes capuriũ longum poſt terminum eis præfixum.

Quadrageſimanona. In Bulla: Paſtoralis Officii. Pii V. Contra Fratres Minores de obſeruantia, qui in quibuſuis elect. & ante eas per ſex menſes, pro ſe, uel pro alio ſubornauerint, uel tales non detulerint.

Quinquageſima. Ibid. Contra eoſdem ad officium obtinendum, fauorem quorumuis extra religionem procurantes.

Quinquageſimaprima. In Extr. Solicitè. Greg. XI. Contra prouidẽtes alijs de beneficiis eccleſiaſticis, & aliquid inde capientes, uel ſibi promitti facientes directè, & illos qui nuntiant, uel noua portant.

Quinquageſimaſecunda. In Extrauag. Quia ſicut Vrb. VI. Contra bannientes, proſcribenteſque Clericos, &c. uel talia ſcribentes.

Quinquageſimatertia. In Extr. In eminentis. Eugenii IIII. Contra Ordinarios locorum, Officiales, Delegatos, &c. procedentes per Cenſuras contra ſuos ſubditos inſiſtentes in ſeruitio Papæ, vel Romæ, pro ſuis negociis moram trahentes

hentes uel ab ea recedentes.

Quinquageſimaquarta. Ibidē. Contra recipientes beneficia præ dictorum, quibus priuati ſunt in dictis negociis exiſtentes.

Quinquageſimaquinta. In Extr. cùm ſicut Innoc. VIII. Contra fin gentes ſe nepotes Cardinalium, aut aſſiſtentium commenſales familiares, vt literas Apoſtolicas gratis expediant.

Quinquageſimáſexta. In Extra. Romanum Pontif. Pij IIII. & Intolerabilis. Pii V. Contra eccleſias, eccleſiaſticaq; beneficia quæcunque in confidentiam retinentes, aut accipientes expreſsè, vel occultè.

Quinquageſimaſeptima. In Extrau. In ſublimi. Pij IIII. Contra officiales expedientes, aut concedentes in ſacra Pœnitentiaria, interdicta eis per bullam.

Quinquageſimaoctaua. In Extra. Vniuerſis. Pii IIII. idem ſtatuitur de officialibus officii Correctoris Cancellariæ, & contradictarum.

Quinquageſimanona. In Extr. Decori. Pij V. Contra Moniales exeuntes de clauſura, (quæ extenditur vſq; ad portam exteriorem per declarationem Grego. XIII.) dantes eis licentiam, comitantes eas, & receptantes.

Sexageſima. In conſtitu. Regul. Pii V. Contra mulieres etiam du ciſſas (poſt habitam notitiam huius prohibitionis) ingredientes quodlibet Monaſterium Regularium; Regulares autem introducentes, & admittentes prædictas mulieres ſunt ipſo facto ſuſpenſi a diuinis, & priuati officiis, quæ tunc obtinent, & inhabiles ad illa & alia omnia obtinenda, ſine alia declaratione ſequutura.

Sexageſimaprima. In Extrau. In omnibus. Pii V. Contra officiales ſacræ pœnitentiariæ accipientes aliquid etiam à ſponte dantibus, aut alias pro expeditionis celeritate, &c.

Sexageſimaſecunda. In Extrau. Durum nimis. Pij V. Contra accipientes priuilegio, vel conſuetudine aliquid ex fructibus primi, vel vlterioris anni beneficij vacantis. Epiſcopi ſuſpenduntur, à Papa abſoluendi, vide ibidem.

Sexageſimatertia. In Extr. Quā plenum. Pij V. Contra omnes Epiſcopis inferiores, proponentes populo indicem caſuum, & gratiarum, cum indulgentijs, ita quòd ſoluta certa quantitate poſſint ſibi ſumere ſacerdotem qui eos abſoluat à caſibus Epiſcopalibus. Epiſcopi autem incurrunt ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, & perceptione fructuum ad beneplacitum Papæ.

Sexageſimaquarta. In Bullis Pij V. & Greg. XIII. Cōtra omnes; qui cum vacauerit aliquod Caſtrum, terra, ſtatus &c. Romanæ Eccleſię tractauerunt alteri feudatario illa ſubijcere.

Sexageſimaquinta. In Extr. Ex ſupernæ Pij V. Contra Legatos, Gubernatores &c. homicidam, vel bannitum ad Ciuitatem reuocantes: nec per diem unum, uel noctem, etiam cum ſaluo conducto.

Sexageſimaſexta. ibid. Contra Barones, Dominos ac Ciues Roma. Eccleſiæ ſubiectos admittentes ſupra dictos in ſuis terris.

Sexageſimaſeptima. Ibidem, & Paul. II. Contra Dominos ſubditos Eccleſiæ Rom. in eorum diſtrictu

occi-

occidentes, vulnerantes, &c. Patrem, filium, aut fratrem vel propinquum, amicum vel domeſticũ propter vindicandam ſuam, amici, vel propinqui iniuriam.

Sexageſimaoctaua. In conſtitutionibus Pii II. Pauli II. Iulii II. Sixti IIII. Leo X. Clemen. VII. Pii IIII. & Pii V. Contra proceres ac Dominos, ſeu temporales Vicarios Regni Siciliæ citra Pharum, & aliarũ partium Romanæ Eccle. ſubiectarum; homicidas, & bannitos Roma. Eccleſiæ receptantes, protegẽtes, vel auxilium, conſilium, uel fauorem dantes.

Sexageſimanona. In Extr. Licèt omnibus. Pij V. Contra capientes in ſeruos Chriſtianos habitantes in terris occupatis à Turcis.

Septuageſima. In Bulla Grego. XIII. Contra ingredientes Monaſteria Monialium cuiuſuis ordinis ſine cauſa neceſſaria, etiam cum licentia Epiſcopi. hic reſeruatur Papæ, licèt in Concil. Triden. nemini reſeruetur.

EX COMMVN. EPISCOpis de iure reſeruatæ.

130 Excõm. a iure reſerua tæ Epis.

PRima in c. mulieres de ſenten. excom. Cõtra mulieres cuiuſcunque conditionis clericos, uel Monacos verberantes.

Secunda. In c. peruenit de ſent. excom. Contra percutientes leuiter prædictos Clericos, & Monacos.

Tertia. Contra omnes, qui iudicio Epiſcopi videntur nõ poſſe ad Sedem Apoſt. venire. Innoc. IIII. in c. Quamuis de ſent. excom. in omnibus caſibus in quibus illam adire tenebantur, ſecundum Nauarr. c. 27. nu. 90.

EXCOMMVNICATIONES, per Synodalia, vel Prouincialia Decreta Epiſcopis reſeruatæ.

131 Excõm. Synodales epiſc. reſeruatæ.

QVarta. Excommunicatio Papalis, cuius abſolutio, ob aliquod iuſtum impedimentũ, conceditur inferiori. Quia tunc pertinet ad Epiſcopum, non ad alium inferiorem. Innoc. c. Monachi de ſenten. excom.

Quinta. Scienter participantes excommunicato nominatim ab Epiſcopo, in crimine ob quod eſt excommunicatus, ſi illius excommunicati prius abſolutionem ſibi reſeruauit Epiſcopus. ca. Nuper. c. Si concubinæ de ſententia excommunicatione.

Sexta. Abſolutus à Sede Apoſt. aut eius Nuntijs præcipientibus, vt ſe præſentet ordinario, aut alijs iudicibus, quo exequatur eorum iuſſa, vel quo ſatisfaciat læſis, vel ijs, ob quos fuerat excommunicatus, non faciens id quàm citò commode poteſt. ca. Eos de ſenten. excomm. in 6.

EXCOMMVNICATIONES nulli reſeruatæ.

EX DECRETO, ET Decretalibus.

PRima. Principes, & iudices, qui ter admoniti neglıgũt clericis iuſtitiam facere. ca. Adminiſtratores. 23 q. 5.

Secunda. Qui de tertiæ partis Cardinaliũ nominatione cõtiſus, Papæ ſibi nomẽ vſurpat, & qui ipſum recipiunt, & qui a paucioribus

quàm

quam à duabus partibus Cardinalium electus, gerit ſe pro Papa, niſi maior concordia interceſſerit. c. Licet, de Electione.

Tertia. Qui audent affirmare ordinationes ab Octauiano Guidone factas ratas eſſe. capit. 1. de Schiſmatic.

Quarta. Qui vſurpant Epiſcopatum in Ciuitate, Diœceſiuè, ubi populi diuerſis linguis utentes, uarios ritus ſub vna fide habent. ca. Quoniam de offi. ordi.

Quinta. Clerici, Monachiuè accipientes officium Vicecomitis, aut præpoſiti ſæcularis; ſi moniti non reſipuerint. c. de cler. uel mon.

Sexta. Religioſi extra clauſtrũ, & alii clerici, quamlibet dignitatem, perſonarum, aut officium obtinentes, ut Archidiaconi, Plebani, Decani, Præpoſiti, Cantoris; Et item presbyteri, qui leges, vel Phyſicam audiunt; niſi infra duos mẽſes dicti religioſi redierint, alii uero niſi infra dictum tempus deſtiterint. c. ſi. Ne cleric. vel Monachi.

Septima. Magiſtri, ſcholaresvè, qui Bononiæ aliorum ſcholarium hoſpitia, durante locatione conducunt, ſine eorum conſenſu. c. 1. de Locato.

Octauo. Qui ſeruari faciunt ſtatuta edita, & conſuetudines, ſeu potius abuſiones introductas contra eccleſiaſticã libertatem. Et itẽ, ſtatutarij, ſcriptores ſtatutorũ, Poteſtates, Cõſules, Rectores, & Cõſiliarij locorum, vbi ea fuerint edita, vel ſeruata. Ac etiã, ſecundum ea præſumentes iudicare, & ſi qui in publica forma ſcribunt huiuſmodi iudicata. c. Nouerit de ſent. excomm.

EX SEXTO DECRETALIVM.

Nona. Domini temporales; Vt Princeps, Senator, Conſul, Poteſtas, & huiuſmodi, qui non obſeruauerint, infra menſem, c. Fœlicis, de pœnis cum omnibus, quę ibi continentur, cõtra offendentes S. R. E. Cardinales c. eodem. 133

Decima. Qui quempiam Chriſtianum per quoddam genus hominum, quos vocant aſſaſsinos, interfecerit, interficiuè mandauerit quamuis mors conſequatur. Et qui eos receperint, & defẽderint, occultauerintvè c. Pro humani de homicidio.

Vndecima. Domini tẽporales, qui prohibent, ne homines ſibi ſubiecti quippiã vẽdãt, emãt, aliavè obſequia præſtent hominibus Eccleſiaſticis c. Eos de immun. Eccl.

Duodecima. Qui eccleſias, & homines Eccleſiaſticos compulerint ad Pedagia, & Guidagia ſoluenda c. Quãquã de cenſib. Et qui ea exigũt, vel extorquent per ſe, vel per alium ſuo nomine, vel alieno, cuiuſcunque ſint conditionis.

Decimatertia. Qui regalia, cuſtodiã, vel titulum aduocationis, aut defenſionis; in locis pijs vacantibus vſurpare conãtes, bona Eccl. occupant c. Gener. de Elect.

Decimaquarta. Item Clerici, & Monachi hoc fieri procurãtes ibid.

Decimaquinta. Clerici locãtes domos ſuas manifeſtis vſurarijs, ad fœnus exercendum in terris ſuis c. de vſur.

Decimaſexta. Qui per ſe, vel aliũ quocunq; modo impediunt litigãtes in foro Eccleſiaſtico, in cauſis, quæ de iure, vel conſuetudine conueniunt, &c. vt in c. Quoniã de immun. Eccleſ.

De

Decimaſeptima. Qui pignorationes vel repreſalias aduerſus perſonas Eccleſiaſticas, ſeu bona ipſorum concedunt, uel extendunt; niſi infra menſem reuocarunt. c. 1. de iniurijs.

Decimaoctaua. Qui fictione, fraudeuè utuntur, vt iudex ipſe vadat ad mulierem pro teſtimonio. c. Mulier de Iudicijs.

Decimaoctaua. Vocati ad dirigendas Moniales, in Electionibus faciendis, neq; abſtinent ab ijs, vnde in ipſis Electionibus diſcordiæ oriri, nutririue poſſit. c. Indemnitatibus de Election.

Vigeſima. Qui quaſlibet perſonas Eccleſiaſticas, ad quas ſpectat electio in monaſterijs, pijſuè locis aut eorum conſanguineos, quouis modo offenderint, eo quòd eligere noluerint perſonam, ad cuius Electionem inducebantur. c. Sciãt cuncti de Election.

Vigeſimaprima. Qui compellunt Prælatos, alioſque eccleſiaſticos, eccleſias, earumue prædia, uel iura, laicis ſubiicere. c. Conſultiſſime de reb. Eccl. non alienandis.

Vigeſimaſecunda. Contra partem inducentem conſeruatores, ad cognoſcendum de aliis iniuriis vel violentiis, quã manifeſtis, &c. c. Hac cõſtitutione de officio delegati.

Vigeſimatertia. Domini temporales, ſeu Rectores, vel officiales eorum, circa negocium Inquiſitionis contra hæreticos, deficientes, & omnes auxiliantes, conſulentes vel fauentes. c. Vt Inquiſitionis, de hæretic.

Vigeſimaquarta. Offendentes immunitatem Eccleſiæ collectis, vel exactionibus; & vſurpantes iuriſdictionem &c. c. Non minus de immun. Eccle.

Vigeſimaquinta. Qui in conclaui ſcriptum, nuntiumuè, Cardinali cuipiam miſerit; aut ſecretò cũ eo locutus ſit. c. Vbi periculum de Election. lib. 6.

Vigeſimaſexta. In eodem c. multa ponuntur contra Dominos, & Magiſtratus, non obſeruantes, quę ſibi ſunt præcepta tempore creationis noui Pont.

Vigeſimaſeptima. Abſque licentia Papæ, nouam religionem, uel habitum ſumentes. c. vnico de Religioſ. domibus.

Vigeſimaoctaua. Sepelientes in loco ſacro hæreticos, &c. c. Quicũque de hæretic.

Vigeſimanona. Qui reuocationem, aut abſolutionem excommunicationis, ſuſpenſionis, uel interdicti, vi, vel metu extorquent. c. 1. de ijs, quæ ui metuſuè.

Trigeſima. Doctores, qui Leges aut Medicinam docent Religioſos in ſcholis ſuis, eos retinentes depoſito habitu.

¶ Item ijdem religioſi, qui non impetrata à ſuperioribus ſuis facultate, ad ſtudia quæuis ſe contulerint. c. 2. Ne cleric. uel Monachi.

Trigeſimaprima. Religioſi profeſſi tacitè, uel expreſſe temere dimittentes habitum ſuæ religionis. ibidem.

Trigeſimaſecunda. Beghinarũ ſtatum ſectantes, uel auxiliantes &c. c. 1. de Rel. dom.

EX EXTRAVAG. ET Concil. Generalibus.

Trigeſimatertia. Qui literas Papæ, ante ſuam coronationẽ factas tanquam irritas impugnãt. Clem. Quia nõnulli. de ſent. excõ. 134

Trigeſi-

Trigeſimaquarta. Extrau. S.Romana de Religioſ.domi. Io.22.Cōcordat cum illa ſupra.nu. 52.

Trigeſimaquinta. Qui bona Eccleſiaſtica alienant, & qui alienata recipiunt,contra formam ibi cōtentam,ſine Sedis Apoſto.autoritate.Paul. II.Ambitioſe, de rebus Eccleſ.non alien.

Trigeſimaſexta. Qui impediūt Legatos, Nuntioſue Apoſtolicos, ne recipiantur neque ea faciant, quorum cauſa miſſi ſunt.ca.Super gentes de conſuet.

Trigeſimaſeptima.Qui librum, aut quamcunque ſcripturam imprimunt, vel imprimi facere procurant,niſi in Vrbe per Vicarium, & ſacri Palatij Magiſtrum:in aliis verò, Diœceſ.ab Epiſcopo, & ab Inquiſitore,liber, vel ſcriptura ſit approbata. Concil. Later. Seſſ.10. & Triden.

Trigeſimaoctaua.Qui prędicando, vel diſputando, audent impugnare montes pietatis Leon. X. in Concil.Lateranen.

Trigeſimanona. Laici vtriuſq; ſexus ſortilegia, incantationes ac diuinationes per inuocationē Dæmonis exercentes.ibid.Seſſ.9.

Quadrageſima. Fr. S. Franciſci de Paula,minimi nuncupati, recipientes,vel retinentes Fratres. Ordin.minor.de obſeruantia ſine expreſſa licentia Papæ, à tranſeuntibus obtenta.Iul.II.in Breui:Exponi nobis.

Quadrageſimaprima. Fratres Ordin. Prædic. & Sorores eiuſd. Ord.appellantes, vel conuenientes, & conueniri facientes ad Iudicem ſæcularem, vel Eccleſiaſticū, etiam conſeruatorem ipſorum,niſi prius cauſam, vel quærelam ſuā verbo, vel ſcriptis coram Priore, aut principali, vel Generali Magiſtro,& ſucceſſiue in Cap. generali propoſuerit, & iudices omnes in his ſe intromittētes.Leo.X.in Breui.Roman.Pontif.¶Quod ad alios Ordines participantes ipſorū priuilegia extenditur.

Quadrageſimaſecunda. Fratres ac Moniales S. Claræ, ſeu tertiæ regulæ,vtentes quomodolibet gratijs; & immunitatibus Bullarum Cruciatæ,vel aliarum conſimiliū, contra obedientiam Ordinis, & ſine ſpeciali licentia ſuorum ſuperiorum Leo.X.in priuileg. Ordin. Minor.

Quadrageſimatertia. Fratres cū iuſsis Ordi. & alij prædicātes,ſeu priuate nuntiantes, quòd indul.S. Mariæ de Populo de Vrbe extenduntur ad ſeculares viſitantes Eccleſias Priuilegiatorum. Leo.X.in Bulla: Dudum per nos.

Quadrageſimaquarta. Contra ficte reſignantes Beneficia Eccleſiaſtica, vel permutantes, & contra notarios,& teſtes hoc ſcientes. Inno.VIII.Sicut bonus.

Quadrageſimaquinta. Contra incantatores, dæmonis adoratores,annulum,ſpeculum, vel aliam quamcunque rem fabricantes, vel rem Magicam facientes, &c.Ioan. 22. & ſuper illis.

Quadrageſimaſexta. Qui in Romana Curia, Apoſtolicas commiſſiones,intimationes, & publicationes, & affixiones præſumpſerint præſentare præter Curſores. Clemen.VII.Accepimus.

Quadrageſimaſeptima. Contra prohibentes facere Eleemoſynas Fratribus.S.Aug.Sixt.IIII. Nos attendentes,& in priuileg.eorum in Mari magno.

Quadrageſimaoctaua. Qui cōmen-

mentarios, Gloſſas, annotationes, aut Scolia, aut huiuſmodi ediderint, pro interpretando Conc. Triden. Pius IIII. Benedictus Deus. Hoc idem de Concil. Lateran. vlti. Seſſ. 9. aſſeritur. Habetur in fine Concil. Trid.

Quadrageſimanona. Officiales, & Magiſt. locorũ Ordinarij, & alij qui non paruerint præceptis, & mandatis concernentibus Inquiſitionem octo Cardinalium Inquiſitorum ſuper imponendis, & exequendis pœnis, &c. Pius IIII. Cum ſicut, & Pius V. in Conſtitut.

Quinquageſima. Cõtra omnes, & ſingulos Doc. Magiſtros Regẽtes, & alios cuiuſcunq; artis Profeſſores, & omnes alios ibid. contẽtos, qui profeſſionem fidei non fecerint in manibus Epiſcopi, uel eius Vicarij Pius IIII. In ſacroſancta, & habetur in fine Concil. Trid.

Quinquageſimaprima. Omnes Nuntij Apoſtolici, etiam ſi fuerint Epiſcopi, Archiepiſcopi, aut Patriarchæ, qui à Principibus, Regibus, ſiue Imperatoribus ad quos mittuntur fauores vocales, aut literas Dignitates impetrant. &c. Pius IIII. Et ſi Rom. Pontificem.

Quinquageſimaſecunda. Contra omnes cuiuſcunq; gradus, qui Inquiſitorem, aliumuè miniſtrũ S. Inquiſitionis, ſeu accuſantem, denuntiantem, vel teſtificantem in rebus S. Fidei &c. occiderint vel verberauerint &c. & qui pro talia facientibus veniam petierint, &c. Pius V. Si de protegendis. Credo contineri in Bulla Cœnæ.

Quinquageſimatertia. Impedientes, aut perturbantes Notarios Ordinis Prædicatorum ne munera ſua exequantur. Pius V. Debitum Paſtor.

Quinquageſimaquarta. Gubernatores &c. & alij miniſtri ſtatus Eccleſiæ Rom. permittentes portare arma breuioris menſuræ trium palmorum, &c. Ipſi autem portantes incurrunt crimen læſæ Maie. Pius V. Cum vices.

Quinquageſimaquinta. Miniantes Circulos cæreos, ideſt Agnus Dei, conſecratos, à Papa Grego. XIII.

Quinquageſimaſexta. Omnes, & ſinguli exactores datiorum, Gabellarum, Pedagiorum, & vectigalium à perſonis regularibus Ordi. Mendicantium, & perturbantes, aut moleſtantes eas in prædictis, toties, quoties contrauentum fuerit. Pius V. Dum ad vberes.

Quinquageſimaſeptima. Qui exegerint aliquid à Mendicantibus pro reparatione Pontium, viarum, murorum, &c. Vt habetur in conſtit. Pij V.

Quinquageſimaoctaua. Qui regulariter Mendicãtes, quo ad omnia eorum bona, quæ ad ſuos colonos, affictuarios, & huiuſmodi reſpectiuè, non dimittent exemptos & immunes ab omnibus, & ſingulis exactionibus, tam Vrbanis, quã ruſticis. Pius V.

EXCOMM. ALIQVOT Ex Conc. Trid.

QVinquageſimanona. Qui docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiã publice diſputãdo defendere prçſumũt quod illis, quos conſcientia peccati mortalis grauat (quantuncunq; ſe cõtritos exiſtimẽt) habita copia confeſſoris non neceſſario præmit-

præmittenda ſit Confeſſio Sacramentalis,ad digne Communicandum.ſeſſ.13.de Eucha.Can. fin.

Sexageſima.Qui falſo affirmāt Matrimonia à filijs familias, ſine conſenſu parentum contracta,irrita eſſe,& parentes ea rata, vel irrita,facere poſſe.Seſſ.24.c.:de reformat.Matrimo.

Sexageſimaprima. Raptores mulierum;ac omnes conſilium auxilium, & fauorem præbentes; Seſſ.24.de reform.Matrim.c.6.

Sexageſimaſecunda.Cōtra Dominos,ac Magiſtratus,alioſq; cuiuſuis gradus, & cōditionis exiſtētes, qui quouis modo directè, vel indirectè,ſubditos ſuos, vel quoſcunq; alios,tàm viros, quàm mulieres cogunt quo minus libere Matrimonia contrahant. ibid.c.9.

Sexageſimatertia.Omnes magiſtratus ſeculares, qui ab Epiſcopis requiſiti, non præbent auxilium brachii ſæcularis, ut clauſura Sanctimonialiū conſeruetur &c. Seſſ. 25.c.5.de regularibus.

Sexageſimaquarta. Omnes cuiuſcunq; generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint qui, ſine Epiſcopi,vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta, ingrediuntur ſepta Monaſterii monialium. d.c.5. Nunc, eſt reſeruata Papæ, per Grego. XIII.

Sexageſimaquinta. Omnes quacunque dignitate fulgentes, qui quomodocunq; coegerint aliquā virginem, vel viduam, vel aliam quamcunq; Mulierem inuitam, ad ingrediendum Monaſteriūm, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunq; Religionis, vel ad emittendam profeſſionem. Seſſ. 25.de regul.c.18.

Sexageſimaſexta. Item omnes cuiuſcunq; qualitatis fuerint, qui ad prædicta,conſilium,auxilium, vel fauorem dederint.ibid.

Sexageſimaſeptima. Item ſcientes aliquam ex prædictis mulieribus, non ſponte ingredi Monaſterium,aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere,& quoquo modo eidem actui, vel præſentiā, vel conſenſum, uel autoritatem interpoſuerint.ibid.

Sexageſimaoctaua. Itē qui ſanctam virginum, vel aliarum mulierum,volūtatē velum accipiēdi, uel non emittendi, quoquomodo ſine iuſta cauſa impedierint. ibid.

Sexageſimanona. Imperator, Reges,Duces, Principes,alii, qui locum ad Monomachiam(hoc eſt duellum) in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint.Seſſ.25.ca.19. de refor.Nulli reſeruatur.Quo ad verò Dominos inferiores Imperatore,& Regibus, Papæ reſeruatur abſolutio.

Septuageſima. Item pugnam committentes in eodem Duello, eorumque Patrini.ibid.

Septuageſimaprima. Qui conſilium in cauſa Duelli, tàm in iure, quàm facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam ſuaſerint,necnon ſpectatores duellorum.ibidem.

Quibus omnibus excommunicationibus addi poterunt, quæ à ſumm.Pontificibus indies emanabunt,prout aliquot nunc à S.D.N. Sixto V. emanarunt, ut uidere eſt in ſuis Conſtitutionibus: in fine Bullarij nouiotis.

Et præſertim emanarunt excōmunicationes Bullæ in Cęna Domini lectæ, anno 1586. & 1587. quarū explicatio eſt, quæ ſequtur.

MIRA-

MIRABILIS EXPLANATIO CASVVM, ET EXCOMMVNICAT. CONTENTARVM

In Bulla Cœnæ Domini, latarum à S. D.N. Papa Sixto. V. Anno Domini. 1586. & 1587.

PRIMVS CASVS SIC AIT.

Prima excõicatio cõtra hæreticos, fautores, &c.

EXcommunicamus anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Autoritate quoque Beatorũ Apoſtolorum Petri, & Pauli ac noſtra, quoſcunque Huſitas, Vuiclephitas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, Hugonotos, Anabatiſtas, Trinitarios, ac omnes, & ſingulos alios Hæreticos, quocunque nomine cenſeantur, & cuiuſcunque ſectæ exiſtant, ¶ Ac, eorum credentes, ¶ Receptatores, ¶ Fautores, ¶ Et generaliter quoſlibet illorum defenſores, ¶ Ac, eorundem libros hereſim continentes, uel de religione tractantes, ſine autoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, ex quauis cauſa publice, uel occulte, quouis ingenio, vel colore, ¶ Necnon Schiſmaticos: & eos qui ſe à noſtra, & Romani Pont. pro tempore exiſtentis obedientia, pertinaciter ſubtrahunt; uel recedunt.

Nota quod ante hanc Bullam hæretici per antiquiſsima iura Decreti. c. 1. & 2. 24. q. 1. & per antiqua iura Decretalium. c. Ad abolendam cum multis alijs, de hereticis, & eodem tit. in 6. erant excommunicati.

PRo cuius declaratione Quæritur. Quot ſint hereſis ſpecies? Reſp. Hæreſim eſſe triplicẽ. Prima dicitur purè mentalis. Secunda mixta. ſ. quando aliquod ſignum oſtenditur exterius. Tertia dicitur hæreſis completa, (quæ eſt aſſenſus pertinax cum ſigno exterius expreſſiuo.) Et quis poſſit ab vnaquaq; abſol- 1

Hæreſis quotuplex

uere,dicetur infrà . Et de omnibus Hæreſiarchis , & hæreſibus vide late,& bene Paulum Gryſal. in libro;deciſiones catholicæ,poſt Alphonſum à Caſtro,libro de hæreſibus,& alios in c.quidam. 24.q.3.

2 De hæreſi mentali,cũ actu externo.

QVærit V.Hæreticus, qui ex interna hæreſi, prodit in aliquẽ actum exteriorem (puta) ſubriſit, plauſit manibus, vel intenſius proripuit in adulteriũ putans ſibi licere &c.incurrat dictam excõicationem ,vel non? vide.Nauarr.c.11.n. 22.& c.27.n. 56.Reſp.ꝙ licèt multi grauiſſimi Theologi,(interquos Mag.Mancius,M.Penna.M.F.Gaſpar.) conſulti Salmanticæ dixerunt, ꝙ ſi hæreſis prodeat quocũque modo in aliquem actũ exteriorem,inducit excõicationẽ,reſeruatam in Bulla Cœnæ;tamen poſt aliquot annos conſulti iidem cum aliis multis, (rem omnem conſiderantes) reſponderunt ; ꝙ niſi opus exterius ſit ſignum ſufficiẽter expreſſiuum Hęreſos,non facit excõmunicatum,vel reſeruatũ.Secus ſi quis ex præconcepta hæreſi oculis,vel digitis,capite,vel alio æquipollenti ſigno annuat &c. hoc.n. de ſe , non eſt ſignũ per ꝙ Eccleſia militãs ſolet facile in hæreſis intellectus cognitionem uenire.

3 De ſignis exterioribus.

COnfirmatur.Vt hæreſis includit propoſitionẽ indicatiui , eſt.n.contra fidẽ , vt eſt ſpeculatiua;ita oportet,vt hæreſis exterior ſit formaliter, virtualiter,propoſitio falſa , ergo debet eſſe ſignũ ex ſe expreſſiuum propoſitionis , ſed motio digiti,uel oculorũ nulli hominũ eſt tale ſignum. ergo. Ita determinarunt multi grauiſſimi Doctores cõſulti , quibus fauet Nau. c.27.nu.269.Simancas.de Cathol. inſti.c.24. Almain.de poteſtate Eccleſiæ.c.3.Iulius clarus. lib.5.Sententiarũ.§.Hæreſeos . Cordub.lib. 4.Quæſtionarij . q.13.opinione.3. corol.3.in fi.Secus autẽ eſt de peccatis voluntatis quorũ actus exterior nõ dirigitur,vt ſit ſignũ, & ꝓpoſitio,ſed conſummatio interioris. * Cõfirmatur ſecũdo ex iis , q̃ tradunt Doct.in c.duobus in fide , de hæret.& Simanc. de Catho.inſtit.c.23.nu.4.videlicet, ꝙ ille dicitur infidelis,& hęreticus,qui ſciẽs aliquid eſſe de fide , dubitat de eius veritate . Alioquin ſi dubitaret ex ignorãtia probabili,vel ex infirmitate animi , non diſcedens a fide catholica , ſed paratus ei aſſentiri, tali pertinacia carens,hæreticus nõ eſt . idem tenet Didacus Perez.in rubr.de fide catholica lib.1. ordin.& alij ab eo relati, & Carrerius in practica.tract. de hæreſi.§. circa ſecundum.nu.5.cum ſeq.

*. Et ſic Inquiſitor procedens contra iuſtitiam ex odio, excommunicatur , quia exterius profeſſus eſt odium. Caiet.in ſumm. verbo.excõmunicatio.c.3.Nauar.ca.27.nu. 102. Tabien. Excõicatio.5.caſu.4. — Inquiſitor ꝓcedẽs cõtra iuſtitiã ex odio.

DA FAVTORE Hereticorum.

QVia in hoc multi fallunt, ſcire oportebit, quis dicat Hæreticorũ fautor? Reſp.Fautorẽ primo illum dici,qui cũ ſit perſona publica ut iudex,qui cũ poſſit, & debeat punire Hæreticum damnatũ traditum brachio ſæculari,non punit. tradit S.Ant.3.par. tit.2.Sylu.verbo.Hæreſis.1.nu.10. Didacus Perez.l.3 1.tit.4.li.6.ordi. Caſtro.lib.1.de Hæreſibus. cap.9. Sot.4.diſt.22.q.2.art.5. caſu.1.Nauar.c.27.nu.55.& 56.§.3. — 4 Fautor hæreticorum quis?

SEd quid ſi iudex ſæcularis ſcit illũ eſſe innocentẽ,quẽ Inquiſitores, — 3 Quid de iudice ſæculari cui traditur hæreticus.

tores,iuſtè,& iuridicè, ſecundum allegata, & probata ſibi tradunt comburendum? Reſpon.Primò.Si poteſt, omnibus modis, teneri probare illius innocentiam;Si autem non poteſt probare;proponat debita cum reuerentia,& ſubmiſſione illius innocentiam. D. Inquiſitori, dicens ſe illam non poſſe probare. Quòd ſi,nihilominus ſibi præcipiatur ſentẽtiam exequi; executioni tenetur mandare, ut merus iuſtitiæ executor,probatur ex communi doctrina.

6 *Laudãs hæreticũ, V. dicatur fautor.* SEcundo Fautor poterit iudicari hæretici, qui verbis eum excuſat, vel aliquo æquiualenti modo,vel eum laudibus extollit, maximè ſi propter hoc ſimplices inducat ad eum laudandum, & deuotionem eccleſiæ minuendam. * Hùc pertinere iudico Canonẽ. 70.Sanctorum Apoſto.qui ſic ait: Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra Gentiliũ,aut in ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit aut lucernas incenderit, à communione excluditor. Hùc ſecundò pertinere cenſeo impios illos Catholicos noſtri miſerrimi temporis, (ne dicam ultra) qui uiribus & poſſe non tantùm diligunt, laudant & excuſant inimicos publicos S.R.Eccleſiæ hodiernos,etiam bis ab eadem condemnatos, ſed (quod iniquius eſt) contra Catholicos,illis ſubſidium præſtant. Væ væ & iterum væ illis.

DE HÆRETICORVM Defenſione.

7 *Defenſor hæreticorũ quis dicat.* QVia multæ dantur Hæreticorum defenſiones,quæ nõ ſunt prohibitæ,vt dicetur; Quæritur, quis dicatur Hæreticorum defenſor,vt excommunicationem hanc incurrat? Reſp.Sequentibus Concluſionibus.

Prima Concluſio. Iudex,Notarius, Aduocatus, Procurator,& teſtes Hæreticum defendentes iuſtè, & cum licentia Inquiſitoris, bene faciunt.Communis.

Secunda Concluſio. Quicunq; viribus,potentia, fraude, uel alio modo impediret,ne Hæreticus ad manus veniat iudicis: eſt excommunicatus.

Tertia Concluſio. Qui hæreticũ defenderit à priuato ſuo inimico, non ideo incurrit excommunicationẽ,quẽadmodũ ſi illum defendiſſet ab alio periculo fluminis, ignis,&c.Ang.ſumm.Verbo.hæreſis.nu.23,Sylu.nu.30. verbo,Hæreſis.1.Perez.l.5.tit.12.lib. 8. Ordin.

DE HÆRETICORVM Receptione.

QVia hæreticus poteſt domi receptari ab amico, vt amicus; & à patre, vt filius; & ab Hoſpitalario, vt peregrinus,& ab hoſpite, vt hoſpes, & viator: Quæritur. Quis dicatur propriè Hæreticorũ receptator ad incurrẽdã cenſurã? Reſp.Primo (colligit ex Didaco Perez ſupra.) illũ receptatorẽ dici,qui frequenter hæreticũ recipit.Secundo. Dico ſufficere recipere hæreticũ,ſcienter, ita vt occultet fugientem, nè à iudice reperiat, Ang.Sylu.ſup. Secus ſi illũ,etiã agnitum admiſit, vt hoſpitẽ,quia amicus eſt,Caieta.excom. 1.Nau.c.27.nu. 55. vbi ponit multa Sylu.& Sot.ſupra.concl.5. 8 *De hæreticorũ receptatorib⁹.*

EX q.b⁹,& Naua.ſup.& ex Perez cũ multis poterit dici ꝙ ſi q̃s parẽtẽ, filium, & vxorem occultet, 9 *De parenti bus circa filium hæreticum.*

vel faueat, vt fugiat ne comprehē datur ab Inquiſitore (licèt aliquan do peccet) non videtur incurrere hanc excommunicationem, quia hic reputatur vna perſona ſecum.

DE CREDENTIBVS Hæretico.

10 De hæreticorum credentibus. Quæritur. Qui dicantur credentes hæreticis? Circa hūc verſiculum vide Syl. verbo. hæreſis. q. 7. num. 10. Simancas de Catho. Inſtitutionibus. tit. 5. ca. 15. Caſtro. de iuſta hæretic. punitione. c. 17. Caiet. verbo excommunicatio. ca. 45. vltra quos omnes, eſt animaduertendum in hac Bulla. S. D N. Papę Sixti V. aliqua excludi, & includi, quæ in autoribus antiquis, & in nouioribus non inueniuntur.

11 De legentibus libros prohibitos. Nam Primo includit non ſolū defenſores ſectæ Lutheranę, ſed etiam cuiuſlibet hæreſis. Secū do eſt excommunicatus ille, qui legit librum cuiuſcunq; hæretici, etiam antiquiſſimi, damnati pro tali. Pro quo Nota illum qui legerit parum talis libri damnati, puta vnam pagellam, non eſſe excō municatum, quia parum pro nihilo reputatur. Et quia in quocunq; præcepto, & materia, paruitas rei excuſat à mortali, vt probant omnes, & Nauarr. c. 11. nu. 4. ex S. Th. & aliis, & idem Nauarr. tangit. ca. 27. nu. 56. * Et eſt piiſſimus Cano. S. S. Apoſt. 59. qui ſic ait: Si quis fal ſo inſcriptos impiorum libros tan quam ſacros in Eccleſia ad populi & cleri corruptionem publicauerit, deponitur.

12 Nota etiam, illum qui legit Cautiones, vel alia, & notabilia hæreticorum ſcripta, & etiam de verbo ad verbum traducta in libris Catholicorum non incidere in excommunicationem, vt vltra Nauar. ſupra. verſi. Septimo, tradit Simancas ſupra. Cōradus Brunus. lib. 1. de hęreticis. c. 4. Alfonſus Caſtro ſupra. nu. 37. Turrecremata. lib. 4. Summæ. c. 21. Tertio excommunicatur qui quolibet colore, etiam diſputationis gratia, aliquē defendit librum hæreticum, uel aſſertionem aliquam hæreticam, publicè, vel occultè. Quarto. Excō municantur Schiſmatici omnes.

13 De libris Magicæ artis. Nota etiam quòd licèt in Bulla Pii V. includebantur ſub clauſula, & excommunicatione qui habent libros Magicæ artis, & illa vtuntur vt Magi (prout Nauar. in addition. ad ca. 27. nu. 56. dicebat:) in hac tamen Bulla nō includuntur, vt ex multis, maximè S. Thom. 2. 2. q 95. art. 1. & 2. tradit ipſe Nauarr. Manuali, nouiori. ca. 27. nu. 55. verſi. Secunda.

Nota etiam quòd licèt Nauarr. c. 27. nu. 56. & 57. faciat diuiſionē clauſularum, ponendo pro ſecundo caſu; Schiſmaticos &c. includuntur tamen ſub vna eademque prima clauſula Bullæ.

SECVNDVS CASVS.

Contra appellātes ad futurū Cōcilium. *Excommunicamus, & anathematizamus omnes, et ſingulos cuiuſcūq; ſtatus gradus, ſeu cōditionis fuerint: Vniuerſitates vero, Collegia, & capitula quocunq; nomine nuncupentur, interdicimus ab ordinationibus, ſententijs, ſeu mandatis noſtris, ad Romanorum Pontificū pro tempore exiſtentium, ad vniuerſale futurum Conciliū appellantes, necnon eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.*

14 Papa (ſecundum communem, & catholicam doctrinam) in multis errare nō poteſt, vt in pertinentibus ad Fidem, & alijs, quæ dicūtur à Doctoribus; In aliis etiā errare poteſt, vt tradit Victoria in relectione de Autoritate Papæ, & Concilij, conclu. 6. & optime, & lā tiſſimè Paul. Gyſald. verbo. Papa. nu. 28. Ideo nunc, Quæritur; quid ſi Papa alicui Capitulo, Vniuerſitati, Principi, vel alicui priuatæ perſonæ, grauem inferret iniuriā, vel damnum, vel tirānicè ageret in aliquo negocio, vel cauſa; Vtrū liceret tunc appellare, & an qui id conſuleret, vel ſcriberet, incidat in excommunicationem? Reſp. Primo. Quæſtionem nimis eſſe arduā atque difficilem, ob varias Doctorum opiniones. Quapropter miror authores moderniores, maximè Nauar. c. 27. nu. 58. Vbi de hac agit, ſic leuiter tranſiſſe.

V. Papa poſſit & quando errare.

15 Secundo. Reſp. quòd licèt multi Doctores tenuerint Conciliū generale eſſe ſupra Papā, & ideo poſſe ad illud appellare, vt uidere poteris apud Syl. verbo. Conciliū. q. 5. & excommunicatio. 7. q. fin. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 10. & melius, & clarius vide per Abb. in diſputatione, quæ incipit: Epiſcopus. q. 2. colum. 14. Franciſcum de Marchin. q. 456. nu. 58. & fere Pariſienſes, qui hoc tenuerunt, vt ſunt Gerſon, Ochan, Almain, & Victoria. ſupra. num. 12. & in 2.2. q. 39. arti. 4. tamen non eſt ita dicēdum. Sed tenendum Papam eſſe ſupra omnem eccleſiam: ſicut Paſtor ſuper gregem. Ita Eccleſia cauit: Quem paſtorem Eccleſiæ eſſe voluiſti. ex c. Non decet. 12. diſt. c. Sacroſanct. 22. diſt. Et demum, eſt Chriſti Vicarius, vt diffinitum fuit in Conc. Conſtan. ac per Mart. V. docet. S. Tho. contra errores Græcorum. c. 63. & contrariam opinionem dicit Hæreticam Paul. Gryſal. verb. Papa. num. 19. Quare nec abſolute tenendum; ſed diſtinguendum ſequentibus dictis, vel propoſitionibus.

Concilium generale an ſit ſupra Papam.

16 Prima. Quamuis aliqui, ꝙ dū verſatur cauſa Fidei dubia appellari poſſit à Papa ad Conciliū Generale, vt diſcernatur, an oppoſitum ſit Hæreticum; falſum tamen eſt, Quia Papa poteſt hoc iudicare, & diſcernere, ſecundum ſupra dictos.

Quid ſi de dubitatur An hic ſi verè Papa.

17 Secunda. Quamuis hucuſq; fuerit ſub opinione (licèt malè) An ſi dubitaretur; ſi hic ſit verus Papa, vt cōtigit tpe Schiſmatis, vel ſi Papa ꝓbaretur Hæreticus, vel Hæreticos fauens, uel Schiſmaticus, vel ſi ſcādalizaret eccleſiā, publicè vendēdo beneficia, vel faciēs Epiſcopos cōiugatos; liceat cōgregare Conciliū, vt deponatur. Nihilominus tamē Papa potuit damnare anathemate ſic appellantes; Quia in re dubia, vt de contractu Montis pietatis, vel de feſto Cōceptionis B. Mariæ, poteſt Papa, ſub excōicatione, eligere vnā partem ex cauſa. Cùm ergo ſententia appellantem remittens, ſit periculoſiſſima, & præbeat anſam, & occaſionem Schiſmatis, rectè excommunicatur à Papa ad Concilium appellans. De qua quæſtione, vide Cordubam, in quæſtionario Theologico lib. 4. q. 4.

Papa iuſte damnat appellātes ad Conciliū.

18 Tertia Aſſertio eſt, ꝙ quamuis olim appellare à Papa nō erat caſus reſeruatus in Bulla Cœnæ, ſed tantùm erat prohibitum, per Extrauagantem Pij II. & Iulij II. quam citat Caiet. & Nauar. dicto

Olim non erat caſus Bullæ.

nu.58.Hodie tamen, factus eſt caſus reſeruatus in dicta Bulla.

Conſulens appellare, an ſit excõmunicat⁹.

19 Sed nota, quòd quamuis conſulens non excommunicetur per Bullam Cœnæ, niſi ſequatur appellatio; excommunicatur tamen, per dictam Extrau. Iulij II. Ratio eſt, quia Bulla Cœnę principaliter excommunicat appellantem, & acceſſoriè conſulentẽ. Extrauagãs autem Iulii II. principaliter excõmunicat conſulentem, ut ait Nauar. Extrauag. Greg. XIII. de literis gratiæ, & iuſtitiæ, nu.13.

TERTIVS CASVS.

Contra pyratas, curſarios &c.

Excommunicamus, & anathematizamus omnes Pyratas, Curſarios, ac Latrunculos Maritimos, diſcurrentes Mare noſtrum præcipuè à Monte Argentario vſq; ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defenſores.

Quid ſi nõ ſequat̃ effectus?

20 Nota Primo, eum, qui tantùm per Mare diſcurrit, niſi cum effectu deprædatio ſequatur, non ligari hac excommunicatione, nã, ly, diſcurrere, determinatur per ſequentia. ſ. capiendo. &c. Caiet. & Armil. Excommunicatio. excom. 13. & alii nouiores.

Qualiter incurratur hæc excõ.

21 Secundo Nota. Quòd licèt in Bulla Grego. XIII. quam tradit Nauarr. cap.27. nume.58. hæc clauſula reperiatur multo amplior, quàm in hac Bulla. Sanctiſſ. Domini noſtri Sixti V. nam in illa erant hæc uerba; deprædantur, mutilant, interficiunt &c. quæ non inueniuntur in hac, nihilominus tamen ad incurrendam hanc Cenſuram cogito ſufficere aliquem illorum actuum facere, ſcilicet rapere bona, uel mutilare, uel interficere &c. ita tenuerunt grauiſſimi quidam Doctores Vniuerſ. Complutenſ.

Tertio. Nota quòd licèt in Bulla Grego. XIII. & in hac. S.D. 22
N. Sixti V. Specialiter, conſilium dans non inueniatur, (prout inueniebatur in Bulla Cœnæ tempore Caietani) nihilominus tamen, qui tale conſilium daret deprædandi, mutilandi, uel interficiendi; incurreret hanc Cenſuram; quia ſatis abundè auxilium præbet, & fauorem, qui conſilium dat; maximè ſi tali conſilio dato conſequitur finis. Nauar. ſup. nu. 59.

V. Conſulens ſit excõicatus.

Quarto. Dico. Quòd licèt Sylu. 23
excommunicatio.7. caſu.57. & Nauar. c.27. nu.59. verſic. Quarta, videantur cõtrarii in determinatione, qui dicantur Pyratę & an ſufficiat, ꝙ Pyrata inferat nocumentũ alicui, vel aliquibus Nationibus, & non omnibus. Mihi nihilominus videtur vtrunq; idem ſentire, ſi bene eorum uerba perpendatur: ſufficit.n. vt Pyrata per Mare diſcurrens intendat deprædare, quod vterq; confitetur. Quare ſi Hiſpani contra Italos, vel Gallos, vel, è contra, Bellum gerunt, licèt iniuſtum; ſe inuicem ſpoliare, interficere, &c. non eſſet Pyratarũ officium exercere, nec incurrerẽt hãc cenſuram. Sylu. Nauar. ſupra, & alii.

Quis dicat pyrata?

Dicto de Pyrata, Curſario, La- 24
trũculo Maritimo. Quæritur quid iuris de repreſaliis, & quid ꝓprie ſignificẽt? Reſp. Hoc nomẽ repreſalię; quaſi idem eſſe, quod bellum particulare ad recuperanda capta ab inimicis, & hoc lato vocabulo, ita Sylu. verb. Repreſaliæ.

De repreſalijs.

liæ. Vbi q̃ requirant̃ vt rectè fiant.

25 Repreſaliæ quid? Stricto autem ſumpto vocabulo (propriè tamen) repreſaliæ dicuntur quando Chriſtiani (Hiſpanicè en la Coſta de Mallorca, Cartagena, Barcelona &c. ſalen a captiuar las fuſtas de Moros; Italicè; andar in corſo) exeunt quaſi ad venationem Maurorũ. De qua materia, vltra Angel. Silu. Tabien. Armil. & alios Summiſtas, eodem verbo. vide Couar. in Reg. Peccatum. 2. par. §. 9. nu. 5. Claudium Cotoreũ. libr. 3. de iure Militari. c. 23. Didacum Perez. in l. 7. & 12. ti. 12. lib. 5. ordin. & in l. 19. ti. 14. lib. 2. & in l. 5. tit. 16. lib. 8. Ordin. & Nauar.

26 Quãdo incidant excommu. c. 27. num. 136. Qui omnes dicunt concedentes repreſalias contra Eccleſiam, vel eccleſiaſticas perſonas, incidere in excommunicationem latam in c. 1. de iniurijs. lib. 6. nulli reſeruatam, non autẽ in hãc Bullæ Cœnæ Domini.

QVARTVS CASVS.

Contra capientes bona ex naufragio, &c.

Excommunicamus, & anathematizamus, omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcunq; nauibus tempeſtate, ſeu in tranſuerſum (vt dici ſolet) iactatis, vel quoquomodo naufragium paſſis, ſiue in ipſis nauibus, ſiue ex eiſdem eiecta in Mari, vel in littore inuenta, cuiuſcunque generis bona, tàm in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quam in cæteris cuiuſcunque maris regionibus, & littoribus ſurripuerint, ita, vt, nec ob quodcunque priuilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi, etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcunq; prætextum excuſari poſſint.

Nota Primo. Hanc clauſulam differre ab illa poſita in Bulla Grego. XIII. in hoc; quòd poſt illa verba, ſurripuerint; habentur ibi hæc verba (aut ſcienter ſibi acceperint, aut ab aliis rapta, ſeu accepta, ſcienter receperint,) quæ hic non ſunt. Item, in illa Bulla nõ habentur illa verba; quoquomodo naufragium paſſis, quæ habentur in hac. Ex quibus vobis hic poſitis, nouè reſtat declaratum dubium illorum, qui dicebant. 27 Hæc clauſula differt ab illa Gregor. XIII.

Quid ſi Nauis non pereat ex tẽpeſtate, ſed ex vetuſtate apeориатur, & rumpatur, vel ex imperitia Naucleri, vel officialiũ pereat? Reſp. per hãc Bullam. S. D. N. Sixti V. ꝙ quoquomodo ſit naufragium paſſa, procedit. 28 Quid ſi nauis pereat abſque fortuna, &c.

Quid ſi Nauis erat Iudæorum, Turcarum, vel aliorum infidelium? Reſpõ. ꝙ licèt omni iure, naturali, diuino Decalogi, & Canonico teneatur quilibet ad reſtitutionem rei iniuſtè ablatæ; etiam ſi res ſint Iudæorum &c. quia præceptum abſolutè præcipit non deſiderare, nec ſurripere rem alienã, vel rem proximi tui; & cum omnes etiã infideles ſint proximi noſtri, & ita non liceat, tamen cum hæc Bulla dicat, Chriſtianorum quorumcunq, patet, quòd qui ſurriperet aliquid ex nauibus Iudæorum, &c. non incurreret hanc cenſuram; ſed ſunt excommunicandi. Armil. Excom. caſu. 78. 29 Quid ſi nauis erat Iudæorũ, &c.

Quid ſi talis nauis naufragium paſſa, non erat Chriſtianorũ vere, ſed Hæreticorum Baptizatorum; vel Chriſtianorum, qui fidem Chriſti negantes, facti ſunt Sarraceni, vel Mauri? Reſp. (meo iudicio) idem eſſe ac de alijs infidelibus, ob identitatem mentis legiſla- 30 Quid ſi erat nauis hæreticorum?

giſlatoris,vt in alio propoſito,tradit Nauar.c.27.nu.61.verſi.2.

31 NOta Secundo. Ex dicta clauſula Bullæ, & ex Silu.Caiet. & alijs quos refert; & ſequitur Nauarr.c.27.nu.118. ꝙ ſurripiens dicta bona bono animo conſeruãdi ea, & tradendi vero Domino; non erit excommunicatus. Ita etiã tenet Armil.excom.caſu.78.

32 *Quid ſi eſt in mora reſtituendi.* NOta Tertio. Quod quamuis Ioã.Andr.& alii quos refert, & ſequitur Silu.verbo.Excommunicatio.7.caſu.20.teneant illũ, qui eſt in mora reſtituendi talia bona, nõ eſſe excommunicatum,ſed excommunicandum;contrarium tamen tenet Armil.ſupra. & Caiet. quem refert, & ſequitur Nauarr. ſupra.cum Abb. in c.excommunicationi.de Raptor.qui dicũt,quòd ſi acceptio talium bonorum fuit manifeſta, incurritur excommunicatio,etiam ſine monitione, dum fuerit in mora reſtituendi.

33 *V Extendatur ad tertiam perſonam?* NOta Quarto. Quod licèt per Bullam Greg.XIII. ſimilem incurrebat excommunicationem tertius accipiens talia bona ab ipſo ſurripiente de naui, vel littore, vt patet.ſup.in 1.notab.huius clauſulæ, Hodie tamen per Bullam.S.D.N. Sixti V. non extenditur talis excommunicatio maior ad tertiã perſonam,vt in ea patet. Tenebitur tamen dicta tertia perſona,inuento vero Domino nauis, vel rerum ablatarũ, illa reſtituere, quæ è ſurripiẽte acceperat,vel emerat, etiam nullo ſibi ſoluto pretio, vt tenent oẽs alij.verb Naufragium.

34 *Quid ſi res illæ ſtatim erant perituræ &c.* QVinto Nota.Quòd ille,qui ſurripuit de naui aliquid,quod ſtatim erat periturum, vt eſt farina,Sucarum,papyrus &c. ſine vllo periculo ſuæ vitæ,tenetur illud reſtituere; etiam ſi alias Dominus non erat talia bona rehabiturus. Quia ex charitate tenebatur ſuffragari,vel auxilium præbere.tex. c.excommunicationi.de raptor.Et talis tunc auxilium prębens,debet habere ſuorum laborum retributionem.Si autem,ob recuperanda talia bona,cuicunq, periculo mortis expoſuit vitam ſuam, & Dominus alia via, vel modo dicta bona non eſſet rehabiturus; poterit dicta bona tuta conſcientia retinere.Angel.Silueſt, & Armil. verbo. Naufragium.

SExto Nota.Illum, qui res iactas in Mari tempore tempeſtatis ad exonerandam nauem,ſurripuerit, teneri ad reſtitutionem; quia tunc dominium remanſit penes proprium Dominum. Secus, quando tales res habentur pro derelictis, quia tunc ſunt accipiẽtis. Ang.Silu.Armil. & alij verb. Naufragium, ex Abb.in d.c.excommunicationi.de Raptoribus. 35 *Quid ſi res iactatæ in mari habẽtur pro derelictis.*

QVINTVS CASVS.

Contra imponentes noua pedagia.

E*Xcommunicamus,& anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua Pedagia, ſeu Gabellas, præterquam in caſibus ſibi à iure, ſeu ex ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia permiſſis,imponunt, vel augent,aut imponi,ſeu augeri prohibita exigunt.*

De hoc caſu agit Nauarr.c.27. nu.61.Ang. verbo Pedagium Silu. verbo Excom.7.num.54. vel caſu. 19.& verbo.Gabella.3.num.7. Caiet. & Armil. verbo Excommunicatio.excommunicatione.11. 36 *Quis poſſit imponere tributa,&c*

Primo

PRimo quęritur. Quis poſſit imponere tributa, vel Gabellas, vel augere, abſque hoc, quod ſit hac cẽſura ligatus? Reſp. quòd (vt colligitur ex cap. Super quibus. de verb. ſign. & tradit Silu. verbo. Vectigal. & Nauar. c. 27. num. 61. & c. 17. num. 202. & alijs) Rex, vel Reſpublica ſuperiorem non recognoſcens, poteſt id facere, etiam ſi imponat ſine iuſta cauſa. tradit etiã Abb. in c. Innouamus. de cenſibus. & omnes Summiſtæ verbo Gabella, pedagium, & vectigal.

37 Gabellę nomine quid ueniat.

QVæritur Secundo. Quid intelligatur hic pro Gabella? Reſpon. Gabella, vel pedagium eſt tributum tranſeuntium per loca, (vt ſi dicas Hiſpanicè: portaz go, y Aduana) Latinè Pedagium, & Gabella. Probat Angel. Silu. Caiet. Armil. & omnes verbo. Gabella, Pedagium, Vectigal. Guidagiũ. Abb. in cap. Innouamus. de cenſibus. Nauar. c. 27. nu. 61. Vbi nota, quod (vt probat Nau. ibid. ex Bulla Pij V.) nomine Gabellarum, & pedagiorum intelligũtur etiam, Portoria, & alia Vectigalia.

38 De recipiẽte a clerico ſponte dãte.

QVæritur. V. Recipiens Siſam, vel Guidagiũ à Clerico ſpõtè dante incurrat hanc cenſuram? Reſp. Quòd non, vt ſoluit Nauar. c. 27. nu. 61. 115. 120. 128. & 130. & c. 17. nu. 201. & c. 25. num. 16. Dueñas. Reg. 100. nu. 17. Secus, qui autoritate ſæculari exigit Decimas, & Talias, etiam à ſponte dante, vt habetur. infra.

39 Quid ſi tributum exigatur a clericis.

QVæritur. Quid ſi à Clerico exigatur tributum? Reſp. Inter Doctores, ſupra citatos, varias eſſe ſententias. Quidam. n. dicũt eum, qui clericum compellit, incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ. Ange. Tabien. Silu. excom. 9. §. 31. Armil. caſu. 2. Sed tũ tene cum Nauar. c. 27. nu. 68. in fine, qui cum Caiet. verbo. Excom. c. 71. melius limitat. ſ. quòd tũc erit excommunicatus, ſi cogat clericum ad tributum, quòd nec à ſecularibus quidem exigere licèt. Si autem Clericus tractat cauſa negotiationis, debet tributum ſoluere. (Hiſpani: la Alcauola.)

40 Clericus quando dicatur negociator.

QVare. Quæritur quando clericus dicetur negotiator, ad hoc vt ſoluere teneatur? Reſpon. Primo. Non dici negotiatorem, ſi vendat bona ſuorum reddituum, vel patrimonij, vt vltra Silu. ſup. Ange. verbo. Clericus. 9. §. 3. Dueñas. Reg. 100. nume. 17. Bertach. de Gabellis. 7. par. in princ. q. 5. 6. ad 7. & Ledeſ. 2. par. 4. q. 20. art. 4. f. 305. tradit melius omnibus Nauarr. c. 27. nu. 128. Secundo. Non dicitur negotiator ſi vendat triticum, oleum, & cætera, quæ ſuperſunt ex prouiſione anni. Tertio. Non dicitur negociator, ſi rem quam emerat, meliori conſilio ductus vendat, vt aliam diuerſam, vel eiuſdẽ emat. Hæc & alia, vide in ſupra dictis, & alijs.

41 De ſtatuto prohibẽte neceſſaria clericis.

QVid, ſi laicus ſuperior. ſ. Rex, Dux, vel Gubernator ſtatutum faciat, vel præceptum prohibens, ne ſui ſubditi vendant triticum, vinum, &c. Clericis, & ne molant, coquant &c. Reſp. Talem eſſe excommunicatum. Silu. Excõ. 9. §. 21. Caiet. c. 31. & 37. verb. excõmunicatio. Nauar. c. 25. nu. 16.

42 De imponẽtibus Siſam, &c.

QVid, ſi Rectores populi, vel Executores imponunt Siſam carnis, vel vini Clericis, vel faciũt exigi ab eis? Reſp. Eſſe excõmunicatos à iure in cap. Quamquam. de Cenſ. lib. 6. & tradit Caiet. & Nau. Man. c. 17. nu. 203. & alij multi.

Vid,

43 De tributo in bonum publicum, &c.

QVid, ſi tributum ordinatur in bonum publicum, quod æquè reſpicit vtilitatem Clericorũ, & Laicorum, vt ad reparationem murorum, fontium, Pontium, vel ad emendum; vel cuſtodiendum à peſte populum? Reſpõ. Ad hoc, tã Eccleſiaſticos, quam ſæculares nobiles teneri. Ita probat communis vſus, qui Hiſpaniæ ex.l.11. & 12. titu.3.lib.1.nouæ recompil.ortum habet. Ratio eſt, Quia cũ ſit opus commune, & opus pium; clericus nõ eſt exemptus ab eo, iure Cano-
44 nico. Quia Ratio naturalis limitat legem. Probat Duenas. Regul.100. nu.17. & Didacus. Perez.l.1.tit.4. lib.1.Ordi.Nauarr.c.17.nu.203. & c.27.nu.115. Minchaca. controuerſarum frequentium.c.5.nu.4. & c. 16.num.4. Paulus Caſtrenſ. Alciat. & alij quos refert, & ſequitur Doctor Barboſa. in l. Ad inſtructiones.C.de Sacroſan.Eccleſijs.

45 Quid ſi clericus noluerit ſoluere.

QVo viſo, quæritur. Quid ſi clericus in dictis caſibus noluerit ſoluere, an ſit compellendus; & per quem iudicem? Reſpon. Iudicem ſæcularem poſſe illum compellere, faciendo executionem in bonis tributo obligatis, non autem in perſona, ita Gregor. Lupus. in l 51. Gloſ.3. titul.6. par.1. Nauarr. ſupra. & alij. Sed melius, honorabilius, atque decentius, eſt vt per Eccleſiaſticum iudicem cõpellatur. Tenet Abb. in capit. Non minus. de immu. Eccleſ. in 6. Duenas. ſupra. numero 16. in fine, & alij quos refert, & ſequitur Couarr. lib. 1. var. capit. 8. numero 9.

SEXTVS-CASVS.

Contra falſarios literarum.

EXcommunicamus, & anathematizamus oẽs falſarios literarum Apoſtolicarum, etiã in forma breuis, ac ſupplicationum, gratiam, vel iuſtitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarium, ſeu gerentis vices eorum, aut de mandato eiuſdem Romani Pontificis ſignatarum, necnõ falſo fabricantes literas Apoſtolicas, etiam in forma breuis, & etiã in falsò ſignantes ſupplicationes huiuſmodi, ſub nomine Romani Pontificis; ſeu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum.

46 Hæc clauſula differt ab illa antiqua.

NOta Primo. In hac clauſula nõ eſſe aliqua verba, quæ fuerunt poſita in Bulla Greg.XIII. videlicet illa: Extendentes conſtitutionem Fœl.Rec.Innocẽ. Papæ II. quæ incipit: Ad falſariorum, cum omnibus pœnis in ea contentis. Et illa: Seu mutantes ſupplicationes per nos ſeu de mandato noſtro ſignatas. Vt patet ex Nauarro. infra. quem.c.27.nu.62. & c.17. nu.169. Ang. Tabien. Armil. & alios verb. Falſarius. Abb. Fel. & alios in d.c. ad falſariorũ. de crimine falſi. Bernar. Diaz. in practica.c.108. Greg. Lupum.l.6. titu.7. par.7. Didacum Perez. in l.22. tit.19. lib.8. ord. Ang. etiam excom.5. nu.1. Silu. eod. nu. 7. & verbo Pœna. Caiet. c.27. de excom. & Recompilat. l.3. & 5. ti.17. libr.8. & multos alios poteris videre de hac materia.

47 Quãdo punitur quis crimine falſi?

EX quibus, maximè Armil. verbo. Falſarius. num.1. Nota. Secũdo. Quod ad hoc, vt quis poſſit puniri

puniri de crimine falſi, debēt tria reperiri: Primum mutatio veritatis.Secundum,Dolus.Tertium, Iactura, quod probat ex Hoſtien.& alijs Nauar.infra.

48 De falſificā te literas Papæ.

TErtio Nota. Quòd (licèt in Bulla non dicatur) Abb.in c. Ad falſariorum.de Crim.fal.dicit, quòd falſificās literas Papę per ſe, vel per alium, eſt excommunicatus cum fautoribus.

49 VExtendatur ad falſantes ſupplicatiões.

IMò Quarto Nota.Quòd (vt ait Nauar.c.27.nu.62.) Hæc excōmunicatio non compræhendebat falſantes ſupplicationes à Papa ſignatas, quas ſignaturas dicimus. Quia (ait) tales ſignaturæ non veniunt appellatione literarum Apoſtolicarum in materia odioſa; & ideo Greg. XII I.addit pœnas poſitas in c.Ad falſariorum. de Crim. falſi.in quo comprehenduntur.At cùm in hac Bulla.S. D. N. Sixti V. nulla mentio, vel extenſio fiat dicti.c. (ſub correctione) videtur illarum falſificantes, nō incidere in excommunicationem Bullæ; bene tamen, in pœnas. dicti.c. Ad falſariorum, & in excommunicationē in eo latam, non reſeruatam Papę. Vt notat Caiet.verbo Excommunicatio.c.27.quem refert, & ſequitur Nauar.ſupra.

50 Differunt falſificans, & utēs falſificatis.

NOta Quinto. Quod eſt differentia inter falſificantes literas Apoſtolicas, & inter utētes falſificatis ab alijs, Quia falſificantes dictas literas omnes ſunt excommunicati per Bullam hác; utentes autem falſis, non oēs, ſed tantùm Laici, per d.tex.in c.Ad falſariorū, ut tangit Nauar.c.27.nu.62.§.4.

51 De literis ſubreptitijs.

NOta Sexto, & tene menti (q̄a per hoc multi euitantur ſcrupuli;) quòd illi qui ſubreptitiè, vel obreptitiè literas impetrāt Apoſtolicas: uel illis utuntur, non incidunt in hanc Bullæ excommunicationem, Quia non ſunt literę falſæ, ut ait Nauarr. ſupra, & in c.ad audientiam.1.de reſcriptis.

51 De falſante literas nuntij.

NOta Septimo. Quòd licèt falſans literas Papæ incurrat excommunicationem Bullæ; non tamen, incurrit eam falſans literas Nuntij Apoſtolici, Sacræ Pœnitentiarię, uel Epiſcopi. Imo nec aliam excommunicationem non reſeruatam Papæ, contentam in c. Ad falſariorum.de Crimine falſi, ut tradit Nauarrus.cap.27.nume.62.uerſiculo.Tertia.

52 De falſante literas, quæ expirauerunt.

NOta Octauo. Quòd falſans literas Pontificis, quæ iam expirauerunt, ſi modo non reddat illas utiles, intendatq; abuti illis, nō incurrit hanc excommunicationē. Ricar.4.diſt.18.Silu.uerbo Excommunicatio.7.§.4.uel nu.9.

53 Quid ſi qs corrigeret aliquam literam, punctum, uel comā, &c.

NOta Nono. Quòd quemadmodum in omni materia paruitas rei excuſat à peccato mortali, ut probat Nauar.c.11.num.4.ex S.Tho.& alijs, ita hic, ſi quis corrigeret aliquam literam, uel punctū bono animo, dummodo idem remaneat ſenſus, quē Papa intendit, non eſt excommunicatus, ſecundum mitiorem, & benigniorē ſententiam, quam tenet Ioan.Gerſon. 2.par.Alphab.32.c.Quidam.f.118. quem refert, & ſequitur Nauar.c. 27.nu.62.uerſic.Sexta.

54 Excōicatio maior tantū pro peccato mortali.

COnfirmatur. Quia nulla incurrit maior excōmunicatio niſi ob peccatum mortale, ſecundum communem, & multa iura. 11.q.3.At hic non inuenitur peccatum mortale, Primo. Quia bono animo fecit. Secundo, Quia nulli infert nocumentum, nec facit iniuſtitiam. Tertio, Quia remanet ſenſus

ſus

ſus quem Papa intendebat. Et licèt Hoſt. & Caiet. quos refert Nauar. ſupra, Abb. Goffre. & alij, quos refert, & ſequitur Silu. excom. 7. nu. 8. & ſumma Confeſſ. lib. 3. titu. 33. q. 34. caſu. 10. teneant contrarium; dico eſſe intelligendos, quando talis correctio, etiam vnius puncti, ſenſum mutaret literarum

SEPTIMVS CASVS.

Cōtra portantes arma, &c.

Excommunicamus, & anathematizamus, omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis inimicos, vel hæreticos, per noſtras, ſiue huius ſanctæ Sedis ſententia expreſsè, & nominatim declaratos deferunt, ſeu tranſmittunt Equos, Arma, Ferrum, filum ferri, Stamnum, Chalibem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canapem, funes, tàm ex ipſo canape, quam alia quacunque materia, & ipſam materiam, aliaq; huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant. Necnō illos, qui per ſe, vel alios de rebus, ſtatum Chriſtianæ Reipub. concernentibus in Chriſtianorum perniciem, & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos, nec non hæreticos in damnum Catholicæ religionis certiores faciunt, illiſq; ad id auxiliū, conſilium, uel fauorē quomodolibet præſtant. Nō obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, quibuſuis perſonis, principibus, Reſpublicis per nos, & ſedem prædictā hactenus conceſsis, de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.

PRimo Nota, In hac Bulla, vel clauſula Bullæ quædā eſſe adiuncta verba, quæ in alia Gregor. XIII. non erāt, illa. ſ. vel hæreticos: & illa, nec non hæreticos, & illa: de huiuſmodi &c. 55 Differētia cum alia Gregorij.

SEcundo Nota, Quod quamuis Nauarr. in Man. Latino Anno 1575. c. 27. nu. 62. in fi. & in hoc reformato. Anno 1584. num. 63. diceret clauſulam Bullæ Gregor. XIII. non extendi ad hæreticos: quia (aiebat) nō hoſtes Chriſtiani nominis ſunt, poſtea tamen in hac Bulla. S. D. N. Sixtus Papa V. tanquam inimicos talis nominis, excommunicauit. 56 Hæretici inimici nominis Chriſti.

TErtio Nota. Ex hac clauſula, in fine, quòd ad hoc, vt quis ratione alicuius priuilegij, faciat contra hanc clauſulam, oportet, vt in dicto priuilegio fiat huius clauſulæ expreſſa reuocatio, quod non requirebat Bulla Greg. XIII. 57 Requiritur reuocatio expſſa, &c.

QVarto Nota. Quòd (licèt in Bulla nō exprimatur ſpecialiter) incideret in hanc cēſuram, qui deferret Aurum, vel Argentum in ipſa materia, vel in moneta ſigillata, & etiam fiſtulas, & tubas, &c. Quia omnia hæc bellica ſunt inſtrumenta, & maximè moneta, qua omnia mouentur, & gubernantur. Nauarr. c. 27. nu. 63. §. 6. * Prohibitum eſt etiam Chriſtianis quaſcunque merces deferre apud Barbaras nationes, & infideles, non tantùm tempore belli, ſed etiam tēpore induciarū. Vt ex nor. in l Cotem. in princ. ff. de pub. & vectig. & l. 1. & 2. C. quæ res ex por. non poſ. & in l. pen. & fin. C. quæ res vena. non poſ. & in ca. Ita quorundam, & c. Significauit, & alijs de iudæis, & Doctoribus ibidem. tradit Marquardus de Suſanis 58 Quid ſi deferret Aurū, vel Argentū, &c.

nis de iudæis.1.par.cap.5.nume.1. & 2.cum ſeq.

59 Quid ſi vẽdentibus naues.

QVinto Nota. Ex illo verbo: (Quibus Chriſtianos,& Catholicos impugnãt,) quòd in hãc incideret cenſuram, qui nauem illis venderet vel triremem.i. galeram, vel accommodaret, vel præſentaret, ſeu donaret. Ratio, eſt, Quia ſi prohibetur mittere ligna, quibus tales naues fiunt, multo melius videntur prohibitæ ipſæmet fabricatæ naues? Vt ex cap. Ad liberandum.de iudæis, probat Nauar.ſupra, & Armil.verbo.Excom.c.14.Silu.& alii.

60 Quid ſi arma cõmutet.

SExto Nota.Quòd licèt Roſella teneat illum qui deferret Arma infidelibus, ut commutet pro aliis Armis,non incurrere hãc excommunicationem;cõtrarium eſt verius,cum Silu.uerbo. Excom.7. nu.64.verſi.Et quarto.

61 Quid ſi donis miſſis Principib' Turcis &c.

SEptimo Nota. Quòd ſi quis mitteret aliquem præcioſum gladium,vel pugionem,archabuſetum (piſtoleto,) vel quid ſimile Principi infideli, vt haberet eius gratiam,& amicitiam, non incideret in hanc Cenſuram, ratione paruæ quantitatis, ut diximus, ſupra caſu.6.§.9.& tradit Nauarr. c.27.nu.63.verſi.

De exigente minimã Gabellam, &c.

Confirmatur Primo Quia qui minuta portoria,uel Pedagia, uel Gabellam exigit a clericis,nõ ideo incidit in excommunicationem, ut probat Nauar.c.27.nu.Sup.

V.Symoniacus dans rẽ minimam.

Confirmatur Secundo.Quia nõ dicitur Symoniacus,qui dat rem modicam pro boneficio,ut habet. c.Etſi queſtiones de Simon. Ratio eſt,quia ad incurrendam hanc cenſuram, oportet, ut actus exterior ſit de ſe mortalis, & quòd grauet in tali materia, ut tradit Nauar.in Extr. Greg.XIII. de datis pro gratia,& iuſtit.notab.10.

62 Quid ſi extra tempus guerrę mittat q' pannos &c.

OCtauo Nota. Quòd deferẽs, uel mittens, extra tempus guerrę pãnos ſubtiliſſimos lineos, uel laneos, ex quibus minimè uela fieri poſſunt;non incideret in excommunicationem, ut cum Caietano,tenet Armil. Excommunicatione.14. & ex Abb.Innoc.Goffre. tradit Silueſt.Excommunicatio.7. nu.63.Nauar.c.27.num.63. verſic. Quarta, in fine. * Nota bene pro hac quæſtione, quòd tribus cõcurrentibus poteſt Chriſtianus inuocare auxilium infidelium contra alios Chriſtianos.Primo,quòd nõ vigeat bellum actiuè, uel paſſiuè cum infidelibus.Secundo,dummodo inuocans iuſtè offendat, uel defendat.Tertio,dummodo ſit neceſſitas ineuitabilis.ita Ioan. de Ana. & Fel.in c.Ad liberandam. de iudæis.col.11.uerſicu.Vltimo vide. idem tenet Ioan.And.ibid.& Ant. Corſetus in tract. de poteſtate Regia.4.par.princ.q.83. Oldr. conſil. 71.& alii,quos refert, & ſequitur Marquardus de Iudæis.1. par. c.6. nu.3.Vbi etiam probat, ex.c.quid culpatur.23.q.1. & c. Iulianus.11. q.3.& aliis, qualiter fideles poſsũt adiuuare infideles contra alios infideles,in bello iuſto.

63 Quid ſi aliquid mittatur pro captiuorũ redẽptione,

NOno Nota.Quòd ſi quis tractans de Captiuorum redemptione,deferret arma,equos,uel ſimilia;ut illius fiat redemptio; uel quia non habet aliud precium: ſi fiat tempore belli, minime licet, ut ex Innoc.Card.Ioan.And.& cõmuni probat Silu.ſup.nu.61.Si autem fiat tempore pacis,factũ (ait) non eſſe damnandum,nec iudicandum in hanc cenſuram incidiſſe: ante factum uero non eſſe conſulendum,

lendum, & ita intelligit Innocentius; & eſt intelligendus Nauarr. in c.Ita quorundam. notab.11. de Iudæis.

64 Quid ſi portauit, ſed nõ vendidit.

Decimo Not. Quòd ſi quis detulit equos, arma, vel ſimilia ad terras infidelium: Pœnitentia tamen ductus, retulit inuendita, non erit excõicatus. Quia non fuit ſequutus effectus. Sed ſi iam vendita, iterum recuperauit, & ad Chriſtianos retulit; erit excommunicatus. Quia iã ſequutus eſt effectus. Ita Ang. & Silueſt. verb. excom. 7. nume. 64.

Sed videtur obſtare text. in c. Si quis non dicam. de pœnit. diſtin. 2. cum multis alijs. Vbi affectus punitur, vt effectus. Sed Reſp. hoc procedere in foro exteriori, maxime ſæculari. In cenſuris autem incurrendis, non ſufficit animus, nec aliquis alius affectus verberandi, occidẽdi, &c. niſi ſequatur effectus, vt patet clare in c. Si quis ſuadẽte. 17. q. 4. Vbi manuum violenta requiritur iniectio. Nauarr. c. 27. nu. 65. verſi. 5. & videbis infra, de irregularitate, ex homicidio.

65 Quid ſi infideles arma habebant ſuper ſua.

Vndecimo Nota, cum Nauarro. in c. Ita quorundam. de Iudæis notabili. 10. num. 4. illum qui detulit arma infidelibus, habentibus plura arma, quàm quibus indigebant, incidere in dictam cenſuram, quamuis Tabiena. verbo. Excom. teneat contrarium.

66 Quid ſi de una terra infidelium in alteram &c.

Duodecimo Nota. Quòd Chriſtiani transferentes Arma, Equos, & alia prohibita ex vna terra Sarracenorum, in aliam Chriſtianorum, vel ſimilium, vel aliorum infidelium, non incidunt in hanc excommunicationem. Ange. verbo. Excom. nu. 11. Silu. Excom. 7. nume. 64.

Decimotertio Nota. Ex Angel. Silu. Caieta. Armil. ſupra, & Nauarr. c. 27. nu. 63: quòd nomine Armorum in hac Bulla, veniunt tam offenſiua, quam defenſiua, ex quacunque materia illa ſint, vt fuſtes, lapides pro machinis, & ſecus ſi pro ædificijs. Caiet. & Nauar. ſupra. cultelli, autẽ, quibus cibi franguntur, & claui, nõ veniunt appellatione armorum, vel ferri, niſi in tanta eſſent quantitate, & tali tempore, vt putentur inde conflandos eſſe gladios. Angel. nu. 2. Silu. ſup. num. 19. & tradit ex Abb. Tabien. excom. 6. nu. 2. 67 Quid ueni at nomine armorum

Decimoquarto Nota. Quòd licèt Nauar. c. 27. nu. 63. verſic. 7. loquatur ſine diſtinctione, de Chriſtianis captiuis, & remiganti bus in Triremibus Turcarum contra Chriſtianos. ſ. ꝙ peccent mortaliter, & idem videatur tenere Sotus. lib. 7. de iuſt. & iure. q. 1. arti. 6. fol. 400. Ex Cordub. tamen, (qui hanc quæſtionem bene tractat in ſumma. q. 173.) & alijs, notanda ſunt ſequentia dicta. 68 De Chriſtianis gubernãtibus naues infidelium, vel remigantibus contra Chriſtianos, quãdo ſit mortale uel non uel quãdo teneantur, uel nõ &c.

Primum, Chriſtiani remigantes, etiam ſponte, vel Regẽtes infidelium naues, contra alios infideles; nec peccant, nec excommunicantur, ſecundum Innoc. quem refert Silu. ſupra, & Nauar. ſupra, quamuis ipſe Silu. verb. Excõmunicatio. 7. nu. 64. cum Ant. de Butr. & Armil. excommun. c. 14. contrarium teneant, quamuis ipſe Nau. nullum citet pro ſe.

Secundum. Si Chriſtianus remigat contra Chriſtianos, metu mortis, vel verberum, eo tẽpore quo non infertur commune damnum Claſſi, vel ciuitati Chriſtianorum, non videtur peccare, ſaltem mortaliter, & conſequẽter

nec

nec incurrere excommunicationem. Ratio, quia nullus tenetur ponere vitam ſuam corporalem euidenti periculo, vt ſaluet vitam aliorum particularem. Sed non remigans exponeret vitam, vt quotidie accidit amputare brachium, caput &c, ergo. Secundo. Quia quòd vnus, vel pauci omittant remigare, (quod facere, vel non facere eſt indifferens de ſe,) non euitatur damnum, quãdo Mauri perſequũtur nauem Chriſtianorum, ita Carranza Archiepiſcopus Toletan. in Epiſtola de hac quæſtione conſultus, & ſentit Silueſt. ſupra. Tertio. Cum verò remigans ſciret, quòd ſi omitteret remigationem, induceret alios ſocios Chriſtianos: impediretur malum commune, quod Bello nauali inferretur Chriſtianorum Claſſi vel Arci neceſſariæ, ad litus Maris adiacenti, tunc tenetur, etiam cum periculo propriæ vitę impedire, non remigando, Quia ordine charitatis, vt ait S.Thom.2.2.q.25.arti.4. bonum commune anteponi debet particulari, & in hoc caſu intellige Nauar. ſupra, cum dicit, non excuſari à mortali. Quarto, quia remigans, vel Triremes gubernans, licet mortaliter peccet contra ius naturæ: non tamen, videtur incurrere excommunicationem, quæ fundatur ſupra præceptum poſitiuum obedientiæ, vt probat Nauar.cap.27.nume.63.verſic.Septima: & alij. Primo quia præcepta humana non obligant cum tanto periculo, vt colligitur ex Soto.lib.5.de iuſtit.& iurę.q.1.artic.6.vide Angel.Silueſtr. Tabien. & Armil. verbo. Præceptum: Secundo, quia ſtat aliquando, eſſe peccatũ mort. contra ius naturæ, nec incurri ex-

Quãdo teneatur cum periculo vitæ.

Aliquando peccatur mort. & nõ incurritur excom illi annexa.

communicationem latam pro eo peccato, vt probat Nauar.cap.27. nu.65.§.4.& nu.84. Vbi habes qualiter maritus poteſt occidere clericum inuẽtum turpiter cum vxore, matre, filia, vel ſorore, abſque vlla excommunicatione; licet non ſine mortali peccato. De quo tractat bene (vltra omnes) Tabien. Excommunic.5.nume.31.* Et de negantibus nomen Chriſti timore, vide Canonem.61.SS.Apoſtol. Si quis (inquit) clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Gręci, vel hæretici negauerit, ſi quidẽ nomen Chriſti, ab eccleſia reijcitor. Si vero nomen clerici, deponitor, pœnitentia tamen ductus, vt laicus receptor.

69 Clericus quando poteſt occidi abſque cenſura.

OCTAVVS CASVS.

Cõtra prohibẽtes uictualia &c.

Excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, ſeu inuadentes eos, qui victualia, ſeu alia, ad vſum Romanæ curiæ neceſſaria adducunt, vel ne afferantur prohibent, impediunt, ſeu perturbant, ſeu hęc facientes defendũt per ſe, vel alios cuiuſcunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, etiamſi Pontificali, ſeu Regali, aut alia quauis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.

PRimo Nota. In hac clauſula, aliqua ſublata eſſe verba, quæ poſita fuerant in Bulla Greg.XIII. videlicet poſt verbum illud: ſeu perturbant; erant hæc verba, (vel pro eis aliquid exigunt, aut ſoluere faciunt.) ❡ Ex quo ſequitur, talia mercimonia, ſeu prouiſiones

Differt hęc ab alia Gregorij.

ſiones portantes, poſſe cogi ad ſol uenda Pedagia, & alia onera, quæ ſoluuntur ab aliis iter agentibus.

71 De impedientibus ne vinum, triticum, &c. extrahatur &c. SEcundo Nota. Quòd Princeps quilibet poteſt prohibere, & appoſitis pœnis interdicere, ne q̃s extrahat triticum, vinum, vel alia neceſſaria, ex ſua Prouincia, ad portandum, etiam in Romanam Curiam, Quia omni iure, tenetur prouidere ſuæ Prouinciæ neceſſitatibus, antequam conſentiat talia extrahi, ne contingat ſibi illud, quod legitur in Euangel. Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis. Et in hoc caſu, nullam incurret Cenſuram; imo prudenter facit id, ad quod tenetur. Ang. Silu. & alij; maxime Caiet. Excom. c. 19. Armil. c. 15. Nauar. c. 27. nu. 64.

72 Quid ſi Romæ eſſet peſtis &c. TErtio Nota, quòd queadmodum quilibet Princeps, maiori vinculo tenetur conſeruare Prouinciam ſuam ſanam, & ab omni labe peſtis, vel alterius mali contagioſi puram, & incontaminatam, quàm prouidere de neceſſario victu, ita ſi Romæ peſte graſſante, prohiberet, atq; interdiceret ſuis adire Romam tali tempore, & occaſione, non incurreret hanc cenſuram, Caiet. Armilla, & Nauarr. ſupra, & alij.

73 De quibus mercib⁹ intelligatur. QVarto Nota, Hãc excommunicationẽ incurrere non tantum illum, qui prohibet ne defferatur frumentum, Vinum, Oleum, animalia viua, & mortua, ſed etiam qui prohibet alias merces. ſ. fructus, linum, ligna, papyrum, &c. Quia omnia comprehendũtur illis verbis: ſeu alia ad vſum Curiæ neceſſaria.

74 Quid ſi mitterẽtur talia in dñũ alicui. ¶ Ex quo infertur Quinto. Illũ qui officio âſſaſſini vtens, vel propter particularem inimicitiã, impeteret aliquem differentem aliquid ſupradictorum alicui particulari perſonæ, ratione emptionis, uel donationis non eſſe excommunicatũ. Quia illi non erant ad vſum Curiæ, ſed priuatæ perſonæ.

75 Quid de eo pientibus pecuniam tantum? SExto Nota. Non incurrere dictam cẽſuram, qui expoliaret aliquem pecunijs tantùm, vt ſoluit quidam Doctor Salmant.

NONVS CASVS.

Contra interficiẽtes venientes Romã, &c. *EXcommunicamus, et anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, ſua, vel aliorũ opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent: nec non illos omnes, qui iuriſdictionem, ordinariam, vel delegatam à nobis, vel noſtris iudicibus non habentes, illã ſibi temere vendicantes, ſimilia cõtra morantes in eadem curia audent perpetrare.*

76 Differentia inter hanc clauſulam, & Gregorianam. PRimo Nota. Magnam differẽtiam eſſe, inter hãc clauſulam, & latam à Gregor. XIII. in eadem Bulla. In illa enim, hæc clauſula, in duos caſus diuiſa erat. Secundus incipit ibi. Nec non illos, vt videre eſt apud Nauarr. capit. 27. numer. 65. & 66. Item in illa excommunicabantur interficientes, & mutilantes, uel uulnerantes ex propoſito, in hac autem, illud uerbum, ex propoſito, ſublatum fuit, & ita maiorem generalitatem includit. Item in illa excommunicabantur conſilium, auxilium, uel fauorem dantes ad talia: in hac autem, tantùm excommunicantur

qui

qui ſua, uel aliorum opera interfi ciunt, mutilant &c.

Item, in illa excommunicabantur interficientes, uel mutilantes morantes apud Sedem Apoſtolicam. In hac autem, tantùm euntes ad eandem. Item in illa excommunicabantur interficientes, vel mutilantes Romiperas, ſeu peregrinos ad Vrbem deuotionis cauſa venientes. In hac autem, nulla peregrinorum fit mentio, ſed ſub una generalitate. ſ. (omnes illos) omnes comprehenduntur.

77 De quibus hæc clauſula intelligatur?

EX quibus omnibus. Nota Secundo. Quòd licèt ſecundum Nauarr. capitul. 27. numer. 65. per Bullam Grego. XIII. tantùm includebantur peregrini qui deuotionis cauſa, & non alias Romam pergebant, quia ſic erat expreſſum ibi; nunc tamen omnes quotquot veniunt, quacunque cauſa ad Sedem Apoſtolicam recurrant, eſſe intelligẽdos iudico; cum nulla particularitas in hac Bulla inueniatur, ſed generaliter loquatur; omnes venientes, & recedentes.

78 Quid ſi Sedes Apoſtolica, non eſſet Romæ?

NOta Tertio. Pro tempore illo, quo dicebatur in Bulla; de peregrinis ad Sedem Apoſtolicam deuotionis cauſa veniẽtibus: Et quia forſan eademmet uerba adiuncta erant alio tempore, quòd talis limitatio peregrinationis Romæ, eſt intelligenda, etiamſi Sedes Apoſtolica tunc non adeſſet Romæ, vt tradit Caiet. in ſumma. verbo. excommunicatio. cap. 13. & 14. Nauar. ſupra.

79 Olim intelligebantur Templarij, &c.

NOta Quarto. Quòd tempore antiquo, cum vigebant religioſi dicti Templarij extendebatur hæc clauſula ad peregrinantes Hieruſalem. Caiet. ſupra.

80 Quid ſi occidatur peregrin' Romæ habitans?

QVinto. Nota. Quòd licèt Caiet. dicat, quòd vulnerãs, vel occidẽs peregrinum, dum moratur Romæ non incideret in hanc cenſuram, quia (ait) non eſt in vſu; contrarium tamen mihi uideretur dicendum, cum eſſet expreſſum in Bulla; ut erat in illa Grego. XIII. ibi: uel apud eam morantes, ut uidere poteris apud Nauar. c. 27. nu. 65. & eſt etiam in hac Bulla clauſula ſequenti.

81 V Sit neceſſariũ odiũ religionis ad hãc cenſuram?

SExto Nota, Quòd ad incurrendam hanc cenſuram, non eſt neceſſe, quòd talis verberatio, detentio, vel mors inferatur tali, in odium Chriſtianæ Religionis, Papæ, uel peregrinationis, ſed ſatis eſt, quòd habitu, colloquio, vel per aliam uiam agnoſcat peregrinum, uel Romipetam eſſe. Quia Bulla indiſtincte loquitur, & ſic eſt intelligenda.

82 Quid ſi peregrin' Romæ, vel extra delinquat?

SEptimo Nota. In contrario caſu: Quòd ſi quis peregrinus, vel alius Romipeta, dum iter agit, uel eſt Romæ, delinquat, uel aliquem percutiat, uel in aliquo offendat, poterit à Iudice incarcerari, & puniri, vel à quocunque particulari detineri, caſtigari, & repercuti, & etiam occidi, abſque hoc, quòd incurratur hæc Cenſura; Quia tunc non detinetur, punitur, uel occiditur, ut peregrinus, vel Romipeta, ſed ut delinquens, & malefactor.

83 Curia Romana V. ſit ſemper, vbi Papa?

OCtauo Nota. Pro hac, & ſimilibus Clauſulis, ubi de Sede Apoſtolica agitur, quòd Curia Papæ, & Sedes Apoſtolica, non ſemper fuit Romæ, ut tradit Romanus ſing. 154. Et nunc aliquãdo curia nõ eſt ubi eſt Papa. text. in Cle. Vt Roma. §. Sanè. de Electione, & nihilominus etiam dicitur Sedes

Apoſtolica: Primo, vbi eſt Curia. Secundo, Vbi eſt Papa, etiam ſine Curia. Nau. in Extrauag. de literis gratiæ, & iuſtitię notab. 17. nu. 26.

DECIMVS CASVS.

Contra interficiẽtes Romipetas &c.

EXcommunicamus, et anathematizamus, omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos, ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dãtes auxilium, vel fauorem.

84 NOta. Quod omnia, quæ pertinẽt ad declarationem huius clauſulæ reperies notata ſupra caſu. 9. excepto, quòd in dicto caſu. 9. Vbi abſolutè fit mentio generalis de omni genere perſonarũ Romam venientium, non excommunicantur auxilium, conſilium, vel fauorem dantes in occiſione, mutilatione, vel detentione earundẽ perſonarum. In hac autem clauſula, vbi particulariter de peregrinis agitur, excommunicantur etiam auxilium, conſilium, vel fauorem dantes.

Excõicãtur fauorẽ, cõſilium, vel auxiliũ dãtes.

VNDECIMVS CASVS.

Contra interficiẽtes, &c. Cardinal. &c.

EXcommunicamus, et anathematizamus, omnes interficientes, mutilãtes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes, Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſq; Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à ſuis Diœceſibus, territorijs, terris, ſeu dominijs eijcientes. Nec non ea mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes eis auxilium, conſilium, vel fauorem.

NOta Primò. Hanc cenſuram, 85 olim antiquiſſimo iure: ca. Si quis ſuadente. 17. q. 4. fuiſſe latam contra non ſolum interficientes, ſed etiam tangentes quemcunque Eccleſiaſticum, etiam prima tonſura tantùm inſignitum. Quæ cenſura, etiam de tangentibus quemcunque Religioſum, etiam nouitium, intelligenda eſt, vt notat Angel. Siluef. Caiet. Tabien. Armil. & omnes. Nauar. Sot. & Couarr. (vt dicetur.) Cuius excommunicationis abſolutio, in graui percuſſione, Papæ reſeruatur.

Excõicatio hac antiqua.

SEcundo Nota, Quòd hæc ex- 86 communicatio, quæ hodie eſt Bullæ Cœnæ, fuit olim etiam lata, & Canonico iuri inſerta. in c. Fœlicis. de Pœnis. lib. 6. Notat Armil. ſupra, & Nauar. c. 27. nu. 67.

Ex quo ca. & ex Conſtitutione Pij V. edita. Anno 1569. 14. Calẽd. Ianuar. Pontif. ſui Anno Quarto, Nota Tertio, Quòd licèt in hac clauſula, tantùm fiat mẽtio de Cardinalibus, Archiepiſc Epiſco. &c. extendenda eſt tamẽ ad percutientes, vulnerantes &c. Clericos, vel religioſos familiæ Cardinalium, vt notat Armil. verbo. Excommunicatio. c. 2. & Fœlicianus Epiſcopus Scalenſis in ſuo Inchirid. in explicatione huius. c.

Ad quos extẽdatur?

QVarto Nota, Quòd omnes, 87 talia perpetrantes, nõ ſolùm incurrunt excommunicationem Bullæ Papæ, reſeruatam, ſed

Pœnæ aliæ contra eoſdem.

ſed incurrunt alias grauiſſimas pœnas in d.c.Fœlicis,contentas.Nau.c.27.nu.67.Armil.& alij ſupra.

88 An intelligatur de Epiſcopo electo tantũ?

NOta Quinto. Quo ad verbũ; Epiſcopum,quòd ſi quis occiderit &c. Epiſcopum electũ tantum,& non Conſecratum (licèt incurreret multas alias cenſuras Papæ reſeruatas,& pœnas) nõ incurreret hanc Bullæ Cœnæ Excõmunicationem, etiam ſi iam miſſus fuiſſet in poſſeſſionem per Glo. in Cle.Dignum.de celeb.Miſſ.& per multa citata à Fely.in c.Eam te.de reſcript.Silu.Excommunicatio 7. Caiet.Excommunicatio.c.13. Armil.c.2.Felicianus ſupra.Bald.in l. Synodum.C.de Furt. Gl.in Clem. vnica.de foro compe.Selua.de benefi.1.par.q.3.nu.31.Nauarr.c.27. nu.67.verſi.8.quem vide.

89 In dãtibus conſilium &c. qualiter requiratur effect⁹.

SExto Nota. Ad vltima verba clauſulæ.ſ. (dantes auxilium, conſilium &c.) quòd talia facientes non incurrunt dictam cenſurã, niſi ſequatur occiſionis, verberationis, &c.effectus,vt ex text.in d. c.Fœlicis.notat Armil. ſup. Quod etiam (ait) procedere in mandante talia fieri; vno caſu tantum excepto,poſito; in c.Pro humani.de Homic.in 6. ſcilicet, quando quis mandat Chriſtianum per aſſaſſinos occidi.Quia tunc,etiam ſi non ſequatur effectus, erit excommunicatus,per d.tex.

DVODECIMVS CASVS.

Contra occidẽtes veniẽtes Romam, &c.

EXcommunicamus,& anathematizamus, omnes illos, qui per ſe, vel per alios, perſonas Eccleſiaſticas quaſcunque, vel ſæculares ad Romanam Curiam ſuper eorũ cauſis,& negotijs recurrẽtes, ac illa in eadem Curia proſequentes,aut procurantes,negotiorumq; geſtores,aduocatos,procuratores, & agentes, ſeu etiam auditores,vel iudices ſuperdictis cauſis, vel negotijs deputatos,occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant,ſeu qui per ſe,vel per alios directè,vel indirectè,delicta huiuſmodi committere,exequi,vel procurare,aut in eiſdem conſilium,auxiliũ, vel fauorem præſtare non verentur,cuiuſcunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

PRimo Nota. In Bulla Gregor. XIII. hanc clauſulã,& ſequentem.ſ.13. eſſe vnam tantùm,vt videbis,in ipſa,& Nauar.c.27.num. 68. & D.Fœliciano Epiſcopo Scalenſi.in ſuo Inchirid.& alijs. 90 Hęc clauſula differt ab alia.

SEcũdo Nota. Quòd licet quis, quamcunq, dictarum perſonarum iniuriauerit verbo, ſcripto, vel verè,vel falſo infamauerit,vel coram alijs detraxerit,nullam cẽſuram incurret, quia hic tantum dicitur, occidunt, percutiunt, & bonis ſpoliant. 91 Quid ſi tãtũ iniuriauerit &c.

TErtio Nota. Quòd ſi quis,aliquam dictarum perſonarum Zelotipiæ,ludi,alteriuſue litis,vel negotij occaſione occiderit, percuſſerit, vel ſpoliauerit,non incurret excommunicationem,quia dicitur in Bulla: occaſione cauſarũ, vel negotiorum huiuſmodi. 92 Quid ſi aliquã cã occiderit.

QVarto Nota.Quod (meo iudicio) ille qui,à quacunque dictarum perſonarum clam ſurriperet bona, & quia caret ꝓbatione, fauore,vel pecunijs, nõ poteſt con- 93 Quid ſi tãtum ſurriperet ſibi debita occulto tã?

tua diuitem, fraudulentum, vel nimis cauilloſum litigare, non incurreret hanc excommunicationem, eum ſpoliando ſecretò, & ſine ſcādalo: quia cōcurrētibus quatuor, unuſquiſq; poteſt clam accipere, quod ſibi debetur; Primo. Quòd verè, & realiter ſit ſibi debitū. Secundo. Quòd non accipiat vltra id ꝙ ſibi debetur. Tertio. Quòd tale debitum ſit certum, & liquidatū. Quarto. Quòd tale debitum alio modo recuperari non poſſit, De quo vide Caiet. 2.2.q.66.ar.3.& 5. Sot. de Iuſt. & iure. lib.5.q.3.art.5. Silu. verb. Furtū.q.12.& 15. & verbo. Bellū.1.q.9. Bellum.2.q.8. Ioā. à Med. de Reſtit.q.3.cauſa.12. Alex. Alenſ.4.par.q.85.nu.3.ar.1. Nau.c.17.nu.112.& 113. Communis, quā refert, & ſequitur Cord. in ſum.q.115.art.2. Cùm ergo nullus incurrat excommunicationem maiorē, niſi ob mortale, vt optimè, ex multis iuribus, probat Nau.c.29.nu.9. & hic non ſit tale peccatum, ſequitur talem cenſuram non incurri.

Quatuor concurrentibus, pōt accipere, quod ſibi debetur.

DECIMVSTERTIVS CASVS.

Contra impedientes, uel detinētes caſtigātes, & interficientes, &c. uenientes, &c.

EXcommunicamus, & anathematizamus, omnes tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares, cuiuſcunq; dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem à grauamine, vel futura executione literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, tam gratiam, quam iuſtitiam continentium, necnon citationum, inhibitionum, ſequeſtrorū, monitoriorum, proceſſuū exequutorialium, & aliorum decretorum a nobis, & a Sede prædicta, ſeu Legatis, Nuntijs, Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ, Auditoribus, Commiſſarijs, alijſque iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanatorū, & quæ pro tēpore emanauerint, aut alias ad curias ſæculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea inſtante etiam Fiſci Procuratore, vel Aduocato appellationes huiuſmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quiuè illa ſimpliciter, vel ſine eorū beneplacito, & conſenſu, vel examine, exequutioni demandari, aut ne tabelliones, & notarij ſuper huiuſmodi literarum proceſſuum executione inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta, parti, cuius intereſt, tradere debeāt, impediunt, vel probibent, ac etiam partes, ſeu eorum agentes, notarios, executores, & ſubexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & Regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminātur per ſe, vel alium, ſeu alios publicè, vel occultè, quiuè alias quibuſcunq; perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequēdis, ſeu gratijs, vel literis impetrandis ad Roman. Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas a dicta Sede impetrent, ſeu impetratis vtantur, directè, vel indirectè probibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut notarios,

rios, ſeu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præſumunt.

94 Amplior hæc clauſula.
PRimo Nota. Vt colligitur ex Nauar. c. 27. nume. 68. verſic. 5. quòd hæc clauſula, (quæ conformis eſt illi, Gregor. XIII.) amplior eſt alia antiqua, explicata ab ipſo Nauarro.

95 De quibus intelligat?
SEcundo Nota. Quòd hæc clauſula comprehendit omnes talia impedimenta inferentes auctoritate propria, vel Iudicis Eccleſiaſtici, vel ſæcularis. Nauarr. probat ſupra, quem vide.

96 An de mandante?
TErtio Nota. (meo iudicio) hanc Cenſuram non incurrere mãdantes, quia nõ habetur hic, quãdo enim Papa vult extendere ad mandantem, ſolet explicare.

QVarto Nota. Secundum communem, quam refert, & ſequitur Nauar. c. 27. nu. 85. quòd non incurreret hanc Cenſuram, nec aliam iudex deprahendens noctu ignotum Clericum cũ habitu ſæculari.

DECIMVSQVARTVS Caſus.

Contra impedientes executionem literarum, &c.
EXcommunicamus, & anathematizamus, omnes, et ſingulos, qui per ſe, vel alios auctoritate ꝓpria, ac de facto, quarumcũq; exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apoſtolicarum prætextu, beneficiales, & decimarũ, ac alias cauſas ſpirituales annexas ab auditoribus, & Commiſſarijs noſtris, alijſq; Iudicibus Eccleſiaſticis auocant, illarumuè curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula, Conuentus, Collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarũ cognitione, tanquam iudices interponunt. Quiq; partes actrices, quæ illas committi ſecerunt, faciunt ad reuocandum, et reuocari faciendũ, citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & faciẽdum, vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à Cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui, per ſtatutum, vel aliàs compellunt, vel executionem literarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium proceſſuum, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum: ſeu etiã donec ipſi ad nos informandos, vt dicunt, ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur, etiam ſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conſiliorũ, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Cõſiliarij ordinarij, vel extraordinarij, quorumcunq; Principum ſæculariũ, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunq; præfulgeãt dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarij, ſeu Vicarij fuerint.

98 Multa conſideranda, &c.
MVlta quidem ſunt, circa præſentem grauiſſimam, atque controuerſijs pleniſſimam clauſulam, conſideranda; quæ magis in-

digebant Pontificis Max. deciſione, quàm hominum, etiam doctiſſimorum interpretatione, vel declaratione. Dicam, & Ego (ſub correctione S. Matris Eccleſiæ,) quid illi in negotio tã arduò ſenſerint: & quid Ego ſentiam.

99 Idem ſenſus qui in Bulla Gregor.

NOta Primo. Quòd licèt in verborum contextura, hæc clauſula multo differentior videatur illa Greg. XIII. quam ponit Nauar. c. 27. nu. 69. idem tamen ſenſus atque intentio eſt vtriuſque.

100 Nauarrus pauca de hac clauſula.

SEcundo Nota, Qualiter Nauar. ſupra clauſulam hanc ita difficilem, & intricatam, ſic intactam, atque omni explicatione deſtitutam reliquit, vt ne verbum quidem fecerit in Manuali reformato, & adiuncto Anno 1584. licèt in alio Latino edito Anno 1575. aliqua dixerit circa hanc clauſulam latam à Grego. XIII. de quo pauca agit. nu. 70. verſi. 2.

101 Mos Hiſpaniæ & Galliæ circa Apoſtolicas.

TErtio Nota. Morem fuiſſe, & eſſe apud Regni Hiſpaniæ, Galliæ, atque Germaniæ Cancellarias, Bullas Apoſtolicas, maximè circa beneficia, & citationes, detinere. Omnibus patet, & tradit Didacus Perez, magiſter meus, in l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordin. vbi multa congerit. Nauar. c. 27. nu. 70.

102 V. Detinentes, &c ſint excõicati?

MAximum dubium vertitur, (& merito) his temporibus, V. Tales Iudices, Cancellariarum Auditores, vel ipſi Reges, & Principes, quorum auctoritate dictæ Bullæ detinentur, ſint excommunicati per hanc clauſulam, quæ tã clarè loquitur? Pro parte affirmatiua videtur, quòd ſic, quia Bulla expreſsè hoc prohibet, nulla excepta perſona.

Cõc. Trid. hortatur Principes.

Item facit, quia Concil. Triden. ſeſſ. 25. ca. 20. id expreſsè hortatur Reges, & Principes, ne permittant Eccleſiaſticos à iudicibus ſæcularibus in aliquo offendi, vel grauari. Nauar. ſupra.

Pro negatiua facit, quia nullus Iudex Eccleſiaſticus habet illos, vt excommunicatos, imò nec ipſe Beatiſſimus Papa, nec vllus alius euitat illos, &c.

Doctorum ſententiæ iuriſtarum.

Doctores, tàm vtriuſque iuris, quàm Theologi, tàm antiqui, quàm moderni Regibus, Principibus, eorumque officialibus videntur fauere. Rebuffus enim in praxi benef. tertia. par. ſignaturæ. verbo. Necnon enim 12. & 36. Didacus Perez. in l. 9. titul. primo. libr. ſecundo. & l. 6. titul. 13. libr. ſexto. & l. ſecunda. titul. ſecundo. libr. ſeptimo. & l. 18. titul. tertio. libr. primo, Ordin. Couarru. lib. Practicarum, capitul. primo. nume. primo. & 7. & 35. in fin. optimè. capit. 36. numero 9. & 13. & in regula. Peccatum. in principio. numero primo. & lib. ſecundo. Variarum. cap. 8. nu. 1. Montaluus in Repertorio ordinamenti; verb. Lex. in fi. Guilliel. Bened. in c. Raynucius. de Teſta. verbo. Vxorem, nomine Adelaſiam. fol. 82. Dueñas Regula. 262. limit. 3. Gre. Lopez. in l. 13. ti. 13. partita. 2. & l. 9. gl. 1. ti. 15. par. 1. Palac. Rubeus in rubrica de Donat. inter virum, & vxorem, nu. 24. Auendano lib. 1. de Exequendis mand. ca. 1. nume. 7. & 32. & lib. 2. cap. 6. dicunt Reges, tanquam boni communis gubernatores, Reipublicæque tutores, ac defenſores poſſe, quoad bonum ſtatum, & gubernationem Regni expedit, repellere vim vi, etiam manu armata, remouere omnia impedimenta, quibus pax, tranquillitas, & bona Regni gubernatio poteſt perturbari;

Officium boni Principis.

etiam

etiam ſi contra proprium patrem fuerit, & etiam ſi in aliquo cõtrariatur voluntati Pontificiæ.

Doct. Theologi, & mix

Cum ſupra dicta Iuriſtarum cõcluſiõe cõcordat numeroſa Theologorum multitudo, & etiam illorum qui tam Theologica, quàm Pontificia floruerunt facultate, in quibus primum vide Couarr. qui in libro Practicarum. c.35. aliquot enumerat huius ſententiæ Cardinales, ſcilicet, Iacobatium. lib.8. de Concilio ar.3. remedio. 6.& ar. 12. Turre Crem. lib. 2. Summæ Eccleſiæ. c.102. art.3.4.& 5. & c.106. Caiet. in opuſ. de autoritate Papę. c.27. ad Secundam rationem, & in 2.2. Th. q.39. ar.2 ad 2. & q.69. art. 4. tradit Victo. in relectione de Poteſtate Eccleſiæ. nu. 14. fol.14 fol. 86.& relect. de Poteſtate Papæ, & Conc. propoſitione.22. num. 12.& 22. vbi Caietanum citat, & Syluę. Corduba. in Sum. q. 24. Fauer Dominicus Sot. de Tegendo ſecreto. membro.2. q.5. Nauar. in c.Nouit. de iudicijs. not.3. nu. 16.& Corol. 27. & in c. Cùm contingat: de reſcript. remedio. 1. idem Corduba. lib 4. de poteſtate Papæ. quæſtio. 7. vbi ſe refert ad quæſtio. 10. diſtinctio. 3. in quá citat alios plures Theologos, ſcilicet. Palud. de Poteſta. Papæ. Sylueſt. uerbo. Papa. quęſtio. 4. & 15. Gerſon. Alphabeto. 4. litera D, & Alphabeto. 6. litera N. & Alph. 9. capit. Driedon. lib. 2. de Libertate Chriſtiana. c.2.

103 Iudex ſęcularis aliqñ ſe intromittit in cauſa Eccleſiaſtica.

SEcundo. Accedit ad hoc, Quia aliquando iudex ſæcularis poteſt ſe intromittere in cauſa Eccleſiaſtica, etiam matrimonij, quando quæſtio eſt de facto, & non de iure; vt probat Couarr. lib. Practicarum. & in lib. 4. de ſpon. 2. par. c.8. §.12. nu.13. Dueñas. Regula. 192. ampliatione ſecunda.

TErtio facit, Quia quilibet in ſui defenſionem poteſt clericum, ac etiam Epiſcopum percutere, vt probant omnes, maxime Nauar. c.27. nu.82. 104

Qđ põt clericus occidi &c.

Intẽtũ Regis Hiſpaniarum.

Extranei non admittũtur in Hiſpania ad beneficia, & quare.

Conſueuerũt Hiſpaniarum Reges, eorumvè Regalis Prætorij Auditores conſiderare; atq; prohibere ſequentia. Primum, ne Extranei & de Regno Aragonum ad beneficia, ſeu publica Caſtellæ officia admittantur, vt tradit Couarr. lib. Practicarum. cap. 35. núm. 5. Dueñas in regula. 162. ampliatione.2. & Reg.202. Greg. Lopez. l. 3. ti. 15. partita. 1. Et hoc multis, magnisq; rationibus. Primo. Quia extraneus non reſidebit perſonaliter, vt ſæpè viſum fuit. Secũdo. Quia alienos, corruptos, periculoſos, vel parum aptos mores nituntur in Hiſpania introducere, & periculum eſt, ne forte eligatur aliquis Hæreſi infectus, in pernitiẽ totius Hiſpaniæ.

TErtio. Quia in Hiſpania maximè poſt Sanctũ Concil. Trid. cõplures reperiũtur iuris vtriuſq; ac Sacrę Theologię Doctores excellẽtiſſimi, ac nobiliſſimi, quibus fieret iniuria extraneos admittendo, filioſq; pane priuãdo. Quarto. Quia cum ultima teſtatorum uoluntas omnino ſit adimplenda, ut in c. Vltima voluntas. 13. quęſtio. 2. & ex redditibus, & legatis Hiſpanorum fundata ſint beneficia, fraudarentur fundatores ultima uolũtate, hęredeſq; hęreditate, ſi bona illa à naturalibus ad exteros trãſferrentur. 105

In Hiſpania Doctores cõplures, poſt Cõc. Trid.

Volũtas teſtatoris adimplenda.

Bñficia ex quibus fundata.

His, & aliis compluribus rationibus, Hiſpaniarum Reges, naturali iure, tãq̃ Regni ꝓtectores tutatores, ac defenſores non debẽt diſpẽſare, vt un⁹. aut alter extraneus 106

admit-

admittatur ſine vrgentiſſima cauſa,& diuturna probatione. In quo caſu iuſtum,equumq;,erit vt Beatiſſ.Pont.Maximus,cùm longè diſtet ab Hiſpania,& aliis,atq; aliis totius Orbis negotiis ſit occupatus; cum Hiſpaniarum Regibus conferat,conueniat nè Extraneum aliquem Hiſpaniæ Eccleſiis præponere.Præſertim,cùm ob priuilegia, longa conſuetudine præſcripta, intelligant Hiſpaniarum Sapientes, non eſſe ſuæ Sanctitatis mentem, huic mori in Hiſpania neceſſario, & receptiſſimo, velle derogare.

107 Rõnes pro Hiſpaniarũ Regib. PAtet Primo. Nullus totius Orbis Regem Philippum Chriſtianiſſimum,eiusve Conſiliarios, habuit pro excommunicatis, nec illos,vt tales, uitauit.

Secundo. Quia ipſe Summus Pontif. habuiſſet illos pro excommunicatis,ſi ſuæ eſſet intentionis, illos excommunicare.

Tertio. Quia Pius V.& Gregó. XIII. Fœlic. Recor.& Sanctiſs. D. N.Sixtus V. (quem Deus omnipotens diu conſeruet) qui hanc clauſulam magis reſtrinxerunt; non ſunt credẽdi Regi Philippo, de toto Orbe Chriſtiano benemerito, tam ingens præiudicium afferre voluiſſe; Quinimò illum,amplioribus beneficijs, conceſſionibus, bonis, atq; indulgentijs cohoneſtarunt.

Quartò. Scit optimè,atq; conſiderat Beatiſs. D N.Sixtus V.quòd qui habet ius ad aliquẽ finem habet & ad remedia opportuna,quibus talis finis conſequi,tueri, conſeruari,atq; perpetuari poſſit. Cũ ergo, Regimen Hiſpaniarum non benè conſeruaretur, ſi extranei naturalibus miſcerentur, & eligantur; cogitare poſſumus, Sanctitatem ſuam,ſub tali clauſula Bullæ, dictũ Catholicum Regem, eiuſq; Prætorium non velle comprehendere.Maior probatur ex S. Th.22. q.44.art.1.Ariſt.2.Phiſic.Nauar.in c. Nouit. de Iudic. Couar. in Practic.q.c.35.nu.1.

QVinto. Quia Rex Catholicus Philippus in hoc caſu, nullam iniuriam vult Sanctiſſimo D. N.nec ſanctæ Sedi Apoſtolicæ inferre,nec in aliquo inobedire; ſed ſe, ſuaque Regna conatur defendere, atq; in obediẽtia Sanctę Romanæ Eccleſiæ conſeruare; præmiſſa humili venia, & ſubmiſſione debita.Ius enim naturale,quod Chriſtus in Euangelio non reuocat,concedit poſitiuè, vt unicuiq; liceat vim vi repellere, vt Sot.lib. 5. de iuſti.& iur.q.1.art.8.col.7.& Victor.de autoritat. Papæ,& Concil.propoſit. 24. probant maximè quia Rex, atque eius Conſiliarij Sanctiſſimo D. N. Papæ non contradicunt; ſed illum vt Patrem precantur. 108 Rex Catolicus ſua defendere tenetur Regna.

VNde patet intellectus illorũ verborum: (etiam ſub prætextu violentiæ:) quia intelliguntur,ſi Auditores ſub ficto, vel pallatio prætextu, fingant ineſſe violentiam; vbi verè non eſt. Si autẽ ſubſit alia rationabilis cauſa, ob quam Bullas detineant; oportet ſupplicationẽ ad Papam Beatiſs. cum effectu deferre, vt ait Nauar. in Manuali Latino primo. c.27.nume 96.§.2. 109 Verba: ſub ptextu uiolentiæ declarantur.

PAtet etiam, Quia Epiſcopus examinando Bullas ad Beneficia,an verę,vel falſæ ſint, non incurrit hanc cenſuram; imò ei in hoc fauet Concil. Trid. Seſſ.25.de reforma.ca. 5.& omnes moderni, 110 Ep; examinat Bullas Papæ.

ſecus

ſecus ſi ſub dolo teneret, quia inrreret.

DECIMVSQVINTVS CASVS.

Cōtra trahētes Eccleſiaſticas pſonas ad iudiciū ſeculare. Concordat tex. in c. 49. de ſenten. excom.

QVinè ex eorum prerenſo officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorū quorūcunq; perſonas Eccleſiaſticas, capitula, Conuentus, & Collegia Eccleſiarū quarūcūq; coram ſe ad ſuum tribunal audientiam, Cancellariam, Conſilium, vel parlamentum, præter iuris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, necnon qui ſtatuta, Ordinationes, Conſtitutiones, Pragmaticas, ſeu quæuis alia Decreta in genere, vel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis cōſuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, et publicauerint, vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur ſeu in aliquo læditur, uel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ Sedis, ac quarumcunq; Eccleſiarum iuribus quomodolibet directè, uel indirectè, tacitè, vel expreſsè præiudicatur.

Cōtra facientes contra libertat. Eccle.

111 Mutantur, quędā uerba antiqua.

NOta Primo. In hac clauſula, uerba illa eſſe ſublata, quæ in Bulla Grego. XIII. erant poſita poſt verba illa, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ſcilicet, hæc: (Ac etiam prætextu literarū Apoſtolicarum uſu non receptarum,) vt patet per Naua. c. 27. nu. 69. clauſula. 15.

112 De facientibus ſtatuta contra Eccleſię liber.

SEcundo Nota, Quòd licèt Syl. Caiet. Tabien. & Nauar. ca. 27. nu. 69. in nouioribus nihil de hoc caſu agant, ex ipſo tamen Nauarr. in Primo Manuali Latino. nu. 70. colligitur eum, qui facit Statuta contra libertatem Eccleſiæ, eſſe excommunicatum. ſ. auctoritate Laica, licèt eſſet Epiſcopus, qui prǽſideret in Cācellaria, vide etiā Nauar. nu. 68. & 117. & Armil. excommun. c. 31.

DECIMVSSEXTVS CASVS.

Contra impedientes iudices &c.

NEcnon qui Archiepiſcopos, alioſq; Superiores, vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcunque iudices Eccleſiaſticos, Ordinarios quomodolibet impediunt, quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcunq; vtātur, ſecundum quod Canones, & ſacræ Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & Decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt, ac etiam eos, qui poſt ipſorū ordinariorum, uel etiam ab eis Delegatorum, quorumcunque ſententias, & Decreta, aut aliàs fori Eccleſiaſtici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias curias ſæculares recurrunt, & ab illis probibitiones, & mandata, etiam pęnalia Ordinarijs, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque qui hæc decernunt, exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem.

Hæc

113 Concordat cũ illa Gregorii.

HÆc clauſula eadem eſt cum illa, quæ habetur in Bulla Grego. XIII. quam ponit Nauarr. ſupra.

114 Fundaẽ in Cõc. Trid.

SEcundo Hæc excommunicatio lata à Fęlic. Rec. Pio V. Grego. XIII. & confirmata hodie per S.D.N. Sixtum Papam V. fundari videtur in Concil. Trid. Seſſ. 25. de reform. c. 3. in fine, vbi ait: nefas eſſe ſæculari cuilibet Magiſtratui prohibere eccleſiaſtico iudici, ne &c. Vbi vide.

115 De iudicibus ſecularibus cõpellẽtibus Epiſcopos.

TErtio Nota. Quod hæc clauſula declarabitur per caſum. 14 ſupra, explicatum. Solent n. Auditores Regis per uiam violentiæ compellere, vt Epiſcopus concedat appellationem ad Metropolitanum, vel Papā. vide Couar. lib. Practicarum. ca. 35. nu. 3. & Gregorium Lopez in l. 18. titu. 23. par. 3. Didacum Perez in l. 6. col. 4. tit. 13. lib. 3. ordin. & interim Senatus iubet reum abſoluere per Sexaginta, vel Octuaginta dies. Couar. ſupra. nume. 9. c. 4.

DECIMVSSEPTIMVS CASVS.

QVi iuriſdictiones, ſeu fructus redditus, & prouentus ad nos, & ſedem Apoſtolicā, & quaſcunq; Eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes, vſurpant; vel etiam quauis occaſione, vel cauſa, ſine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium, expreſſa licentia ſequeſtrant.

De prædicta clauſula (quia clara eſt;) nihil oportet adnotare; ſed vide Nauar. c. 27. nu. 70. verſi. 6.

DECIMVSOCTAVVS CASVS.

QVi collectas, decimas, tallias, præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis, ac eorū, & Eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis; illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus, huiuſmodi abſque ſimili Romani Pontif. ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Nec nō qui per ſe, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, uel procurare, aut in eiſdem auxilium, Conſilium, uel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, Ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potentatus quicunque etiam Regnis Prouintijs, Ciuitatibus, & terris quoquomodo Praſidentes, & conſiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti, innouantes decreta ſuper his Sacros Canones tam in Lateranenſi nouiſſimè celebrato, quam alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.

Cōtra imponẽtes tallias, & alia onera Eccleſiaſticis.

Nota

116 Differt ab alia Grego rij.

NOta Primo. In hac clauſula; ſublata eſſe illa quatuor uerba, quæ in Bulla Grego. XIII. poſt verbum; conſilium, vel fauorem, poſita erant. ſ. (aut votum, ſeu ſuffragiũ, palã, vel occulté,) qua rõne illa clauſula hac ſtrictior erat.

117 Qñ incurrat talis excõicatio?

SEcundo Nota. Quòd ſi cuſtodes alicuius pontis, portus, uel fluminis Pedagium, Gabellas, aut alia onera petant ab Eccleſiaſticis tranſeuntibus, vel clerici tranſeũtes voluntariè illis præbeant, non incurrunt hanc cenſuram, niſi talis Gabella, etiam contra clericos eſſet impoſita. Quia Bulla duo requirit, primum, quòd ſit contra illos impoſita. Scdm, ꝙ ſic impoſita ab eis petatur, uel eis voluntariè dãtibus recipiatur, ut patet clare.

118 TErtio. Pro huius clauſulæ intelligentia (quamuis de ea auctores moderni, etiam Nauar. nullum verbum) vide quę dixi ſup. in explicatione caſus quinti.

DECIMVSNONVS CASVS.

Cõtra iudices &c. ꝓcedẽtes in criminal. cõtra Ecl.

EXcommunicamus, & anathematizamus, oẽs & quoſcunq; Magiſtratus, & Iudices, Notarios ſcribas, executores, ſub executores, quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſentẽtias contra illas proferẽdo vel exequendo ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa huius Sanctæ Sedis Apoſtolicę licẽtia, etiamſi talia cõmittentes fuerint Conſiliarij, Senatores, Præſidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quouis alio nomine nuncupati.

PRimo Nota Clauſulam hanc, in qua agitur de exemptione Eccleſiaſticorum à ſæcularibus, eſſe breuiorem illa, quæ habetur in Bulla Greg. XIII. In illa enim reuocabantur omnia priuilegia Regibus, & alijs conceſſa; hic autem nulla de tali derogatione fit mentio. vide Nauar. 119 Differt hæc clauſula ab alia.

SEcundo Nota. Quòd licèt, iure antiquo, quilibet prima tm̃ initiatus tonſura, Clericus dicebatur vt ex c. Cùm contingat. de æta & quali. tradit Ang. Syl. Tab Armil. & alij, uerbo. Clericus, Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 1. ar. 4. Naua. c. 27. nu. 79. & omnes. Hodie tñ priuilegio clericorum non gaudebit, niſi habitũ deferat Clericalem, & tonſurã; & ex mandato Epiſcopi alicui adſcriptus ſit Eccleſiæ, vt ex Cõc. Trid. Seſſ. 23. c. 6. de refor. patet. & tradit Nau. ſup. & nu. 81. Didacus Perez. l. 2. tit 18 lib. 8. Ordi. Et ꝙ intelligatur etiam pro Hiſpania declarauit Pius V. in quodam motu proprio. In Hiſpania. n. clericus, niſi ſit Sacris initiatus nõ gaudet priuilegio fori; ſi per quatuor menſes ante delictum non ferebat habitum, & tonſuram. text. in l. 1. titu. 4. lib. Recompilat. latè Steph. Aufrerius. in cle. 1. de offic. ordin. not. 3. reg. 3. 120 Prima tõſura initiatus qñ gaudebit priui legio fori. De clericis Hiſpaniæ.

TErtiò Nota. Quòd licèt in materia fauorabili, (vt eſt hæc): appellatione clericorũ, etiã tantũ prima tonſura initiati comprehendantur; in materia tamen odioſa, tantùm in Sacris ordinibus conſtitutos eſſe intelligendos, affirmant omnes Doct. ſupra. 121 De clericis in odioſa, & fauorabili.

QVarto Not. Quòd in materia fauorabili, vt in hac clauſula ibi, cõtra Eccleſiaſticas pſonas; non tm̃ intelligitur religio- 122 In materia fauorabili.

qñ intelligatur religioſus.

ſus cuiuſcunque ordinis profeſſus, ſed etiam quilibet Nouitius, vel Nouitia, etiam illi qui ſunt tertij Ordinis S.Dominici, uel ſancti Franciſci. Nau. 27. nu.79.cũ Fely. cõtra Gaie. verbo Excõicatio.c.10

123 Qñ miniſter Iuſtitię ſecularis mittendus ad Papam?

QVinto Not. Quòd licèt Abb. & Steph. Aufrerius, quos refert, & ſequitur Nauar.c.27. nu.78.per tex.c.ſi verò. 1. de ſent. excom. dicant quòd ſi miniſter iuſtitiæ Laicę, ut talis, percutiat Clericum leuiter; etiam ſi detineat, & comprehendat illum, eſt ad Papã mittendus; intelligendum tamen eſt, quando cauſa erat capitalis, ideſt, quando clericus ob crimen, eſſet puniendus capite, uel mutilatione. Secus in ciuilibus, ſi officialis detineat fugientem, vt ſoluat debitum alteri; vel preſentet Prælato. Communis, cũ Panor. & Nauar.c.27. nu. 82. uel ſi comprehendat in fragranti delicto; niſi excedat in modo comprehendendi. Nauar. ſupra. nu. 83. & 86.

124 De clerico inuẽto loqnẽ cũ alicuius matre, uxore, &c.

SExto Nota. Quòd ſi quis inueniens clericum colloquentem cum matre, vxore, filia, vel ſorore detinuerit illum tantum per viginti horas (licèt Pragmatica Hiſpanię dicat per viginti quatuor) vel etiam percuſſerit; licèt peccet percutiens, uel occidens illum inuentum in fragranti delicto; non tamen incurrit excommunicationem; ſecundum communem, quã ex c.ſi uero, de ſent.excom. refert, & ſequitur Nauar.c.27.nu.84. Sed ſi ex deliberatione, & cum interuallo temporis occidat, incurrit: quamuis (male) Verucci1. Fortun. Garcia de ultimo fine, illatione. 11. & Couar. lib.4. de ſponſ. 2. par. c.7. § 7. nu.12. dicant, quòd etiam ſi in continenti occidat, incurrit excõ. ſed reſeruatã Epiſcopo tm.

125 Quid ſi iudex faciat Iformatiõnẽ cõtra clericum, &c.

SEptimo Nota. Quòd ſi in cauſa capitali, quia clericus occidit alium, iudex ſecularis faciat informationem contra illum; quia aliàs recederent illi, qui poſſunt eſſe teſtes occulati, ſi ſequeſtret eius bona, ut tradat Prælato; ne fugitiuus ſecum ferat, non uidetur incurrere: quia hęc ſunt uelut medium neceſſarium ad finem licitę comprehenſionis.

VIGESIMVS CASVS.

Contra occupantes terras Eccleſiæ.

EXcommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, ſeu alios directè ſub quocunque titulo vel colore inuadere, deſtruere, occupare, detinere præſumpſerint in totum, vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium beati Petri in Thuſcia Ducatum Spoletanum, Comitatum Venayſinum, Sabinẽſem, Marchæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas prouincias, illarumque terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorum; Ciuitateſque noſtras Bononiam, Cæſenam, Ariminum, Beneuentum, Peruſium, Auinionẽ, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum, & alias Ciuitates, Terras, & loca vel iura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictaque Romanæ Eccleſię mediatè, vel immediatè ſubiecta Quinè ſupremam iuriſdictionẽ in illis nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ, competentem, de facto vſurpare, perturbare, retinere, & vexa

re

re varÿs modis præſumunt, necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium vel fauorem quomodolibet præſtantes.

126 Quid de præſcriptione contra Eccleſiam.

PRimo Nota. Quòd quamuis Felynus teneat per hanc Papæ monitionem; non habentis ſuperiorem apud quem conteſtetur litem, interrumpi continuationem præſcriptionis contra res Eccleſiæ Romanæ, ſic enim interrumpi per litis conteſtationem, oppoſitum tamen, eſt tutius, & verius, cum Couar. in Reg. Poſſeſſor. 2. par. §. 12. nu. 5.

¶ Cætera ſunt clara in hac clauſula.

127 De expoliātibus Palaciū ſacrū.

NOta Secundo, quòd in hac Bulla, Sanctiſſimi D. N. Sixti V. ſublata fuit Vigeſima prima clauſula poſita à Gregor. XIII. quam pònit Nauar. capitul. 27. nume. 72. & omnes moderni. In qua excommunicabantur expoliantes Palatium Sacrum, tempore infirmitatis Summ. Pontifi. vel Sede vacante.

128 De accipiētibus Reliquias Sanctorum.

CIrca quod Nota Tertio Dictam excommunicationem non incurriſſe tunc illum, qui abſtulit reliquias Sacras omni auro, vel argento carentes. Secus ſi accepit aurum reliquiarum.

AD. §. VOLENTES.

Bulla duratura uſque ad aliam.

VOlentes præſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcunque hÿs literis contenta, quouſque alÿ huiuſmodi proceßus à nobis, aut Roman. Pontif. pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur durare, ſuoſque effectus omnino ſortiri.

129 V. Excōicationes Bullæ a Iure, vel ab homine latę?

EX hoc. §. Infertur ad quæſtionem, quam R. admodum P. Inquiſitor Bonon. Magiſter Frater Joannes Anton. Spadinus Floriano Bononiæ Regens, & Dominus meus Colendiſs. præcepit mihi, vt explicarem. Vtrum excommunicationes in Bulla Cœnæ contentæ dicantur ab homine, vel à iure? Reſpon. quòd licèt excommunicationes latas in Bulla Cœnæ per Iulium III. & alias ſimiles, quæ morte latoris terminabantur, cogitet Nauarr. capit. 27. nume. 73. verſic. Tertia, dici latas ab homine, & non à iure; quod probat etiam D. Epiſcopus Scalenſis tractatn de cenſuris, de excommunicatione, capit. 16. Vide ſupra. de excommunicatione. nu. 54

De excommunicationibus tamen latis in Bulla Pii V. Grego. XIII. & Sanctiſſimi D. N. Sixti V. Quæſtio eſt inter Doctores, quibuſdam dicentibus eſſe ab homine; aliis dèfendentibus eſſe a iure.

ET, vt res magis clara fiat, in medium afferre libuit differētiam inter excommunicationem latam à iure, & ab homine: differunt enim in ſequentibus.

Excōicatio a Iure, & ab hoīe, in quibus deferant?

Prima differentia eſt. Quod excommunicatio à iure illa eſt, quæ ab habente auctoritatem, perpetuo ſtatuto, lata eſt, vt Papa, uel Concilium Generale in vniuerſum, Epiſcopus, vel Archiepiſcopus in Diœceſi ſua &c. Excommunicatio verò ab homine dicitur, quæ ab aliquo Superiore, vel Iudice in alicuius rei contumaciam,

vel

vel in futuros transgreſſores ad tẽpus certum, aut incertum fertur.

Secunda differentia. Quod excommunicatio à iure non expirat mortuo, vel amoto ab officio latore. Excommunicatio autem lata ab homine extincto, vel ſub lato auctore, ipſa quoq; extinguitur.

Tertia differentia. Quod excõmunicatiò à iure, tantùm futurum ſpectat tempus; quæ autem ab homine fertur, vtrumque præteritum, ſcilicet, & futurum comprę hendit.

Quarta differentia. Quòd excõmunicatio ab homine, regulariter ferri non poteſt, niſi trina monitio Canonica præceſſerit; vel una pro tribus. Quæ autem à iure dicitur, abſq; ulla præmiſſa monitione valet ſemper, & tenet. Quas differentias colligere poteris ex diuerſis.capitulis.11.q.3.& ex Ange.Sylu.Tab.& Armil. verbo. Excommunicatio.Nauar.c.27.& Epiſcopo Scalenſi in dicto tract. c.9.

Quibus viſis, Cùm omnia, quæ ſpectant ad excommunicationem latam à iure, inueniantur in hac Bulla; patet à iure dici debere latam, & non ab homine: nam primò à Papa habente ſummam autoritatem, lata eſt perpetuis temporibꝰ; donec alius proceſſus fiat, vt patet.§.Volentes.

Secundo Patet. Quia Papa mortuo, non expirat.d,§.Volentes.

Tertio. Quòd tantùm ſpectat futurum tempus, vt patet per omnes clauſulas.

Quarto. Quòd nulla indiget monitione, ſed ſufficit eius notitiam habere.

Quinto. Accedit, quia Bulla Cęnæ expreſsè continetur in iure, nã in Extr.3.de pęn.& remiſ.poſtquã Paulus II.quaſdam excommunicationes ſibi reſeruatas numerauit ſubiecit etiam latas in Bulla Cœnæ. Quod etiam fecit Sixtus IIII. in Extrau. V. eo.tit.& ita expreſſe probat. D.Epiſcopus Scalenſis.ſupra.c.16. Quare Nauar.c.27.num. 73.in fin. maiori cum audacia debuiſſet affirmare, & probare latas à iure eſſe dicit enim; (potius putarem dicendas latas à iure.

¶.§.COETERVM.

Coeterum, à prædictis ſententijs nullus per alium, quam per Roma. Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita abſolui poſſit, etiam prętextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuſcunque Eccleſiaſticis, ſęcularibus, & quorumuis Ordinum etiam mendicantium, ac Militiarũ regularibus, etiam Epiſcopali, uel alia maiori Dignitate prędìtis, ipſisq; Ordinibus, & eorum Monaſterijs, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis pijs, necnon Laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mũdana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij Decreta verbo, literis, aut alia quacunq; ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum innouandorum; niſi in eis etiam caſus præſentibus literis expreſſi comprehendantur.

Nota

132 Verba quæ dã addita. NOta Primo. In hac Bulla, & clauſula eſſe addita verba il la finalia, niſi in eis etiã caſus &c. quæ poſita non erant in Bulla pij V. & Grego. XIII. Quæ verba mul tum fructum afferant.

133 Cum qua cautiõe ab ſoluẽdus in artic. mort. SEcundo Nota, ex libro verbo. Niſi in mortis articulo; quod ſi penitens in tali articulo mortis conſtitutus, nullam cautionem iu ris poterit præbere cõfeſſario ab ſolui debet cum ſola cautione iu ratoria ſatisfaciendi, vel comparẽ di. Sylu. Excom. 7. §. 10. nu. 65. Na uar. c. 27. nu. 43. Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. ar. 3. Cordub. in ſum. q. 18. Dida cus Perez l. 2. ti. 18. li. 8. ord. 1. 346.

134 A caſibus in Bulla cõ tenti. qualiter q. poſ ſit abſolui. NOta. Tertio. Ex finalibus ver bis huius clauſulæ: ibi: Niſi in eis etiam &c. quòd per Bullam Sãtiſs. Trinit. quam ponit Naua. c. 27. nu. 265. & per Bullam corri giæ S. Auguſtini, Sanctiſſimi Sa cramenti, Roſarij, Ieſuatorum, & aliarum multarum Congregatio num, & principalium Hoſpitaliũ, ſcilicet: S. Spiritus in Saxia, S. Iacõ bi incurabilium, S. Mariæ de Con ſolatione Romæ, & per Bullam Cruciatã in Hiſpania, poteſt ido neus confeſſor, virtute illarum ele ctis, abſoluere ſemel in vita, & in articulo mortis, ab omnibus caſi bus etiam in Bulla Cœnæ conten tis, quia ibid. continentur.

De hæreſi in art. mor. Cum hac tamen limitatione, quòd etiam ſi in articulo mortis poſſit ab hæreſi abſoluere; dum modo nullus recurſus poſſit dari adeundi R. P. Inquiſitorem, vel alium auctoritatem habentem; non tamen in vita, quia hæreſis non venit in illa generali conceſ ſione, vt in prima parte huius li bri probauimus de abſolutione. numero 8. 9. 10. &c.

Pars Secunda.

QVarto. Nota. Quòd cum pro niores debeamus ſemper eſ ſe ad miſericordiam, quàm ad iuris rigorem; poſſumus adhæ rere opinioni probabili, quam te net S. Thom. 4. diſtin. 18. Sanctus Anton, 3. par. titu. 24. c. 77. T. bien. verbo. Abſolutio ab excommuni catione, quos refert, & ſequitur Nauar. ca p. 27. num. 41. ſecundum quos in articulo mortis, prima tã tùm tonſura initiatus poterit (ma ximè virtute Bullarum dictarum Congregationum, & Cruciatæ) abſoluere ab excommunicatione, etiam Bullæ Cœnæ Domini. Quod non parum erit momenti, ne hæ redes poſt mortem teneantur re currere ad ſuperiorem, cui excõ catio reſeruabatur. Nauar. ſup. Co uar. in c. Alma, 1. pag. §. 11. nu. 9. 135 V. Prima tõ ſura initia tus poſſit abſoluere ab Excõica tione, &c.

NOta. Quinto. Quòd licèt ta lis Laicus in articulo mortis excommunicatum abſoluerit; ta liter abſolutus debet poſt mortẽ iterum per ſacerdotem abſolui; percutiendo ſepulturam, vt ait be ne Nauar. c. 26. nu. 332. 136 Mortuꝰ qñ eſt abſoluẽ dus ab ex cõicatiõe?

SExto Nota. Quòd (licèt Co uar. ſupra cum Melch. Cano. contradicat) idem, quod licet in articulo mortis, licebit etiã in pe riculo mortis, vt in procella Ma ris, Bello, vel partu fœminæ. Tenet Palu. in 4. diſt. 17. q. 2. art. 5. Adr. de Confeſſione. q. 3. Ioan. Medina de Cõfeſſione. tract. 2. fol. 60. pag. 3. fauet Sot. 4. diſt. 18. q. 4. & alij mo derniores in publica lectura. 137 V Quidqd cõcluditur p articulo morti. in telligit & p piculo?

Quod probatur à fine, & pro poſito cõcedentis: quia ſi intentio & propoſitum Summi Pontificis eſt, ne in articulo mortis quis liga tus, atq; impeditus ſit, ad vitam conſequendam æternam; Cùm in piculo mortis eadẽ ſit ratio, eadẽ

E debet

debet eſſe conceſſio, & iuris diſpoſitio: Communis. Et qualiter debeat intelligi hoc periculum. vide Sylu. Abſolutio. 1. nu. 10.

¶. §. QVOD SI FORTE.

Contra abſoluẽtes ab his caſibus.

Quod ſi forte aliqui contra tenorem preſentiũ talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto preſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, grauius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, proceſſuri.

138 Quid requiratur ad incurrendam hãc cẽſurã? PRimo. Nota. Quòd ad hoc, vt confeſſarius incurrat hanc cẽſurã, oportet, vt prẽſumptuosè, & contra Papę voluntatẽ velit abſoluere, taliter, ꝙ talis præſumptio peccatum ſit mortale: Si autem ignorantia, amore, obliuione, aut incõſideratione ductus, abſoluat; non erit excõicatus. Nauarr. c. 27. num. 73. & in c. Accepta de reſtit. ſpo. oppoſ. 8. nu. 32. cũ alijs, & Caiet. in Sum. verb. Excõ. c. 58. & 81.

SEcundo Not. Quòd quocunq; modo, talis abſolutio detur, ſine licentia, vel Papæ priuilegio, eſt ipſo iure nulla, per multa iura quibus habetur excommunicatũ quemcunq; minime abſolui poſſe, niſi à poteſtatem habente, & eſt communis. Tabien. verb. Excommunicatio. 7. nu. 13. verſi. vlt. Armil. Excom. c. 87.

140 V. Talis abſolutio reſeruetur Papæ. EX quibus. (Cùm Abſolutio nullius ſit momẽti, vt ſupra.) Infertur ad quæſtionem. V. Hæc excõicatio ſit ex cõtentis in proceſſu, & conſequẽter eius abſolutio reſeruata Papæ? Reſp. Quòd licèt Nau. c. 27. nu. 73. teneat, quod nõ: videtur mihi (ſalua eius pace) cõtrarium tenendum. ſ. quòd ſit excommunicatio Bullæ, & ſimiliter Papæ reſeruata. Primo, Quia ipſe nullum pro ſe citat auctorẽ. Secundo, Quia contra eum eſt Fely. & Caie. verb. Excõ. c. 77. (quos ipſe adducit.) & Tab. & Armil. ſupra. Syl. Abſolutio. 1. nu. 10 quos ipſe non citat. Tertio. Quòd ex ipſa Bulla, in fine huius clauſulæ patet Papam ſibi abſolutionẽ reſeruare, cùm dicit, poſtquã tulit excommunicationem, grauius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, proceſſuri.

DVbium. V. Per hanc Bullam. §. Cæterum ſupra, vbi dicit, quòd nullus, etiam virtute cuiuſuis Concilij poſſit abſoluere ab his caſibus; & per hanc clauſulã, videatur reuocata facultas, quam Epiſcopis conceſſit Concil. Trid. Seſſ. 24. de refor c. 6.? Reſp. Hanc quæſtionem eſſe latè tractatã in par. prima huius libri. tract. de abſolutione. nu. 15. Ex qua reſolutione collige ſummariè, non eſſe eis ablatam talem facultatem, ſed in ſuo manere vigore. Patet, Quia (vltra rationes ibi allegatas) ſic reſpõdit Pius V. de hac quæſtione interrogatus: & ſic fuit reſolutum à grauiſſimis vniuerſitatis Salmanticen. Doctoribus. 141 V. Epi poſt hãc Bullam habeant facultatẽ illã Cõc. Trid.

Et patet Primo. Quia ſi Grego. XIII. (vt ait Nauar. c. 27. nu. 260.) reuocaſſet talem facultatem: condidiſſet quidem, in re tam graui, motum proprium aliquem, quo omnibus Prælatis, ſuam manifeſtaret intentionem. Quod nequaquam fecit.

Secundo

Secundo Confirmatur. Quia nec ipſe Nauar.ſupra. ait Bullam vllam vidiſſe, nec à Beatiſs. Greg. XIII. audiuiſſe ore proprio, vt in alijs caſibus facit, ſed tantùm dicit, vt audio.

Tertio. Confirmatur, quia Grauiſſimi multi, ſimulq; literatiſſimi Epi. Hiſpaniæ ea vſi ſunt, & vtuntur facultate, quam à Concilio habēt, abſq; vlla dubitatione. Quia reſolutū fuit in magno grauiſſimorum virorum cōcurſu Salmanticæ Epiſcopos poſſe per ſe, à caſibus Bullę, in foro interiori abſoluere, quamuis id Concilium Trid. non exprimat. maxime, quia caſus Bullæ ſunt excommunicationis à iure, vt ſupra dictum eſt. Confirmatur. Quia cui conceditur, quod eſt plus, conceditur, qđ eſt minus: Regula: Cui concedi tur de regu. iur. in 6. Conceditur Epiſcopis Hæreſis: ergo alia minora.

142 Quid qñ Ep̄. concedit alicui omnes caſus ſuos.

Tertiò. Notandum eſt in hoc caſu, quòd quādo Epiſcopus concedit abſolutè alicui omnes caſus; de quibus ipſe poteſt abſoluere (excepta hæreſi,) talis confeſſor poterit abſoluere ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ. Quia in tali caſu, Epiſcopus videtur illum Vicarium ſpecialem creare. Corduba. ſumma. q. 8. & alii Magiſtri.

143 Quid ſi Parochus abſoluat ab excommu. Epiſcopi?

Quarto Not. Quòd ſi Parochus abſq; priuilegio, vel licentiâ abſoluat ab excommunicatione Epiſcopi, peccat, ſed nullā incurret excommunicationem, quia nō repetitur in iure. Caieta. in Summa. verbo. excommunicatio. c. 72. & verb. Abſolutio. c. 4.

Quinto Nota. Quòd ſi religioſus, quia eſt exemptus, abſq; priuilegio, vel licentia abſoluerit ab excommunicatione reſeruata Epiſcopo, per Synodum ſpecialē, vel Prouincialem; incurrit excommunicationem latam in Clem. religioſi. de priuileg. quam tradit, & declarat Nauar c. 27. num. 101. Caiet. excommunicatio. 64. & verbo. Abſolutio. c. 5. Sylu. Excomm. 7. §. 14. dub. 16. 144 Religioſus qñ excōica tur abſoluendo &c.

¶De §. Declarantes, cum aliis vſq; ad §. fin. nihil notamus, quia litera per ſe patet. Et ſic nihil notat Nauar. in Manuali reformato Anni 1584. 145 Qualiter cōfeſſores teneanť hanc Bullam habere?

Nota Circa. §. Vltimū, quòd per Bullam Pii V. omnes confeſſores tenebantur hanc Bullam penes ſe, ſub pœna mortalis peccati habere, quia id ſic præcipiebat. In Bulla autem Grego. XIII. tantùm erat verbum, (hortamur) quod peccatum mortale non inducit. In hac autem S. D. N. Sixti V. nec hoc verbum (hortamur) inuenitur, ſed ſimpliciter dicit, (Habeant illam penes ſe confeſſarii,) quod verbū conſilij eſt.

Et cum his manet finita mirabilis hæc Bullæ explanatio.

DE EXCOMMVNICATIONE MINORI.

TRactat Sanctus Tho. & alij in 4. diſtinctione 18. idem, Sanctus Thom. in addition. 3. par. quæſt. 23. Ange. Sylue. Excommunicatio. 4, Tabiena. verbo. Excõicatio. 8. Caiet. verbo excommunicatio. ca. de excommunicatione minori. Summa confeſſorum. lib. 3. titulo 33. q. 49. Petrus à Soto. de inſtitutione Sacerdot. de excommunicatione, lectione. 4 ad fi. Armil. verbo. Excommunicatio. nu. 5. 6. 20. & 21. Nauarr. c. 27. nu. 24. Epiſcopus Scalenſis de Cēſuris. c. 35. 36. & 39. habetur in multis locis iuris Canonici, maxime in capit. Si celebrat. de Clerico excommin. miniſt.

DIcto (quantum ſufficit) de excommunicatione maiori, operæ preciũ duximus aliqua de minori excommunicatione notare, quamuis obiter aliqua tetigimus, ſupra de Excom. d. nn. 44.

1 Excom. minor' quid. QVæritur. Quid ſit Excommunicatio minor? Reſp. quòd excommunicatio minor eſt priuatio à participatione paſſiua omnium Sacramētorum. tex. in c. Si celebrat. de clerico excom. quam refert. Nauar. c. 27. nu. 1. & 24. Sanctus Thom. quem refert, & ſequitur. Sylue. Excomm. 4. numero 1. Petrus à Soto, & alij ſupra.

QVæritur. Qualiter, uel quibus caſibus incurratur? Reſpond. Octo caſibus ait Nauarr. capitul. 27. numero 24. incurri, quos non ponit ipſe; ſunt autem hi. Primo incurritur quo ad Deum pro quolibet peccato mortali, etiam occulto. capitul. Audiui. 11. quæſtione tertia. Secundo. Cùm quis committit Sacrilegium. capitul. Miror. 17. quæſtione quarta. Tertio, per Simoniam. capit. Tanta de Simonia. Quarto. Recipiens Ecclesiam de manu Laici. capit. Si quis deinceps. 16. quæſtione ſeptima. Quinto. Bello iniuſto exercens artem baliſtarum. Sexto cum quis eſt notorius fornicator. capitul. Veſtra, de cohabit. Cleric. Septimo in diſſidentibus, In pauperum oppreſſoribus capitul. Quarto etiam. 50. diſtinction. Octauò. Ille cui negatur Eccleſiaſtica ſepultura. Nono. In quolibet peccatore. Hos nouem caſus ponit ſumma Confeſſorum libro 3. titul. 33. quæſtione 49. Tabiena quinque primos. Syueſt. num. 2. ponit decimum, ſcilicet. Quòd quicunque Epiſcopus, & infra, poteſt proferre excommunicationem minorē. 2 Quibus modis incurratur.

Quos

Quos omnes caſus, licet hodie non ſint in vſu, nec propriè excommunicationes dicantur, vt ait Nauar.ſup. libuit hic notare, vt lector omnia iura illa, quæ de illis loquuntur poſſit perlegere.

Quæ ſit in vſu?

Hodie autem, tātùm eſt in vſu excommunicatio illa minor, quæ per communicationem cũ excõmunicato maiori excommunicatione contrahitur, Armil. Syluest. Nauar. omnes. ſupra.

In quibus caſibus incurratur ꝑ commu.

3 Tertio Quæritur, In quibus caſibus communicando cum excõmunicato incurratur hæc minor excommunicatio? Reſp. ſupra de excommunicatione. à nu. 80. eſſe deciſam in quibus caſibus incurratur, vel non.

Excõicat' minori. V. poſſit eccleſiã ingredi

4 Quarto. Vtrum. Excõmunicatus minori excommunicatione, poſſit eccleſiam ingredi, dum diuina celebrantur, & horas cum aliis cantare? Reſpon. Quòd licèt aliqui, quos refert Sylue. Excommunicatio. 4. in fine, dixerint, quòd non; Reſolutiuè eſt tenendũ poſſe diuinis officijs, Miſſæq; intereſſe, pacíſque oſculum accipere: ita Sylue. ſupra. Petrus à Soto. in principio. Nauar. ca. 27. nu. 24. Couar. in cap. Alma. 1. par. §. 8. nu. 5. Anto. 3. par. tit. 25. c. 2. § Dominicus Sot. ſupra.

V. poſſit ſacramēta cõferre, & q̃.

5 Vtrum. Talis minori excommunicatione ligatus poſſit ſacramenta omnia conferre, & dare? Reſpon. De abſolutione collata ab excommunicato minori excommunicatione, eſſe diuerſas opiniones. Sylueſt. namque. ſupra. in principio, quem refert, & ſequitur Armill. numero 20. Abſolutionem eſſe nullam, Confeſſionemque iterandam. Quod eſt falſum, ideoque reprobatur à Petro Soto. ſupra. & Nauarro. ca. 27. numero 27.

Reſpon. ergo Secundo: Talem poſſe omnia ſeptem ſacramenta conferre, dummodò non requiratur, quòd ipſe accipiat aliquod Sacramentum. Vnde ordinem Sacrum dare non poteſt; Quia oportet, vt conferens celebret. Poteſt ergo Baptizare, Confirmare, Abſoluere, Vngere infirmos, Matrimonio intereſſe; & Sacramentum Euchariſtiæ aliis miniſtrare, dummodo ſit extra Miſſam. Ita tenet Hoſtienſis declarando text. in capit. Si celebrat. de Cleric. excommun. (vbi hoc probatur, bene intellectus) quem refert, & ſequitur Nauarr. ſupra. numero 24. Petrus Soto ſupra. contra Abb. Maiorem. in 4. diſtinctio. 18. quæſtio. 2. Adria. in 4. de clauibus. quæſtio. 3. Sylueſt. Excommunicatio. 4. numero primo. Armill. numero 20. & alios dicentes peccare mortaliter, illa conferendo.

Quæritur. Vtrum. Talis excommunicatus poſſit recipere Sacramenta? Reſpon. 6

V. poſſit recipere, & q̃ ſacramēta.

quòd licèt text. in dicto capitul. Si celebrat. & ibi, & vbique omnes dicant abſolutè, quòd non, diſtinguendum tamen eſt; Quia, aut loquimur de iure; aut de facto. De iure, conſtat non poſſe, per dictum text. & communem. De facto autem poteſt, id eſt, ſi Confirmetur, licèt peccet, erit Confirmatus; & ſi Vngatur, Vnctus; ſi Ordinetur, Ordinatus; ſi Matrimonium contraxerit, tenebit Matrimonium, & denique ſi ſic Abſoluatur a peccatis, erit abſolutus, vt in p. prima huius libri de Abſolutione. numero 77.

habetur, tradit Petrus. Sot. ſupra vrgẽti ratione, ſcilicet, quia ſi excommunicatus maiori excommunicatione, abſolutus, non tenetur confeſſionem iterare, (vt ibidem probauimus,) multo minus ligatus minori tantùm?

7 V. poſſit aliũ excommunicare. Vtrum. Talis excommunicatus poſſit alium excommunicare cum ſit iudex? Reſp. Quòd cùm non priuetur uſu ſuæ iuriſdictionis, vt Nauar. ſupra, & alij, ex d. ca. Si celebrat, fatentur; patet, quòd ſic. Sylu. ſupra nu. 1.

8 V. poſſit alium abſoluere? Vnde ſequitur eum non peccare, abſoluendo alium à maiore, uel minore excommunicatione, ut argumento. cap. Duobus de ſenten. excommunicatio. probat Nauarr. ſupra. cum Maiore, & Adrian ſupra. Abb. quem refert, & ſequitur Sylu. dicto num. 1. Armil. §. 20. Petrus Sot. ſupra.

9 V. poſſit eligere? Vnde Secundo ſequitur, Cum ſua vtatur iuriſdictione, poſſe eligere alium ad dignitates, & beneficia, ipſe tamen non poteſt eligi, vt ex dicto capitulo. Si celebrat. probat communis.

10 Cõicãs cũ minori excom. V. incurrat aliã. Quæritur. Vtrum. Communicans cum tali excommunicato minori excommunicatione, incidat in eandem, vel aliã excommunicationem? Reſpon. Quòd non. Quia excommunicatio minor non tranſit in tertiam perſonam. gloſſ. communiter recepta. in capit. Excellentiſſimus. 11. quæſtione 3. Nauarr. capitul. 27. numero 25. & text. in capitul. Quoniam multos 11. quæſtione 3. & communis, quam refert, & ſequitur Syluest. Excommunicatio. 5. in princip. Sanctus Thom. in addition. 3. parte quæſtione 23. articul. 2. in fin. Domin. Sot. 4. diſtinctione 22. quæſtione 2. articul. 3.

11 Quod peccatũ participare cũ excom. minori. Quæritur, Quod peccatum ſit participare cum excommunicato maiori excommunicatione, quando per talem participationem regulariter incurritur minor? Reſpon. In hac quæſtione tres eſſe opiniones. Prima eſt quorundam tenentium, eſſe peccatum mortale. Secunda eſt, Abbatis in capitul. Sacris de ijs, quę vi, qui de hoc dubitat. Tertia tamen, & vera reſolutio eſt, tantum eſſe veniale peccatum. Sanctus Thom. & alij in 4. diſtinctione 18. Hoſtien. Ioannes Andreas, & communis, quam refert, & ſequitur Nauarr. capitul. 27. numero 28. Petrus Soto. lectione. 4. de excommunicatione. verſicul. Iam vero, Armill. verſicul. Abſolutio. numero 38. Sanctus Thom. in addition. 3. partis quæſtione 23. articul. 3. & notauimus ſupra de excommunicatione. nu. 90. Epiſcopus Scalenſis. c. 45. in fi.

12 Quis põt ab excõ minori abſoluere? Peccata venialia qs poſſit abſoluere? Dvbium haud mediocre eſt inter Doctores; Quis poſſit a vinculo excommunicationis minoris abſoluere? Reſpon. Primo, Hoc eſſe certum, (vt proximè eſt dictum) per incurſionem in minorem excommunicationem, tantũ regulariter incurri veniale peccatum. Secundo, Peccata venialia poſſe à quocunq; Sacerdote ſimplici in Sacramẽtali foro abſolui; Imo per quemcunq; alium ſecularem, extra Sacramentalem Confeſſionem, cum deprecatione illa: Miſereatur tui oĩpotẽs Deus &c. poſſe deleri. Tangunt omnes infra & tenet expreſſe Victoria in ſumma Sacramentorum; De Confeſſione. Pro quo Nota, quòd quando Vi-

do Victoria, & nos loquimur de Sacerdote in Sacramentali Confeſſione, dicimus, abſolui. Quando autem fit ſermo de ſæculari miniſtrante in Miſſa, dicimus: deleri uenialia authoritate Eccleſię. Tertio Dico, quòd licèt Caieta. in ſumma. verb. Abſolutio, quem refert, & ſequitur Petrus à Soto. lectione. 4. de excommunicatione, poſt Syluest. verb. Abſolutio. 1. nume. 3. & Domin. Sot. 4. diſtin. 22. q. 2. arti. 3. & Couarr. in capit. Alma mater. 1. par. §. 8. nu. 2. & alii dicāt ſimplicem ſacerdotem non poſſe abſoluere; mitior, ac rationi cōformior mihi videtur contraria ſententia, ſcilicet, quod poſſit. Quamcum Sanctus Thom. in 4. diſtinct. 18. quæſtio. 2. art. 5. probat Armil. verb. Abſolutio. nume. 38. reſpondendo contrariis. Tenet etiam. S. Thom. in addition. 3. par. quæſtio. 23. artic. 3. Defendit latiſſimè Nauarr. in cap. Placuit. de pœnit. diſt. 6. nume. 25. & Manuali. cap. 27. nume. 25. Sequitur Corduba. in Summa. quæſt. 179. Imò quòd Couar. non reprobat hanc Nauarri opinionem; ſed relinquit illam vniuſcuiuſq; iudicio conſiderandam. Mihi autem, in hac quæſtione, (ſicut in aliis) ſufficeret Doctoris Angelici ſententia, maximè approbata, & ſequuta ab inſigni. Di. Nauarr.

Et ſic excommunicationum tractatui finem imponimus.

DE SVSPENSIONE QVAE SECVNDA SANCTAE ECCLESIAE

Cenſura eſt.

TRactat.S. Thom. & alii in 4. ſent.diſt.18.q.2.& S.Anto.3. par.tit.28.c.1.Ang. Sylu. Tab.Caiet.Armil.& alii. verb. Suſpenſio. Nico.Ploue.in tractatu Sacerdotali Couarr. in clem. Si furioſus de Homicidio. 1.par.per totam. Summa Confeſſorum. lib.3.tit.29.Simon Maiolus de Canonicis impedimentis, lib. 3. c.19. Nauar.Manuali.c.27.à num. 151. Epiſcopus Scalenſis de cenſuris. titu. de ſuſpenſione.pagina.213. Soto 4. diſtin.22.q.3.art.1. Ledeſ.2.par.4.q.26.art.2.Barto. Medin. in ſumma. 1.par.cap de Suſpenſione.Borgaſſius de impedimentis, & irregularit. Hoſt. Goffr. & Canoniſtæ in multis locis,& alii.

1 QVamuis Suſpenſionum materia, ſatis ſuperq; tractata ſit à Doctoribus ſupra citatis,& à compluribus aliis, nihilominus tamen eam in mediũ adducem us, aliqua notaturi ab aliis nunquam notata ; quia noue inuẽta; & à Conciliis, Summiſq; Pontif.his temporibus ſtatuta.

Suſpenſionis materia multiplex.

2 AD rem igitur promiſſam accedẽtes.Quæritur. Quotupliciter ſumatur hæc vox: Suſpẽſio? Reſp.Dupliciter ſumi. Primo modo generaliter ſumpta. Secundo modo in ſpecie,prout eſt Cenſura Eccleſiaſtica. Sylu. Caiet. Armil. ſupra.Nauar.nu.151.

TErtio. Quid eſt ſuſpenſio in genere? Reſp.Quòd eſt prohibitio vſus Officii, vel facultatis alicuius: vt multis allegatis iuribus,probat Glo in clem. Cupientes, de pœnis. Abb.& alii in rubr. de ſent.excom. & in c.ſi celebrat. de cleric. excommu. & multi alii quos refert, & ſequitur Nauarr. & Epiſcopus Scalenſis. ſupra.c.8. 3

Suſpẽſio in genere qd.

QVarto. Quæritur. Quid eſt ſuſpenſio particulariter, & in ſpecie, prout hic ſumpta? Reſp.Quòd licet diffinitio Syluestri,Caietani,Armillæ, Nauarri, & aliorum ſupra, videatur eſſe, & ſit ſufficiens: Vberior tñ, iuriq; cõformior eſt illa, quæ colligit ex Maiolo.de Canonicis impedimẽtis.lib.3.c.19.& ex Epõ Scalẽſi. de ſuſpenſ.c.8. q̃ talis eſt : Suſpenſio eſt,Cẽſura Eccleſiaſtica,qua clericus ſæcularis, vel regularis ob aliquã culpã,à iure vel à iudice,à beneficiorum, Officiorum,ordinũ, vel eccleſiaſticæ iuriſdictionis executione, in totum, uel in partem; perpetuò, uel ad tempus 4

Quid in particulari.

Suſpẽſio eſt cenſura.

pro-

prohibetur. Colligitur ex c.1.§.fi. de ſent.excom.lib.6.

5 Suſpenſio, & interdictũ in quo differant?

SEd cùm quaſi idem videatur ſonare ſuſpenſio, & Interdictũ quęritur V. idem ſint? Reſp. Quòd non. Nam excommunicatio, interdictum, & ſuſpẽſio in quibuſdam differunt; in multis alijs conueniunt. Conueniunt autem (vt tradit Nauar.c.27.nu.164. & eum ſequutus Epiſcopus Scalenſis de interd.c.1.) in nouem.

Primo. Cõueniunt in hoc, quòd quælibet earum eſt cenſura Eccleſiaſtica. c. Quærenti. de verb.ſign. & communis.

Secundo. Quòd quælibet in ſcriptis debet ferri, & cũ cauſa in eis expreſſa. c.1. de ſent.excom.lib.6.

Tertio. Quòd nullam earum ſuſpendit appellatio ſubſequuta, & quamlibet annullat præcedens. c. Is cui.§.fi.eod.tit.in 6. & c. Ad hæc quoniam. de appel.

Quarto. Quòd quamlibet debet præcedere monitio. c. Repræhenſibilis. de appel. cum fertur ob contumaciam, & non cum in pœnam c.2. de conſtit.lib.6. c. Quamquam. de cenſib.eod.lib.

Quinto. Quòd quælibet eſt nulla, cum fertur ſine canonicã monitione ab excommunicatore cõtra participantes excommunicatis à ſe. c. Statuimus. iũcto. c. Statutum. de ſent.excom.lib.6.

Sexto. Quòd quælibet impedit à diuinis, excepta illa ſuſpẽſione, quæ non ſit ab eis, ea. Paſtoralis.§. Verum. de appel. iũcto. d.c. Is cui.

Septimo. Quòd in abſolutione omnium iuratur. c. Venerabili. & c. Ex tenore. de ſent.excom.

Octauo. Quòd nulla earum contra receptos in filios ſpeciales Papæ ab ordinario ferri poteſt. cap.1. de verbor.ſignific.lib.6.

Nono. Quòd quælibet eſt à ſuperiore ſeruanda. c. Cum ab Eccleſiarum. de Officio ord. immo, & à ferente, quouſque eam tollat. Calderinus. de interd.memb.1.

Differũt etiam, in Septem: quæ poteris videre in Nauarro, & Epiſcopo Scalenſi. ſupra. & Sot. in 4. diſt.22.q.3.ar.1.

QVæritur. Quotuplex ſit ſuſpenſio? Reſp. Primo. Aut loquimur de ſuſpenſione in genere, aut in ſpecie, prout eſt Cẽſura. Secundo. Reſp. quòd ſuſpenſionis in genere tria annotãtur genera. Primum genus eſt, quando quis, quo ad ſe tantùm, pro aliquo crimine ab officio prohibetur, vt in c. vltimo. 28. diſt. & c. Noſtra. de cohabit.cleric.& mul. quæ dicitur minor ſuſpenſio. Secundũ eſt, quo ad alios. Et eſt, quando alicui celebratio non interdicitur, ſed tãtùm alijs auditio prohibetur, Et hæc ſuſpenſio impropria dicitur. Tertiũ eſt, quando quis quo ad ſe, & quo ad alios eſt ſuſpenſus. Quando. ſ. aliquis à iure, vel à iudice ab officijs ſuis ſuſpenditur. Quæ ſuſpenſio maior appellatur; Et eſt cenſura, de qua hic agimus. Quæ omnia colliguntur ex Abb. in cap. ſi celebrat. de cleric.excom.num.4. & ex communi ibid. relata, & confuſe declarata à Nauarro.c.27. nu.153. melius tamẽ, & clarius, ab Armil. nu.2. & 3. & ab Epiſcopo Scalenſi. c.3. & alijs. Silu. in princ. & nu.1. 6 Suſpenſio quotuplex?

QVæritur. Quotuplex eſt hæc propriè dicta ſuſpenſio maior, & cenſura? Reſp. Triplicem eſſe. Quædam eſt ſuſpenſio Officij, & beneficij ſimul, vt in c. Tuarum. de Priuil. Altera officij tantùm, vel partis eius. Tertia beneficij, 7 Propriè dicta quotuplex.

neficij, vel rei ad illud pertinentis. glo. in Clem. Cupientes. de pœnis. S.Thom. Silueſt. & alii Armil. nu. 4. Nauarr. nume. 154. & Epiſcopus Scalenſis. c. 5. & 8.

8 Suſpenſio, & irregularitas, in quibus differant.

QVæritur. Quæ differentia ſit inter irregularitatem, & ſuſpenſionem? Reſp. Primo; Quòd ſuſpenſio eſt vna ex tribus cenſuris Eccleſiæ, vt in c. Quærenti. de verb. ſigni. Irregularitas autẽ non. Secundo, Quòd non rectè cõuertuntur ad inuicem. Nam omnis irregularis, eſt, & dicitur ſuſpẽſus, nõ autem omnis ſuſpenſus eſt irregularis. Tertio. Quòd ſuſpẽſio tantùm pertinet ad clericos, regulariter; irregularitas verò etiam laicos comprehendit. vt bene declarat Epiſcopus Scalẽſis. c. 1. & 2.

Differunt etiam, alio modo inter ſe, quòd ſuſpenſio vtriuſque ſexus homines reſpicit; irregularitas autem tantùm viros, quia Moniales ſuſpẽdi poſſunt, irregulares verò fieri minimè, vt tradit. d. c. 2. licèt confuſe, Epiſco. Scalenſ.

9 Suſpenſio minor quotuplex.

QVià diximus ſupra ſuſpẽſionem aliquam eſſe minorem: Quæritur quot modis illa incurratur? Reſp. Duobus incurri. Primo. Quotienſcunque quis, in aliquo interiori, vel exteriori peccato mortali exiſtit, Suſpenſus eſt ab executione ſuorum ordinum; ita quòd ſi alicuius Ordinis officium ſolemniter exerceat, vt talis ordinis miniſter; peccat mortaliter; irregularitatem tamen nõn incurrit. Qualiter autem ſe poterit tunc à mortali per contritionem excuſare, & in quibus ſacramentis; vide ſup. in 1. par. de ſacramentis in genere. ad fi. notab. 3.

Secundo modo. Quando quis aliqua eſt minori excommunicatione ligatus; talis etiam à ſuſceptione ſacramentorum eſt ſuſpenſus per tex. (vbi communis) in c. Si celebrat. de cleric. excom. miniſ. vt diximus ſupra de minori excõmunicatione.

10 Celebrans ſuſpenſus.

QVæritur. V. Tali minori ſuſpẽſione innodatus de facto celebrans, vel alia ſacramenta adminiſtrans, vel ſuſcipiẽs, incurrat irregularitatem? Reſpõ. Quòd licèt regulariter mortaliter peccet, nullam tamen irregularitatem incurrit. Vt patet ex. c. Si celebrat. de cleric. excomm. & ibi communis Nauarr. c. 27. nu. 24. Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſ. c. 5. & diximus, ſup. de minori excom.

11 Quid de inducente ad celebrãdũ.

QVæritur. V. poſſit quis abſq; mortali peccato tales minori ſuſpenſione ligatos inducere ad celebrandum, vel alia ſua officia exercenda? Reſpon. Quòd non, niſi alius haberi non poſſit. Quia in tali neceſſitate, ſacramenta ab eo accipiens, excuſatur, maximè ſi eſt meus Parochus, vel ſuperior toleratus. Quia in tali caſu, petens ab eo ſacramenta, vtor iure meo. S.Th. & Palud. 4. diſt. 24. q. 1. art. 3. Idem S.Th. 3. par. q. 64. art. 9. 3. Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſ. c. 5. Et qualiter hoc ſit intelligendũ, etiam in maiori excommunicatione innodato, non tamen denuntiato, vide ſup. de excommunicatione maiori. nu. 79. Et hæc de primo genere ſuſpenſionis. ſ. quo ad ſe.

12 Suſpenſus quo ad alios quis?

DE ſecundo genere; ideſt, quo ad alios, Quæritur, Quis dicatur ſic ſuſpenſus; de hac ſuſpenſione impropria? Reſp. Talem dici clericum peregrinum, ideſt, alienigenam, qui publicè celebrare nõ poteſt, niſi prius teſtimonium ſuæ ordinationis, (quas literas dimiſſo-

rias

rias vocamus) oſtenderit, vt habetur in c.3.de Cler.peregrinis. Concil.Tridē. Seſſ.23.de Reform.c.16. & alia Concilia, quæ affert Sotealus verbo; Literæ. notat Nauarr.c.27.nu.153. Summiſt.e maxime Armil.verbo, Peregrinus.num.3. Epiſcopus Scalenſ.de ſuſpenſ.c.6. Secreto autem.i.in loco occulto deuotionis cauſa celebrare poterūt, Omnes ſupra, Pro quo Nota; q. licèt ius antiquum, in tit.de clericis peregr.& Conc.Triden.ſupra, tantùm agant de clericis peregrinis; Hodie tamen, in vniuerſum ſeruatur, non tantùm peregrinos clericos, ſed etiam ignotos, (id eſt, qui nō ſunt eiuſdem Diœceſ.) literas dimiſſorias portare debere. Quæ literæ Sigillum cognitum habere debent, ſecundum omnes.

Sotea. verbo. Literæ:

13 QVæritur. Quid, ſi tale ſigillum incognitum eſſet? Reſpō. ſecundum omnes, maximè Armil. ſupra, quòd tales literæ debent habere quinque Epiſcoporum ſigilla. Quod procedit, ſi talium ſigillorum aliqualis habeatur notitia, pariterque ſigillantium, ſecundum glo.in c. Quod ſuper his. de fide inſtrum. Vbi Abb.& Fely.& Gloſ.in c.198.diſt.in, aliàs mille ſigilla non ſufficiunt. Quod procedit de rigore iuris. De conſuetudine tamen vnum ſufficit.

De literis dimiſſoriis

In quo caſu Prælatos, eorumq; Vicarios oportet diligentiſſimos debere eſſe ſcrutatores; ſunt enim multi (quorū aliquos in fragranti delicto compræhendi) falſarij, Apoſtatæ atque fugitiui, & quod peius eſt, celebrantes abſque vllo ſuſcepto ordine. Quamobrem, quidam Vicarius amicus meus, ſciens falſitatē quotidie in literis dimiſſoriis reperiri, hac vtebatur cautela (quā nec laudo, nec vitupero.) Accipiebat iuramētum in forma, inquirens à tali clerico, eſſet ne excōmunicatus, vel aliquo alio vinculo impeditus ad celebrandum; quo reſpondente non, licētiam celebrandi concedebat. * Qualiter nullus ſit admittendus ſine dimiſſoriis, vide Cano.34.Apoſt. qui ſic ait; Nemo peregrinorum Epiſcoporum, aut presbyterorū, aut diaconorum, ſine commēdatitijs ſuſcipiatur literis, & ſi eas obtulerit, attentius in diſquiſitionem vocantor. Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiuntor. Sin minus, vbi neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis, ad communionem, & vlteriorem ipſos conſuetudinem non admittitote. multa enim per obreptionem fiunt.

Epiſcopi diligētes ſint &c.

QVæritur. V. aliquo modo differant interſe ſuſpēſio maior, quæ eſt cēſura, & ſupradictæ duæ minores ſuſpenſiones? Reſp. differre interſe, in ſequentibus. 14

14 Suſpenſio maior: & minor qualiter differant?

Primo. Quod ſuſpenſio minor, & impropria; non ſunt cenſuræ, nec compræhenduntur in d.capit. Quærenti.de verb.ſign.

Secundo. Quòd licet exiſtens in mortali peccato, ſit prohibitus celebrare, & appelletur late ſuſpenſio, ſtrictè tamen non eſt.

Primo. Quia, ſecūdum communem omnium ſupra citatorum, & aliorum; ſuſpenſio non eſt peccatum, ſed pœna peccati.

Secundo. Quia peccatum mortale antiquitatem ſuam poteſt ab origine Mundi probare. Suſpēſio autem cēſura eſt, canonico iure introducta, in peccatorum pœnam.

Peccatum mortale q antiquum.

Tertio differunt, Quia quamuis peccatum mortale, vel excommunicationem minorem habens, accipiendo

Peccatum mor. habēs ſi celebret.

piendo ſacramenta peccet mortaliter, non tamen, per hoc incurrit irregularitatem, vt ex d.c. Si celebrat. notat Silu. Ang. Armil. Caiet. Nauar. & omnes ſupra, & omnes canoniſtæ, in d.cap. Epiſcopus Scalenſ.c.9.* Quibus addi poteſt Cano.27. SS.Apoſt. qui ſic ait: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ob certa crimina iuſte depoſitus, attingere miniſterium, quod aliquando tractauerat, præſumpſerit, omnino hic ab Eccleſia abſcinditor.

Suſpẽſio à quibus ſuſpendat? Quarto. Quòd etſi vtraque excommunicatio minor, ſcilicet, & à fortiori maior ſuſpendat tali vinculo ligatum, ab omni Eccleſiaſtico exercitio, (vt probat Caietan. ſumma, verbo. Suſpenſio. §.2. & alij) non tamen propterea dicitur ſuſpenſio.

Primo. Quia ſuſpenſio diuerſa ſpecies Cenſuræ eſt ab excommunicatione, vt ex cap. Quærenti. de verbor. ſigni. & omnium communi, patet.

Secundo. Quia, licèt ſuſpenſio ab executione ordinis, beneficio, iuriſdictione, vel Eccleſiæ ingreſſu ſuſpenſum prohibeat, non tamen ſemper eſt peccatum mortale, ſicut maior excommunicatio.

Excõicatus abſolui debet prius, &c. Tertio. Quia excommunicatus, prius debet ab excommunicatione abſolui, quam a peccatis, (vt ſupra, in 1. par. de abſolutione diximus) ſuſpenſus vero, poteſt prius ab omni excommunicatione, & à peccatis abſolui, Euchariſtiaque ſacratiſſima cibari, poſteaque a ſuſpenſione abſolui, niſi talis ſuſpenſio fuiſſet a ſusceptione ſacramentorum, quia tunc prius debet etiã ab illa abſolui. De his, & alijs diffeterijs, poteris videre ſupradictos, maxime Caiet. & Epiſc. Scal. c.9.

Quæritur. V. Confeſſor poſſit pœnitentem ſuſpendere, ſcilicet, præcipiendo ſacerdoti ne celebret, vſque ad tale tempus &c. Reſp. Quòd licèt talis confeſſor poſſit tali pęnitenti ſacerdoti, Diacono, vel Subdiacono talia interdicere, & prohibere, iuſta de cauſa, vt ex c. Omnis. de pœnit. & remiſ. probat cõmunis ibi, & vbique: non tamen talis dicetur ſuſpẽſio cenſura, ideoque faciens cõtra dictam prohibitionem, non erit irregularis, vt probat Gloſ. communiter recepta in c. Is qui. de ſenten. excom. lib.6. poſt Speculator. de diſpenſ. §. iuxta. nu.32. quem refert, & ſequitur Epiſcopus Scalenſ. ſupra. Armil. nu.14. 15 Confeſſor an poſſit pœnitentẽ ſuſpẽdere?

Cum ergo Confeſſor tali cenſura ſuſpendere non poſſit, Quæritur, Quis poſſit alium ſuſpẽdere? Reſpõ. Illum regulariter ſuſpendere alium poſſe, qui poteſt excommunicare. Silu. nu.2. Caiet. & Armil. nu.17. Nauar. c.27. num. 159. Epiſcopus Scalenſ. c.12. & Cõmuniter omnes. 16 Quis poſſit ſuſpẽdere?

Quæritur. Quis poſſit ſuſpendi? Reſp. Quòd licet omnes Chriſtiani vtriuſq; ſexus poſſint excommunicari, & interdici, vt tradunt omnes, verbo, excõmunicatio. in quæſtio. quis poſſit excommunicari, & Nauarr. c.27. nu.159. Solum tamen perſonæ Eccleſiaſticæ ſuſpendi poſſunt, vt ex ipſa ſuſpenſionis diffinitione colligit Silu. Caiet. Ang. Armil. Nauar. & omnes. ſupra. 17 Quis põt ſuſpendi?

Quæritur. Quot modis, poteſt quis ſuſpendi? Reſpon. Duobus modis. 18 Quot modis poſſit quis ſuſpẽdi?

Primo modo, Quando iudex (qui poteſt) illum ſuſpendit, & tunc

tunc dicitur ſuſpenſio lata ab homine, de qua, & qualiter debeat dari in ſcriptis, & præmiſſa monitione, vt in excommunicatione, vide Nauar.d.nu.159.

Secundo modo incidit quis in ſuſpẽſionem, ipſo iure, multis modis, quos, ſummatim ad 39. reduxit Armil.nu.16. Sed quia oportet multa notare, nouaque ex Concilijs addere, omnes caſus particulariter colligere decreuimus ex diuerſis; Silu. maxime qui.40.notat, ult.Nauarr.vero.nu.154.ex Glana gna.in Clem.Cupientes, de pœnis, & Ang. principaliores colligẽs tantùm, poſuit.16. Summa Confeſſorum.lib.3.titul.29.q.5. tantùm.14. Medina in ſumma lib.1.tãtum ſex ponit.gl.in Clemen.Cupientes.de pœnit. tantùm.25.poſuit. totidem Nicolaus Plone.de ſuſpenſ.Epiſcopus Papienſis, in addition.ad Sauanarolam.33.ſignauit. Nos autem ex illis, Epiſcopoque Scalenſi.cap. 14.& alijs, ſparſim, ſequentes proponemus.82. nuſquam ab alio in tam grandi numero collectas.

19 De clerico fornicario. PRima ſuſpenſio a iure. Omnis in ſacris conſtitutus, notorius fornicator eſt ipſo iure ſuſpenſus. text.in c.Nullus.c. Præter hoc.32. diſt.c. Sciſcitãtibus.15.q.8. In qua ſuſpenſione erit donec pœniteat. c.Si qui presbyteri ſunt.81.diſt.de hoc Couarr latè in Clem. Si furioſus.1.par.§.1.nu.5.

Qualiter tollatur. Vbi Nota.Gloſ.receptam dicentem: quòd ſicut ipſo iure incurritur in hoc ſuſpenſio, ſic eodem iure tollitur per pœnitentiam.

20 V procedit de omnib' clericis? SEcundo Nota, Quòd licet Nauar.c.27.nu.154. tantùm dicat ſuſpenſum presbyterum, & Diaconum. In c.autem.25.nu.76.ſecutus Archid.& alios, ſimiliter dicit de omnibus. etiam in minoribus cõſtitutis fornicatoribus notorijs. Tenet etiam Maiolus de irregula. lib.5.capit.37. Epiſcopus Scalenſ. capit.14. & alij multi quos refert Maiolus.ſupra.

TErtio Nota. Quòd notorius fornicator erit, quando crimẽ in iudicio confeſſus eſt, vel peccatum eſt ita notorium, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari. Nau. latè c.25.nu.77.Maiolus.d.c.37.& multi alij communiter. 21 Quãdo ſit notorius?

QVarto Nota cum S. Thom. & Ray. quos refert, & ſequitur Epiſcopus Scalenſ.c.14. Silu.Ang. Armil.verbo Notorium.num.1. & alij, quòd notorium eſt duplex, aliud iuris, vt quando quis in iudicio confitetur, vel conuincitur. Aliud facti, vt quando crimen eſt in populo notorium, vel in maiori parte &c. de quo Nauarr. ſupra. Maiolus ſupra per tex. in c.Sacerdotes.50.diſt. 22 Notorium duplex.

QVinto Nota. Quòd tales adminiſtrando in officio ſuo, ante factum pœnitentiam, fiunt irregulares, per Papam diſpenſandi. Archid.in §. Hæc de malis.32.diſtin. Siluef.verbo.Clericus.2.q.8.Ioan. Andr.& Hoſt.in c. veſtra.de cohabit.cleric.Silu.& alij: verbo Concubinarius.facit text.c.ſi qui ſunt 81.diſt.c.Præter.§.Verum 32.diſt. Nauar.cap.25.nume.77. Maiolus. & Scalenſ.ſupra citans pro hoc Innocen.& Hoſtien. 23 Quãdo ſint irregulares

SI tamen, cùm eſſet ſic ſuſpẽſus minimè celebrauit, antequam à ſuſpenſione abſoluatur, non eſt pluſquam ſuſpẽſus, in qua Epiſcopus poteſt diſpenſare ſecundum Innocen.& alios ſup. 24 Qualiter vitandi,&c.

Qualiter autem, & quando, taliter ſuſpenſi ſint vitãdi in Miſſa,

&

& alijs, vide Nauarr. ſupra, & Epiſcopum Scalenſ. d. c. 14. & alios Doctores ſupra.

25 De ſimonię ſuſpēſione in dignitate, &c.

SEcunda. Suſcipiens beneficiū Curatum, aut Dignitatē ſimoniacè etiam occulte, ſub eodē iure eſt, (ſecūdum Goff.) ſub quo recipi ēs ordinem ſimoniacè: Quia talis quoq; eſt ipſo iure ſuſpēſus, etiam quo ad alios, nec tantùm ab actibus omnium ordinum, ſed & ab adminiſtratione temporali, ſecundum Inn. In quo beneficio, vel dignitate ſolus Papa diſpēſat, prę cipuè quando ſcientibus beneficiatis eſt commiſſa ſimonia, vide tex. in §. verum 35. diſt. Armill. verbo. Simonia. n. 51. & alios. ſupra. Sum. Confeſſ. lib. 1. tit. 1. q. 21. & 23. Vbi multa citat iura Epiſcopus Scalēſ. d. c. 14. Couar. in Clemen. Si furioſus. 2. par. §. 1. num. 7.

Quis diſpēſet.

26 De ſimonia in beneficio ſimplici.

TErtia. Recipiens beneficium ſimplex ſimoniacè, eſt ſuſpenſus quo ad ſe, & quo ad alios ab actibus omnium ordinum, & ab adminiſtratione temporali, ſi ſimonia eſt notoria notorietate iuris, vel facti, (de qua, ſupra, ſuſpēſione. 2. notab. 4.) Si autem occulta; tantùm quo ad ſe. Sylu. & omnes, maxime Armil. & Sum. Conf. ſup. Abb. in c. Per tuas de ſimon. S. Th. Hoſt. & alij quos, cū tex. in c. 1. 1. q. 1. cū alijs. tex. in c. ſi quis dator. 1. q. 3. refert, & ſequitur Epiſcop. Scalenſ. d. c. 14. quem, & ſummam Confeſſ. & Armil. vide. Et melius tract. S. Th. 22. q. 110. ar. 6. Vbi Caiet. & Nauar. c. 23. num. 106. Vbi latè; & in Comment. de ſimonia. nu. 28. Couarr. in regula peccatum. 2. par. §. 8. quos refert, & ſequitur Cordub. in ſumma. q. 26. & Petrus Soto. de ſacramento ordinis lectione. 7. tractat optime Epiſcopus Pacienſis in addit. ad Confeſſionale Sauonarolæ vbi citat Bullam. Pij V. * Circa. ſupradicta Nota Canonem. 28. SS. Apoſt. in hæc verba: Si quis Epiſcopus aut presbyter, aut Diaconus pecuniæ interuentu hāc dignitatem nactus fuerit; deponitor tam ipſe, quàm qui eum ordinauit, & omnino à communione abſcinditor, quemadmodū Simon Magus à me Petro. Vide etiam, Canon. 29. & vide infra. nu. 42.

27 De ordinato ſine patrimonio, & ordinatore.

QVarta. Ordinans aliquem ſine patrimonio, vel eum præſentans ad ordines promittentem, vel iurantem ſe, neque ab Epiſcopo, vel alio, victum petiturum. Omnes ſunt ſuſpenſi. Ordinator, à collatione ordinum. Præſentator verò a ſuorum ordinum (ſi habet) executione. Et ordinatus indiget Papę diſpenſatione, ſecundū Ray. vide Nauar. c. 27. nu. 158. per text. in c. 45. de ſimon.

28 De titulo ficto.

GRauis eſt quæſtio inter Doctores: An, qui initiatur ordinibus cum titulo ficto, dicens, ſcilicet, ſe habere patrimonium, cùm tamen, clàm fecerit pactum, de illud renunciādo proprio Domino, ſit ſuſpenſus? quia Concil. Tridēt. ſeſſ. 21. c. 2. ait: ne quis poſſit renūtiare beneficium, vel patrimoniū ad cuius titulum initiatus eſt? Nauar. Manual. c. 27. nu. 158. & Martin. Ledeſma. in 2. par. q. 26. Pedraza. 2. par. de ſuſpenſ. & Barth. Medina (Magiſter digniſſimus meus) in ſumma. c. de ſuſpenſione, dicūt eſſe ſuſpenſum, nullum allegantes Canonem, aut Gloſam, ſed tātùm, dicit Nauar. ſupra. noſtra ſententia. ¶ Simon autem Maiolus de irregularit. titulo, de ſuſpenſione ait, eſſe irregularem per tex. in cap. 1. & 2. diſt. 70. ad quæ iura (inquit) referri

ferri Concilium Triden.ſup. dum ait, in finalibus verbis, (Antiquorum Canonum pęnas ſuper his innouando.) Secundo facit, Quia in nouiori impreſſione dicti Concilij in Additionibus, vel Concordãtijs eiuſdem c.2. ponuntur in margine tex.in d.c.1.& 2.diſt.70. Tertio Facit, Quia Doctor Nauarrus iunior (Magiſter meus Colẽdiſs) Salmanticæ, anno.1568. hoc in publica lectura confirmauit.

Nihilominus tamen grauiſſimi Doctores tam Theologiæ ſacræ, quam vtriuſque iuris digniſſimi, profeſſores Salmanticæ, ac Compluti (me præſente) contrarium tenuerunt; imo talem minimè eſſe ſuſpenſum. Quorum dictis Principaliores Toletanę vniuerſitatis doctores acceſſerunt.

Quod Primo probatur; Quia ſi talis eſſet ſuſpenſus per d.c.Conc. Trid. (vt dicitur,) Nauarrus, Ledeſma, Pedraza, & Bart.Medina; qui omnes ſcripſerunt poſt Concilium, illud allegaſſent; alias enim ſi ita eſſet (vt ait Maiolus) ignominioſum eſſet tantis viris, Concilium ignoraſſe; qui tantùm dicũt, ſuo iudicio, eſſe ſuſpẽſum, nullum allegantes Canonem, vel textum. Secundo Probatur, Quia Romę interrogatus ipſe Nauarrus de hoc caſu, Reſpondit (multis adductis fundamentis) eſſe ſuſpenſum, abſque nominatione vlla dictorum Canonum.70.diſt in.nec dicti Concil.Tridẽ.ſupra. Quod reſponſum ego vidi.

Quibus omnibus in contrarium adductis non obſtantibus, Contrarium, imo nõ eſſe ſuſpenſum, fuit deciſum in ſacri Concilij explicatione facta ab Illuſtriſs.Cardinalibus in cõgregatione pro declarando Concilio facta ex mãdato.Greg. XIII. Quæ congregatio intelligit dictum Concil.Triden.ſeſſ.21. c.2.referendum eſſe ad tex.in cap. De multa.de Præbend.in quo, tex. in d.c.1.& 2.diſt in.70. limitantur. Quam Cardinalium deciſionem ego vidi, totamque, de verbo ad verbum perlegi anno 1583. & nũc Anno 1591. legi in 1. libro Conſiliorum dicti. D.Nauarri.ti.2.q.16. ꝯ Concil.Trid.d.c.2.ſeſſ.21.refert ſe ad.c.Neminem. & c. Sanctorũ. 70.diſt. Quod (ſalua pace tanti viri) differt omnino a dicta DD.Cardinalium deciſione; quæ in reſponſione.695.ſic dicit: Iſti antiqui Canones ſunt vt.c.Neminem. c.Sanctorum.70.diſt.cum c.Cum ſecundum.de Præbend. ¶ Et in ſequenti.696 deciſione habetur ſic: Ordinatus tamen cõtra formam huius Decreti, ſine beneficio, aut patrimonio, non eſt per hoc ſuſpenſus, nec aliquam pœnam incurrit; ſed cogendus eſt ordinans ei prouidere iuxta.c.Cum ſecundum.de præbend. Qui Canon ſolus, & nõ alij, fuit innouatus à Concilio, per doctrinam Abb.in d.cap.Cum ſecundum. Et ſic patet quòd per hanc declarationem non eſſet ſuſpẽſus. Sed poſt Bullam Sixti. V.cõtra clericos male promotos hæc deciſio non habet locum. vt in eius explicatione. Notab.14. Nos diximus, & ſic cum deciſio hæc ſit derogata per Bullam ſuperuenientem, & ibidem ponat ſuſpenſionem, patet eſſe ſuſpenſum, & inuiolabiliter eſſe ſeruandam Bullam, donec in robore permaneat.

29 Circa quam materiam de ordinando ſine titulo Nota, Primo, quòd ſi prima opinio eſſet vera per eãdem rationem, eam quoque

De titulo, vel alimentis promiſſis.

que

que incurrit, qui ordinatur cum Patrimonio, vel alimentis promiſſis, vel donatis ab aliquo, pactus antequam ordinaretur ſe non petiturum poſtquã ordinatus fuerit; Qui caſus eſt quotidianus.

30 Quid ſi ſine pacto redderet?

NOta Secundo. Quòd qui poſt ordinationem remittit, vel retrodonat ius, aut patrimonium quod illi fuit donatũ, vel promiſſum ſine pacto, ante ordinationẽ facto, non incurreret. argumento. gloſ. ſingul. in c. Tuis. de Præbend. & gl. memorabilis. in c. Si Epiſcopus. eod. tit. in 6.

31 De ordinato ad titul. patrimonij, &c.

TErtio Nota. Quòd qui ordinatur cum facultate ſui Epiſcopi, impetrata ad titulum ſui patrimonij donati, & ante ordinationẽ renunciati, non cenſetur Ordinari abſque facultate, quo ad effectum incurrẽdi aliam ſuſpenſionem poſitam à Nauarr. c. 27. nu. 235. Quia talis renunciatio, facta antequam ordinetur; non videtur valere, per communem opi. in c. penult. de Simon. etiamſi eſſet iurata: iuxta Felyn. & Anan. contra Abb. Hanc tamen incurrit; Nauar. c. 27. nu. 158. quos omnes refert; & ſequitur Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſione. c. 14. verſic. Qui ordinat.

32 De mediatore ſimoniaco.

QVarto Nota. Quòd non modo qui confert ordinem, vel beneficium cum ſimonia, ſed etiam qui mediator eſt ſimoniæ, ſi eſt publica, ſecundum Ray. ipſo iure eſt ſuſpenſus, etiam quo ad alios, cum quo ſolus Papa diſpenſat. Doctores ſupra.

33 De ordinato, ab Epiſcopo ſimonia. in ordine.

QVinta ſuſpenſio. Qui ordinãtur ab Epiſcopo Simoniaco in ordine, vel dignitate ſuſcepta, quantumuis occulte, aut à ſimoniaco notorio in collatione ordinum, aut in collatione, receptione, vel mediatione beneficiorum: ordinis executionem non recipiunt, ſed ſunt ipſo iure ſuſpẽſi, quamuis in ſua ordinatione nulla ſimonia commiſſa ſit, hoc enim, quod non habent, dare alijs non poſſunt. text. ca. Daibertum. 1. q. 7. tex. c. Si quis à ſimoniacis. 1. q. 1.

34 Quid ſi ignorantes fiat.

VErum tamen eſt, quòd à talibus ordinati, ex ignorantia facti, à peccato excuſantur, ſed ab ipſa executione ordinum, ita receptorum abſtinere debent cùm primum ſciuit, quouſq; cum eis per Papam diſpẽſetur. Si vero, ex ignorantia iuris, hoc faciant, non excuſantur, vide tex. cũ gl. in c. Si quis. 1. q. 1. vide etiam Silu. verbo ſuſpẽſio. nu. 7. Summa Confeſſ. lib. 1. tit. 1. q. 7. Epiſcopum Scalenſ. de ſuſpenſ. c. 14. & alios.

Nota etiam, circa ordinãtes, vel ordinatos ſimoniacè text. in c. Per tuas. 35. in ordine. de ſimon. & ca. Tanta. eod. & tex. in c. reperiũtur. 1. q. 1. Sot. lib. 9. de iuſt. & iure. q. 6. ar. 1. & q. 8. arti. 2. Victoria. in relectione. de ſimon. 1. par. Petrus à Soto. de ſacramen. Ordin. lectione. 7. de ſimonia.

CIrca quam ſuſpenſionẽ, quia periculoſa, ſubtilis, & (ni fallor) ſæpè incurritur libuit ſequẽtia notare. Primo. Quòd quando ſimonia commiſſa eſt tantùm ex parte ordinatoris, ordinato nihil de hoc ſciente, quia. v. g. ordinati Pater, frater, vel amicus aliquid ordinatori donauit; tunc talis ordinati ſuſpenſio, à quolibet Epiſcopo relaxari poteſt; vno excepto ordinatore propter eius infamiæ turpitudinem. 35 De ſimonia cõmiſſa a collatore tantũ.

SI autem ſimonia commiſſa ſit tantùm, ex parte ordinati, ipſo ordinatore ignorante, quia talis ordina- 36 Quãdo ex parte ordinati.

dina-

natus aliquid Vicario, examinatoribuſue donauit, ordinatus tãtùm eſt ſuſpenſus,& ſi eſt publica, tantùm poteſt per Papam diſpenſari in gradu ſic ſuſcepto,aut alijs, ſuſcipiẽdis. In alijs autem ordinibus prius rectè ſuſceptis Epiſcopus diſpenſare poteſt;dummodo poſt incurſam talem ſuſpẽſionem, in nullo ſupradictorum miniſtrauerit. Quia ſic ſuſpenſus in aliquo miniſtrans, efficitur irregularis à ſolo Papa diſpenſandus. Maiolus.ſup. cum alijs.

37 *Quid ſi eſt ſecreta.*

SI vero occulta fuerit Simonia, non eſt talis ordinatus ſuſpenſus quo ad alios. Et tunc Epiſcopus poterit cum tali diſpẽſare, vt ex Goffredo, Hoſt. & alijs, tradit Dictionarium iuris.lib.3.ti.16.

Et licèt videatur obſtare text.in c.Erga.1.q.1.& c.A nobis.de Simonia; non obſtant. Quia tantùm fit ſermo ibi de dignitate per ſimoniam habita, ſecundum ſupradictos,& alios.

38 *Vicarius Epiſcopi ſpecialis.*

NOta tamen. Primo, quòd licèt hoc,iure antiquo, poſſet tantùm Epiſcopus in occultis; Hodie autem,idem etiam poteſt Vicarius quilibet, ab eo ſpecialiter ad id deputatus, per Cõcilium Trid. ſeſſ.24.de reform.cap.6.incipit. Liceat Epiſcopis.

39 *De pœnis ſimoniæ.*

SEcundo Nota.Quòd inter alias pœnas, quas talis ſuſpenſus incurrit, quas ex diuerſis iuribus cõgerit Victoria,& Petrus, & Dominicus Soto ſupra. & alij; vna eſt, quòd vltra excommunicationem, & ſuſpenſionem quas incurrit, efficitur etiam infamis, vt probat late Maiolus.lib.5.c.45.

40 *V.Suſpẽſus ab ordine*

TErtio. Supradictis notabile hoc,conſolatione plenum,addendum eſt;Quòd etſi ſuſpẽſus ſit aliquis quo ad ea, quæ ſunt ordinis, non propterea, ſuſpenſum dicemus quo ad ea, quæ ſunt iuriſdictionis.Vnde infertur quòd ſi ante habeat iuriſdictionem, etiã nunc habet; & poteſt excommunicare, interdicere, ac ſuſpendere, & ab his abſoluere ſibi ſubditos. Guill. quẽ refert, & ſequitur Epiſcopus Scalenſ.ſupra cum alijs.

ſit a iuriſdictione?

41 *De ſimonia in conſequutione ordinũ.*

QVarto Nota.Quòd crimen ſimoniæ in conſequutione ordinum committens, eo ipſo erit à ſic ſuſceptorum executione per Decennium ſuſpenſus abſq; vlla diſpẽſationis ſpe. Et vlterius, debet per annũ incarcerari. ſecundum Conſtitutionem Pij V. quæ incipit:Cum primum. fol 9.ſuarũ Conſt.Quæ pœna procedit, etiam in occultis, vt patet in Bulla Pauli II.incipiente:Cum deteſtabile.innouata.à Pio V.ſupra.

42 *De ſimoniace acquirentibus dignitatem, &c.*

QVi autẽ,dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica acquirunt ſimoniacè; ipſis ſunt ipſo iure priuati, inhabileſq; ad eas,& ea,vel alia quælibet obtinenda. Et vltra hoc erunt ad omniũ fructuũ reſtitutionem obligari. Paulus,& Pius,ſupra. Concordantes cũ Martino V.in Concil.Conſtantienſi.& cum text. in c. Sicut.de ſimonia.ſecũdum omnes, maximè Panor.& alios quos refert. & ſequitur Armil.verbo ſimonia.nu.52.

43 *De prælatis &c accipientibus fruct⁹. &c.*

SExta ſuſpenſio.Prælati omnes, alijque Eccleſiaſtici inferiores aliquibus ex redditibus Dignitatum, & Eccleſiarum vacantium eis ſubditarum, à mortuo poſſeſſore relictis, vel vacationis tempore durante collectis, quouſque reſtitutionem fecerint de prædictis, niſi de conſuetudine præſcripta, vel priuilegio ipſis competant,

ſunt ipſo iure ſuſpéſi.tex. in c.Præſenti.de offi.ord.in 6. & per conſtitutionem Pij V. quæ incipit: Dudum.datam.Anno 1570. Cal. Iulij Pontif.ſui anno V. & eſt Papalis.

44 Conſumentes bona dimiſſa. SEptima ſuſpenſio. Suſpenduntur ipſo iure omnes occupantes, ſurripientes, ſeu etiam interſe diuidentes bona à Prælatis Eccleſiarum dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, donec plene reſtituerint. tex. in capit. Quia ſæpè. de electione.6.

45 De religioſis circa prãdia &c. OCtaua. Suſpenduntur ipſo iure conuentus, & capitula in receptione perſonarum vtriuſque ſexus ad religionem, aut ante, vel poſt illam paſtus, prandia, pecunias, aut res alias, etiam ad Eccleſiaſticum, aut alium pium vſum deputatas, vel deputandas directè, vel indirectè petentia, vel exigentia text. in Extrau. 1. de Simon. Moniales autem his non ſubiacet pœnis propter pacta, & conuentiones, quas faciunt pro dotibus recipiendarum in commodum earum victum, per priuileg. Clemen. 7. vt patet in Compendio.

Neſcio tamen, qualiter à ſupradictis pœnis eas poſſim excuſare propter acceptationes candelarũ, aliorumque donorum, quæ à talibus recipiendis non tantùm benigne exigunt, ſed quodammodo extorquẽt. Fortè per priuilegium aliquod, vel longam cõſuetudinem, ſibi conceſſum exiſtimant, qui earundem ſpiritualiter curam habent, vel ad eorum aures talis Extrauagans nunquam peruenit.

46 De clerico circa fructus, &c. NOna ſuſpenſio. Suſpenduntur Eccleſiaſtici obligantes ſuæ Eccleſiæ fructus, pro debitis alienis. text. capitulo ſecundo. de ſolution.

DEcima recipiens duos ordines ſacros eodem die, abſque diſpenſatione Papæ, eſt ipſo iure ſuſpenſus; donec abſoluatur a tali Cenſura. tex. in c. fin. de eo qui furtim ordi. ſuſcepit. Quæ ſuſpenſio tantùm intelligitur de poſteriore ordine. Et in hoc tantùm Papa diſpenſat, ſi ſit publicum, vt ex c. Literas. c. Dilectus. iuncta gl. de tempor. ord n. probat Nauarr. c. 25. nu. 71. vbi de conſuetudine (ait) quatuor minores, & Subdiaconatum poſſe eodem die conferri. 47 De duobus ordinibus eod. die.

VNdecima ſuſpenſio. Ordinatus (vt aiunt) per ſaltum, ideſt, omiſſo medio ordine, tranſiens, ſ. de ſubdiaconatu ad ſacerdotium, omiſſo Diaconatu, &c. eſt ipſo iure ſuſpenſus: cuius diſpẽſatio, antequam ordinem ſic ſuſceptum exerceat, pertinet ad Epiſcopũ, vt ex Conc. Trid. Hoſt. & alijs, tradit Nau. c. 25. nu. 71. Si autem illum exercuit, ad Papam pertinet. 48 De ordinato per ſaltum.

DVodecima ſuſpenſio. Recipientes publicum vſurarium ad ſepulturam Eccleſiaſticã, ſunt ipſo iure ſuſpenſi, donec ad Epiſcopi arbitrium ſatisfaciant. tex. in c. Quia in omnibus. de vſuris. text. in c. Quanquam. eod. tit. in 6. * Et de Eccleſiaſticis qui vſuras à mutuum accipientibus exigunt. vide Canon. 43. S S. Apoſt. 49 De ſepeliẽte vſurariũ

SEd quæritur. Quis dicatur, ad hunc effectum, publicus? Reſpon. eum eſſe, qui publicam menſam ad hoc habet, vel, qui in iudicio hoc eſt confeſſus, vel teſtibus conuictus, aut ſuas res, ob dilatam ſolutionem, carius iuſto rigido maniſeſtè vendit, vt tradit ex multis iuribus. Silueſt. vſura. 9. num 1. Armil. eod. nu. 53. Nauar. c. 17. nume. 280. & omnes. 50 Quis dicatur publicus vſurarius.

Deci-

51 Decimatertia. Capitula,& cõuentus, quibus ob tranſgreſſionem Bullæ Pij V. circa non admittendas, Beneficiorum reſignationes eſt interdicta facultas conferendi beneficia, ſeu officia, vel confirmandi, eligendi, præſentandi, & inſtituendi quenquam in ipſis, & nihilominus, prædicto non obſtante, ea omnia, vel aliqua, ſic poteſtate priuati faciunt, ſunt eo ipſo ſuſpenſi, & reſeruatur Papæ, per Conſtitutionem. Pij V. quæ incipit: Quarta Eccleſię, ſuarum conſtitut. fol.78.

De capitulis, circa tráſgreſſionem Bullæ Pij V. &c.

52 Decimaquarta. Epiſcopus ordinans aliquem inuitum, aut reclamantem, eſt ipſo iure ſuſpenſus per annum à Miſſarum celebratione. per tex. in cap. Epiſcopus qui. & capitul. Geſta. 74 diſtinct.

De ordinã te inuitũ.

Nota. ¶ Sed Proh dolor? Quia hodie multi ignorantes, tenebrarum vitijs, cenſurarum, aliorumque impedimentorũ nexibus irretiti, poſt Reuerendiſſimos Epiſcopos clamare non ceſſant: Abba Pater, Abba Pater: ordines. Et hinc eſt, quod moltos vidi abſque legitima ætate ordinatos, ideoque ſuſpenſionibus, atque irregularitatibus innodatos.

Ordinati huius tẽporis.

53 Decimaquinta. Epiſcopus, vel alius poteſtatem habens, ordinans coniugatum ad primã tonſuram, eſt ipſo iure per annum ſuſpenſus à collatione ipſius tonſuræ, per tex. in c. Nullus. de temporibus ordin. lib.6.

De ordinã te coniugatum.

54 Decimaſexta. Scienter ordinãs Bigamum, maritum viduæ, corruptæ, vel repudiatæ; ſuſpenſus eſt ipſo iure à poteſtate ordinandi, per tex. c. Ex pœnitentibus. 50. diſt. & c 2. de Bigam. & ſuſpenſus eſt Miſſæ celebratione per annum. c. Nullus. 55. diſt.

De ordinã te Bigamũ.

55 Decimaſeptima. Ordinans ſolemniter pœnitentem ſuſpẽditur in ipſo iure per annum a celebratione Miſſæ. Quòd ſi quis ob ſeruare contempſerit, communione Eccleſiæ priuari debet. tex. in c. nullus. 55. diſt in. Quis autem dicatur ſolemniter pœnitens. vide ſupra in 1. par. de Pœnitentia in communi, & tractat bene ſumma Confeſſorum. lib.3. tit.13. q.1. & 2.

De ordinãte ſolemniter pœnit.

56 Decimaoctaua. Si quis ordinauerit illegitimum, abſque debita diſpenſatione, priuatur autoritate ordinandi. tex. in capit. Cum Vinctonienſis. de elect. Tradit optimè, Simon Maiolus de irregulari. lib.1. cap.7.

De illegitimo.

57 Qvi autem dicantur filij illegitimi, vide text. in c. Tanta. & per totum. Qui filij ſint legitimi. vbi Abb. & omnes Canoniſtæ. Ang. Silu. Armil. & alios. verbo filius, Maiol. ſup. c.6.

Qui dicatur illegitimus?

58 Qvis autem poſſit diſpenſare cũ illegitimis, quo ad ordines minores, maiores, & quælibet beneficia. vide Ang. & Silu. verbo Diſpenſat. maxime Tab. §.13. Armil. nu.21. Maiolum. ſup. d. c.7.

Quis diſpẽſat?

59 Decimanona ſuſpenſio. Prælati omnes priuilegio, ſtatuto, vel conſuetudine, olim fructus primi, aut vlterioris anni beneficiorum vacantium integre ſibi vendicantes, qui poſt conſtitutionẽ Pij V. quæ incipit: Quanta Eccleſiæ, de dictis fructibus percipiunt, vltra ſummam, qua in ſolutione decimæ quodlibet Beneficium taxari ſolet, vel hac dimiſſa, vltra totale reſiduum fructuum, idque in regionibus, vbi decimæ beneficijs ſunt taxatæ. In alijs vero vltra medietatem fructuum recipientes, &

De Prælatis vendicãtibus fructus. &c.

F 2 infra

infra menſem illis, ad quos ſpectat, non reſtituentes, donec ſatisfaciant, ſunt eo ipſo ſuſpenſi. text. in Extrauagã. Suſcepti regiminis: confirmata ab ipſo Pio V. in Bulla, quæ incipit: Durum nimis, in libro ſuarum conſtitut. fol. 174. vbi etiam multa, quo ad hoc decreuit, & ſtatuit ſub ſuſpenſionis (quo ad Prælatos,) & excommunicationis, quo ad alios ſingulares, ſententijs, & pœnis. Quam omnino vide. * Vide etiam Canonem. 37. SS. Apoſtol: dicentem: omnium rerum Eccleſiaſticarum curam Epiſcopus gerito, & eas diſpenſato, quaſi inſpectante Deo. Non licitum autem ei eſto, quidpiam ex ijs ſibi tanquam proprium aſſumere, aut cognatis ſuis elargiri, quæ Deo dicata ſunt. Quòd ſi pauperes illi ſint, vt pauperibus ſubminiſtrato: non tamen horum prætextu res Eccleſiæ venundato. In huius canonis cõfirmationem vide, quæ Nauarrus de reddit. Eccleſi. q. 1. mon. 27. nume. 5. de Sanctiſs. Pio V. Papa dicit in hæc verba: Quæ fere omnia approbare viſus fuit felicis Recordat. Pius V. aſſignando pro dote cuidam nepti ſuæ, mille quingentos aureos, magno rogatu, (vt fertur) addidit alios quingentos exemplo raro, & mirando, tamque Sanctiſs. Papa digno. Hæc ibi.

60 *De Prælatis locantibus domos &c.* Vigeſima ſuſpenſio. Prælati domos locantes alienigenis vſurarijs, venientibus ad morandum pro fœnore faciendo, vel promittentes in terris ſuis conducere, vel conductas habere, vel alias habitare, & infra trimeſtre illos à ſuis terris non eijcientes, ſunt ipſo iure ſuſpenſi. per text. in cap. 1. de Vſuris. lib. 6.

Vigeſimaprima. Promouentes ad ordines curię obnoxium, quem curialẽ appellamus: deponi debent. tex. c. Aliquantos. 51. diſt. 61 *De ordinãte Curiæ obnoxiũ.*

Vigeſimaſecunda: Ordinans Neophitum, priuatur autoritate conferendi ordinem, quem contulit. per tex. c. Qui Eccleſiaſticis. 59. diſt. Pro cuius quæſtionis declaratione. 62 *De Neophito.*

Quæritur. Quid ſignificet hæc vox: Neophitus? Reſp. Neophitum eſſe nouũ in fide, ſcilicet, Iudæum, vel Gentilem nouiter ad Fidem cõuerſum. De quibus, & quare non ſint ordinandi; eſt text. in c. Quoniam. c. Sicut olim 48. diſt. vide Hoſt. in Summa. lib. 1. Rubric. 11. de Tẽpor. ordin. §. 4. quem refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 14. q. 1. & 2. Sylu. verbó Neophitus. melius Maiolus. lib. 1. cap. 31. quem vide. 63 *Vox: Neophitus q̃d?*

Si autem tales ſint aliquãdo (rariſſime tamen) ad presbyteratum, vel Epiſcopatum aſſumẽdi, multum debent probari, atq; in inferioribus ordinibus, atq; officijs exercitari, vt ſic pateat qua fide ſint, qua modeſtia, qua grauitate, & verecundia præditi. Concil. Nicen. 1. c. 1. 2. Concil. Sardicenſ. c. 13. Laodicenſe. c. 3. S. Greg. lib. 4. Regiſtri. Epiſtola. 51. & lib. 7. Epl. 110. Sylu. Papa, in Conc. Rom. actione. 2. c. 11. Siricius. Papa. c. 3. Epl. 3. Conc. Arelaten. 3. c. 1. Conc. Bracar. 1. c. 38. Ratio eſt, quia (vt ait Inn. Papa. 1. Epl. 12.) miſerum eſt, eum Magiſtrum fieri, qui nunquã diſcipulus fuit: eum ſummũ fieri ſacerdotẽ, qui nunquã in vllo gradu obſecutus fuit ſacerdoti. 64 *Quãdo aſſumẽdi ad ſacerdotiũ.*

Vigeſimatertia ſuſpenſio. Fratres Mendicantes ad Epiſcopatũ, aliaſue prælaturas promoti, prius 65 *Mendicantes promoti ad prælaturas.*

prius ſe conſecrari faciẽtes, quàm ſuæ Religioni libros ſuos renuncient, & reſignent: ſunt ipſo iure ſuſpenſi. per Clemen. IIII. in priuigiò. Prouidentia.

66 De illegitimo Electo Epiſc. VIgeſimaquarta ſuſpẽſiò. Clerici eligentes in Epiſcopum illegitimum, vel abſque legitima ætate, vel ſcientia debita, &c. ſunt ipſo iure ſuſpenſi per triennium à beneficijs, per tex. in c. Cum in cũctis. §. fi. de electione.

67 Quid de Cardinalibus eligentibus Papam. NOta tamẽ, quòd cum Nauarrus Manual. c. 27. nu. 155. dicat hac ſuſpenſione non comprehendi Cardinales eligentes Papã, nec Reges, vel alios ſæculares eligẽtes illegitimum in Epiſcopum, videtur quòd ſit huic textui derogatũ, cum iam nullo modo ad clericos pertineat Epiſcoporum electio, vt antea, vt patet per c. Adrianus, & per totam. 63. diſt.

68 De clericis prouocantibus ad duellum. VIgeſimaquinta. Clerici prouocantes alium ad duellum, vel accipientes, vel acceptantes prouocationem ab alio factam, & in arenam deſcendũt, ſunt ipſo iure ſuſpenſi, per tex. in c. 1. de Cler. pugnant. in duello. ita tenent Silu. verbo. ſuſpenſio. verſic. 11. & Tab. ibid. tenet etiam Epiſcopus Scal. de ſuſpenſione. ca. 14. Maiolus. de irregularit. lib. 5. c. 18. nu. 1. nõ tantùm ait eſſe ſuſpenſum, ſed etiam irregularem ipſo facto.

Sed (ſalua tantorum virorum pace) iure non probatur eſſe ſuſpẽſum, ſed deponendum eſſe, ita expreſſe ait text. in d. c. 1. quem ſic intelligit Gl. ibi Goffre. in ſumma de hoc titulo, & ita tenet Nauarr. contra Silu. & Tab. c. 27. num. 156. & Raymundus, quem refert, & ſequitur ſumma Cõfeſſorum. libr. 2. tit. 4. q. 6. Sed oportet Syluestrum ab imputatione Nauarri excuſare, quia verbo, Duellum, ait, eſſe deponendum, ita etiã Armil. * De clericis militibus, vide Canonem. 32. SS. Apoſt. qui ſic ait: Epiſcop*, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & vtrunque retinuere voluerit, tam officium Romanum, quam functionem ſacerdotalẽ, deponitor. Quæ enim ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei, Deo.

69 Duellum quid? CVius quæſtionis occaſione, & quia in Concil. Tridẽ. ſeſſ. 25. c. 19. ſub grauibus interdicitur pœnis; Quæritur quid ſit Duellum? Reſpõ. Duellum eſt ſingularis pugna inter duos, ad probationem veritatis, hac conditione, vt qui vicerit probaſſe videatur, & ſi non vicerit, defeciſſe in probatione putetur. Dicitur Duellum, quaſi duorum Bellum. Dicitur etiam Monomachia, quaſi, vnica, vel ſingularis pugna. Dicitur etiam iudiciũ. Hoſt. lib. 5. rub. 14. de cleric. pug. in Duel. §. 1. Goffre. ibid. quos refert, & ſequitur ſumma Confeſſ. ſupra. quæſtione 1. Siluef. Tab. Armil. & alij. verbo. Duellum. Et quando Duellum ſit licitum, vel nõ, & de eius pœna. vide Nauar. capitul. 11. numero 39.

70 Iudex excõicãs ſine monitiõe. VIgeſimaſexta. Iudex quilibet, excommunicans aliquẽ, abſque illa monitione, quam ſup. de ſent. excom. diximus, ſuſpenſus eſt ipſo iure per menſem vnum ab ingreſſu Eccleſiæ, per tex. in c. Sacro. de ſent. excom.

71 De excõicãte ore ſolum. VIgeſimaſeptima. Iudex excõmunicans, interdicens, vel ſuſpendens aliquẽ verbo tenus, abſque ſcriptura, vel nõ expreſſa cauſa, vel requiſitus non dat copiam, eſt ipſo iure ſuſpenſus per text. in c. 1. de ſenten. excom. lib. 6. Quæ ſu

ſpenſio eſt tantùm ab ingreſſu Eccleſiæ,& diuinis officijs.

72 De prælatis circa alienationes.

VIgeſimaoctaua. Suſpenduntur Prælati cõſentientes alienationi in grauamen, aut detrimẽtum bonorum Eccleſiæ, vel in hoc authoritatem, vel decretum interponentes. Paulus II. in conſtitutione, quæ incipit: Cùm in omnibus.

73 De prælatis concedentibus ad vitam &c.

VIgeſimanona. Regulares Prælati, qui extra neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ, vel Monaſterij, aut adminiſtrationis, concedunt alicui in vitam, vel tempus certum iura, redditus, aut poſſeſſiones eorundem, quouiſmodo, etiam pecunia accepta, ſine ſui Capituli, vel Prælati licentia, ſunt ſuſpenſi. per text. in Clem. 1. de rebus Eccleſiæ alienand.

74 De iudice male procedente.

TRigeſima. Iudices eccleſiaſtici facientes aliquid in iudicio in grauamen alterius partis cõtra conſcientiã gratia, vel fauore &c. ſunt eo ipſo ſuſpenſi; per tex. in c. 1. de re iudic. 6. vide Nauarr. ca. 27. nu. 157. ſuſpenſione 10.

75 De religioſis adminiſtrantibus ſacramẽta.

TRigeſimaprima. Si religioſi ex Adminiſtratione ſacræ Euchariſtiæ, Extremæ Vnctionis, vel Matrimonij ſolemnizatione, aut quacunque abſolutione indebita, vel id genus alijs, in Clemen. 1. de Priuileg. contentis, alicui Eccleſiæ, vel perſonæ Eccleſiaſticæ præiudicium fecerint, eorum Prælati, ſi poſtquam præmiſſorum occaſione, fuerint requiſiti, Eccleſijs, aut perſonis Eccleſiaſticis ita læſis infra menſem ſatisfactionem plenariam exhibuerint, ſuſpenduntur, donec ſatisfecerint.

76 De decimis, &c.

TRigeſimaſecunda. Religioſi Decimas non percipientes, ſi ſcienter non iniiciant ſcrupulum ſibi confitentibus de decimis ſoluendis, ſunt ſuſpenſi à prædicationis officio, donec id faciãt, ſi commode poſſint. Clemen. Cupientes. de pœnis.

77 De vltramontanis, &c.

TRigeſimatertia. Epiſcopi Italiæ, ordinando clericum Vltramontanum abſque Sedis Apoſtolicæ, vel ſui Epiſcopi licentia, condigne puniri debent; ipſe autem ſic ordinatus ipſo iure eſt ſuſpenſus, per text. in c. 1. De Temporibus ordin. lib. 6.

78 De Citramontanis, &c.

SI autem clericus Italicus, vel Citramontanus, ordinetur ab Epiſcopo Vltramontano ſine tali licentia, non eſt ſuſpenſus, ſecundum communem, quam refert, & ſequitur Silu. verbo. Irregularitas. q. 9. & omnes, & diximus, ſupra. in 1. par. de ordine, vbi fateor me huius differentiæ rationem neſcire. Hodie ſeruatur Bulla Sixti V. contra male promotos. Vt videbis in eius explicatione a nobis factã. notabili. 6. quæ habetur poſt tertiam partem huius libri.

79 De ordinante religioſum, ſine &c.

TRigeſimaquarta. Epiſcopus ordinans Monachum aliquẽ, abſque ſui Abbatis licentia, ſuſpẽſus eſt ipſo iure à cõmunione aliorum, & promotus, ab eo, quod accipit, remouendus eſt, per tex. in c. ſi quis. 58. diſt.

Idem dicendum eſſe, ſi alios religioſos, maxime mendicantes ordinaret, aut Epiſcopus Scal. d. c. 14.

80 De conſeruatore Apoſtolico.

TRigeſimaquinta. Cõſeruator ſedis Apoſtolicæ, cognoſcens ſcienter cauſas, quæ non ſunt notoriæ, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio per annum vnum, per text. in c. fi. de offic. deleg. lib. 6.

81 De Admittentibus excõicatos ad diuina, &c.

TRigeſimaſexta. Admittentes ad diuina officia, Sacramenta, aut Eccleſiaſticam ſepulturam, excommunicatos, aut publicos interdi-

terdictos, ſunt ipſo iure, ſuſpenſi ab ingreſſu Eccleſiæ, donec ſatisfaciant, per text. in c. Epiſcoporum. de Priuileg. lib. 6. Aduerte tamen, quòd licet gloſ. in d. capitul. teneat contrarium, dicta ſuſpenſio tantùm eſt contra exemptos, ſecundum com. opinionem, quam refert, & ſequitur Nauar. Manuali. c. 25. nu. 94. & c. 27. nu. 158.

82 De prælatis tradentibus laicis iura &c.

TRigeſimaſeptima. Prælati, tradendo laicis iura, vel bona Eccleſiarū in emphyteuſim, vel in caſibus vetitis, & alienādo &c. ſine Apoſtolicæ ſedis, & ſui capituli licentia, ſuſpenduntur ipſo iure per triennium, per tex. in c. 2. de reb. Eccl. alien. vl. non. lib. 6.

83 De ordinante irregularem.

TRigeſimaoctaua. Prælati, ordinantes aliquem irregularem, cum quo ipſi diſpenſare non poterant, ſuſpendūtur à poteſtate ordines conferendi. Secus ſi ipſi poterant diſpenſare, quia ſic talem ordinando, videntur diſpenſare. Abb. & Fel. in c. Veniens, de filijs Presbyterorum.

84 De prælato ordinante ſeruū, &c.

TRigeſimanona. Prælati, qui abſente, vel neſciente domino, ſeruum, vel aſcriptitium, ordinauerunt, vel qui Epiſcopo ignorante, teſtimonium perhibuerit, ſunt ipſo iure a Miſſæ celebratione per annum ſuſpenſi, per Cōcil. Aurel. 3. c. 20. Et nihilominus tenentur pretium ſerui in duplū domino reſtituere, ſecundum text. in c. Si ſeruus. 54. diſtin tradit Raym. in tit. de ſeruis Ordin. Innoc. Hoſt. Goffred. quos refert, & ſequitur Silueſt. verbo. Seruus. nu. 6. Armil. Angel. & omnes. eod. verbo. Diaz. in Praxi canonica. capit. 17. & alij, quos refert, & ſequitur Simō Maiolus de irregul. lib. 1. c. 35. & Epiſcopus Scalenſis. de cenſuris. c. 14. Summa Confeſſ. libr. 1. tit. 8. q. 3. & duabus ſequentibus.

QVadrageſima. Prælati indoctum, litterarumq; ignarum ordinantes, Iure antiquo, per tex. in c. Qui Eccleſiaſticis. 36. diſtin. auctoritate priuantur ordinādi. Iure autem nouiori, per text. in c. Nullus. de Temp. ordin. lib. 6. Si quis illiterato, aut ſine ſui ſuperioris licentia conferat, vel primā tonſuram per annum eſt iure ipſo ſuſpenſus. 85 De prælato ordinante indoctum.

Illiteratus autem in hoc caſu diceretur, qui Donatum nondum didicerit. 1. Qui Grammaticam neſcit, vt olim Epiſcopus quidam, in c. fi. de ætat. & qualit. Vbi Abb. & omnes. Specul. in titu. de Diſpenſat. §. Iuxta. verſicu. Et ſcias, quod eſt. & alii, quos refert, & ſequitur. Maiol. lib. 1. cap. 32. Quis dicatur illiteratus?

QVanquam multa olim de litteratura ad ordines neceſſaria apud omnes autores inueniebantur: Hodie tamē a Conc. Trid. ſeſſ. 23. per ſingulos ordines literas vnuſquiſq; debeat ſcire ſtatutum eſt. ¶ Prima enim tonſura non niſi confirmatis, & fidei rudimenta, & legere, ac ſcribere ſcientibus confertur. ibid. c. 4. ¶ Minores autem non cōferuntur, niſi Latinam linguam intelligentibus. c. 11. poſt redditum teſtimonium, de litteratura, ac moribus, per Parochum, & ſcholæ magiſtrum. c. 5. 86 Litteratura neceſſaria. Prima tonſura. Minores.

MAiores vero ſacri non conferuntur niſi ijs, qui bene verſati ſunt in minoribus; ac de ijs bene inſtructi ſint, quę exercendo ordini, quem ſuſcipiunt, cōueniunt. ibid. cap. 13. 87 Maiores ordines.

Presbyteratus autem ei ſoli conceditur, qui docere poſſit Populum, ea, quæ ad ſalutem neceſſarium Presbyter.

rium eſt ſcire.ibid.cap.14.

De ſcientia ad Epiſcopatum vide de Cõc.Trid.ſeſſ.22.c.2.de Refor. Qualiter autem aliquando ſit ad Presbyteratum admittendus minus doctus, ſi Charitatis polleat feruore; Vide Simon.Maiol.d.cap. 32.Sed his temporibus rariſſime.

88 De Apoſtatis à religione.

QVadrageſimaprima. Apoſtatæ à Religione Ordines in Apoſtaſia recipientes ſunt ipſo Iure ſuſpenſi, & Irregulares. per tex.c 6. de Apoſt. cum quibus Papa tantùm diſpenſare poteſt.

89 De Excõm. ordinato, &c.

QVadrageſimaſecunda. Recipientes Ordines in Excommunicatione pro manuum iniectione, ſi ſunt Clerici ſæculares, deponendi ſunt; ſi Regulares, ab executione Ordinis ſunt ſuſpẽſi, niſi probabilis ignorãtia eos excuſet, & factum non ſit graue. tex. in capit.Cum illorum. de ſentent. excommunic.

90 De epiſc. non cõgregãte Synodum. &c.

QVadrageſimatertia. Epiſcopus, ſi poſt Prouincialem Synodum celebratam, infra ſex Menſes, & non conuocat omnes Abbates, presbyteros, & clericos, & nõ refert eis omnia acta cõcilij, eſt ab officio, duobus menſibus, ipſo iure ſuſpenſus, per tex.in c.Decernimus.vlt.18.diſt.

91 De Epiſc. procedẽte odio, vel amore. &c.

QVadrageſimaquarta. Epiſcopi aut ſuperiores, ſi odio, amore, aliaue cauſa temporali inducti, contra iuſtitiam, & conſcientiam omiſerint procedere in crimine hæreſis contra aliquem, aduerſus quem fuerat procedẽdum, vel prauitatem ipſam, aut impedimẽtum officij ſui imponendo, quoquomodo aliquem vexauerint, ſunt ipſo iure per triennium ſuſpenſi, per tex.in Cle.1.§.5.de hæret. Concordat cũ hoc, tex. ille celebris.in cap. Quatuor modis.11.quæſt.3.quem vide.

92 De ordinibus ad Dignitates.

QVadrageſimaquinta. In capitulis Eccleſiarum cathedralium, vel collegiatarum ſunt ſuſpenſi à voce in electionibus, & alijs, qui ad minus, non ſunt ſubdiaconi, per text.in capitul.2.Vt ij. de ætat. & qualitat.

93 De prælatis admittentibus ad Magiſterium.

QVadrageſimaſexta. Prælati admittentes ad gradum Magiſterij, ſeu Doctoratus aliquem, nõ accepto prius iuramento, quòd vltra tria millia Turonenſium argẽteorum in tali Doctoratus ſolemnitate non expendat, ſunt ipſo iure ſuſpenſi per ſex Menſes, à collatione talis gradus, per tex.in cle.2. de Magiſtris.

94 De Abbatibus &c.nõ portãtibus ſotulares, &c.

QVadrageſimaſeptima. Abbas, vel prior non habens Abbatem proprium ſuſpenditur per annum à beneficiorum collatione, & alius ab adminiſtratione, ſi quam habet, & ſi non habet, ab habilitate ad habendum beneficium, & adminiſtrationem, ſi ſotulares nõ corrigiatos, aut capucia non fixa portare præſumpſerint, per tex.in Cle.1.de Stat.Monach.§.5.

95 De Abbatibus venatorib.&c.

QVadrageſimaoctaua. Item, ſecundum præmiſſam perſonarum diſtinctionem prędictas pęnas ſuſpenſionis, & inhabilitatis per biennium, ipſo facto, incurrunt, ſi venationi, aut aucupationi clamoroſæ, vel alias, cum canibus, & auibus, ex propoſito interfuerint. per text.in d.Clemen. prima.

V. De Monachis nigris tantũ.

¶ Pro quo nota, tantùm intelligi de Monachis nigris, Quo caſu collatio pertinet ad Priorem clauſtralem, cum conſilio, ac conſenſu maioris partis capituli, ſiue conuentus, durante ſuſpenſione Abbatis, vel Prioris.

Qua-

96 De electoribus negligentib. præsentare electionem.

QVadrageſimanona. Eligentes aliquẽ, ſiue Electio facta ſit concorditer, ſiue in diſcordia, ſi infra octo dies, ex quo commodè potuerunt, diſtulerint, à proſecutione electionis ſunt excluſi, & ſuſpenſi per triennium a beneficiis, quæ in illa eccleſia obtinent, ad quę ſi infra illud tempus temerè, uel coloratè ſe immiſcuerint, illis perpetuò ſunt priuati. per tex. in c. Cupientes. de elect.

97 De confirmantibus indignũ electum.

QVinquageſima. Prælati per negligentiã confirmãtes indignum electũm ad regimẽ animarum, perdunt poteſtatem confirmandi primum ſucceſſorẽ, & ipſo iure ſunt ſuſpenſi à perceptione proprii Beneficii: & promotus deijcitur per tex. in ca. Nihil eſt. de Electione.

98 De Clerico electo à ſæcularibus.

QVinquageſimaprima. Clerici conſentientes Electioni de ſe factæ, per poteſtatis ſæcularis abuſum, ſunt ineligibiles nec abſque diſpenſatione ad aliquam poſſunt eligi dignitatem. & eligentes ab officijs, & Beneficiis, penitus ſunt per triennium ſuſpẽſi, & electionis poteſtate interim priuati. per tex. in c. Quiſquis. 43. in Ordine. de Electione.

99 De non ſeruantibus interdictum.

QVinquageſimaſecunda. Quicunque non ſeruauerint Eccleſiaſticum interdictum, ipſo iure, ſunt ab officio, & Beneficio, omniq; iuriſdictione ſuſpenſi, per text. in c. Tanta. de Exceſſibus Prælatorum.

100 De Fratribus Minor. perturbantibus Prædicatores.

QVinquageſimatertia. Suſpẽdũtur Fratres Minores perturbantes Fratres Prædicatores, & è contra, in Officio Inquiſitionis contra Hæreticos, &c. ipſo facto ab executione Sacrorum Ordinum: nec poteſt remitti talis ſuſpẽſio, niſi per Papam, vel Inquiſitorem, cuius officium perturbauerunt. Clemens IIII. in priuil. Paupertatis.

QVinquageſimaquarta. Religioſi grauantes, vel defraudantes Eccleſias circa decimas illis debitas, ſi requiſiti per illos, quorũm intereſt, infra mẽſem nõ deſiſtant, uel uſurpata, aut retenta, infra duos menſes non reſtituant, ſi ſpenſi ſi nt ab Officio adminiſtrationis, & à Beneficijs, & talia nõ habentes ſunt excõicati ꝑ per tex. in Clem. 1. de Decimis. 101 De Religioſis grauantibus Eccleſias.

QVinquageſimaquinta. Excõmunicati maiori excommunicatione, ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab omni actu legitimo. p tex. c. Solet. de ſnĩa excõicationis. 6. 102 De Excom. maiori.

QVinquageſimaſexta. Prę lati Ordinantes abſque titulo Clericum religioſum Ordinis, in quo tantùm fit votum temporale Religionis; ſunt ipſo facto ſuſpenſi, per Conſtitutionem Pij V. fol. 407. ſuarum Cõſtit. quæ incipit Roman. Pontif. edita anno 1568. quia is quo ad hoc reputatur ſæcularis. 103 De Prælatis ordinãtib. religioſum &c.

QVinquageſimaſeptima. Fratres ordinũ Mendicantium recipiẽtes ad profeſſionẽ ordinis aliquẽ, niſi anno probationis elapſo, ſunt ipſo facto ſuſpẽſi à receptiõe quorumcunq;, ac pęna grauioris culpæ modo debito puniendi. Et ſic profeſſus non eſt ordini illi obligatus. per tex. c. Non ſolùm. & ca. Conſtitutionem. de reg. lib. 6. 104 De Profeſſione antè annum.

QVinquageſimaoctaua. Epiſcopis inferiores, qui ob procurationẽ ſibi ratione viſitationis debitã exigere pecuniã, vel etiã à volẽte recipere, aut munera acceptare ſiue viſitationis officio non impẽſo 105 De Prę latis circa viſitationes &c.

ſo procurationem in victualibus ſumere præſumpſerint, niſi intra menſem reſtituant Eccleſię, à qua id fuerit receptum, ſunt ſuſpenſi ab Officio, & Beneficio, quouſq; eiſdem Eccleſię in duplo ſatisfeçe rint. per tex. in cap. 2. de cenſibus. libro 6.

Epiſcopi vero, & alij Prę lati Superiores id facientes interdicunt.

106 De accipiē te Ordines poſt matrimoniū inatum &c.

Q Vinquageſimanona. Contrahentes Matrimonium de præſenti, & ante Carnis copulam, ad Sacros Ordines tranſeuntes alio modo, quàm à Sacris Canonibus permittitur, quā-uis Characterem recipiant, ſunt tamen ſuſpenſi, niſi ſe alicui Religioni addixiſſent: quia tūc admittuntur, aliàs non ita vt neq; poſt mortem uxoris, in illo Ordine mi niſtrare, neq; ad alios aſcendere, neq; Officium, vel Beneficiū Eccleſiaſticum obtinere poſſint: & Matrimonium ſic contractum nihilominus non propterea diſſolui tur. Quod tamen intellige, cùm tales in ſæculo manent, nam ſecus fit, ſi Religionem intraſſent. tex. in Extrau. Antiquæ. Ioan. 22.

107 De Prælatis impediētibus Nota rios ordin. Prædicatorum.

S Exageſima. Prælati etiam Cardinales quouis modo Notarios Ordin. Prædicatorum ab eius Ordinis Prælatis electos, & comprobatos in executione intimationum, citationum, & aliorū ad eorum officium ſpectantium impedientes, ſeu impedire, aut perturbare præſumentes, ſunt ipſo facto ſuſpenſi, per conſtitutionem Pii V. quæ incipit. Debitum Paſtoral.

108 De Ordinato ab Hæret. &c.

S Exageſimaprima. Ordinati ab Hæretico, Schiſmatico, Excōmunicato, vel depoſito nō recipiunt Ordinis executionē; quia nemo dat quod non habet. text. in cap. Gratia. 1. q. 1.

S Exageſimaſecunda. Clerici beneficiati portantes ueſtes diuerſi coloris, ſunt ipſo iure ſuſpenſi per ſex menſes. Qui autem non ſunt beneficiati, etiam prima tonſura initiati, ſunt inhabiles ad beneficia per dictos ſex menſes per tex. Clemen. 2. de vita, & honeſt. cleric. de qoibus vide. Conc. Lateran. ſub Inno. III. c. 16. Nauar. c. 27. nu 157. Sotealum. verbo. Clericus. §. 12. Alber. Trociū. de perfecto Clerico. lib. 2. ca. 38. Couar. in practicis. q. c. 31. nu. 7. verſic. 4. Bernard. Diaz. de Luc. in praxi Crimin. c. 69. 109 De clericis portantib. ueſtes uarii coloris.

¶ Nota quòd in hoc errat Epiſcopus Scalenſic. 14. dum tantùm dicit ſuſpenſos per tres menſes: vel vitium fuit Impreſſoris.

S Exageſimatertia. Accipientes Ordinem Sacrum ante leg'timā ętatē à iure ſtatutā, ſunt ipſo inre ſuſpenſi, per Extrauagantē. Cum ex Sacrorum. Pii II. quam refert Sylue. Domin. Soto. & Couar. In Clement. Si furioſus. 1. par. §. 1. nu. 4. & tradit Nauar. c. 25. nu. 70. & Epiſcopus Scalenſ. ca. 14. & alii, & fortius per bullam Sixti. V. infra. 110 De Ordinato ante ętatem.

S Exageſimaquarta. Itē qui accipit Ordinem Sacrum extra tēpora à iure ſtatuta, ſuſpenſus eſt, ipſo iure, per dictam Extrauag. Pii II. de qua ſupra. 111 Quid ſit extra tēporal

S Exageſimaquinta. Item. Accipientes Ordinem Sacrum ab alio Epiſcopo ſine literis dimiſſoriis, ſunt ipſo iure ſuſpenſi. per d. Extrauag. Pii II. Nauar. ſup. Sylu. Couar. in Practicis. q. c. 31. §. 1. nu. 4. quam Extrauag. comprobat Conc. Trid. Seſſ. 23. c. 8. & cōfirmat 112 De Ordinato ſine dimiſſionis.

firmat. Pius V. vt tradit Epiſcopus Papienſ. ſuper Sauonarolam. de ſuſpenſione. Hodie autem non tantùm procedit hæc extrauagans, ſed ampliatur ad ordines minores per Bullam Sixti V. contra malè promotos. quam videbis in fine huius libri.

¶ Quæ autem ætas requiratur in quocunque Ordine nunc poſt Concilium, Trid. vide. ſupra. in 1. par. de Sacram. Ordinis. & per Côcil. Trid. Seſſ. 23. & per Nauar. ca. 25. nu. 68. vbi latè.

113 De Prælato ordinante ante æt.

SExageſimaſexta. Ordinans quempiam ante legitimã ætatem, præter peccatum mortale, quod committit violando generalem Eccleſiæ conſtitutionem. S. Tho. 4. diſt. 24. S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 16. & Conc. Trid. Seſſ. 24. de reform. c. 2. dignus quoq; eſt, vt à collatione Ordinum ſuſpendatur. tex. in cap. Vel non eſt compos. de Temp. Ordin. vbi Gl. Imo eſt, ipſo iure, ſuſpenſus per tex. in c. Nullus, de Temp. Ordi. lib. 6. vide Maiolum, de irregul. lib. 4. c. 3. §. 7. Albericum, verbo. Ordinatus debet.

114 Quid ſi Epiſc. renûtiauit.

SExageſimaſeptima. Ordinati ab Epiſcopo, qui renuntiauit Epiſcopatui ſunt ipſo iure ſuſpenſi per tex. in c. 1. de Ordin. ab Epiſcopo qui renunt.

115 De Prelatis circa indulgentias cũ ſtipendio.

SExageſimaoctaua. Prælati, et Cardinales Populo caſuum, gratiarum, & indulgentiarũ indicem, quo certo pretio ſoluto abſolui poſſint, & diſpenſari in multis reſeruatis, ac Indulgentias acquirere, publicantes, vel concedentes, vel huiuſmodi indicẽ vbilibet repertum non dilacerantes penituſq; delẽtes; ſunt eo ipſo ſuſpenſi per Conſtit. Pij V. quæ incipit: Quam plenum. fol. 170. & reſeruatur Papæ.

116 De diſputatio. de Côceptiõe, B. Mariæ.

SExageſimanona. Quilibet in Sacris conſtitutus Ordinibus, de Côceptione Beatiſſ. V. Mariæ, an videlicet in peccato originali ſit Concepta, necnẽ, in Popularibus concionibus, vel vbicunq; promiſcua virorum, & mulierum multitudo conuenire ſolet, de huius controuerſiæ alterutra parte diſputans, rationibus, vel doctorũ auctoritate propriam confirmans ſententiam, contrariamque refellens, & impugnans; vel de hac ipſa quæſtione cuiuſuis pietatis, aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribens, aut dictans, eſt eo ipſo ſuſpenſus per Conſtit. ſuper ſpecul. Pij V. ſuarum Conſtit. fol. 131. & abſolutio reſeruatur Papæ.

117 De Prelatis ingrediẽt. Monaſteria &c.

SEptuageſima. Prælati, qui caſu neceſſitatis excepto Monaſteriorum Monialium clauſuram ingrediuntur, prima vice interdicitur eis ingreſſus Eccleſiæ. Secunda, à munere Pontificali, & à diuinis ſuſpẽſi, ac deinceps ipſo facto, abſque alia declaratione excommunicantur. Per Bullam Grego. XIII. editam Die 23. Decembris, Anno 1581. Pontif. ſui Anno 10.

118 De Religioſis introducẽtib. mulieres.

SEptuageſimaprima. Regulares omnes, qui mulieres cuiuſlibet conditionis habentes facultatem à Sede Apoſtolicâ ingrediẽdi Monaſteria, & domos Regularium, in ea, uel eas introducere, vel admittere præſumunt: ſuſpenſi: per Conſti. Pij V. quæ incipit: Regularium. nu. 45. Quod poſtea idẽ Pius requiſitus extendit ad introducentes, vel admittentes mulieres, licẽtia prædicta carentes, vt ait Nau. in c. Statuimus. 19. q. 3. nume 162. Vbi dictam: Pij V. Conſtitutionẽ interpretatur.

Septua-

119 De Iudicibus ſe intromittentibus I cauſis &c. Septuageſimaſecunda. Iudices ſe intromittentes in cognoſcēdis negotijs, in cauſis electionum Epiſcopatuum, ſententiam ferentes, & confirmantes, quando antea ad Papam eſt appellatum, non inquiſito, an prauitas interuenerit, prædicta non tenent, & ipſi ab Epiſcoporum confirmatione ſuſpenſi ſunt per Annum: ſi in confirmationem, & Conſecrationem contulerint, ab vtroq; cenſentur ſuſpenſi. per text. in ca. Prouida de Electione. lib. 6.

120 De habētes beneficiū, & non accipiente ordinem. Sexageſimatertia. Habens Beneficium, cui annexus eſt Ordo, niſi infra annum ſe ad talē Ordinem curet promoueri, quem beneficium requirit, legitimo deficiente impedimento, ſuſpenſus à beneficio per tex. in c. Vt ij. de ætate, & qualit.

121 De clericis &c. circa auditio. legū. Septuageſimaquarta. Clerici ac Religioſi, quibus prohibitum eſt audire leges, & Medicinam, vltra Excommunicationē, quam incurrunt, ſunt etiam ſuſpē ſi ab Officiis ſuis. vide de hoc. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 4.

122 De deficiēte in probatione &c. Septuageſimaquinta. Deficiēs in probatione eius, quod obiecerit contra perſonam electi ad aliquam Dignitatem, uel perſonatum, ſuſpenditur per trienniū à Beneficiis, ad quæ, ſi ſe ingeſſerit intra illud tempus perpetuo priuatus eſt, niſi manifeſtiſſimè conſtet, quod calumnioſè non egerit. per tex. in c. 1. & c. Si compromiſſarius. de Elect. lib. 6.

Suſpenſiones aliquot in Concil. Trident. latæ.

123 De Ordinatis cū dimiſſorijs Capituli. Septuageſimaſexta. Ordinati propter literas dimiſſorias Capituli, vel alterius loco Capituli, in iuriſdictione Epiſcopo ſuccedētis, Sede Vacante infra annum à die vacationis, ad beneplacitum futuri Prælati ſunt ſuſpenſi. per Concil. Trid. Seſſ. 7. de Reform. c. 10. & Seſſ. 23. de refor. c. 10.

124 Quid de Epiſco. extra &c. Septuageſimaſeptima. Ordinati ab Epiſcopo in alterius Epiſcopi Diœceſi, ſine licentia illius expreſſa: ſunt eo ipſo ſuſpenſi per Concil. Triden. Seſſ. 6. de Reformat. c. fin.

125 De Epiſcopo Titulari. Septuageſimaoctaua. Ordinati ab Epiſcopis titularibus, ſine proprij Epiſcopi conſenſu, ad arbitrium ſui proprij Prelati ſunt ſuſpenſi per Concil. Trid. Seſſ. 14. de Reform. c. 2.

126 De ordinā nō ſuo Epiſcopo. Septuageſimanona. Ordinati à non ſuo Epiſcopo ſine conſenſu, & teſtimonio ſui Epiſcopi ad eiuſdem arbitrium ſunt ſuſpenſi per Concil. Trid. Seſſ. 23. de reform. c. 8. * De hoc tractat Cano. 31. Apoſto. in hæc verba: Si quis presbyter, aut Diaconus per Epiſcopum à communione excluſus ſit; hunc neutiquam ab alio fas eſto ſuſcipi, quā ab eo qui ipſum a communione excluſit: niſi forte fortuna Epiſcopus qui ipſum à cō munione ſegregauit, defunctus ſit.

127 De Parocho adminiſtrāte matrimoniū, &c. Octuageſima. Parochus, uel quilibet alius ſacerdos alterius Parochiæ ſponſos, ſine illorū Parochi licentia Matrimonio coniungere, vel benedicere audentes, ad arbitrium ordinarij illius Parochi, qui intereſſe debebat, erit ipſo iure ſuſpenſus, per Concil. Triden. Seſſ. 24. de Reformatione Matrimonii c. 1.

128 De Epiſcopo cocubi. Octuageſimaprima. Epiſcopi in concubinatus crimine p- ſiſten-

ſiſtentes, & à Prouinciali Synodo admoniti, ſe non emẽdantes: ſunt ſuſpenſi per Concil. Trid. Seſſ. 25. de reform. c. 14.

129 De Epiſco. miniſtrante in alia Diœc.

OCtuageſima ſecunda Epiſcopi exercentes Pontificalia, ſub qualicunq; priuilegii prætextu, in alterius Diœceſi, niſi de ordinarii loci expreſſa licentia, & in perſonas, eidem ordinario ſubiectas, tantum, ab exercitio Pontificalium, & ſic ordinati, ab executione ordinum, ſunt ipſo iure ſuſpenſi. Concil. Trid. Seſſ. 6. de refor. c. 5. * Vide Canon. 34. Apoſto. qui ſic ait: Epiſcopus extra terminos ſuos in Ciuitatibus, & regionibus ſibi nõ ſubiectis, ordinationes facere non præſumito. Si vero præter voluntatem eorum, qui ciuitates illas aut regiones detinent id feciſſe conuictus fuerit, deponitor tã ipſe, q̃ & ij quos ordinauit.

130 Suſpenſio, quã à Papa, quã ab Epiſcopo. &c.

NOta tamen primo pro dictarum ſuſpenſionum intelligẽtia & notitia maiori, quòd ſuſpenſio quæ habet determinatum tempus, eo durante, tolli non poteſt, niſi à Papa, ſicut nec illa quæ ſibi eſt ſpecialiter reſeruata, niſi ex delicto proueniat occulto, quia tunc Epiſcopus, vel Vicarius quilibet ad hoc ſpecialiter deputatus abſoluere poteſt per Concil. Trid. Seſſ. 24. de refor. c. 6.

¶Illa autem, quæ nemini reſeruatur, niſi in arbitrio Epiſcopi à Canone relicta fuerit, à quolibet Confeſſario poteſt in Sacramentali Confeſſione abſolui. argumento c. Nuper. de ſent. excõ. niſi ſpecialiter Epiſcopus ſibi omnes cenſuras à iure latas, reſeruaret. Quia eo caſu, à ſuſpenſione abſolui nemo poſſet, eo inconſulto, etiam tẽpore Iubilęi. Papa enim tunc earũ tantum cenſuratum abſolutionẽ concedit, quæ Indulgentiæ conſequutionem, abſolutionem, & Cõmunionem impediũt, quales ſunt excommunicatio, & interdictum non autem ſuſpenſio. Poteſt enim quis, licèt ſuſpẽſus ab officio, abſolutionem cõſequi, communicare, & Indulgentias conſequi. Ita notauit Epiſcopus Papiæ ſuper Sauonarol. in fi. de ſuſpenſione. Caietan. verb. ſuſpenſio. Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſ. c. 15. & omnes.

SEcundo Nota. Suſpenſionis cẽſuram tantæ eſſe auctoritatis, tantũq; inducere Canonicũ impedimentũ q̃ ſi quis, ipſa neglecta, vel contẽpta, vel per craſſam ignorantiam, velit in officio ſuo adminiſtrare, ſtatim erit irregularis à ſolo Papa diſpenſandus; etiamſi ſuſpenſio emanarit ab Epiſcopo; Nam etſi Epiſcopus poſſit auferre ſuſpenſionem quam intulit; nõ tamen põt auferre eam irregularitatem, quam quis incurrit adminiſtrando in ſupenſione Epiſcopali, vt notat Stephanus Troches. in Clem. Dudum. col. 4. verſic. Dominus tamen. de ſepult. Simon Maiolus, & Epiſcopus Scalenſis ſup. 131

131 Suſpenſus miniſtrans fit irregularis, & quando Epiſco. ante irregularitatem, poſſit, uel non &c.

TErtio Not. Quòd cõtraueniẽs ſuſpenſioni in contemptũ clauiũ: non tãtũ promoueri nõ valet, verum etiam promotus exercere non põt, etiam peracta pęnitẽtia, tex. in c. Si quis Epiſcopus in Cõc. 11. q. 3. c. Vt laicorum. §. ſi quis igitur. de vita, & honeſt. Clericorũ. 132

132 De contrauenĩẽte ſuſpenſioni.

QVarto Nota. ſuſpenſionẽ non tantũ facere irregularẽ eũ, qui in contẽptum clauiũ contrauenit circa Ordines, ſed eum etiam, qui cùm ſit ſuſpenſus à collatione ſola beneficiorum, in contemptum Clauium audet beneficia cõferre,

nam

nam ſit irregularis. tradit Spec.in titu. de diſpenſ. §. Iuxta verſic. 4. Glo.in c.Tanta. circa med. de Exceſ.Prælat. Quod procedit ſiue ad tempus, ſiue perpetuò fuerit ſuſpenſus. vt notat Abb. in c. Cum bonæ.de æta.& qualit. Col.3.Semper enim vnà cum ipſo ordine ſuſpenſo, ſuſpenduntur & omnia, quæ pendent ab illo. Vnde exerceri non poſſunt ſine hac cenſura. Gl.in c.Cum dilectus. de conſuetud.Communiter omnes.

135 Quid ſi appellatur à ſuſpenſ. QVinto Nota,tantam eſſe ſuſpēſionis efficaciam, ꝙ etſi ab ea ſit appellatum,forſam ex leui, & friuola cauſa, & propterea à ſuſpendente reiecta fuerit appellatiò, ſi appellans contraueniat ſuſpenſioni, efficitur irregularis,ꝗa quo ad ſpiritualia, non pōt appellatio ſuſpendere præcedēs interdictum.tradit Io.Andr.in c. Is cui, de ſent.excom.quem refert,& ſequitur.Sylu.verbo.Suſpenſio.q.3. & antea tenuerunt Bern. & Hoſt. in c.Paſtoralis. de appell.quos refert,& ſequitur Ang. verbo ſuſpēſio.3.in fin.

136 Quod procedit etiam ſi generaliter &c. SExto Nota.Suſpenſum cōtrauenientem ſuſpēſioni, fieri irregularem,non tantùm, ſi ſpecialiter, & nominatim ſit ſuſpenſus;ſed etiam ſi generaliter, ſiue à Canone,ſiue ab homine. Spec.tit. de diſpenſ.§.Iuxta.verſi. Sed quæro vtrum is.& verſic. Item nota ꝙ ſuſpenſus.tex.c.1 .de re iudic.in 6. & c.1.de ſent.excom. lib.6.Maiolus. Borgaſ. & Epiſcopus Scalenſ.

137 V. fiat irregularis, in quocūq; ordine &c. SEptimo Nota. Suſpenſionem non tantùm facere irregularē eum, qui contrauenit in eo ordine, à quo ſpecialiter eſt ſuſpenſus;ſed etiam, ſi in alijs ordinibus illo ſuperioribus; vt V. G. Si quis ſit ab executione ſubdiaconatus ſuſpenſus; videtur etiam ſuſpenſus à Diaconatu, & ſacerdotio. tex.in l.Qui indignus. ff.de Senatoribus.Tradit Hoſt.in c.Dilectus de Tempor. Ordin. quem refert, & ſequitur, Ang.verbo:ſuſpēſio. q.5.verſi.Si verò ſit ab ordine. Maiolus:de irregul.lib.3.ca.19.tradit benè,& clarè Armil.verbo ſuſpenſio.nu.12.Nauar.& alij.

OCtauo Not. quòd ſuſpenſus ſimpliciter ab ordinibus cōferendis,ſuſcipiendis, vel adminiſtrandis;ab omnibus eſt ſuſpēſus, tam ſuperioribus, quàm inferioribus. Et cōtraueniens in quocunq; ordine,fit irregularis,vt tradit Ange.Sylu.& alij ſupra. 138 Suſpenſus ab Ordinibus, intelligit de omnibus.

Si autem ſit ab ordine;ita quòd ſi Sacerdos ab ordinibus ſit ſimpliciter ſuſpenſus, deſeruiendo in ſolo Acolitatu,fiet irregularis. tradit Speculator. de Diſpenſ,§.iuxta.verſic. Quid ſi presbyter.

NOno No. Quòd inter alia incommoda quæ ſuſpenſio affert,ſunt etiam hæc, quòd ſuſpenſo non tantùm impedit, ne exerceri poſſint ea, quæ ſunt ordinis, vel ordini annexa, ſed etiam reddit incapacem eū, qui ſuſpenſus ſit; Beneficia enim conferri non poſſunt ſuſpenſo. Glo.in c.Tanta. de Exceſ.Prælat.alia in c. Cum bonæ.de ætat.& qual.vbi Abb.col.3. 139 Mala quæ infert ſuſpenſio.

Aliud malum eſt, quòd neque fructus ſui beneficii capere poteſt à die moræ petendæ abſolutionis, ſcilicet poſt annū, vt tradunt Vincent. Tancred.& Ioan.And.in d.c. Cum bonæ.

Nec agere poteſt nomine proprio pro iuribus ipſius beneficij: habet tamen modicam ſuſtentationem ex eo, ſi non habeat vnde viuat.

viuat. vt tradit Abb. in c. Apoſtolicæ .de exceptionibus Iudiciale Inquiſitorum verbo: ſuſpenſus. Epiſcopus Scalenſis. de ſuſp.c.11.

Imò, nec literæ ſuæ impetratio nis valent, niſi abſoluatur ab ipſa ſuſpenſione, quandoquidem omnes collationes ei factæ, durante ſuſpenſione, ſunt nullæ; nec ſaluā tur per ſolam abſolutionem ſubſe quentem. Abb. in d.c. Cum bonæ. ſupra.

140 De ſuſpēſo ab Igreſſu Eccleſiæ. DEcimo Not. Quòd ſi quis ſuſpenſus à ſolo ingreſſu Eccleſiæ, audeat in ea celebrare diuina officia; erit irregularis, ſecundum Geminian. in c. Is cui, de ſent. excom. lib. 6. Io. And. in addit. ad Specul. in tract. de diſpenſ. §. Iuxta. verbo. Cōcedimus. Federic. de Senis Conſi. 120. Ang. verbo: ſuſpenſio. 3. verſic. Quid ſi interdictus? Sylu. eod. q. 5. verſi. Si vero ſuſpenſio ſit ab ingreſſu Armill. nu. 8. Nauar. c. 27. nu. 161. Poterit extra illā celebrare, excommunicare, & abſoluere. Quia cùm ſit pena, non vltra ſuos limites extēdi debet. text. c. Odia. de reg. iur. lib. 6. tradit etiā Nicolaus Ploue. in tract. ſacerdotali de ſuſpēſ. Epiſcopus Scalenſ. Maiolus. & alii ſupra.

141 V. Sit irregularis ſuſpenſus in quocūq; ordine celebrans? VNdecimo Not. Quòd nō tantum ſuſpenſus à maioribus Ordinibus in eis celebrans ſit irregularis, ſed etiam ſuſpenſus à minoribus, nam ſi Pſalmiſta ſuſpendatur, contrafaciens ſit irregularis, ſicut & alii conſtituti in minoribus Io. Andr. poſt Hoſt. in c. 2. de cleric. Excom miniſt. Anch. in c. 1. de ſent excom. in 6. Quod eſt intelligendum, ſi celebrent uel miniſtrent in propriis officiis, tanquā miniſtri, vt V.G. ſi in Miſſa offerāt Vrceolum, deferant Cereos, &c. quia tūc incurritur irregularitas, aliàs non, ſi vt alius Laicus hoc faciat, ſecundum communem opinionem relatam, & ſequutam à Nauar. c. 27. nu. 163.

DVodecimo. Quid ſi alicui Sacerdoti non ſit Ordo ipſe interdictus, ſed tantùm ſit ab exercitiis ordinum ſuſpenſus? Reſp. ꝙ ſi tali fuerit exercitium ordinis p ſuſpenſionem prohibitum, cōtrafaciens erit irregularis. ſpecul. de diſpenſatione. §. iuxta. verſiculo, Item nota quod ſuſpenſus. Sentit Sylu. Suſpenſio. q. 5. verſic. Si verò ſit ab Officio. Ange. Suſpenſio. 3. verſi. Aliquando ſuſpēditur. V.G. Sacerdoti prohibitum eſt aquam, candelas, fructus, veſtes &c. benedicere: ſi contrafaciat, erit irregularis. vt ex Calderino refert Armil. verbo. Interdictum. nu. 63. & verbo. Benedicere. nu. 6. Specul. d. §. Iuxta. verſi. Quid de benedicente: per notata in c. Aqua de Conſecra. diſt. 3. & per Io. Andr. in c. 1. §. Caueant. de ſent. excom. lib. 6. & in c. Tanta. poſt Innoc. & Hoſt. de Exceſ. Prælat. Nauar. cap. 27. artic. numero 163. 142 De ſuſpenſo ab exercitio Ordinum.

IDem erit In Epiſcopo ſuſpenſo à benedictione Pontificali, nam ſi in Miſſa Conuentuali ſolemniter benedixerit, per illa verba: Sit nomen Domini &c. erit irregularis, tex. & Glo. in c. Miniſtrare 26. q. 6. text. & Glo. in c. Ecce 95. diſt. expreſsè Nicolaus Dionyſi: de Peruſio. in c. 1. §. Caueāt. de ſent. excom. 6. col 2. Idem in omni alia ſolemni benedictione Armil. verbo. Interdictum. nu 64. 143 De Epō ſuſpēſo à bñdictione.

IDem erit. Si quis ſuſpendatur à benedictione Nuptiarum, nam contraueniens ſit irregularis. argumēto. c. 1. & vlt. de ſecund. Nuptijs. 144 De ſuſpēſo à bñdictione Nuptia

tū, & de aliis ſuſpenſionibus. ptijs. tradit expreſſe idem Nicolaus Dionyſij.ſupra.

145 IDem erit, ſi quis ſuſpendatur à purificatione mulierum poſt partum Armil.diſt.nu.64.

¶Idem erit, in ſuſpenſo ne poſſit abſoluere ſolemniter ab excō municatione; nam, ſi dicat Pſalmum, & Orationem cum ſtola, & alijs, de quibus in c.Debent, in fi. 11.q.3. ſic faciēdo, fit irregularis; ſecundum Ioan. And. poſt Inno. in c.fin.de Exceſ.Prælat. Specul.ſup. Sylu.Nauar. & alios. ſupra.

146 De Epiſco. ſuſpenſo à Pontificalibus tantū. DEcimotertio Nota, ꝙ etiam ſi Epiſcopus aliquis non fuerit ſuſpenſus à diuinis miniſteriis, ſed ſolùm à Pontificalibus, contra faciens fit irregularis, Geminian. in c.1.§.Si quis autem.de ſent.excom. in 6.& in Proemio eiuſdem libri.6.Nicolaus Dion. in d.c.1.§. Caueant. de ſent. excom. 6.col.3. Calder. Eccleſiaſtico interd. mēb. 2.q.quę incipit, Sed ſi is.Ideo prohibitus Chriſmate, Calices, vel alia benedicere, vel conſecrare; cōtrauenens fit irregularis.S.Anton.lib.de cenſur. & irreg.c.87.Tabien.verbo irreg.nu.3.Ange.ſuſpēſio.3.verſic.Aduerte.Sylu.Suſpenſio.q.5.verſi.Cùm autem. Armill. verſi.Suſpenſio.nu.9.tradit Naua. (licèt non clarè) capitul. 27.numero 163.

147 De ſuſpēſo per Annū. DEcimoquarto Nota. Suſpenſum aliquando fieri irregularem, etiam ſi ſuſpenſioni non contraueniat, dummodo vltra annum patiatur ſe in tali ſuſpenſione permanere.Nam ex hoc tempore fiet irregularis, videlicet inhabilis ad beneficia iam quæſita, & eſt inhabilis, nec eligere poteſt. Abb. poſt Gloſſ.in c.Cùm bonæ. de ætate, & qualit.& diximus ſupra, no. 9.verſic. Aliud malum. Quod eſt verum, quando quis ſuſpenſus eſt ſimpliciter ſine termino præfixo, alias ſecus.

DEcimoquinto. Nota, quòd ſi aliquis ſuſpenſus à diuinis, intrauerit Chorum, & cātauerit, vel legerit gregatim cum alijs, nō vt miniſter, ſed vt quidam alius Laicus, non erit irregularis, Innocen.in capit.Tanta. de exceſſ.Prælat. Si autem principale officium Chori faciat, fit irregul. ſecundum Speculat.in tract.de diſpenſ. §. Iuxta. verſicul. Quid ſi officio intereſt? Idem erit ſi dicat Capitulum, Orationē, Lectiones, aut reſponſoria text.in capitul.Sicut dignum.§.Clericos.de Homicid.Gemin.in capit.1.§. Caueat. & ibid. Nicolaus Diony.de ſenten.excom mun.in 6. Qui addit idem eſſe ſi ſuſpenſus ſupradicta non dicat, ſed aliis ſua auctoritate diſtribuat dicenda, quia (ait) cum videatur velle ſuo officio fungi iubendo fit irregularis, quia qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur. regul.iuris in 6.ſed re uera cùm hoc non ſit in iure expreſſum, & pęnę ſint reſtringendæ, fauoreſq; ampliandi per text.in regul. Odia de regul.iur.in 6.non auderem talem iudicare irregularem. Cum nullus ſit irregularis iudicandus, niſi reperiatur in iure expreſſum, argumento capitul. Pœnę de pœnit. diſtin.1.& text.in l.ſi Præſes.ff.de pœnis. tradit poſt alios Summa Confeſ.lib.3.tit.29.q.5. 148 De ſuſpenſo intrante Chorum.

DEcimoſexto Not. Quòd etiā ſi quis non fuiſſet ſuſpenſus ex aliquo Canone generali, vel particulari, ſed tantum quando ex ſolo facto naſcitur ſuſpenſio ſine Canone, vt in fornicatore, 149 De ſuſpenſione ex facto.

qui

quí nullã habet particularem ſuſpenſionem, nec à Canone, nec ab homine, ſed tantum ſit à notorietate ſuſpenſus, ipſo facto, qui ſi celebrat ſit irregularis. ſecundũ Inn. Hoſt. & Io. And. in c. 1. §. Caueat. de ſent. excom. lib. 6. Inno. in c. fin. de Exceſ. Prælat. & in c. Veſtra de cohab. cler & in c. 1. de re iudic. in 6. Specu. de diſpenſation. §. iuxta. verſi. Item quãdo. Sylu. verb. Concubinarius. q. 4. ad fin. & diximus ſup. in 1. ſuſpenſione. * Pro quo facit. Canon. 60 S. Apoſ. in hęc verba. Si accuſatio cõtra fidelẽ inſtituatur de fornicatione aut adulterio aut quacunq; alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in Clerũ non perducitur.

150 De regularem ſuſpẽſo &c. DEcimoſeptimo Not. Regularem ſuſpẽſum nõ poſſe exercere iura ſui ordinis. ſ. prædicare, cõfeſſiones audire, alia Sacramẽta adminiſtrare. Quòd eſt verum, quo ad omnes tã Regulares, quã ſæculares. Gl. & ante ea, Spec. per text. ibi. in c. 1. verbo ſepulturam. de religioſ. dom. argu. à conſenſu.

151 V. Mulier poſſit ſuſpendere, &c. DEcimooctauo Notare libet, ſupradicta de ſuſpenſione & irregularitate pcedere, & habere locu, nõ ſolũ in ſuſpẽſione virorũ, ſed etiã in illis ſuſpenſionibus, quę emanant à muliere iuriſdictionẽ habente ſup clericos ſuos; nã licèt mulier ſuſpendere nõ poſſit Clericos ſuos: ſicut nec excõicare, & propterea, iure nõ uideatur irregularitas naſci, contraueniendo tali ſuſpenſioni, ex ſnĩa Abb. in c. dilecta. de maior. & obed. tamen omnis notabilis inobediẽtia inducit peccatũ mortale, & certum eſt hãc mulieris ſuſpenſionem reſolui in pceptũ, de non adminiſtrando, ita q̃ etiã extraiudicialiter factũ ob ligat, ne adminiſtrare poſſit arg. Conc. Trid. Seſſ. 14 c. 1. de reform. Propterea legitimũ, & Canonicũ impedimentũ eſt, q̃ ſurgit ex ſuſpenſione, interdicto, vel excõica tione mulieris, cũ inducunt hæc obligationẽ abſtinendi, licèt non inducant verã irregularitatẽ. optimè Syl. verbo Abbatiſſa nu. 6. Armil. eod nu. 4. Simon Maiolus. de irregul. lib. 5. c. 29. nu. 12. S. Ant. 3. p. titu. 27. c. 4. Epiſcopus Scalenſis. de cenſuris. titu. de ſuſpẽſ. c. 12.

DEcimonono Not. q̃ ẽt Cũ q̃s à ſuo Prælato eſt extraiudicialiter tm̃ ſuſpẽſus, nullus ſupior ipſo inuito ſuſpẽdẽte, poterit talẽ ſuſpenſionẽ abolere, ſecundũ Cõcil. Trid. Seſſ. 14. c. 1. d reform. Vnde infertur, q̃ ſuſpenſus ab Ordinario ſuo, etſi Metropolitanus, vel alius ſuſpenſionem aboleuerit inuito ſuſpendente, nihilominus ſuſpenſus contraueniat, erit irregularis: quia talis abolitio in nihilo ſuffragatur. Concil. Trid. ſupra.

VIgeſimo Nota. Quòd qñ quis tãtũ eſt ſuſpenſus à ſuſceptione Sacramentorum, ſi tali ſuſpenſioni contraueniat ſacramenta accipiendo, non ideo ſit irregularis licèt grauiter peccet, vt ex. capit. Si celebrat. de Clerico excommunic. miniſt. probat Sylu. verbo, Suſpenſio. quæſt. 5. Ang. Tab. Armil. eod. Nauar. Sot. & alij. & diximus ſupra in tractatu de excommunicatione minori. Couar. Clem. Si furioſus. 1. par. §. 1. num. 1. De ſuſpẽſo à ſuceptione Sacramẽtorum.

VIgeſimoprimo Not. quòd quicunque probabiliter ignorat ſe eſſe ſuſpenſum, contrafaciens non ſit irregularis, text. in capitu. Apoſtolicæ. de Cleric. excommunicat. miniſtr. Quinimo (vt in materia de Euchariſtia latè re- De ignorãte ſe eſſe ſpenſum.

r.pat.§.1.nu.1.verſic. Quinto. Cuius oblitus non fui; ſed iterum poſui, ut aduertat Lector ꝙ ſum. Cõfeſſ.ſup.imponit Hoſtienſi, quod ſi talis ſuſpenſus intret Eccleſiam & ibi celebret, nõ erit irregularis, quod p ſup. d.falſum eſt. Vel fuit (vt credo) Impreſſoris errore, niſi dicere velimus auctorẽ dictę ſummæ voluiſſe ſequi Inno. contrariũ tenentem contra cõmunem: quẽ reprehendit Couar. ſup.

159 Suſpenſio debet eſſe uerè & realiter. &c.

VIgeſimoſexto Not. ꝙ ad hoc ut ſuſpenſus incidat contrafaciens in irregularitatem, oportet ꝙ ſuſpenſio ſit verè, & formaliter ſuſpenſio, non autem per accidens, vt ſi quis. V. G. participat cũ maiori excõicatione ligato, incurrit minorem excõicationem, per text. c. Excõmunicatos. 11.q.3. (& diximus latè. ſup. de excommunicatione minori) & talis conſequẽter per accidens dicitur ſuſpenſus quo caſu contrauenien̄s in ſuſceptione, aut collatione Sacramentorum, nõ fit irregularis. tex. apertus. in c Si celebrat. de Cler. excõ. Ioan. And. Poſt Iuno. in c. Is. cui. de ſent. excom. lib. 6. §. Caueant. Vbi Peruſinus. limitatione. 1. Couarr. ſup. nu. 2. Licet. n. talis ſit intelligibilis, & inhabilis ad quodcunque beneficium. Sylue. uerbo Excommunicatio. 1. q. 1. verſic. Secunda, & alii, non tamen fit uerè, & propriè irregularis: quia non eſt propriè ſuſpenſio Canonis, ſed Dei; vt ait Specul. in d. §. iuxta, verſiculo. Item nota quod ſuſpẽſus: & in verſiculo. In ſuſpenſis Canone: metiro non inducit irregularitatẽ cum ſit ſuſpenſio ſolius Dei, vt ibi ipſe dicit; Canonicum tamen eſt impedimentum, & maximè plectendum Eccleſiaſtica Cenſura. ſecundum Sylueſt. ſupra.

160 Quid ſi iudex dicat, donec pœniteat.

VIgeſimoſeptimo. Not. ſuſpenſum hac verborũ forma (Donec pęniteat) vel hac; (donec ſatiſfecerit) non fieri irregularem contraueniendo; quoniam talis ſuſpẽſio habet conditionẽ annexã, quæ refertur in Deũ. Vnde non poteſt dici propriè ſuſpenſio, cùm poſſit ſtatim pęnitere. Syl. verbo irregularitas q. 17. Spec de diſpenſat. §. Iuxta. verſi. Item quando dicitur, & verſi. In ſuſpenſis autem diſtinguitur. Tab. uerò, irregularitas. 4. nu. 4. putat opus eſſe iudicis declaratione, vt euitet irregularitatem.

161 Quæ ſuſpẽſio faciat irregularẽ.

VIgeſimooctauo Not. ꝙ cùm duplex ſit ſuſpenſio una, ſ. quæ fertur pro crimine, Altera q̃ infligitur ob ſolos corporales defectus, ut in illegitimo, Bigamo, ſeni &c. ſola inducit irregularitatem, quæ infligitur ob crimen; Nã alii defectuoſi, iam per ſe ſunt irregulares: & ob id ipſo iure ſuſpẽſi per executionem ordinum, non incurrunt irregularitatem aliam. Spec. ſupra. Tabien. uerbo. irregularitas 4. in princ. Quod obſeruari in Curia Rom. probat ſpecul. ſup. Abb. in c. Si celebrat. de cler. excõ. Ang. uerbo. Suſpẽſio. 3. uerſ. penu. Io. And. poſt Inn. in d. c. Si celebra. & in c. ſi de cohab. cler. & mul. Archid. in c. Apoſtolicæ. 56. diſt. Syl. uerbo irregularitas. col. ult. Iudiciale Inquiſ. uerbo ſuſpenſio. §. ſi. Et ſecundum dictam diſtinctionẽ intelligi debet, quod dicit Rot. deciſ. 262. in ant. quis. ſ. ſuſpenſum à Canone celebrando non fieri irregularem.

162 Suſpenſio duplex.

VIgeſimonono Not. ꝙ cùm ſimiliter duplex ſit ſuſpenſio, una reprobatiua, i. qua quis prohibetur ſuum ordinem exercere, al-

tera approbatiua i. quæ differt ad tempus ordinũ ſuſceptionem, vel beneficii conſecutioné, vt homo probari poſſit magis idoneus; in reprobatiua intelligi debet ꝙ contra faciens fiat irregularis. In approbatiua minimè; ideoq; ſi ante tẽpus elapſum celebrêt, vel impetret beneficiũ in tali approbatiua ſuſpenſione; nullã contrahit irregularitatem, vel ſaltem non talem qualẽ in reprobatiua. Nam in iſta poſſet Eps diſpenſare. ſpec. §. iuxta. verſic. Item quando dicitur ſic ſuſpenſus. De quo genere ſuſpenſionis habetur in c. 1. de Cleric. per reg. Vbi gl. Inno & Abb. col. 3.

163 De ſuſpenſo à lectura.

TRigeſimo Nota. Suſpenſum à lectura aliqua, vel pdicatione nominatim, contrafaciendo nõ fieri irregularem; Quia talia ſunt mera officia diſtincta ab ordinibus; ꝙ probatur in Clem. Cupiẽs. de Pœnis. Paul. & Calde. Ang. verbo ſuſpenſio. nu. 8. Quod etiã intellige de Sindicatura, & quauis aliã functione publica, vel priuata, vt, V.G. in facultate legitimandi, Doctorandi, & ſimilibus. Spec. de Diſpenſatione. §. iuxta. verſic. Quid de officiis. Quæ tamen omnia, ſi dependeant ab aliquo ordine, vel Eccleſiaſtica dignitate, vt hic Bononiæ, ab Archidiaconatu (cui cõpetit Doctoris gradum concedere) Prioratu, Archipresbyteratu, vel Plebanatu, ſi ab ipſo ordine ſit ſuſpenſus, iſta faciẽdo fieret irregularis. vt infra notab. patebit ſeq.

164 Suſpenſio tñ facit irregulare in ſpiritualibus.

TRigeſimoprimo Nota. Suſpẽſionẽ tãtũ facere irregularem in ſpiritualibus, nõ autẽ in tẽporalibus officiis. Si. n. quis à tẽporalibus ſuſpenſus adminiſtrauerit in eis, nõ fit irregularis per Gl. in c. 1. §. Et hæc eadẽ. de ſent. excom. lib. 6. & notatã. in c. fi. de exceſſ. Prælat. Nam qñq; Reges, Barones, & alij Dñi à ſua poteſtate, Aduocati, iudices, & alij Laici à ſuis officijs ſuſpenduntur. tex. in c. Quicunq;. de ſent. excom. lib. 6. ¶ Imo Notarios quacunq; etiã Regali, quę Imperiali auctoritate creatos, poteſt Epiſcopus ab officio ſuſpẽdere. p Conc. Trid. 22. c. 10. de reform. & tamen ſic ſuſpenſi adminiſtrando non fiunt irregulares. Specul. ſup. Ita intelliges Sylu. Suſpenſio. q. 5. verſ. Si vero ſit ab officio. Vnde ſuſpenſus ab eligendo, præſentãdo, nominãdo, vel prouidendo, aut ẽt beneficia cõferẽdo, ſi cõtrauenerit, nõ fit irregularis. Inno. & Hoſt. in c. fi. de exceſſ. Prælat. Cald. in c. Si celebrat. de Cleric. excom. Anch. in c. 1. §. Caueant. de ſent. excom. lib. 6. Quod intellige, quãdo dicti actus tẽporales, fuerunt principaliter, & expreſſe prohibiti. At, qñ ſuſpenſus quis eſſet ab ordine aliquo, à quo iſti actus dependẽt cõtrafaciendo fieret irregularis, etiã in iſtis temporalibus. Spec. ſup. & facit text. cum Glo. in c. Tanta. de Exceſſ. Prælat. & diximus ſupra.

Reges, Iudices, & alii aliqñ ſuſpẽduntur.

Eps ſuſpendit Notarios?

165 Suſpenſio an debeat eſſe iudicialis.

TRigeſimoſecũdo. Not. Quod licet olim, vt ſuſpenſio induceret irregularitatẽ, requirebatur ꝙ eſſet iudicialis, alioqui ſi erat extraiudicialis reſoluebatur in pceptum ſimplex de nõ adminiſtrando, vt tradit Summa Piſan. verbo, irregularitas, 2. §. 1. Per. uſin. in c. 1. §. Caueant, de ſent. excom. lib. 6. fallentia. 5. Hodie tñ verũ eſt, ꝙ Iudicialis, & extraiudicialis ſunt paris firmitatis, & efficaciæ, & iõ in contrauentione vtriuſq; naſcitur irregularitas. arg. eius quod habetur in Concil. Trid. Seſſ. 14. c. 1. de Reformat.

Trigeſi-

160 Suſpenſio an debeat eſſe Iudicialis?

TRigeſimotertio Nota. Quòd adhoc, vt incurrat quis irregularitatem adminiſtrás, oportet ꝙ ſuſpenſio ſit lata, non ferenda, i. ꝙ ipſe ſit ſuſpenſus, non ſuſpendẽdendus; quia tunc etiam contrafaciendo, non incurreret irregularitatem. videtur tex. in c. Quod tranſlationẽ. de Temp. ordinan. ut ſentit Sylue. uerbo irregularitas. q 6. Si autem dicto ſuſpendendo, addatur præceptum per ſuperiorem ne adminiſtrare poſſit, poſt tale præceptum adminiſtrans, erit irregularis, à ſolo Papa diſpenſandus, Specul. de Diſpenſatione. §. Iuxta. verſic. Item ordinatus a nõ ſuo Epiſcopo; Vbi ait ita ſeruari Romæ. Ratio eſt, quia tale præceptum factum ei, qui ſuſpendendus eſt, efficit ſuſpenſionem, argumen. Concilii Trid. Seſſ. 14. c. 1. de Reformatione.

167 Suſpenſio debet eſſe lata, non ferenda.

TRigeſimoquarto Not. Quòd quamuis ſuſpenſus ab adminiſtratione tàm tẽporalium, quá ſpiritualium alicuius Eccleſię, fiat irregularis adminiſtrãdo ſpiritualia: tñ Miſſas priuatas celebrãdo, nõ fit irregularis; quia non eſt ſuſpenſus ab ordine, vt ait Abb. in c. Si quorũdam de ſolution. Vbi Io. And. Ang. verbo. Suſpenſio. 3. verſic. Aliquando. Et ideo Vicarij Epiſcoporum, Archidiaconi, & ſimiles Eccleſiarum Prælati, ſuſpenſi forma dicta, debent quidem abſtinere ab omni adminiſtratione, ſaltem ſpirituali, ne fiant irregulares; ſed celebrando priuátas Miſſas ut reliqui omnes Sacerdotes, non fiunt irregulares; ſecus ſi ſolemniter celebrent, eadem auctoritate, & loco, quem dignitatis adminiſtratio conſueuit obtinere.

TRigeſimquinto Nota. Quòd quotieſcunq; in iure, uel generali Decreto inuenitur ſuſpenſio, tali ſuſpenſione minime comprehenduntur Epiſcopi, & illis ſuperiores; ſed tantùm, Clerici omnes, vſq; ad Sacerdotem incluſiuè niſi de Epiſcopo, & aliis fiat expreſſa mentio. tex. in c. Quàm periculoſum. de ſent. excomm. in 6. tradit Ang. Sylu. & alii Armil. nu. 18. Nauar. c. 27. nu. 161. Couar. in Clement. Si furioſus. 1. par. §. 1. nu. 1. Maiolus. de irregul. lib. 3. c. 19. nu. 26. Epiſcopus Scalenſis. de Cenſuris titu. de ſuſpenſione. c. 11. 168

Eps nõ uenit generali ſuſpẽſione, niſi &c.

TRigeſimoſexto Nota. Quòd quotieſcunq; quis à iure; vel ab homine eſt ſuſpẽſus ab aliquo actu ſpirituali alicuius ordinis ſacri, ſimpliciter, uel conſequenter tenetur abſtinere, etiam poſt contritionem, & confeſſionem, quouſq; ſuſpẽſio remiſſa ſit; alioquin actum exercens peccat mort. & fit irregularis abſoluendus tantũ à Papa, ſecundum Inno. in c. Cùm æterni. de ſenten. & re iudic. 6. Armil. nu. 10. & alij. 169

Suſpenſus teneat abſtinere, & poſt. &c.

TRigeſimoſeptimo No. ꝙ ſicut tenemur vitare excõicatũ in oĩbus, vt diximus, ſup. de ſent. excom ita etiã ſuſpẽſum in eo à quo eſt ſuſpenſus, & nõ vitando in diuinis officiis, & in actibus deputatis ſuis ordinibus peccamus mortaliter, ſi eſt denũtiatus, aliàs nõ. ꝑ Extr. Ad euitanda ſcandala, quam ponit Nauar. c. 27. nu. 35 & nos declarauimus. ſup. de excõicatione. 170

Qñ teneamur uitare ſuſpẽſum.

TRrigeſimooctauo Not. eſt, ꝑ maiori declaratione ſuſpẽſionis à bñficio, Vtrũ ſuſpẽſus ab officio ordinis abſolutè, ita ſuſpendatur à bñficio, ut non poſſit facere fructus ſuos? In quæſtione 171

De ſuſpẽſo ab officio, &c.

variæ ſunt opiniones; Quidam.n.
dicunt ſuſpenſum ab officio à iu
re,vel ab homine ob graue crimẽ
eſſe ita ſuſpenſum à beneficio.vt
non faciat fructus ſuos. Sylue.Su-
ſpenſio.§.5.Armil.num.11.& 14.
Secus ſi ob crimen leue.Sed vt cer
ta ab incertis ſeparemus: Not.ſo-
quentes Conclu.

Prima Concluſio; Quando cri-
men ob quod ſuſpenditur, eſt tale vt
impediat Clericum beneficiatũ,
ne poſſit vti vllo ſui officii mini-
ſterio; hic eſt communiter ſuſpen
ſus à beneficio, nec poteſt acquire
re dñium fructũ futurorũ. Quã-
uis.n.dominio rerum iam acquiſi
to nemo ob crimen priuetur ante
Iudicis ſententiam, ſaltẽ criminis
declaratoriã; inhabitari tamẽ põt
ne in futurũ acquirat dñium rei
nondum habitæ. Anto. Gabr.to.2.
lib.9.cõcl.11,nu.17. pag.1635.col.
2.Couar.42 q.c.6.§.8.num.7.cum
multis aliis ibi relatis, Gomezius,
in Regula. de Subrogatione colla
tionis.q.7.col.7.& habet.l.in Hi-
ſpaniæ.l.17.tit.9.p.1.Ratio eſt,quia
fructus beneficii non dantur niſi
propter officiũ. ſed hic non præ-
ſtat,nec poteſt pſtare: ergo ? Hinc
colligitur per Doct.ſup.quod ſi impe
dimentum eſt perpetuum,non po
teſt retinere titulum beneficii, ſed
tenetur reſignare.

Secunda concluſio. Qñ autem
crimen talis ſuſpenſi permittit li-
berũ officii vſum; ſuſpenſus ab or
dine,vel officio abſolutè, frui põt
fructibus beneficii, tradit Diaz.de
Luco.in practica.Naua.(contra a-
lios.) Manuali.c.27.num. 160.Sed
addit Couar. ſi modo licitè præſta
re potuit, vel præſtitit miniſteriũ
officii,vel dignitatis, ut ſuſpenſus
excõicatus, vel irregularis,qui ha
bet beneficium ſimplex, licitè re-
citat,& facit dici Miſſas Capella-
niæ per alium,& licitè gubernat,
quæ ad ſe pertinent. At ſi benefi-
ciatus exhibuit quidem miniſte-
rium beneficii, ſed culpabiliter,
propter impedimentum Eccleſiæ
non debet recipere fructus: ſecun
dum Diaz.& Couar.ſupra.

TRig ſimonono Nota. Quòd 172
quis crimen Sodomiæ nefan Sodomia
dũ oium carnalium criminũ gra- grauiſſimũ
uiſſimũ ſit,vt tradit D. Aug. lib.de peccatum.
Adulterin.Coniug.& habet in cã.
Adulterii.33.q.7. Excepto pecca-
to beſtialitatis, quod omniũ gra-
uiſſimũ eſt,vt ex S. Th. 22.q.154.
ar.12.probat Nauar. c. 16.num.3.
(*Et facit Cano.10.de pęni. Sic di Quæ mala inferat ?
cens: Qui coierit cum brutis, pęni
teat pluſquã ſeptẽ annis. vide tex.
c.hoc ipſum 32.q.2.& §.ſeq. (¶Et
licèt oia mala,ob hoc precipuè ſu
per hominum genus deſcendant,
vt ait Archid.in c. Infames. 3.q.7.
& expreſſe habetur in auth.Vt nõ
luxurientur cõtra nat. §.Quoniã.
¶Et licèt ſcdm gl.verbo. Peruerſi- De Sodomi
tate. in c.Flagitia. 32 q.7.propter ta publico
hoc Deus peſtem mittat in terris
Sylu.verbo Luxuria.§.7.¶licèt So
domita publicus ſit deponendus,
& ſit irregularis,ſecundum Arch.
in c.Infames.3.q.7.& ſpec. titu.de
diſpenſation.§.Iuxta. verſi. Octa-
uo.quos refert,& ſequitur Simon
Maiolus.de Canonicis imped.lib.
5.c.43.nu.1. Couar. in Clem.Si fu
rioſus.1.par.§.1.nu. 6. & 2. par.§.
3.nu.4.col.4. Iulius Clarus. lib. 5.
ſenten.§.Sodomita,& nu.6. Anto.
Gabr.to.1.Cõm.opinion.pag.918.

Sodomita tamen occultus non
eſt ipſo iure ſuſpẽſus,nec celebret De ſecreto an ſit ipſo iure ſuſpẽſus?
erit irregularis, neq; (vt ſupradi
cti dicũt) erit irregularis, niſi talis

fuerit

fuerit publicus, vel ſecretus talis criminis exercitor; vt ex Motu propriu Pii V. contra Clericos Sodomitas. probat Nauar. c. 27. num. 249. Sylue. verbo. Crimen. §. 2. Patet clarè; quia in d. Motu proprio dicitur Exercentes.*(Et pro Sodomita vide Canon. 9. Pęnit. & c. Clerici. de exceſſibus prælat. qui ſic ait: Qui contra naturam peccauit, ſi clericus, debet deponi, vel religioni tradi, ſi corrigibilis appareat ad perpetuam pœnitentiam peragendam. Et nota, ꝙ quamuis diuerſæ fuerint de hoc opiniones, Sodomia puniebatur vltimo ſupplicio, per tex. in auth. vt non luxurietur contra naturam Collat. 6. & in Hiſpan. per l. 2. titu. 21. par. 7. & l. 2. tit. 9 lib. 4. fori. Iure autē nouiſſimo Hiſpaniæ vterque delinquens comburitur, bonis fiſco applicatis. per l. vnic. tit. 21. lib. 8. noue. recompilat.)

Sodomiam exercēs quis? Ad quod verbum referēda ſunt verba, quæ Illuſtriſſimi quidam Prælati, in ſuis caſibus reſeruatis dicunt: Sodomiam exercentes; Quare (meo iudicio) qui ſemel, vel aliquoties tale uitium commiſit, & pœnitet ſe commiſiſſe, non incidiſſe in caſum Epiſcopo reſeruatum, nec mitti debere ad Pęnitētiarios Epiſcoporum, niſi (quod laudarem ſatis) facerent tales confeſſarii ad exagerationē talis peccati, vt pœnitens videns ſe à ſuo confeſſario non abſolui, abſtineat in futurum.

173 De diſpenſatione ſuſpenſionū. Quadrageſimo, Et ultimo Not. pro animarum conſolatione, & Confeſſorum maiori eruditione; quòd in omnibus caſibus ſupradictis, aliiſq; ſimilibus, in quibus adminiſtrantes in ſuſpenſione incurrebant irregularitatē per ſolum Papam diſpenſabilem, eſt intelligendum, & procedit, ſi irregularitas naſcatur ex manifeſtis delictis. Si autem ex hoc occultis proueniat, ſemper poterit per Epiſcopum, vel per Vicarium adhoc ſpecialiter deputatum, diſpēſari, duobus caſibus exceptis, ſ. homicidio voluntario, & quando crimen deductum eſt in iudicium Conc. Trid. Seſſ. 24. c. 6. de reform. tradit Simon. Maioli lib. 5. c. 19. nu. 25. Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſ. c. 11. & declarat Nauar. c. 27. nu. 194. Med. & alii moderni. Quod erat uerum ante Bullam Sixti V. contra malè promouentes, & promotos, quam habes explicatam infra in fine libri. in qua multi caſus Papæ tantùm reſeruantur, qui antea Epiſcopis erant conceſſi.

Dicto (abundè ſatis) de ſuſpenſionibus in iure latis, ſupereſt, vt aliqua de ſuſpenſione ab homine dicamus.

Quæritur. Ergo; quid ſit ſuſpenſio ab homine? Reſp. ꝙ eſt præceptum quo Iudex Eccleſiaſticus, Eccleſiaſtico (maxime) officij ſui executionem, vel beneficij conſequutionem interdicit. Quæ diffinitio (licèt ſic expreſſa nullibi inueniatur) poteſt tamen ex ſupradictis notabilibus & Doctorum dictis ſic formari. 174 Suſpenſio ab homine quid?

Quæritur. Quibus uerbis proferenda ſit ſuſpenſionis ſententia? Reſp. hæc uerba, vel ſimilia eſſe formulam ferendi ſuſpenſionem pro contumacia, aut patrato delicto. ſ. 175 Quibus verbis proferatur.

Quia conſtat te Petrum, tale delictum commiſiſſe, idcirco te à be-

neficio, vel officio, & ordinum exe cutione, ab vtroq; ſuſpendimus, vſque ad tale tempus, aut noſtrum be neplacitum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Si autem Prælatus alicuius edi cti obſeruationem ſub pena ſuſpẽ ſionis intimare voluerit; his vte tur uerbis.

Quicunque tale, vel tale fecerit, aut non fecerit; eum in his ſcriptis ab exercitio ordinum; vel ab Offi cio &c. Suſpendimus; vel nouerit ſe ſuſpenſum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen.

Ita tradit Dominus Epiſcopus Scalenſis, de Cenſuris. titulo. de ſu ſpenſione, c. 13.

176 Quis poſſit ſuſpẽdere? QVæritur. Quis poſſit hanc ſuſpenſionem ferre? Reſp. Iudicem tantum Eccleſiaſti cum ſuſpendere poſſe. ſ. Epiſcopũ eiuſq; Vicarios Generales, Lega tos, Archiepiſcopos in Metropoli Inquiſitores, ordinũ Superiores, & alios iuriſdictionem Eccleſia ſticam propriam, vel Delegatam habentes probat Sylue. ſuſpenſió. nu. 2. & alii Summiſtæ. Nauar. ca. 27. num. 159. Couar. in Clem. Si fu rioſus. 1. par. §. 1. nu. 5. Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſione. c. 12.

177 Ille pôt ſuſpẽdere q excõicare. VNde primo inferunt hanc generalem concluſionem. Il le tantùm poteſt ſuſpendere, qui excommunicare, per tex. in c. Quę renti de verborum ſignificatiõ. Quia tantùm excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum, ſunt Cen ſuræ Eccleſiaſticę, quamuis Sotus 4. diſt. 22. q. 1. ar. 2. (malè quidem) quinque eſſe cenſuras Eccleſiaſti cas dicat, addens ſupradictis irre gularitatem, ac degradationem: quæ tantùm ſunt pœnæ dicendæ, ſecundum communem.

SEcundo. Inferunt ex ſupradi cta generali regula, hominem laicum, vel mulierem nõ poſ ſe ſuſpẽdere, quemadmodum nec excommunicare. Abbatiſſa tamen abſolute, & ſimpliciter nõ poteſt; poteſt tamẽ eo modo, quo ſupra. Notab. 18. diximus. 178 Laicus, & mulier nõ, &c.

QVęritur. V. Neceſſaria ſit ad monitio ante hanc hominis ſuſpenſionem? Reſp. quòd ſuſpenſio ab homine infligitur duobus modis, uel duabus de cau ſis, vel ponitur propter aliquam contumaciam, vel in alicuius pa trati delicti pœnam. Admonitio ergo tantùm requiritur, quando imponitur ob contumaciam, ſe cundum omnes, & tradit ex Innó. Nauar. c. 27. nu. 159. Sylue. ſupra. nu. 4. Armil. benè, verbo; ſuſpẽſio. nu. 17. Couarr. ſup. Epiſcopus Sca lenſ. d. c. 12. per tex. in c. Reprehen ſibilis, de appel. & per text. in c. 1. de ſent. excom. lib. 6. 179 V. Requiritur admonitio, &c.

MVlta alia, quæ paſſim in au ctoribus reperiuntur, maxi mè Angelo, Tab. Sylu. Armil. Na uar. omittẽtes. Quæritur quis poſ ſit ab hac ſuſpenſione ab homine abſoluere? 180 Quis poſſit abſoluere?

Primo Reſp. Quo ad abſolutio nem à ſuſpenſione ex delicto oc culto proueniente, eſſe iam dictũ ſupra, eod. notabili. 40. & vlti.

Secundo Reſp. Ad quæſtionem ſequentibus aſſertionibus.

Prima. Quando ſuſpenſio lata fuit ad tempus, illo tempore tran ſacto, finitur ipſa ſuſpenſio, abſq; alia Iudicis declaratione. Notant omnes, & nos ſupra, & tradit late Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſio ne. cap. 15.

Secunda.

Secunda. Cùm ſuſpenſio inflicta fuit ſub aliqua conditione, vt ſub hac forma; Si fecerit hoc, vel donec pœniteat, adueniente tali conditione, remanet caſſata ſuſpẽſio. Silu. nu. 8. & alij.

Tertia. Quotienſcunque ſuſpenſio eſt à iure, vel ab homine, & cõditor Canonis ſibi abſolutionem non reſeruauit, poterit Epiſcopus, & illo ſuperior abſoluere. Angel. Silu. Armil. Nauarr. Sot. & omnes, communiter, per text. in c. Nuper. de ſent. excom. gl. Vinc. Hug. Goff. Innoc. Hoſt. & alij, quos refert, & ſequitur Silueſt. num. 8. Armil. nu. 21. & 22. Couar. ſupra. Maiolus, ſupra. d. cap. 19.

Quarta. Quando abſolutio datur in foro exteriori ab eo, qui illam tulit, poteſt talis ſuſpẽſio quocunque verbo caſſari, annullari, reuocari, &c. vt v. g. reuoco, annullo, &c. Silu. ſupra. verſi. Si vero ſit. Armil. nu. 22. Nauarr. c. 27. nu. 160. Epiſcopus Scalenſ. cap. 15. S. Anto. 3. par. tit. 27. c. 4.

Quinta. Si autem abſoluendus ſit ſuſpenſus in foro pœnitentiæ, abſolui debet ſub hac forma.

Abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis, quam incurriſti propter hanc, vel illam cauſam.

Tradit Silu. verbo. Abſolutio. 6. dub. 2. quẽ refert, & ſequitur Nauar. c. 27. nu. 160. Si autem ſuſpenſio eſt dubia, eſt ſic abſoluendus.

Si teneris vinculo ſuſpenſionis, abſoluo te &c.

Doctores. ſupra.

181 Nota, Quòd tribus caſibus nõ poteſt quis à ſuo ſuſpenſore, ſed tantùm à Papa, abſolui. Primus. Clerici vel regulares priuati à ſuis ordinarijs propter ſacramenta, Eleemoſynas, vel ſepulturam datam Hæreticis. text. in c. Excommunicamus. de Hæret. Secundus. Quando quis per Concil. Prouinciale à beneficijs conferendis, pro pterea eſt ſuſpenſus, quòd beneficia contulerit indignis, nec ſe poſt primam, & ſecundam correctionem emendauerit: poteſt tamen ab vno ex quatuor Patriarchis abſolui. tex. in c. Graue. de Præbend. Tertius eſt, in degradato. per text. in cap. Ex tuæ, de clerico non reſidente.

Tribus caſibus non poteſt quis &c.

Finis de ſuſpenſione.

DE INTERDICTO QVOD TERTIA ECCLESIAE CENSVRA EST.

TRactant Doctores Theologi in 4. maxime Sot.diſt.22.q.3. artic.1.Martinus Ledeſ.in 4.2.par. q.26.arti.2.fol.361.Ang. Tab.Silu. Armil.& alij Summiſtæ, verbo.Interdictum.Caiet. in Summa.verb. Interdicti violatio. Canoniſtæ in diuerſis locis iuris. Summa Confeſſ.lib.3.ti.33.à q.213.Calderinus in tractatu de Interdicto.Nicolaus Ploue.in tractatu ſacerdotali. Didacus Perez. in l.2.tit.6.lib.1.ordi. pag 260.Bernardus Diaz de Luco. in Praxi Canonica.c.121.Couarruuias.in ca.Alma mater.de ſentent. excom.lib.6.2.par.§.1.& libr.2.Variarum.c.8.nn.10.S.Anto.in tractatu,de cẽſuris.Nauarr.c.27.nu.164. F.Bart.Medi. in Sum.2.par.Simon Maiolus,de irregularitate. lib.3.c. 20.Epiſcopus Scalenſis,de cenſur. tit. de interdicto. Flores Theolog. quæſtionum.2.par. de excomm.q. vn.art.6.& alij multi.

1 *Vox interdictũ, q d.* QVæritur in primis. Quid hæc vox: (Interdictum) ſignificet? Reſpõ. Hoc verbum deriuari ab illo verbo: (interdico,) quod eſt quaſi prohibeo.i.interim prohibeo, ne Officia dicantur, &c. vt colligitur ex inſtitut. de interdictis, in principio,& ſic interdictum nil aliud ſonat,quàm prohibitionem. Hæc videtur mihi aptior atque conformior ethimologiæ interpretatio, quo ad interdicti cẽſuram, quam illa,quam ponunt Doct.ver.Interdictum,maximè Silueſt.in principio.ſ.interdum.i.inter duos dictũ, vide Nauarr. capit.27. nume.164. Couar.& alios.

QVæritur. Quotupliciter hoc nomen (interdictum) accipiatur? Reſp.dupliciter; eſt enim duplex interdictum generale,vel generaliter ſumptũ,prout in Ciuili iure accipitur; Et tunc erat quando inter duos lis vertebatur, Iudex prohibebat, vel præcipiebat aliquid fieri, & erat quaſi quædam inter illos compoſitio. Particulare, vel particulariter ſũptum,eſt cenſura Eccleſiaſtica, de quo hic noſter tractatus. 2 *Quotupliciter ſumatur.*

DE hac ergo ſecunda ſpecie.ſ. de interdicto,quando eſt cẽſura; Quæritur. Quid ſit interdictum Eccleſiaſticum? Reſp.Quòd licèt Epiſcopus Scalenſis.c.2.cum alijs longiſſimam poſuerit huius cenſuræ diffinitionem; melior,breuior, Iurique conformior eſt illa, quæ colligitur ex Silu.nume.2.Armil.nume.3.& alios, Summa Confeſſ.ſupra.q.220.Calderino, & Nauar. nume 160. videlicet Canonicum, vel Eccleſiaſticum interdictum eſt cenſura, qua à iure,vel à iudice Diuina Officia, quædam ſacra- 3 *Interdictũ eccleſiaſticum quid?*

ſacramenta atque Eccleſiaſtica ſepultura prohibentur.

4 *Interdictũ in quo conueniat, &c.*

QVæritur. In quo conueniat cenſura hæc cum alijs.ſ.excommunicatione,& ſuſpẽſione? Reſp. hoc eſſe declaratum, ſupra, de ſuſpẽſione in principio, & tradit Silu.verbo. Interdictum. 1.num.3.Nauar.ſupra. Epiſcopus Scalenſis.c.1. & alij.

5 *Interdictũ à iure vel ab hoie.*

QVia in diffinitione dicitur eſſe interdictum à iure, vel ab homine, decreui) vltra omnes de hac materia ſcribentes) primo ponere interdicta à iure, deinde de interdicto à iudice loquemur.

6 *Collegium &c. Interdicitur, &c.*

PRimo Ergo: Collegium, vniuerſitas, Ciuitas, aut loci, cogẽtes Eccleſias, Eccleſiaſticasve perſonas ſoluere Guidagia, vel Pedagia, aut ab eiſdem extorquẽtes Gabellas, pro rebus proprijs, quas negotiationis cauſa non deducunt; incurrunt ſentẽtiam interdicti per text. in c. Quamquam. de cenſibus. lib.6.& de hoc tractauimus latè, ſupra, in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. caſu.18.

7 *De vniuerſitate locãte domum uſurarijs, &c.*

SEcundus caſus. Per tex. in cap. vſurarum vorago. de vſuris. lib.6. interdicitur vniuerſitas, locãs domos alienigenis vſurarijs, venientibus ad illic commorandũ pro fœnore, vel vſura exercenda, & infra Trimeſtre illos de ſuis terris.& locis non eiiciens.

8 *De miniſtris ciuitatis ubi eligitur Papa.*

SI Ciuitatis miniſtri, & Domini, in qua Papæ electio facienda eſt, non obſeruauerint diligenter ſeruanda,& conſtituta pro tali electione, aut in tali negotio fraudem aliquam fecerint, talis Ciuitas eſt ipſo iure interdicta. c. Vbi periculum. §. Præterea, quia de electione, lib.6.

9 *Vniuerſitas interdicitur concedens repreſalias, &c.*

TErtius caſus. Vniuerſitas concedens, vel extendens pignorationem, ſeu repræſalias, quibus alius pro alio prægrauatur, in clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, per tex. in c. Et ſi pignorationes. de iniurijs, & damno dato. lib.6.

10 *Territoria illorũ qui locant domos uſurarijs, &c.*

QVartus caſus. Territoria illorum, qui domos ſuas alienigenis fœneratoribus pro fœnore exercendo locauerint, & cenſuras contra huiuſmodi prolatas, per mẽſem animo ſuſtinuerint indurato, quamdiu in eis ijdẽ vſurarij commorantur, interdicto ſubiacebunt. c. Vſurarum. de vſur. lib.6.

11 *De occidẽtibus Cardinales.*

QVintus caſus. Vniuerſitas, vel Ciuitas, quælibet (præter Romam) quæ Cardinales occidentibus, ſeu aliàs eis per ſe, vel per alium mortis cauſam dantibus, ſeu præſumentibus, in his conſilium dederit fauorem, vel auxilium, vel infra menſem ſaltem taliter delinquentes, (cum facultas affuerit) non duxerit puniendos. c. Fœlicis. de pœnis. lib.6. quod confirmauit Pius V. Extrauagan. Infœlicis ſæculi, & quolibet anno innouatur per Bullam Cœnæ Domini.

12 *De territorio ubi proprius Epus percutitur iniurioſe,*

SExtus. Territoria illius (dummodo vltra vnam Diœceſim non contineant,) qui Epiſcopum ſuum iniurioſe percuſſerit, aut ceperit, ſeu bannierit, aut hæc fieri iuſſerit, aut ab alijs facta, rata habuerit, ſeu conſilium in his dederit, vel fauorẽ, aut ſcienter defenſauerit huiuſmodi facinus cõmittentes. text. in Cle. Si quis ſuadente. de pœnis.

13 *Interdicitur Regna &c impedientia Nũtios &c.*

SEptimus. Regna, terræ, & loca quælibet illis ſubiecta, qui Sedis Apoſtolicæ Legatos, aut Nuntios impediunt, ne liberè Regna,

gna, loca, ac Prouincias, ad quæ miſſi ſunt, ingrediantur, & ne ibidem ſibi commiſſę Legationis munus exerceant, Ioan.22.in Extrau. Super gentes.de conſuetudine.

14 Collegia & capitula ſi accipiant fruct⁹, &c.

OCtauus. Collegia, ac capitula priuilegio, ſtatuto, vel cõſuetudine olim fructus primi, aut vlterioris anni beneficiorum vacantium, integrè vendicantia, quæ poſt hanc conſtitutionem percipiunt, dictis beneficijs, vel fructibus vltra ſummam, pro qua vnũquodq; beneficiorum ipſorum in ſolutione decimę taxari cõſueuit; vel hac dimiſſa, vltra totale reſiduum fructuum, & hoc in partibus, vbi decimæ vnicuique beneficio ſunt taxatæ: In alijs vero regionibus vltra medietatem non poſſunt percipere. Contrafacientes interdicto ſubiaceant, donec ſatisfaciant. per text. in Extrauag. Suſcepti.de electione.Io.22. Quæ hodie eſt renouata à Pio V. in Bulla incipiente: Durum nimis.

15 De vniuerſitatib⁹ appellãtibus ad futurũ Conc.

NOnus. Vniuerſitates, aut collegia quouis quæſito colore ab ordinationibus ſententijs, ſeu mandatis Rom.Pont. ad Conciliũ Generale futurum appellãtia, vel ad id auxilium, cõſilium, vel fauorem præbentia quomodocunque. Iulius II. in Extrauag. Suſcepti regiminis. Confirmata in Bulla Cœnæ Domini, vt videre eſt ſupra in eius explicatione, caſu 2.

16 Cõtra principes diſſipantes bona eccleſiaſtica.

DEcimus. Principum illorum territoria, qui ſequeſtrationes, applicationes, diſſipationeſq; fecerint, aut fieri mandauerint de quibuſcunq; bonis Eccleſiaſticis, aut ad Eccleſiam, vel eius fabricã ſpectantibus. Leo X. in Conc. Lateran. Seſſ.9. quod innouatur in Bulla Cœnæ, ſupra.

17 Contra libertatẽ Eccle. facientes, &c.

VNdecimus caſus Reſpublicæ, communitates, & vniuerſitates quomodolibet delinquẽtes contra ſpectantia ad libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ fauorẽ text. in c. clericis Laicos. de immu. Eccl. lib.6. Conc. Lateran. ſupra, & Bulla Cœnæ, ſupra.

18 De capitulis cõcedẽtibus licentiam ad ordines &c.

DVodecimus caſus, Capitula infra annum, a die vacationis, ordinandi licentiam quocunque prætextu alicui, qui beneficij Eccleſiaſtici recepti, ſiue recipiendi occaſione arctatus non fuerit, concedentia. Conc. Trid. Seſſ.7. de reform. c.10.

19 Quã io interd cẽtur Eccleſiæ, &c.

DEcimustertius caſus: Eccleſiæ, & Cęmiteria, apud quæ ſepulti fuerint ij, qui ab eius Eccleſiæ clericis, vel religioſis inducti fuerunt ad promittendum, vouendum, ſeu iurandum, ſe electuros ſepulturam apud eorũ Eccleſias, vel iam electam vlterius non immutaturos, ſi intra decem dies, ſepulturam cadauerum (ſi petantur,) & omnium, quæ occaſione talis ſepulturæ ad eos quomodolibet peruenerunt, reſtitutionẽ non faciant, hoc termino elapſo, (donec ſatisfaciat) ſubiacent prædicto interdicto, per tex. in c. Animarum periculis. de ſepult. in 6.

Excõicatio ſimul cum interdicto, &c.

Notandum hic, quòd licèt omnes ſupradicti caſus (penultimo excepto.) Vniuerſitates, & loca tantum, interdicto ſupponant: particulares tamen perſonas (exceptis Epiſcopis, & ſuperioribus in aliquibus, non omnibus) excommunicationis mucrone feriunt, & innodant, vt eiſdem canonibus videre licet.

NVNC

NVNC AVTEM PO-nam Caſus interdicti, contra particulares perſonas.

20 Religioſi, &c celebrātes quādo interdicantur.

DEcimusquartus caſus. Religioſi, vel ſæculares clerici; etiam exempti ſcienter celebrātes, & vlterius celebrare faciētes diuina in locis quibuſlibet a iure, vel ab homine interdictis, aut excommunicatos publicè, vel interdictos nominatim ad Diuina Officia, vel eccleſiaſtica ſacramenta, ſeu etiā Eccleſiaſticam ſepulturam admittentes, ſunt ipſo iure interdicti. c. Epiſcoporum, de priuil. lib. 6.

21 De impedientibus ſeu eleemoſynas fratribus, &c.

DEcimusquintus. Locorum ordinarij ſuadentes, & etiam cenſuris inhibentes, ne Chriſtifideles Fratribus Prædicatoribus, & minoribus pias eleemoſynas erogare præſumant, & erogantes excommunicatos fore prædicantes, ſeu prædicari facere, vel pronunciare præſumentes. Sixtus IIII. in Bulla quæ incipit: Sacri Prædicatorum, & Minorum, &c.

22 Cōtra prohibētes vti priuilegijs &c.

DEcimusſextus. Iidem inhibētes perſonis quibuſlibet, & quomodolibet, aut præcipientes, ordinantes, vel ſtatuentes aliquid, quominus ſupradictorum Ordinum fratres, eorum domos, & profeſſores libere vti poſſint priuilegijs, Indulgentiis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarū, & Seruorum. ibid.

23 Contra impediētes ſepulturā in Monaſterijs.

DEcimusſeptimus. Iidem obſiſtentes quominus ſepeliātur in Eccleſiis, & Cœmiteriis Ordinis Heremitarū S. Auguſtini, qui ex ſua deuotione, vel vltima volūtate ſe illic ſepeliri deliberauerint, ſalua tamen ſemper iuſtitia Eccleſiarum Parochialiū, uel Cathedralium. Sixtus IIII. in Bulla aurea, quæ incipit. Dum fructus.

DEcimusoctauus. Iidem perſuadentes religioſis, uel ſæcularibus, ut ipſis inuitis, quorumcunque cadauera in Cœmeteriis dictorum Fratrum ſepeliant, uel etiam ipſi perſonaliter ſepelientes. Idem ibid. 24 Cōtra idē perſuadentes &c.

DEcimusnonus. Iidem Miſſarum ſolemnia in eorum Eccleſiis, uel ibidem pro defunctorum apud eos tumulatorum animabus exequias ſine eorum aſſenſu, & uoluntate celebrari facientes. Idem. 25 Contra celebrātes in Monaſterija ſine &c.

VIgeſimus. Iidem cogentes eos ad ſolutiones Collectarum, ſeu exactionum quarumlibet, ſeu etiam exigentes, ac extorquentes ab ipſis decimas pro uineis, terris, hortis, & cæteris ad eos pertinentibus, ibidem. 26 Contra cogentes fratres ſoluere &c.

VIgeſimusprimus. Iidē prohibentes, quominus recipiant, & admittant quaſcunque mulieres tam uirgines, quàm uiduas, & coniugatas ad habitum, & regulā eiuſdem ordinis ad inſtar mantellatarum, uel Pinzocherarum ordinis Minorum. Idem ibid. 27 Contra impedientes Mantellatas, &c.

VIgeſimusſecundus. Iidem impedientes quominus quoſcūque clericos, uel laicos, liberos, & abſolutos à ſæculo fugientes pro conuerſione, ad habitum, & ordinem ſuæ religionis recipiant, & retineant. ibid. 28 Contra impedientes dare habitum &c.

VIgeſimustertius. Iidem adeo rudem domos cauſa ordines celebrandi, tractandi, uel aliquos conuentus publicos conuocandi uenire præſumentes, uel eos ad Synodos, uel conuentus forenſes accedere compellentes, uel pro Conſecrationibus Eccleſiarum, 29 Contra cōpellētes fratres ad Synodos &c.

&

& altarium, pro Oleo Sancto, & alio quolibet ſacramento quicquã ab eis extorquere audentes, & gratis non impendentes. Idem ibid.

30 Contra negãtes ſacramenta confeſſis cum fratribus &c. Vigeſimusquartus. Iidem perſonis confeſſis dictis Fratribus approbatis, & admiſſis ad confeſſiones audiendas, ſine rationabili cauſa, ſacramenta Euchariſtiæ, aut (infirmitate exigente) etiam Extremæ Vnctionis denegantes, aut illorum exhibitionem malitioſe differentes; vel Parochianis, ne dictis Fratribus confiteantur prohibentes, & perſuadẽtes, & ad omnia prӕmiſſa, ſeu aliquod ipſorum auxilium, conſilium, vel fauorem dãtes directe, vel indirecte, & quomodolibet. Idem Sixtus IIII. ibid.

31 De eodem. Vigeſimusquintus. Idem eadẽ committentes in Fratres, & loca quorumlibet Ordinum Mendicantium, idem ibid.

32 Sancta Euãgelia quatuor. PRo quo Not. Quod licèt olim, (ſicut quatuor Sancta Euangelia, Concilia Generalia, & quatuor Doctores principales ſanctæ Eccleſiæ) eſſent tantùm quatuor ordines Mendicantes. Hodie tamen, omnia ſupradicta (quatuor SS. Euangelijs exceptis) ſunt aucta; Sunt enim multa alia iam Generalia Concilia, vſque ad ſanctiſ. Generale Tridentinum. ¶ Item à Sãctiſs. Papa Pio V. D. Thomas de Aquino, quintus fuit Eccleſiæ Doctor (meritiſſimè) creatus, vt refert Flores Theolog. Quæſt. in Epiſtola ad lectorem, & à S. PP. Sixto V. S. Bonauentura ſexto loco Eccleſiæ Doctor adſcriptus. ¶ Item ab eodem Pio V. in Bulla incipienti: Romanus Pontifex, & in alia, quæ incipit Apoſtolicæ Sedis, quatuor Ordinibus Mendicantibus, S. Frãciſci, S. Dominici, S. Auguſtini, & Carmelitarum, quintus ſeruorum Beatæ Mariæ; & Sextus S. Franciſci de Paula, (qui minimi vocantur,) & Septimus Ordo ſocietatis Ieſu, pro Mendicantibus Ordinibus declarati; & meritò adiuncti fuere, & in alia eius Bulla Ordo Fratrum Ieſuatorum inter mendicantes adſcribitur, quam ego vidi in eorum Bonon. Monaſterio.

Ordines Mendicantes quot? Doctores Eccleſiæ quot? Côcilia Generalia multa.

33 De ord. nõ mendicantibus. SEcundo Nota, Omnes alios ordines non mendicantes, habentes participationem cum priuilegijs Mendicãtium, debere vti, hoc ſupradicto priuilegio.

34 Côtra Epiſcopos alienantes bona &c. Vigeſimusſextus caſus Epiſcopi, & Abbates bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorumq; piorum quorumlibet alienantes, inconſulto Rom. Pont. aut contra tenorem Conſtitutionis Pauli II. quæ incipit ambitioſe, de rebus eccleſiæ non alien. in Extrauag. communibus, erant interdicto notati.

35 Nota de fidei profeſſione faciẽda. Vigeſimusſeptimus caſus. Epiſcopi non facientes obſeruari conſtitutionem de faciẽda fidei profeſſione ab omnibus cuiuſlibet facultatis lectoribus: & ab omnibus alijs de quibus Pius IIII. in Bulla: In ſacroſancta.

36 Côtra Prælatos commentantes Côc. Trid. Vigeſimusoctauus caſus. Prælati ſine licentia Papæ commentarios, Gloſſas, annotationes, Scholia, aliudve interpretationis genus ſuper Concilij Tridentini Decretis edentes; aut quicquam quouis nomine, etiam ſub prætextu maioris Decretorum corroborationis, aut executionis, aliovè quæſito colore ſtatuentes. Idem Pius IIII. in Bulla confirmationis Concilij, quæ eſt in fine eiuſdem Concil. & incipit: Benedictus Deus.

37 De pœnis confidẽ... Vigeſimusnonus caſus. Cardinales, cæterique Prælati Eccleſias,

cleſias, Monaſteria, dignitates, vel alia beneficia etiam iuriſpatronatus, fructus, penſiones, regreſſus, vel acceſſus in confidentiam recipere præſumentes. Pius IIII. in Bulla, quæ incipit; Romanum Pontificem. Pius V. tamen videtur in Extrauag. quæ incipit: Intolerabilis multorum, omnes hoc admittẽtes excommunicationis laqueo indifferenter innectere.

38 ¶ Committitur autem ipſum confidentiæ crimen pluribus mõdis, quos, ad Lectoris eruditionẽ, laboremque vitandum, ſubijcere putauimus hic eſſe neceſſarium, videlicet.

39 SI quis reſignet beneficium alicui, paciſcendo de aliqua penſione, ſine Apoſtolicæ Sedis licentia.

40 SI quis nolens promoueri ad ſacros ordines, prout requirit beneficium, uel nolens adſtringi ad reſidentiam, habitum, & tonſurã clericalem, beneficium reſignaret alicui reſeruando fructus, uel penſionem, ſine dicta licentia.

41 SI quis ſtatuens ire ad Bellum, aut vlciſci de hoſtibus ſuis, & ne ex delicto perpetrando, vacare contingat beneficium, alteri reſignet, paciſcendo de fructibus, vel ſuper penſione ſibi, vel alteri reſeruanda ſine Papæ licentia.

42 SI quis criminoſus, aliove modo irregularis beneficiũ reſignet, vel obtenta poſtea diſpenſatione ab irregularitate, idem beneficiũ repetat.

43 SI quis beneficium quomodolibet reſignauerit, vt ſibi poſtea reſtituatur, vel illi, quem ipſe nominauerit.

44 SI quis beneficium uacans impetrauerit eo pacto, ut poſtea ad mandatum alicuius illud dimittat, & reſignet ad hoc, ut alteri cõferatur.

SI quis beneficium acceptauerit ad hoc, ut cùm infans uel puer adoleuerit, illi poſtea reſignet. 45

SI quis poteſtatem habens conferendi, præſentandi, aut inſtituendi in beneficio contulerit, pręſentauerit, inſtituerit vè, vt de fructibus aliquid ſibi, uel alteri reſpondeatur. 46

SI quis ex priuilegio non obligatus ad ſoluendum expeditionem Bullarum Cameræ, vel Cancellariæ Apoſtolicæ, faciat expediri Bullas ſub nomine ſuo, vt euitet dictas expẽſas, pro alio, qui in rei ueritate dicti beneficii futurus eſt poſſeſſor. 47

SI quis ad effectum litis defendendæ ſuper beneficio, alicui potenti reſignauerit illud ad hoc, ut obtenta uictoria litis, alteri conferatur, & reſignetur, aut ſibi reſtituatur. 48

SEd etſi nulla pactio, ſeu cõuentio de fructibus, uel penſione interceſſerit per reſignantem, conferentem, inſtituentem, aut præſentantem, cum ipſo recipiente, ſi tamen poſt perfectam reſignationem, uel prouiſionẽ, ipſe reſignator, uel prouiſor, aut familia eius, aut propinqui, ſeu hæredes de facto colligant fructus, aut partem dicti beneficii, probatur adeſſe cõtractum confidentiæ. 49

IDem erit, ſi prouiſus de beneficio, conſtituat procuratorem ipſum reſignantem, vel prouiſorem ad percipiendum, ſeu locandum fructus beneficii. Idem ſi cõſtituat procuratorem aliquem propinquum dicti reſignantis, uel prouiſoris, aut præſentantis. 50

In

51 IN ſummà, Si quomodolibet tertia perſona ſuppoſita ſit ad titulum beneficij, vel ad fructus, dicitur beneficium eſſe in depoſito, & per conſequens, in confidentia.

52 IN ſupradictis omnibus caſibus committitur ſimonia ex titulo confidentiæ, non ſolùm ex parte conferentis, reſignantis, & præſentantis, ſed etiam mediatoris, & recipientis eo modo beneficium, vt patet ex dicta conſtit. Pij V. quæ incipit: Intolerabilis: quos caſus etiã notat Epiſcopus Papienſis.

DE CASIBVS IN Quibus Eccleſia eſt interdicta, & ſit reconcilianda.

53 *Quot caſibus Eccleſia ſit interdicta. &c.*

RAtio poſtulat, vt hic, caſus illos in quibus Eccleſia eſt interdicta, & requirat reconciliationem, adiũgamus. Quæritur ergo, Quot ſint caſus iſti? Reſpõ. Doctores in hoc diſcordare videtur, quidam ponẽtes tres tantùm, vt Hoſt. Ray. & alij, quos refert, & ſequitur ſumma Confeſſ. libr. 3. tit. 24. q. 150. cum ſeq. & Epiſcopus Papiæ. Armilla autem, & alii, verbo, Conſecratio Eccleſiæ, ponunt quinque ex Silueſt. Conſecratio. 2. nume. 5. Sot. 4. diſt. 13. q. 2. arti. 3. ex S. Tho. ibid. At Nauar. c. 27. nu. 259. ponit ſex Caſus.

54 *De humani ſanguinis effuſione.*

PRimus eſt, in c. Eccleſijs. diſt. 68. & in c. Eccleſijs. de Conſecrat. diſt. 1. c. Propoſuiſti. de Conſecrat. Eccleſiæ, ſcilicet, quando intra Eccleſiã humanus ſanguis iniurioſè effunditur, aut cauſa naturalis eius effuſionis, aut mortis dat.

55 *De campanili &c.*

NOta, ꝙ ex illis quatuor verbis: intra eccleſiã ſãguis humanus iniurioſè effunditur, declaratur dubia multa in hac materia.

¶ Primum, quòd ſi extra eccleſiam, vel in eius tecto, vel in campanili, vel in ſpecu effundatur, nõ erit polluta, vt tradit Archid. in d. c. Eccleſijs. cum glo. ibid. de Conſecrat. Eccleſ. lib. 6. Summa Confeſſ. Armil. Nauar. & alij ſupra.

SEcundum, Quòd appellatione eccleſiæ in hoc caſu, venit etiã non conſecrata. tex. in c. fin. de Conſecr. Eccl. vel Altaris. 56

Quid ſi nõ ſit conſecrata?

57 *De percuſſionibus in Eccleſia ſine effuſione ſanguinis.*

TErtium. In verbo, Sanguis, declaratur generalis hæc concluſio, Quæcunque non mortalis percuſſio, abſque ſanguinis effuſione, nõ violat eccleſiam, vnde cum palo, vel baculo, manibus, pedibusvè aliquem percutere, vel offendere, vel illum enſe veſtito, vel miſſo in vagina (Hiſpani, dar de eſpaldaracos) alapam, & ſimilia inferre non polluit, colligitur ex ſupradictis omnibus. Silu.

58 *De animalium ſanguine.*

QVartum. Humanus. Ex quo patet animaliũ ſanguine ibidem effuſo, non pollui, vt ex gl. in verbo, Sanguinis. in d. c. 1. de Conſecr. Eccl. in lib. 6. tradit Nauar. ſupra. & alij.

59 *Effundere qualiter. &c.*

NOta circa quintum, ſcilicet, effunditur iniurioſè, quod verbum hoc importat magnam quantitatem, vt ex verbis Domini conſtat, Matth. 26. Qui pro vobis effundetur; quibus verbis voluit magnam copiam ſignificare. Quare non ſufficit ſanguinis effuſio, quæ fit naturaliter è naribus, vel ore, aut alicuius caſu, vel lapidis ictu cadentis, vt ait gl. recepta communiter. in c. 1. de Conſecr. Eccle. lib. 6. & Nauar. ſupra. Silueſt. Ang. Armil. verb. Conſecratio.

De ſanguine narium &c.

60 *De menſtruo mulierum.*

EX quibus reprobatur aliquorum antiquorum dubitatio, atq; etiam aſſertio, dicentium mu

lieris

lieris menſtruo intra Eccleſiam cadente, ipſam violari.

61 De furioſis pueris, &c.

Patet etiam, ſanguinis effuſionem cauſatam ab ictu furioſi, pueri, vel mentis capti, non facere Eccleſiam pollutam, vt tradit Archid. in d.c.1. Collectarius; in c.fi. de delict. puerorum. Epiſcopus Papienſis de interdicto, ad fi. caſu. 2. Couar. in Clem. Si furioſus. 1. par. §. 2. Nauar. ſupra. Armil. ſupra. nu. 5. Silu. infra.

62 Quid quando defendens ſe?

Nec cenſetur polluta eccleſia, ſi quis cum moderamine inculpatæ tutelæ ſe defendendo, alium intra Eccleſiam percuſſerit, aut occiderit Abb. in c. Propoſuiſti. de Conſecr. Eccleſiæ, vel Altaris. Domin. in d.c.1. de conſecr. Eccleſ. in libr. 6. quos refert, & ſequitur Nauar. & Armil. ſup. Inno. quẽ refert, & ſequitur Silu. Conſecratio. 2. num. 5.

63 Quid ſi fuit vulnus extra eccleſiam, &c.

Notandum tamen eſt, quòd quotieſcunq; vulnus fuit extra Eccleſiam illatum, & ſanguinis effuſio fit intra illam, non dicetur polluta, ſecundum omnes, ſupra. & Summ. Confeſſ. lib. 3. tit. 24. q. 152. cum aliis.

64 Quid ſi intra?

E Contra verò, ſi vulnus intra Eccleſiam inferatur, etiam ſi vulnus taliter ligatur, quòd ſanguinis effuſio ibi non ſequatur, nihilominus erit polluta. omnes, ſupra. Armil. bene, nu. 4. Nauar. cum glo. & communi. c. 27. nu. 256.

65 De martyrio facto i eccleſia.

QVid autem ſi quis ob fidei, Eccleſiæ vè defenſionem ſit intra Eccleſiam occiſus, & martyrizatus? Reſp. quòd licèt Panor. ſupra. & Summa Confeſſ. ſup. q. 153. dicant non eſſe pollutam; cõtrarium videtur verius cum gl. quam refert, & ſequitur Armil. d. ver. conſecratio. nu. 5. & Silu. d. nu. 5. Archid. cùm gloſſa recepta communiter, quàm refert, & ſequitur Nauarr. ſupra, quia ſceleratius eſt Sanctum occidere, quàm prauum c. Si non liceat. 25. q. 5.

66 De morte in eccleſia ſine ſanguine.

EX ſupradictis. nu. 57. patet, ꝙ ſi mors aliquo modo alicui intra Eccleſiam, abſque ſanguinis effuſione inferatur, erit eccleſia polluta, vt quando aliquis ibidem ſuffocatur, fune ſuſpenditur, veneno, vel alio maleficio interficitur. glo. recepta. in d.c.1. Nauar. ſup.

67 De exiſtente intra eccle. & iacte lapide, &c.

PAtet etiam, ꝙ ſi quis exiſtens intra Eccleſiam lapide, lancea, telove alio, vel armis occiderit extra eccleſiam exiſtentem, non polluitur eccleſia; quod probat Nau. ſup. verſi. Aut mortis. & nos probauimus contra quendam Reuerendiſſimum Prælatum contrarium tenentem, in quodam literarum congreſſu, qui cum meæ ſententię acquieſcere noluiſſet, poſtea re melius conſiderata, veniam petẽs, acquieuit coram iiſdem, corã quibus primo diſſenſerat.

68 De ſeminis fluxione.

SEcundus caſus, hac generaliſſima concluſione comprehenditur. ſ. Quæcunque voluntaria humani ſeminis effuſio, eccleſiã polluit. gl. in c.1. de Conſecr. Eccleſię. lib. 6. verb. Humanum. Summa Cõfeſſ. lib. 3. tit. 24. q. 154 Silu. verbo. Conſecratio. 2. nu. 5. verſ. 3. Armil. verb. Conſecratio. nu. 6. Epiſcopus Scalenſis. de interdicto. cap. 13. omnes per c. Significaſti. de Adulter. Conc. Colon. par. 9. c. 18. Sot. 4. diſ. 13. q. 2. art. 3.

69 De ſemine animaliũ.

EX quibus infertur, animalium quorumcunque intra eccleſiã copulam, illam non polluere. gl. in d.c.1. & omnes ſupra.

70 INfertur ſecũdo, Sub illo verbo, humani ſeminis, intelligi de pol-

A quocunque effundatur. luttione à quocunque laico, clerico, Iudæo, infideli, viro, vel fœmina naturaliter, vel extra vas, vel ſodomiticè, per fornicationem, adulterium vel ſtuprum facta, vt probant omnes ſupra.

71 De pollutione in ſomnis. INfertur Tertio erraſſe tenentes opinionem illam, quam refert, & reprobat (cum communi) Tractatus de Priuileg Eccleſiæ; priuileg.5.nu.7.& tenet Ang.verb.Conſecr.nu.9.ſ.pollutionem in ſomnis polluere eccleſiam, ſed communis cõtra, quam refert, & ſequitur Nauar.c.27.nu.257.

72 V Copula coniugalis polluat eccleſiam? INfertur Quarto. Ad quæſtionẽ. V. Copula coniugali polluatur eccleſia? Reſp. quòd licèt Hug. Io. Armil. Ioan. And. Summa Piſan. Ricar.4.diſt.32.q.1.art.3. Alex.2.par. q.64.ar.2. Ang. verb. Debitum.nu. fi. Roſel. cõſecratio.1.q.9. Almain. & Maior. diſt.32.q.1. Silue. verbo. Debitum.q.3. Ledeſ.2.par.q.66.ar. 1.in fi.& caſtro. libr.1. de lege pœnal.c.7. & alii quos refert Summa Confeſſ. ſupra. Silu. verbo, Conſecratio.2.nu.5. Armil.nu.6. Couarr. & alij. Nauar. dicens communem. c.27.nu.257. dicunt non pollui per copulam matrimonialem: Cõtraria tamen opinio eſt verior, & tenenda, quia communior, quam tenent omnes ſupradicti. & nos probauimus, ſupra 1.par. de Matrimonio. in fin. & tenet Lelius de Zanchis de Priuileg. Eccleſiæ, priuilegio.5.nume.6. Epiſcopus Papiæ de interdicto. ad finem. Et quamuis. Sot.4.diſtin.23.q.2.arti.3. dubitet: in diſt. tamen 31.q.1.arti.3. apertè dicit pollui.

73 De excom. ſepulto in eccleſia. CAſus tertius eſt, Quando in eccleſia aliquis excommunicatus ſepelitur. tex in c. Conſuluiſti. de Conſecratione Eccleſiæ, vel Alt. Angel. Silu. Armil. Tab. & omnes Summiſtæ. eodem verbo. Summa Confeſſ. ſupra. Couarr. & alij. Epiſcopus Scalenſis, de interdicto. c.13. Nauar. c.27.nu.157.

74 De infidel. ſepulto, &c. QVartus caſus eſt, Quando in illa aliquis infidelis ſepelitur. tex. in c. Eccleſiam.1.& 2. de Conſecra. diſt.1. communiter omnes ſupra. Aduerte tamẽ, quòd quamuis in excommunicato ibi ſepulto ſufficiat recõciliatio, in hoc tamen, vltra communem reconciliationem, ſunt etiam parietes abradẽdi; vt notat Abb. quem refert, & ſequitur Nauar. ſup.

75 De eccleſia conſecrata ab excom. QVintus eſt. Quando eccleſia fuit conſecrata, aut benedicta per Epiſcopum excommunicatum publicum. arg. d.c. Cõſuluiſti vbi notat Abb. & Hoſtien. quos refert, & ſequitur Ang. Silu. Armil. Nauar. Couar. & alii ſup.

76 De eccleſia renouatione. SExtus, Quando omnes parietes renouantur, gl. in c. Ligneis, de Conſecra. Eccleſ. quod non approbat Nauar. ſupra, imo dicit contrarium verius.

77 Cœmeteriũ duplex. NOta Primo, circa dictos caſus, quòd Cœmeterium eſt duplex, contiguum, ſcilicet, & ſeparatum ab Eccleſia, Contiguum eſt illud, quod nullo interpoſito medio, Eccleſiæ adhæret: vel eodẽ pariete ſimul cum Eccleſia circundatur. Separatum eſt illud, quod licèt ſit in mortuorum ſepulturam benedictum: eſt tamen ab ipſamet Eccleſia, aliquo interpoſito medio, ſeparatũ, vt tradit Angel. Silu. Armil. & alii. verbo. Cœmeterium. Nauar. c.27.nu.358.

78 V Cœmeterium ſit pollutum &c. EX quibus omnibus hæc colliguntur concluſ. prima: Polluta eccleſia, cenſetur Cœmeterium ſibi coniunctum eſſe pollutum, vt

ex

ex d.c.1.de Conſecr.Eccl. vel Alt. l.b.6.tradunt omnes, ſup.

79 Qualiter magis dignum attrahit ad ſe minus dignum.

Secunda concluſio. Si autẽ Cœmiterium ſit ſeparatum, etiam, ſi Eccleſia polluatur, Cœmiterium non erit pollutum, ſecundum omnes. Cuius ratio eſt, quia (ſicut in materia conſecrationis ſanguinis, in 1. par. de Aqua benedicta, Oleo ſancto, &c. diximus,) magis dignũ attrahit ad ſe minus dignum, vt in c.Si Eccleſia, de Conſecra.Eccl.vel Alt.lib.6 & Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. tex.in regula.acceſſorium.de reg iur.lib.6.

80 De Cœmiterio contiguo.

Ex quibus ſequitur Tertia Concluſio. Violato Cœmiterio etiam contiguo non cenſetur Eccleſia, cui adhæret, polluta, quia Cœmiterium eſt minus dignum. omnes ſupra.

81 De duobus Cœmiteriis ſub uno muro.

Quarta Concluſio. Quando duo Cœmiteria muro vno circundãtur, & ambo ſunt contigua, ita quòd inter ambo ſit porta in muro, qua itur de vno ad aliud, violato vno, nõ cenſetur pollutum aliud, vel violatum, ex tex. in d.c.vnico.de Conſecra.Eccl.vel Alt.lib.6.& tradunt omnes ſup.

82 Quid quãdo quantitas eſt parua?

Nota ſecundo. Quòd quemadmodum minima quãtitas in omni materia excuſat regulariter à mortali, vt ſępe tetigimus ſupra, & tradit Nauar.c.11.nume.4.cum multis. Ita hic parua effuſio ſanguinis, vel ſeminis nõ violaret, vel pollueret eccleſiã, vt ex omnibus Doctoribus ſupra colligi poteſt.

83 V. ſit neceſſaria publicitas &c.

Nota Tertio. Quòd adhoc, vt Eccleſia ſanguinis, vel ſeminis effuſione cenſeatur polluta, oportet vt talis pollutio ſit publica. Per quamcunque enim occultam non polluitur, vt ex gl. recepta cõmuniter in c.1.de Conſecr.Eccleſ. vel Alt.lib 6. reſoluit Nauarr.c.27. nu.256.ad fin. Silu.Arm.l. Summa Confeſſ. Epiſcopus Papiæ. Sotus, & alii, ſupra.

84 V. Requiratur iudicis ſententia?

Nota Quarto. Quòd adhoc, vt in Eccleſia ſic publicè polluta ceſſetur a Miſſis, & Diuinis celebrandis, non eſt neceſſaria iudicis ſentẽtia, vel declaratio, ſed ſtatim eſt ceſſandum, donec eccleſia, ſit conſecrata ab Epiſcopo loci: ſi tantùm benedicta, à ſacerdote ſimplici, per aquam benedictam recõcilietur. tex. in c.Eccleſiam. de Cõſecr.diſt.1.c.Sacris. d. Sepulturis. Silu.Conſecratio 2.q.8. Arm l.verbo.Conſecr.nu.4.& verbo. Cœmiterium.nu.5.& omnes alij.

85 Quid ſi celebretur in eccleſia polluta &c.

Nota Quinto. Ob multorum conſolationem, quòd licèt in Eccleſia ſic publice polluta, nõ ſit abſque vrgentiſſima cauſa, ante di ctam reconciliationem celebrandum, ſi tamẽ celebretur, nulla propter hoc incurritur irregularitas, ſed tantùm peccatum mortale committitur, per tex. in c.Is qui in Eccleſia, de ſent.excom.l br.6.Sot. 4.diſt.13.q.2.ar 3.Inn. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ.lib.3.tit.24.q.156. Silu. verbo, Conſecratio.2.in fi. Epiſcopus Papienſis, & alii, contra Hoſt. tenentem eſſe irregularem.

86 Celebrans fit ſuſpenſus &c.

Nota Sexto, & aduerte diligẽter, quòd etiam ſi talis ſacerdos ibi celebrans, non eſſet ſtatim irregularis, eſſet tamen ipſo iure ab ingreſſu Eccleſię ſuſpenſus. per tex. in c.Epiſcoporum. de Priuilegijs.lib.6. in qua ſuſpẽſione ſi celebraret, ante abſolutionem ab illa, eſſet irregularis, vt ex d.c.Is qui, & Lapo. probat Silu.ſup.in fi.

Nota Septimo. Corpora à ſchiſmaticis ſepulta, Altaria 87

De ſchiſmaticis celebrantibus, &c. in quibus tales Schiſmatici celebrarunt, non eſſe reconcilianda, vt habetur in c.A nobis. de Sacram. non iterand. Raym. quem refert, & ſequitur Summa Confeſſ.lib.3. tit.24.q.158.

88 *De paganis ſepultis in Cœmeterijs.* QVid autem de Cœmiterijs, in quibus Paganorum corpora ſunt ſepulta, vel hæreticorum? Reſp.ſecundum tex.in c.Eccleſiam.de conſecr.diſtin.3.& Hoſt.quem refert, & ſequitur Sũma Confeſſ.q.159.ſupra, quòd nõ ſunt conſecranda.

89 *De excommunicatis.* QVid ſi ibid. corpora excommunicatorum ſunt ſepulta? Reſp.Talia loca eſſe reconcilianda, vt in cap.Conſuluiſti. de conſecr.Eccle. vel Alt.Et in tali caſu, ſi oſſa diſcerni poſſunt, procul ſunt abiicienda & pellenda, vt patet in cap.Super quædam.de ſtatu Monach. & in c.Sacris, de ſepulturis, in qua Eccleſia, vbi excommunicatus ſepultus eſt, ſi eius oſſa diſcerni poſſunt, celebrare non licet. text.in c.Eccleſiam.1. & 2.de conſecr.diſt.1.vbi gl. & tenet Summa Confeſſ.libr.3.tit.24.q.159.Tabie. Silu.Armil.& alii.

§.*Primo.* ¶ *Dicto de caſibus in quibus a iure eſt Eccleſia interdicta; oportet notare caſus in quibus ſepultura Eccleſiaſtica à iure interdicatur.*

90 *Quis ſepeliat.* CAſus in quibus Eccleſiaſtica ſepultura interdicatur notare volentes, conſiderare oportet, aliquem ſepeliri poſſe per Clericos, vel per laicorum manus, quia clerici aliter puniuntur, quam laici, vt infra, videbimus.

PRimus, ergo caſus, in quo negatur, eſt in hæretico, cui negatur à iure, vt in c.Sicut, de hæreticis, & tradit Sum.Confeſſ.lib.1.tit. 16.q.3.Silu. & alii. verbo ſepultura.Armil.nu.18.qui allegat.c.ſane. 24.q.2.Simon Maiolus.de Canonicis impedi.lib.3.c.23.nu.18.Epiſc. Papienſ.de interdicto, in fi.& colligitur ex Nau. c.25.nu.132. Quod procedit etiam in eorum fautoribus, receptatoribus, ac defenſoribus.c.Quicunq;.de hæret.lib.6. 91 *Sepultura negatur hæretico.*

SEcundus caſus. Sepultura Eccleſiaſtica eſt interdicta excommunicato maiori excommunicatione notato, etiam iniuſte. text.in c.Sane.24.q.2.c.in noſtra.de ſepul. Cle.1.de ſepul. & notata in c.Literas.de reſtit.ſpol. 92 *Excõicato.*

CIrca quod eſt notãdum, quòd cum per Extrauag.Ad euitanda ſcandala, (quam declarauimus ſupra de maiori excomm.) non teneamur excommunicatum vitare viuum, niſi fuit publicus clericorum percuſſor, vel publice, & nominatim denuntiatus: ita nec mortuum vitabimus, quamuis Doctores antiqui dicant ſepulturam excommunicato notorio negandam. Ratio eſt, Quia cui communicamus viuo, debemus communicare mortuo.c.Ex parte.capit.Sacris.in principio de ſepult. 93 *De excõicato non declarato.*

EX dicta reſolutione infertur ad quæſtionem.An ſit neganda ſepultura minori excommunicatione etiã notoriè ligato? Reſp. quòd licèt Summa Confeſſ.libr.3. tit.16.q.3. & Silu. verbo Sepultura.nu.9.verſic.10.cum aliis, teneat etiã procedere in minori notoria; oppoſitum tamẽ eſt tenendum cũ Innoc.in c.Sacris.de ſepult.refert, & ſequitur Armil.verb.ſepultura. nu.16. 94 *Quid de minori excõ. notoria.*

nu.6. Quod patet clare per regulã ſupradictam: Cui cõmunicamus viuo,&c. At clarum eſt,quemcunque excommunicatum minori excommunicatione, etiam notoriũ, non eſſe in vita vitandum, ſecundum omnes;ergo,nec in morte.

95 Negatur iudæis. TErtio. Sepultura negatur omnibus Iudæis, Paganis atque infidelibus, dum in ſua contumacia,& pertinacia perſeuerant, per text.in c.Eccleſiam. de Conſecrat. diſtin.1.Ang.Silu. Armil. Summa Confeſſor.Epiſcopus Papienſis,& Maiolus,ſupra.

96 De admittente excõmunicatũ. Semetip. QVarto.Si quis in ſua Eccleſia excommunicatũ admiſerit, eſt ipſo iure excommunicatus,text.in cle.1.de ſepult.Maiolus.ſup.num.18.contra Specul. in tractatu de diſpẽſatione. §.Iuxta. verſic. Quid ſi ſacerdos: dicentem ſacerdotem admittẽtem ad ſepulturam ſcienter nominatim excommunicatum non eſſe irregularem. Cuius ſententia vera erat ante dictam Clem.1.de ſepult.

97 ſos interficientibus negatur. QVinto. Semetipſos interficiẽtibus quomodocunq; negatur eccleſiaſtica ſepultura, vt in c. Placuit.23.q.5. etiam ſi ex honeſta cauſa hoc faciãt.c. Ex parte. de ſepult. Quod eſt intelligendum, quando ſunt mentis compotes; Si autem ex furore,vel freneſi,vel ex inſtinctu Spiritus ſancti, (vt Samſon.Iudicum.16.) ſe interimunt,non negatur eis ſepultura, vt ait Armil.verbo. Sepultura.nu. 18.Vide de hoc,in Summ.Confeſſ. lib.1.titu.16.q.3.Silu.& alios,de illo qui ſe fugiens iactat in flumen.

98 Negatur interdictis. SExto.Sepultura negatur omnibus interdictis publicè denuntiatis, vt habetur iure antiquo, in c.In noſtra. de ſepul.& iure nouo, in d.Extrau. Ad euitanda ſcãdala.

SEptimo. Eſt ſepultura Eccleſiaſtica neganda vſurarijs manifeſtis,in eodem vſurarũ peccato decedentibus.tex. in c.Quia in omnibus,de vſur.c.Quanquam. de vſuris.6.text.in Cle. Eos qui propriè. de ſepult. tradunt omnes,ſupra,& Nauarr.c.17.nu.279.cum ſeq.Sot. lib.6.de iuſt.& iur.q.1.arti.1.apud quos vide quis dicatur manifeſtus in hoc caſu, & diximus ſupra. 99 Vſurariis negat. &c.

OCtauo.Eidem etiam,qui vſurarium talem ad eccleſiaſticam ſepulturã admiſerit, negatur Eccleſiaſtica ſepultura, quia ipſo iure eſt ſuſpenſus, p tex.in c.Quia in omnibus,de ſepult.tradit Maiolus.lib.3.c.23.nu.18.Nauar.ſup. 100 Negat admittẽti vſurarium.

NOno. Eccleſiaſtica etiam ſepultura (meritò) negatur illi;qui (iuſta non excuſante cauſa) ſemel ſaltem in anno peccata ſua fideliter non fuerit confeſſus, vel non acceperit in Paſchate Diuinũ Euchariſtiæ Sacramentum, per text.mirabilem. in cap.Omnis,de pœnit.& remiſſ. 101 De non cõfitentibus, ſua peccata.

Pro quo Nota,quod quotieſcũque quis confitetur, & culpa ſua non abſoluitur à ſacerdote, vel aliquod peccatum mortale, vel circunſtantiam neceſſariam in Confeſſione tacet, ita quòd confeſſionem reddat nullam, ideoq; iterandam,eſt idem ac ſi non fuiſſet confeſſus. Ideo iudico illi eſſe ſepulturam negãdam, ſi hoc manifeſtum eſſet,de hoc diximus ſupra,de Cõfeſſione in 1.par. Quãdo ge non ſatiſfaciat præcepto.

DEcimo. Nec ſunt in Eccleſiaſtica ſepultura ſepeliendi raptores, vel incendiarij Eccleſiarum, qui in extremis ſecuritatem præſtare nequiuerint, quamuis contriti,confeſſi,& viatico refecti 102 De raptoribus. & incẽdiarijs.

decedant, per tex. in c. Super eo. de raptoribus. Ratio eſt, vt in eo in quo quis deliquit, in eo puniatur. c. Quòd à viro. 12. q. 2. gl. in c. Neq; apud. 88. diſt.

103 De ſacerdote admittente. NOta tamen primo circa hoc. Quòd etiam ſacerdos, qui eũ ſcienter admiſerit, vel ſepulturæ comes extiterit, eſt ordinibus, beneficioque priuatus, vt probat Maiolus. ſupra. nu. 19.

104 De notorio incendiario. SEcundo Nota. Hoc habere locum in notorio incẽdiario, vel raptore Eccleſiarum, Si autẽ ſacerdos in confeſſione ſciret aliquem talem eſſe ſecretũ, tenetur ſeruare ſigillum, illique eccleſiaſticam dare ſepulturam, ſecundũ communem doctrinam, ſupra. in 1. par. tit. de ſigillo, datam.

105 De religioſo habenti proprium, &c. VNdecimo. Regulares omnes, qui decedunt habentes proprium, eccleſiaſtica priuantur ſepulturã, text. in c. Super quodam, de ſtatu Monach. tradunt omnes Canoniſtę, ibidem, & omnes ſummiſtæ. ſupra.

106 Quid ſi accedat licẽtia ſuperioris. PRo quo Nota primo. Quòd etſi licẽtia ſuperioris acceſſerit, & in mortis articulo non reſignauerit, nihilominus negabitur ei eccleſiaſtica ſepultura. tex. in d. c. Super eo. & c. Monachi de ſtatu Monach. Ratio huius eſt, (licet à Doctoribus non reddatur.) Quia peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum. text. in regula, Peccatum. de reg. iur. in 6. Cùm ergo pateat, quod quidquid acquirit ſeruus, acquirit domino, & quicquid acquirit Religioſus acquirit Monaſterio. & talis velit tãquàm dominus vti bonis illis, inuito domino; & per conſequens peccet mortaliter; & in eo propoſito decedat, videtur impœnitens, & per conſe-

Peccatum non dimittitur. &c.

quens, tali deneganda eſt ſepultura eccleſiaſtica, vt infra videbim?.

QVod, ſi olim iure antiquo verum erat; hodie à fortiori maiorem habet vim, & efficaciam, cùm per Concil. Triden. Seſſ. 25. cap. 2. de reformatione, de regularibus: iſta omnia priuata pe culia regularibus omnibus ſint (meritò) interdicta. 107 Quid circa hoc in Cõcil. Trid.

DVodecimo. Laicis omnibus decimas eccleſiæ debitas iniuſtè detinentibus Eccleſiaſtica eſt interdicta ſepultura. tex. in c. Prohibemus. de decimis. Communis ibid. & vbique. 108 De laicis non ſolut. decimas.

DEcimotertio. Blaſphemi in Deum, & Sanctos, pœnas in tales ſtatutas, & irrogatas ſuſcipere renuẽtes, dum viuunt, tales morientes carebũt Eccleſiaſtica ſepultura. c. Statuimus. de maledicis. Ita ait, & interpretatur Epiſcopus Papienſis. in fi. de interdicto. Summa autem Confeſſ. lib. 1. tit. 16. q. 5. Sic ait: Blaſphemus Dei, nolens pœnitere: ſed verior, & conformior mihi videtur prima expoſitio. 109 De blaſphemis.

DEcimoquarto. Morientes in peccato mortali Canones nõ admittunt ad eccleſiaſticam ſepulturam, pro quo Simon Maiolus ſupra allegat. gl. in c. Monachi, de ſtatu Monach. & tex. cum gl. in c. Pro obeuntibus. 13. q. 2. Sum. Confeſſ. lib. 1. tit. 16. q. 3 citat text. in c. Non æſtimemus. c. Quæſitũ. c. Quibus. & c. pro obeũtibus. 13. q. 2. & text. in c. Placuit. 23. q. 5. & c. Quicunq; clericus. 23. q. 7. Silu. verbo, ſepultura. nu. 9. verſi. 7. allegat text. cap. Quibus. c. Non ęſtimemus. 13. q. 2. Armil. verbo, Sepultura. ſup. allegat text. in cap. Cum grauit. 13. q. 2. Quare miror Reuerendiſs. D Epiſcopum Papienſ. dixiſſe in fine, de inter- 110 De morientibus ĩ peccato mort.

interdicto; non inueniſſe textum pro hoc caſu.

111 Demortuo in hæreſi ſecreta.

DEcimoquinto. Illi, qui poſt mortem comprehenduntur infecti de hæreſi, & probantur, exhumantur, & extrahuntur ab eccleſiaſtica ſepultura. per text. in c. fine. 24. q. 2.

112 De mortuis in torneamẽtis.

DEcimoſexto. Omnibus illis, qui in torneamentis moriuntur, vel mortale vuln. acceperint, negatur ſepultura. cap. 1. de torneamentis. Hoſtiẽ in rub. de torneamẽ. quẽ refert, & ſequitur Sum. Conf. ſup. Maiolus. & alij ſup. Quod tamen eſt intelligendum de illo, qui venerat cauſa ſe exercendi in torneamẽtis, & de eius armigero, nõ autem de alijs ibidem aſſiſtẽtibus gl. in c. 2. de torneam. quam refert, & ſequitur Summ. Confeſſ. ſupra. Intellige ſecundo hoc procedere, etiam ſi talibus vulneratis morti propinquis detur abſolutio a peccatis, & ſacroſanctum Euchariſtię ſacramentum præbeatur. Nam, nihilominus negatur eccleſiaſtica ſepultura, in aliorum terrorem. text. d. c. 1. & Doctores. ſup. Quod; Tertio (licet nullus dicat.) Ego intelligerem de illis torneamentis, quæ magno armorum conflictu in equis exercitantur; ſecus in alijs, quę homines pedeſtres in aliquibus feſtiuitatibus facere conſueuerunt. In quibus ſine dubio (vtraque enim his oculis vidi) multo minora ſunt pericula quã in primis, in quibus ſolo equorum curſu aliquando multi uitam breui finierunt, ut alia omittam, quæ unuſquiſque poterit conſiderare.

113 De illis quibus eſt ingreſſus Eccleſiæ interdictus.

DEcimoſeptimo. Omnibus illis, quibus in uita eſt ingreſſus Eccleſiæ interdictus, eſt etiam in morte Eccleſiaſtica ſepultura interdicta, per text. in c. Is qui. de ſentẽ. excom. lib. 6. tradit Silu. ſup. verſi. 11. & Armil. ſup.

114 De relinquẽte tutorẽ ſuorum filiorum ſacerdotem.

DEcimooctauo. Illi, qui ſacerdotem filiorum ſuorum relinquit tutorem, eccleſiaſticam eſſe negandam ſepulturam, ait text. in c. Neque apud. 88. diſtin. Sed contrarium tenet gl. ibid. quam refert & ſequitur Silu. & Armil. ſupra, & merito (quidem) eſt tenendum contrarium. Primo, Quia actus ille de ſe non eſt malus. Secundo, Quia cum Canon ille non ſit alicuius Concilij Decretum, uel ſummi Pont. Conſtitutio; ſed tantum D. Cipriani dictum non ſeruatur ille rigor, quia ſanctus ille hoc pręceperat ad aliorum terrorem ſecundum gl. ibid.

115 De puero decedente ſine baptiſmo.

DEcimonono. Puer abſque baptiſmo decedens, & ille qui ab vtero matris mortuus extract. eſt, non debet in ſacro loco ſepeliri, neque cum matre etiam mortua; ſecus, ſi puer in vtero mortu. eſt ſimul cum matre, quia cum ſit pars matris integra debet abſque, ſciſſura in ſacro ſepeliri, text. in c. Si qua. de Conſecra. diſt. 4 Hoſt. & alij quos refert, & ſequitur Silue. verbo, ſepultura. nu. 10.

116 V. Puer ſine catechiſmi. ſit in eccle a ſepeliendus?

EX qua reſolutione infertur ad quæſtionem. V. Puer baptizatus in neceſſitate, ſine Oleo, Chriſmate, Sale, & alijs ſanctæ Eccleſiæ ſolemnitatibus, & exorciſmis, ſi moriatur antequam illa in Eccleſia ſuppleantur, poſſit in loco ſacro ſepeliri, & cum qua ſolemnitate? Reſpõ. ſecundum Nauar. c. 22. nu. 6. non ſolum poſſe, ſed debere in ſacro loco ſepeliri cum Cruce, & aliis ſolemnitatibus, quæ ſolẽt in ſepultura paruulorum ſolemniter Baptizatorum fieri.

117 De morientibus in duello.

117 Vigeſimo. Omnibus decedentibus in duelli conflictu, negatur Eccleſiaſtica ſepultura, vt patet in Conc.Tridẽ.ſeſſ.25.de reforma.c.19.& tradit Simon Maiolus, de Canonicis impedimẽ.lib.3. c.23.nu.20. & Epiſcopus Papienſ. de interd.cto.in fi. Nauar.c.11.nu. 39.& diximus late ſupra, de ſuſpẽſione in 25.ſuſpenſione.

118 De cõgreſſum facientibus cum Tauris &c.

118 Vigeſimoprimo. Omnes in ſpectaculis cum Tauris, & alijs feris congredi audentes,& in ea agitatione morientes priuantur eccleſiaſtica ſepultura per Bullã Prj V. quæ incipit: De ſalute gregis,& tradit Epiſcopus Papienſ. ſupra; quàm Bullam ponit, & optimè declarat Nauar.c.15.nu.19.

§. *Secundo.* ¶ *Dicto de interdicto a iure, longiori ſermone, quàm nullus alius ſupereſt, vt de interdicto ab homine, quæ neceſſaria ſunt, ponamus.*

119 Quotuplex ſit interdictum.

119 Quæritur ergo: Quotuplex ſit interdictum ſiue à iure, ſiue ab homine? Reſp. quòd licèt Silu.verbo, Interdictum.3.nu. 2.& alij confusè diſtinguant, eſt tamen clarior hęc diſtinctio.ſ.interdictum eſt triplex, locale tantùm, perſonale tantùm, locale, & perſonale ſimul. Locale tãtùm illud eſt, quo ſolus locus interdicitur.

Quod etiam eſt duplex, generale quo interdicitur locus generalis, vt Regnũ aliquod, vel Prouincia, Diœceſis, Ciuitas, vel Oppidũ, aut Parochia, Speciale locale illud dicitur quo aliquis particularis locus interdicitur, vt Eccleſia, Hoſpitale, Heremitorium, &c

Pro cuius declaratione Nota: quòd quãdo interdictum hoc particulare comprehendit multa loca, dummodo ſint particularia, non dicitur generale, ſed particulare, vt v g. quando multæ, vel aliquot Eccleſię alicuius Ciuitatis interdicuntur, etiam ſi omnes Eccleſiæ totius Ciuitatis, Diœceſis, Regni, vel totius orbis interdicantur. Quod tradit Nauarr.c.27. nu.166. ex Calderino Domin.Peruſino,& communi.in.c.Præſenti. de ſentẽr. excom.libr.6. Sed re vera, quando tot Eccleſiæ quot ſunt in vna Ciuitate, Prouincia, vel Regno interdicuntur; non video quare non dicatur potius generale, quàm particulare? Sed admitto, quia ſic etiam admittit Sum. Confeſſ. Silu. Ang. Armilla, Maiolus, Epiſcopus Papienſ. Sotus,& alij. 120 Quid quãdo particulare cõprehẽdit multa loca.

Quod videtur cõfirmari ex eo, quia Nauarr. ſupra reijcit interdictum ſingulare poſitum ab Angelo.verbo, Interdictum.1.§.1.

Interdictum perſonale tantùm, illud eſt, quando ſolùm perſonę interdicuntur, non vero locus. Perſonale, iterum eſt duplex, generale, quo aliqua hominum communitas, vel vniuerſitas interdicitur, vt quando interdicitur populus, Ciuitas, Prouincia, Collegium, vt ex c.Si ſententia, de ſent.excomm. lib.6. tradunt omnes ſupra. 121 Interdict. perſonale.

Perſonale particulare ĩterdictũ illud eſt, quod ſingulares perſonas vnã, aut multas, certas, aut incertas, interdicit, vt quando datur contra hoc, vel illud facientẽ. 122 Interd. perſonale particulare.

Tertia ſpecies interdicti eſt; quando interdictum eſt locale ſimul,& perſonale, quod interdicit locum, & perſonam. Exemplũ eſt (ait Nau.ſup.) de interdicto 123 Interd. locale & perſonale ſimul.

ambu-

ambulatorio, quando. ſ. perſona particularis interdicitur cum loco, ubi fuerit (ad modum diaboli, qui quocunq; ſe vertat, portat ſecum pęnam) vide Armil. nu. 4.

124 Quis poſſit interdicere.

QVæritur. Quis poſſit interdicere? Reſpon. quod cùm interdictum Eccleſiaſticum, ſit cenſura, quemadmodũ excommunicatio, & ſuſpenſio, vt in c. Quærenti, de verb. ſignific. patet illum poſſe interdicere, qui excommunicare, & ſuſpendere, ut tradit Inn. & Hoſt. in gl. c. Quæſiuit, de iis quæ fiunt à maiori parte capituli, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 228. Sylue. verbo: Interdictũ. 3. nu. 2. & 3. Ang. Tab. Armill. & alii. Nauarr. c. 27. nu. 168. Maiolus, & Epiſcopus Papienſ. ſupra. Epiſcopus Scalenſis, de interdicto. cap. 15.

125 Papa põt interdicere.

SEd quamuis dicta generalis concluſio omnes comprehendat habentes iuriſdictionem: Quæritur, in particulari, quis poſſit interdicere? Reſp. Primo Papã per vniuerſam Catholicam Eccleſiam quæcunque interdicta ferre poſſe. text. in c. Tanta, de exceſſib. Prælat. ubi, & ubique communiter Doctores.

126 Item Legatus.

SEcundo. Legatus per totam ſuæ Legationis iuriſdictionẽ. Imò etiam Delegatus contra ſuę iuriſdictionis Epiſcopum. tex. in c Sane, de officio delegati.

127 Subdelegatus.

TErtio. Idem, & Subdelegatus c. Ex literis, de offic. deleg. Et quamuis aliqui dicant, quod hoc poſſit quando in literis delegationis habetur clauſula illa conſueta. ſ. contradictores per cenſuram eccleſiaſticã compeſcendi; uerius eſt, id poſſe etiam ſi talis clauſula appoſita non ſit; maxime vbi eſt in iure de interdicto inferendo caſus expreſſus. c. de cauſis. §. illis, de officio deleg. Sylu. & alii.

QVarto. Idẽ põt ordinarius Epſ cõtra eos, q̃ ſunt ſuę iuriſdõnis, nõ tñ interdicere, aut ſuſpẽdere dẽt clericos, aut eorũ Eccleſias ppetuo, vel ad lõgũ tp̃s, niſi de capituli cõſenſu. c. 1. d̃ exceſ. p̃lat. maximè qñ ꝓcedit ex officio: Nihilominus in ſolius Pręlati ſnĩa, ſi ferat regulariter de iure, & cõſuetudine eſt timẽda, & tremẽda. tex. in c. 1. 11. q. 3. tex. ĩ c. Viſis. 16. q. 2. tex. in c. Cũ ab Eccleſiarũ, de offi. ord. 128 Ordinari' poteſt interdicere.

QVinto. Epſ electus, & cõfirmatus tm̃, licèt nõ ſit cõſecratus põt excõicare, ſuſpẽdere, & interdicere, quia hoc eſt iuriſdictionis. tex. in c. Tranſmiſſam de elect. 129 Epſ tm̃ electus & cõfirmatus poteſt &c.

SExto. Idem poteſt inferior prælatus ordinariam habens iuriſdictionem cõtra ſibi ſubditos. c. Cùm ab Eccleſiarum, de offic. ordi. c. Cùm inter. de conſuetu. 130

¶Septimo. Capitulũ etiã Sede vacante idem poteſt facere, cũ in omnibus habeat iuriſdictionem, tex. in ca. Is qui. de maio. & obed. & c. Ad abolendam, de hæret. 131

¶Octauo. Imo Canonici Eccleſiæ Cathedralis, etiam uiuẽte Epiſcopo, de ipſius tamen licentia alias non, in aliquo loco, vel Eccleſia interdictum ponere poſſunt. Vt habetur in cap. Quæſiuit, de iis quæ fiunt à maiori parte capituli, licet Sylu. abſolutè neget. 132

NOno. Et quod magis eſt, ſimplex Canonicus habẽs præbẽdã, cui annexa eſt Eccleſia, ut in c. Extirpandæ. de præbend. in qua ſecundũ conſuetudinẽ ſpecialem exercet iuriſdictionem illã poteſt interdicere. text. in c. Super eo. de præben. lib. 6. Idem ſi iuriſdictionem 133

nem habent in territorio ex conſuetudine. tex.in c.Nouit.de iudi. Nota tamen quòd illi qui habent hanc autoritatem interdicendi, poſſunt interdicere, tam locum, quàm perſonam generaliter, & particulariter vel quo ad aliquẽ actum, diuiſim, vel coniunctim, prout eis magis expedire videbitur.

134 V. Mulier poſſit interdicere.

QVæritur.Pro huius dubii declaratione, an mulier licet ſit Prælata, Abbatiſſa, vel prioriſſa, poſſit interdicere? Reſp. quòd licèt ſup. de ſuſpenſione dictum ſit tales aliquo modo poſſe clericos ſibi ſubditos ſuſpendere; interdicere tamẽ pro nulla re poſſunt, quemadmodum nec excommunicare, nec iudicare. tex.in c.dilecta.de maio. & obed.& c. de Monialibus, de ſent. excom. & c.Mulierem.33.q.5.

135 V. Capitulum poſſit interdicere.

QVid: Si Epiſcopus eſt abſens ab eccleſia, vtrum capitulũ poſſit tunc interdicere? Reſpon.quòd ſiue Epiſcopus ſit abſens ex iuſta, vel iniuſta cauſa, capitulum hoc poteſt facere, ſecundum Innò.in c. Ad abolendam, de hæret.quẽ refert, & ſequitur Summa Confeſſ.lib.3.titu.33.q.228.ad fin.& tangunt Sylu.& Armil. verbo, capitulum, & quædam pertinentia ad capitulum, vide in Concil.Trid.Seſſ.24.de reform. c. 1.& 16.& colligitur ex Naua. c.27.nu. 168.Dùm ait abſolutè illum poſſe interdicere, qui excommunicare.

136 Quis poſſit interdici.

QVæritur. Quis poſſit interdici? Reſp. Primò, hac generali concluſione: Omnes ſubditi poſſunt à prælato ſuo iuriſdictionem delegatam, vel ordinariã habẽre, interdici: alias ſententia à non ſuo iudice lata, non tenet, colligitur dicta concluſio ex tex.in c. At ſi clerici.de iudic. & ex c.ſane. de offi.dele Sum.Confeſſ. lib.3.ti. 33.q.229.Sylu. Interdictum. 3.nu. 1.Armil.& alij.Nauar.ſup.

137 Vniuerſitas an poſſit.

SEd Quæritur in particulari, quis poſſit interdici? Reſp. Primo. Vniuerſitatem, quæ non poteſt excommunicari, poſſe interdici, vt habetur in c.Romana. §.in vniuerſitatem, de ſent. excõ. lib.6.Sylue. Tab. ſumma Confeſſ. Armil.& Nauar.ſupra.

138 De loco.

SEcundo. Locus, qui nõ poteſt ſuſpendi, vt tradit Nauarr.in c.27.nu. 159. poteſt interdici. tex.in c.Si ciuitas. & ca. Si ſententia, de ſent.excom. lib.6.& omnes ſupra.

149 Religioſi an poſſint interdici.

VTrum, poſſint religioſi, & alii clerici exempti à poteſtate Epiſcopi, ab illo interdici? Reſp. quòd omnes exempti à prælatis, nõ poſſunt ab eis etiam indirectè interdici, vt habetur in c.cùm capella, & c.Quanto de priuileg.Innoc. Abb. Hoſt.& alij ibid.quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 33.q.229.Ang.Tab.Sylu. ſupra.q. 4.Armil.nu.25.& omnes.

140 Qui religioſi non poſſint &c.

QVod licèt ſit verum, fallit tamen in caſibus ſequẽtibus.ſ. ſi religioſus, vel alius exemptus habeat beneficium aliquod in Diœceſi alicuius Epiſcopi, vt ſunt multi religioſi curati maximè Bononiæ, tunc, non quatenus eſt exemptus; ſed quatenus eſt beneficiatus, poterit interdici per tex.in d.c.cùm capella.Hoſt.Sylu. Summa Confeſſ.& alij ſupra.

Secundo modo.Ratione delicti in diœceſi perpetrato, poterit ab Epiſcopo interdici.Syluest.exemptio. 5.nu.8.

Tertio. Ratione etiam contractus

ctus in Epiſcopi Diœceſi initi., poterit ab illo Epiſcopo, vel ſuperiore, in cuius territorio contractus fuit celebratus, interdici. Syluest. ſupra.

141 V Pueri cõprehendantur ſub interdicto.

EX ſupradictis infertur ad quæſtionem. Vtrum Pueri cõprehendãtur ſub interdicto, ita quòd tempore interdicti non poſſunt admitti ad diuina Officia? Reſp. in hac q. duas eſſe opiniones contrarias, Nauar. enim c. 27. nu. 168. ad finem obſolutè ait puerũ, vel infantem lactantem ubera, includi, & eſſe expellendum. Cuius cõtrarium omnino, tenet Sylue. verbo, interdictum. 2. q. 18. cum aliis, Couar. in ca. Alma mater. 2. par. §. 4. nu. 5. illatione. 12. Armill. nu. 17. & alii quos refert, & ſequitur Cord. in ſum. q. 60. tenet etiã Margallus in rubr. de celebrat. Miſſ. diſtinguentes inter puerum doli capacem, & nõ capacem. Doli enim capacem, omnes aiunt, excludendum, ſecus autem non capacem. Sed vt tantum uirum excuſemus, Notemus conuenit eius ſententiam eſſe ueram, & tenendam in terra interdicta, in qua nec etiã doli incapaces poſſunt ad diuina admitti Officia, vt aiunt omnes ſupradicti, quorum opinionem intellige, quando homines interdicuntur, & non terra.

142 Interdictũ quare ponendum?

QVæritur. Qua de cauſa ſit interdictum ponendum? Reſp. quòd licèt Hoſt. quem rẽfert, & ſequitur ſumma Confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 227. cum Inno. obſcurè, & indiſtinctè loquantur, reſolutiuè tamen eſt dicendum cum modernis, Interdictum nunquam poni abſq; culpa propria, vel aliena. vt ex multis tradit Nauar. capi 27. nume. 168.

COnſecutione. Quæritur quomodo ſit imponendum interdictum? Reſp. primo, quòd interdictum non debet inferri niſi præmiſſa monitione, vt ait tex. in c. reprehenſibilis, de appell. 143 Qño ſit ponendum?

Secundo. Quòd etiam debet in ſcriptis ferri, cum expreſſione cauſæ rationabilis, tex. in c. Medicinalis. eo. tit. lib. 6 & tradit Ang. Sylu. & alii. Armil. interdictum, in principio. Epiſcopus Scalenſis, de interdicto. c. 7.

QVæritur. V. interdicti ſententia lata ſuſpendatur per ſequẽtem appellationem, tex. in c. Ad hæc, de appella. omnes ſupra dicunt non ſuſpendi; benè autem per legitimam antecedentem. 144 V Suſpẽdat per appellationem?

EXpeditis ijs, quæ pertinent ad interdicti naturam, cauſam &c. (Ex Sylu. Interdictum. 2. & 3. Ang. Tab. & Armil. eod. ſumma Confeſſ. ſup. Epiſcopo Scalẽſ. d. c. 7. Couar. Sot. & Nauar. ſupra, & Ploue. de interdicto, & aliis) quædam notabilia proponã, quibus omnis ferè interdicti materia erit clara. 145

PRimo Nota. Quòd interdictũ inducit irregularitatem, per celebrationem, ſicut excommunicatio. per tex. in cap. ſi clericos. de ſent. excom. lib. 6. 146 Qñ interdictũ inducat irregularitatem.

¶Item interdicti abſolutio, fit mediante iuramento; de parendo, per tex. in c. Venerabili. de ſentẽt. excommunic.

NOta ſecundo. Quòd interdictum etiam iniuſtum ligat; & tenet, dummodo non ſit nullũ per tex. in c. ſententia. 11. q. 3. & ita ligat ſontes, & inſontes. ¶Impedit electionem actiuè, & paſſiuè. cap. Cùm dilectus, de conſuetudine. 147 Interdictũ ĩ ligetne.

¶Debet

¶Debet interdictum ab ipſis ſuperioribus obſeruari. ca. Cum ab Eccleſiarum, de offic. ordinarij. ¶Durante ſententia interdicti, nullus poteſt teſtari. c. Apoſtolicæ, de except. ¶Omnis interdictus eſt ſuſpenſus, ſed non è contra. Calde. de interd. ¶Cum interdicto extra diuina poteſt participari, niſi etiã participatio eſſet ſimpliciter interdicta. c. Epiſcoporum, de priuileg. lib. 6.

148 Qui cõprehendat in interdicto locali generali.

NOta Tertio. Quòd quando interdictum eſt locale, generale, vel particulare, vt quãdo populus, uel ciuitas interdicitur propter delictum Domini ſui; vel Rectoris; ſeu Gubernatoris dicti loci; vt quando (abſq; iuſta cauſa) delinquentem extrahit ab Eccleſia, &c. tunc locus tantum eſt interdictus, non vero perſonæ dicti loci. Quapropter incolæ, reis exceptis, & qui cauſam interdicto dederint, aut ad puniendum talem Dominum interdicti fuerint, poterunt alio in loco non interdicto ſacra audire, Sacramentaque recipere, ac in ſacro ſepeliri. Clerici etiam ibidem omnia ſacra peragere libere poſſunt.

Interdictũ qualiter ſeruandũ.

In loco autem interdicto, interdictũ omnino ſeruari debet (iuxta interdicti extenſionem, tenorẽ, ac Canonum declarationem) non ſolum ab incolis illius ciuitatis, vel loci interdicti, ſed etiam ab aliis ex loco non interdicto veniẽtibus, (exceptis Priuilegiatis, quibus priuilegia ſeruari debent iuxta illorum tenorem, & veram interpretationẽ) quia omnes interdicto obedire tenentur, quia locus interdictus omnibus eſt interdictus. Quare ſecundum Inn. quem refert, & ſequitur Armil. verbo, interdictum. num. 4. & Epiſcopus Scalenſis. ca. 7. locum aliquem interdicere nihil aliud eſt, quàm homines à certis Sacramentis ibi ſuſcipiendis, & à ſepultura eccleſiaſtica, atq; clericos a publica diuinorum celebratione itidem, ac Sacramentorum collatione interdicere, vt ſupra in definitione interdicti diximus.

PRo quo nota quarto, ꝙ quotieſcunq; in hoc tractatu dicitur, quòd ſepultura eccleſiaſtica prohibetur, non tantùm eſt intelligendum, cum defunctorum cadauera in loco ſacro ſepelientur, ſed etiam quando in loco non ſacro, ſed cum pompa funerali eccleſiaſtica ſepeliũtur, dummodo locus ille interdictus non ſit. Cald. & D. Ant. 3. par. tit. 26. c. 4. §. 1. 149 Sepultura prohibita quõ intelligatur.

NOta quinto. Quòd per quodcunq; interdictum prohibẽtur omnia diuina Officia, Sacramenta, & eccleſiaſtica ſepultura, vt patet ex c. Non eſt, de ſponſ. c. fin. de exceſſibus Prælat. ca. Quod inte. de pœnit. & remiſſ. c. reſponſo. de ſent. excomm. ca. Quoniam. c. fi. de ſent. excom. lib. 6. Nauar. c. 27. num. 171. 150 Quæ prohibeantur per interdictũ.

NOta ſexto. Quòd interdictũ perſonale particulare tantũ ſe extendit ad id, quod ibi explicatur, ita quòd ſolum includit perſonas nominatas, & actus in eo expreſſos, & qui includũtur in illis. Si autem nulli exprimantur, omnes qui uetantur interdictis, cenſentur incluſi. Quare ſi Titius ſimpliciter interdicatur, omne illud quod interdictum prohibet, cenſetur illi uetitum, atq; prohibitum. Interdicto autẽ Titio, quo ad miniſterium Altaris tantùm, reliqua omnia poterit facere. 151 Interdictũ perſonale particulare &c.

Si

152 Si autem fuerit alicui ingreſſus eccleſiæ interdictus, omnia diuina officia illi ſunt prohibita, intra illam; quia includuntur in prohibitione ingreſſus illius. Extra illã autem omnia poteſt facere: quia poteſt facere domi, vel in taberna culo, iuxta glo. in c. Is cui, de ſent. excom. lib. 6. & communem, aut in ſacello non erecto auctoritate Epiſcopi, perinde ac ſi nulla re eſſet interdictus, vt tradit S. Anto. 3. part. tit. 29. c. 2. §. 2. & alij quos refert, & ſequitur Naua. c. 27. n. 170.

153 De interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, &c.

SEptimo Nota. Quòd ille cui eſt Eccleſiæ ingreſſus interdictus, poteſt benè in eã intrare, preceſq; ibidem Deo fundere, quando Diuina Officia non dicuntur, vt ait glo. ſing. de excommunicato, in c. Qui ſtudet. 1. q. 1. Innoc. in ca. Nuper. de ſent. excom. Cald. approbatus per Anch. Domi. & Peruſinũ, in d. c. Is cui, de ſen. excom. quamuis aliqui contradicant, ſed male, ſecundum Nauar. ſupra. Non tamen poteſt audire Diuina, ſecundum cõmunẽ ſupra, contra Cald. tenentem poſſe. Poterit tamen dictus interdictus tranſire per eccleſiam, dum dicũtur diuina. Nauar. num. 179.

154 Diuina officia q̃ dicantur, &c.

OCtauo Nota. Quòd diuina Officia dicuntur quo ad pręſentem materiam, omnia illa, quæ continentur in Pontificali Rom. Miſſali, & Breuiario, aut in alijs legitimè ad vſum Ordinũ, & aliorum Sacramentorum, vel Sacramentalium, aut ad horas Canonicas dedicatis. Nauar. ſupra. n. 172. qui repræhẽdit Ang. verbo Interdictũ, 5. §. 4. & alios dicentes diuina Officia in hac materia eſſe officia diuina in Miſſali, & Breuiario cõtenta, vbi rationẽ veram reddit ſcilicet, quia multa ſunt in Breuiario, & Miſſali, quæ non ſunt diuina Officia, vt itinerarium clericorũ, Benedictio Menſæ, &c. & multa ſunt diuina Officia, quę non cõtinentur in Miſſali, vel Breuiario, ſed ſic in Pontificali.

155 De generali locali, &c.

NOno Nota. Quòd qñ fert̃ generale interdictũ locale contra totã Prouinciã, Regnũ, ciuitatẽ, vel aliũ locum intelliguntur ẽt interdicta Suburbia (Hiſpani, los Arrabales, Itali: i Burghi) & continentia ædificia, per tex. in c. 17. de ſent. excõ. lib. 6. qui ſic ait: Si ciuitas, caſtrum aut villa ſubijciantur eccleſiaſtico ĩterdicto; illorũ ſuburbia, & cõtinentia ædificia eo ipſo intelligi volumus interdicta. Nam licèt prædicta videantur alias murorum ambitu terminari, hoc tñ caſu ne vilipendi debeat ſentẽtia interdicti (quod fieri poſſet in illorum ſuburbijs, vel continentibus ędificijs, licitè celebrando, vt prius) expedit interpretationem fieri latiorẽ.

156 Suburbia, q̃ ſunt &c.

¶ Quæ autem, in hoc caſu dicantur Suburbia, & loca, vel ædificia continentia, nõ clarè conſtat apud autores. Quidã. n. dicunt illa ædificia eſſe, quæ per vnum milliariũ à ciuitatẽ diſtant. Alij dicũt (& melius) eſſe illa ædificia quæ ſunt extra vltimã portã ciuitatis, ſiue ſit porta clauſa, ſiue aperta, q̃ alio nomine dicimus ingreſſum, vel introitũ ciuitatis prĩcipalem, vel finalẽ. De quibus ædificijs vocãtur oẽs homines ad cautionẽ ciuitatis, & ſoluunt cões pẽſiones, cẽſus, vel tributa, vel quaſcunq; exactiones, cum ciuibus ciuitatis. Alij aũt (qđ ſecuriꝰ credo) in vnaquaq; ciuitate arbitrio prudẽtis iudicis eſſe relinquẽdũ. Armil. Syl. & alij Nauar. c. 27. n. 167.

Deci-

157 De interdicto generali populi, &c. DEcimo Nota. Quòd interdictum generale populi, id est quando ſolus populus interdicitur, illi qui ſunt illius populi nõ poſſunt ibidem, neque alibi audire diuina, &c. vt ſupra tetigi.

158 De clero interdicto, &c. VNdecimo Nota. Quòd interdicto clero alicuius loci, non cẽſetur interdictus populus, neq; locus. Nec è contrario, interdicto populo, intelliguntur clerici interdicti, c. ſi ſententia. de ſent. excom. lib. 6.

159 V. Appellatione cleri ueniant religioſi, &c. DVodecimo nota. Quòd quãuis aliqui dicant, ꝙ quando interdicitur Clerus non includuntur religioſi, quia eſt materia odioſa, & non extendẽda, vt ait Armil. nu. 10. ex alijs, & Epiſcopus Scalenſ. de interdicto, c. 7. Simon Maiolus, de irregul. lib. 3. c. 20. num. 5. & 6. Calde. tamen, quem refert, & ſequitur Sylu. interdictum 2. nu. 9. & Nauar. c. 27. nu. 167. cum Domin. in c. ſi ſententia, de ſentẽ. excom. lib. 6. dicunt ſub cleri nomine religioſos, & religioſas, conuerſos, & conuerſas, nouitios, & nouitias comprehendi.

160 Eccleſia interdicta, non eſt clerus interd. DEcimotertio nota. Quòd quãuis eccleſia aliqua interdicatur, non cenſentur eius clerici interdicti. Neque è contrà; quando clerici alicuius eccleſię interdicũtur; cenſetur eccleſia interdicta. arg. c. Per exemptionem, de priuileg. lib. 6.

161 Qñ teneamur ad obſeruationẽ interdicti. DEcimoquarto not. Quòd vnuſquiſq; tenetur ad obſeruationem interdicti, quando publice promulgatum eſt c. Quod dictis 16. diſt. Armil. nu. 6. Soto. Couar. & alij. Promulgatur autem in Hiſpania per trinam omnium campanarum confusè, & abſq; ordine pulſationem. Et ad talem ſeruandi interdictum obligationem, ſufficit, ꝙ quis ſciat vicinos, maxime Metropolitanam Eccleſiã ſeruare, & recepiſſe ſententiam. text. in c. 1. de poſtular. prælat.

162 V. Religioſi teneantur ſeruare interdicta, &c & qualiter & quibus caſib. ſit ſeruandum, &c. DEcimoquinto. Pro huius notabilis decimiquinti declaratione. Quæritur. V. Religioſi in ſuis eccleſijs teneãtur ſeruare interdictum poſitum in ciuitate illa, vel loco vbi ſunt? Reſp. Quod licèt olim, per tex in Cle. 1. de ſent. excomm. ſint excommunicati religioſi non ſeruantes interdictum eccleſiæ matricis: Hodie tamen (vt nullus eſſet dubitandi locus) nouiori iure Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 12. de regularibus, ſtatutum eſt, quòd cenſuræ, & interdicta nedũ à Sede Apoſto. manantia, ſed etiã ab ordinarijs promulgata, mandãte Epiſcopo à regularibus in eorũ eccleſiis publicentur, atq; ſeruentur. Pro cuius decreti declaratione aliquas concluſiones in mediũ libuit proferre.

¶ Prima Concluſio. Omnes religioſi tam Mendicantes, quàm nõ; & omnes alij clerici, qui religioſi ſunt & pro talibus habentur, tenẽtur ad interdicti obſeruationem. gl. in d. Clem. verb. Religioſi. recepta communiter, Ang. Sylu. interdictum. 2. Armil. nu. 6. Couar. Sotus, & Epiſcopus, ſupra. Nauar. c. 27. nu. 146.

¶ Secunda Concluſio. Supradicta non obligant ſupradictos in interdicto, vel ceſſatione ſpeciali, ſed tantùm in generali, vt quando tota ciuitas, uel locus interdicitur.

¶ Tertia Concluſio. Quòd etiã ſi interdictum, vel ceſſatio ſit inualida, vel nulla aliqua iuſta cauſa; nihilominus tenentur ſeruare

gl.

glo.in d.Clem. approbata communiter. Ratio eſt, quia non pertinet ad eos de validitate, uel nullitate interdicti iudicare.

¶ Quarta. Vt incurratur hæc excommunicatio, oportet ut interdictum non tantùm ſeruetur ab aliquibus Canonicis, ſed quòd portionarii, & alii Capellani obſeruent.

¶ Quinta. Quando in oppido non eſt Cathedralis, vel Matrix Eccleſia, ſed tantum plures Parochiæ diuiſæ, oportet vt omnes ſeruent interdictum ad hoc, ut religioſi teneantur. glo. verbo. Matricem. in d. Clem. 1. communiter recepta. Quod eſt verum, etiam ſi Parochialis, intra cuius ſitum eſt Monaſterium, obſeruet, ſecundũ Cald. Inno. & Imo. quos refert, & ſequitur Naua. ſupra, contra alios in d. Clem. 1.

¶ Sexta. Quamuis religioſi teneantur obſeruare, quòd Matrix obſeruat, etiamſi nullum ſit, non tamen ſunt immunes ab obſeruatione interdicti ualidi, licèt à matrice non obſeruetur. glo. celebris, & recepta. verbo, obſeruare. in d. Clem. 1. Imo incurrerent non ſeruantes, pœnas per alios textus poſitas. c. fi. de exceſ. Prælat. c. Authoritate. ca. Epiſcoporum, de priuileg. lib. 6.

¶ Septima. Supra dicta omnia habent locum in omnibus interdictis, & ceſſationibus generalibus poſitis à iure, vel ab homine quacunq; autoritate, ut bene determinat Bonifacius VIII. in d. Clem. 1. col. 19. contra limitationes Calderini, & Imolæ.

163 Qñ teneamur uitare &c.

DEcimoſexto. Nota. Quòd per text. in Extrauag. ad euitanda. Martin. V. quam (cum multis aliis) tradit, & explicat Nauar. ca. 27. nu. 35. & nos declarauimus ſupra, de ſenten. excomm. nullus tenetur ſeruare interdictum eccleſiaſticum à iure, uel ab homine generaliter promulgatum, niſi talis ſententia fuerit contra perſonam, Collegium, uniuerſitatem, Eccleſiam, communitatem, uel locum certum a iudice promulgata, uel denuntiata ſpecialiter, expreſſe tradit Sylu. interdictum. 2. §. 1. Armil. nu. 7. & 39. & omnes.

164 Epi nullã incurrunt cẽſurã &c.

DEcimoſeptimo Not. Quod nullus Epiſcopus, vel Prælatus ſuperior incurrit ſuſpenſionis, uel interdicti ſententias à iure, uel ab homine latas; niſi eorum peculiaris, & expreſſa mentio fiat, per text. in ca. Quàm periculoſum, de ſent. excomm. lib. 6. tradit Mandoſius. in Praxi ſignaturæ. titu. licentia, & Confeſſionale, & communiter omnes. Nauar. c. 27. nu. 161. §. 5. & nu. 165.

165 Quid qñ populu interdicitur.

DEcimooctauo Not. Quod quãdo populus interdicitur, omnes ſubeuntes onera, & honores populi, ſiue ſint Comites, ſiue Marchiones, vel Barones ſunt interdicti, cum de populo cenſeantur. Secus autem erit, ſi tales ſint ſui iuris, uel ex conſuetudine, uel priuilegio Imperiali, ita quòd in nullo participant cum corpore vniuerſitatis. Calde. Ploue, Sylue. Tab. & alij.

166 Interdicta Eccleſia. V. ſit capella interdicta.

DEcimonono Nota. Quod quotieſcunq; interdicitur Eccleſia erit etiam interdicta Capella, & Cœmiterium, quæ ſe contingunt, per tex. in c. Si ciuitas, de ſent. excommu. lib. 6. Secus autem ſi non ſint contigua. Sicut polluta Eccleſia, intelligitur Cœmiterium contiguum pollutum, & nõ econtra.

Nec

Nec uno Cœmiterio polluto, aliud cohærens, muro mediãte erit pollutum. c. 1. de conſec. Eccleſiæ, uel; Alt. lib. 6.

167 De Eccleſia cohærenti.

EX quo ſequitur, quòd interdicta Eccleſia, vel Cœmiterio, alia Eccleſia cohærens interdictę, vel Cœmiterium, mediante muro alio interiecto cohærens, non intelligatur interdicta, de hoc vide Palud. 4 diſtin. 18. diximus ſupra, de caſibus quando Eccleſia ſit ob pollutionem interdicta.

168 Interdicta familia V. cõprehendat clericas &c.

VIgeſimo. Quòd quando interdicitur aliqua familia; ſecundum Innoc. quem refert, & ſequitur Armil. nu. 11. comprehenduntur etiam clerici de illa familia. Quia in hoc non videntur diſtingui. tenet Monal. quem refert & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 244. Maiolus infra.

169 V. Doctores clerici ueniãt nomine Doctorũ, &c.

VIgeſimoprimo Nota. Quòd quando in aliqua ciuitate, vel oppido interdicuntur omnes Doctores, etiam erunt interdicti Doctores Clerici, ſecundum Tab. quem refert, & ſequitur Armill. nu. 11. & dicit communiorem ſententiam Simon Maiolus, de irregul. lib. 3. c. 20. nu. 1. & Epiſco. Scalenſ. de interdicto. c. 7. Et quamuis Sylu. uerbo. interdictum. 2. nu. 17. teneat contrarium per glo. in c. Si ſententia. de ſent. excom. 6. Armil. tamen cum Tab. dicunt non probari ex illa glo.

170 Specialiter interdict', an ſit ubique, &c.

VIgeſimoſecundo Not. Quòd quicunq; eſt ſpecialiter interdictus, uel de populo interdicto, taliter quòd dedit cauſam interdicto, quocunq; ſe transferat, ſemper remanet interdictus (ut tetigimus, ſupra,) donec tollatur interdictum. cap. Alma. § Illis, de ſent. excomm. lib. 6. vbi omnes cõmuniter. Si autem non fuit in culpa; & omnino deſinit eſſe de populo interdicto, non eſt amplius interdictus, ita tenet Calde. de interdicto. Summa autem Aſtenſ. dicit talem indigere abſolutione cùm verè fuerit prius interdictus, & cauſa totaliter non ceſſat, quia populus remanet interdictus, licèt non fuit cauſa illius interdicti. Quæ ſententia ſecurior eſt, licèt Calderini ſententia poſſit ſuſtineri.

VIgeſimotertio Nota. Conſequenter, quòd ſi quis perpetuo banniatur de populo aliquo interdicto, non eſt amplius interdictus, niſi ſit ſpecialiter interdictus uel cauſam dederit interdicto, ſecus ſi ad tempus banniatur, ſecundum Calde. quia non totaliter ceſſat eſſe de populo interdicto. 171 De Bannito a populo interdicto.

VIgeſimoquarto Nota. Quòd ſi quis interdictus ingrediatur religionem, deſinit eſſe interdictus, poſt profeſſionem. Si autẽ ante profeſſionem de facto ordinetur, cùm non eſſet ordinandus, tenet ordinatio. argumento. tex. in c. Religioſo. de ſenten. excommu nic. lib. 6. 172 De interdicto intrãte religionem.

VIgeſimoquinto Nota. Quòd in obſeruatione interdicti ignorantia probabilis excuſat. ut ex glo. in Clem. 1. de ſent. excom. non autem craſſa. In quo notabiliter ait Abb. in c. Apoſtolicæ, de cleric. excom. miniſt. notab. 1. non oportere quem eſſe nimis curioſum in ſciendo, vel inueſtigando, dummodo non ſit nimis deſidioſus, & negligens. argum. l. Nec Supina. ff. de iur. & facti. igno. Nec etiam oportet omnibus credere, ut ait Palud. 4. di. 18. q. vlt. ar. 7. vni, uel paucis, quia 173 V. Ignorantia excuſet in interdicto &c.

quia qui cito credit leuis eſt corde; niſi ille, vel illi facerent dubiũ probabile.

174 V. Relaxandũ Interdictũ cũ cautione &c.

VIgeſimoſexto Nota. Quòd exiſtens culpabilis, vt (V.g.) Conſiliarius, Procurator, vel capitaneus, cuius conſilio, vel auxilio latum eſt interdictum, licèt ab eo cautio recipiatur de ſatisfactione & ei pœnitentia iniungatur; non tamen propter hoc relaxabitur interdictum, niſi principalis ſatiſfecerit, quo ſatisfaciente tollitur interdictum, vt ait gl. verbo. Relaxatio. in c. Alma mater. de ſenten. excomm. lib. 6.

175 De interdicto in arti. mort. &c

VIgeſimoſeptimo Not. Quòd quamuis in articulo mortis aliquis interdictus accipiat pœnitentiam tempore interdicti, & iuret ſtare mandatis Eccleſię, non tamen admittitur ad Eccleſiaſticam ſepulturam: cùm hoc ſit contrarium iuri. in c. Quod in te. de pœni. & remiſſ. ſecundum Io. de Deo, quem refert, & ſequitur Nicolaus Ploue. de interdicto. regula. 15.

176 De ſepultis tpe interdicti.

VIgeſimooctauo. Quòd illi, qui tempore interdicti fuerunt extra Cœmiterium ſepulti; ſi in illis apparuerunt ſigna contritionis tempore interdicti, relaxato interdicto ſepeliuntur in loco Sacro. Si autem fuerint ſepulti in Cœmiterio, non ſunt, relaxato interdicto, extumulandi, iuxta, glo. receptam. in cap. A nobis. 2. verbo. Forma. de ſent. excomm. Nauar. c. 27. nu. 176. ad fi.

177 Quod olim Cœmiteriũ hodie Eccleſia.

ADuerte tamen, quòd in hoc caſu, & in omnibus alijs, in quibus olim dicebatur: ſepeliatur in Cœmiterio; hodie intelligi debet de Eccleſia, vel loco Sacro; quia olim Epiſcopi, & alij Principes tantum ſepeliebantur in Eccleſia; omnes autem alij particulares in Cœmiterijs, vt patet, in multis iuris locis.

178 Quid qñ interdicit terra alicuius &c.

VIgeſimonono Not. Quòd qñ interdicitur terra alicuius Principis, intelligitur de ea terra, quæ eſt, vel ſimpliciter ſua, vel quo ad dominium iuriſdictionale, vel abſolutè propria, vel ea, quã tenet ab alio in feudũ, vel in emphyteuſim, quia in illis caſib. ſpectat ad eum vtile dñium, & de terra, quæ pertinet ad eum rõne dotis vxoris, quia maritus, conſtãte Matrimonio eſt Dominus Dotis vxoris, & de terra ſibi pignorata, ſi interdicatur terra, quã tenet.

Maritus eſt dominus dotis, &c.

Secus aũt, ſi interdicatur tm̃ terra ſua, ſcd̃m Io. Andr. Et ſi talis Dñs habet terras in diuerſis Prouincijs vel locis, & eas hẽt diuiſas, ſunt interdictæ. Secus qñ habent pro indiuiſo, ne innocens patiatur, ſcd̃m Arch. in c. ſi. 1. q. 4. Si verò talis acquirat terram de nouo, nõ erit interdicta, niſi in ſententia dicatur tam de ea, quam habet, q̃ de ea, q̃ habiturus eſt. Verum etiam ſi vendit, vel perdit terrã interdictã, remanet adhuc interdicta, cũ hoc ꝙ onus tranſeat cũ re ipſa. c. Paſtoralis. de Decim. quæ oĩa notat Cald. quẽ refert, & ſequitur Silu. & omnes, maximè Armil. nu. 18. & Nic. Ploue. regula. 43. Sed re vera, niſi tot, tantiq; auctores hoc aſſererẽt, diceremEgo, ꝙ quotieſcunq; Dominus ille vendidit, vel amiſit terram illam, remaneret libera ab interdicto, quia iam alius habet in illã dominium, qui nullã cauſam dedit interdicto. Maximè quia ſic prædictum eſt, ꝙ quando aliquis deſinit eſſe perpetuò de populo ĩterdicto, non eſt amplius interdictus, ſed tenendũ eſt cũ cõmuni

179 Quid ſi interdicatur collegium, &c. Trigeſimo nota. Quòd interdicto collegio, ſiue vniuerſitate, poſteà factus aliquis de vniuerſitate, interdictus cenſetur, ſecundũ Cald. de interdicto. q. 19.

180 Celebrãs in præſentia interdictorũ licèt nõ in Eccleſia interdicta, &c. Trigeſimoprimo nota. Quòd celebrans in eccleſia non interdicta licèt ſint præſentes interdicti, & excõicati, grauiſſimè peccat, celebrando corã eis, non tñ, fit irregularis; quia non habetur in iure expreſſum. Sed tñ talis, ſecundum Archid. in c. ſicut Apoſtoli. 11. q. 3. cenſeri debet ſicut ille, qui cõicat excommunicato in oratione, qui tantũ minori excommunicatione eſt excõicatus, & de iſto conſtat, quia non eſt irregularis, vt habetur in c. ſi celebr. de cleric. excom miniſt. & diximus, ſupra, in tractatu de minori excommunicatione. Nam hæc interpretatio ſiue extenſio de irregularitate, nõ eſt facta uſque ad excommunicatos, ſiue celebrantes coram excõicatis, imo è contra ſtatutum eſt, q̃ non ſunt irregulares. Et cum iſta irregularitas non ſit niſi per conſtitutionem eccleſię, & de celebrãtibus coram excommunicatis nõ ſit ſtatutũ, quòd ſint irregulares, non debent pro irregularibus haberi, ſecundum Inno. in c. fi. de exceſ. Prelatorum. Si autem talis ingerat ſe ſecundò officio ſuo, ſicut prius, erit irregularis, vt ait text. cum gl. 2. in c. Is cui, de ſenten. excom. lib. 6. Nicol. Ploue de interdicto regula 48. & 50.

181 De abſente quã collegiũ interd. eſt. Trigeſimoſecundo No. Quòd quotieſcunq; interdicitur populus, vel collegium, etiam videntur interdicti illi, qui aberant tempore interdicti, et ſi eſſent immunes a culpa, tenẽt Io. And. & Cald. in c. Si ſententia, de ſent. excom. lib. 6. quos refert, & ſequitur Armil. verbo, interdictum. nu. 16. & Maiolus, de irregular. lib. 3. c. 20, num. 1. in fin. per tex. in c. Non eſt, de ſponſalibus.

182 Qui teneãtur ſeruare vota Populi. Trigeſimotertio Nota. Quòd quemadmodum illi, qui nũc ſunt de populo aliquo, tenẽtur ad obſeruationem votorum, quæ talis populus antiquitus emiſerat, vt tenet S. Tho. 4. & ibi omnes, & in verbo. Votum. Nauarrus. ca. 12. in Manuali; ita quando Populus

183 De Populo interdicto per longũ tempus ? Aliquis fuit per longum tẽpus interdictus, omnes illi qui poſteæ nati ſunt, & repræſentant eundẽ Populum, erunt interdicti. ¶ Nec hic videatur alicui caſus impoſſibilis, cùm nuſquã toto orbe terrarum tanta cõtigerit interdicti ſeueritas, quanta Vrbini, tempore Martini IIII. Pontif. Max. Nam totis Triginta annis omnia Sacramẽta, etiam Baptiſmus ſublata fuerant, ita vt tandem, abſolutione ſequuta multi viri adulti baptiſmum ſuſceperint, & ob diuturnã ſacrorum deſuetudinem, Eccleſiaſticæ Cœremoniæ illis populis eo tempore quaſi noua res riſui habitæ ſunt, refert Gl. verbo. Inſurgũt in c. fin. de ſent. excom. lib. 6. Quæ glo. de Vrbino non meminit, quũ tamen de illo ſenſerit, quandoquidem proximè ante Ioan. Andreæ tẽpora contigerat cenſurari, quoniam Vrbinates Guidoni Montefeltrio fuerant in auxilium, qui Trigeſies Bellum Sedi Apoſtolicę mouerat, vniuerſamq; Flaminiã, (quam dicunt Romandiolam) ab Eccleſia ſeduxerat, vt referũt Annales, tenet Simon Maiolus. ſupra. nume. 2.

Quæ hiſtoria (viſis, & conſideratis omnibus ad hanc tertiã impreſ-

preſſionem (potius figmentum continere videtur, quam veritatẽ: Ad quod dicendum moueor, quia ex profeſſo vidi Hiſtoriam S. Ant. de Martino IIII. & ſpeculum hiſtoriale Vincentii, Supplementum Chronicarum, Faſciculum temporum, Chronicam magnam, Onufrium Panuinium, Petrarcam, & Platinam, de vitis Pontif. Guicciardinum, Chronologiam Sanſouini, Tarcagnotam, & alias hiſtorias Bibliotecæ S. Dominici, & noſtri inſignis Collegij Hiſpanorum Bonon. & in earum nulla talem hiſtoriam inueni. Reuerendiſs. Maiolus refert ſe ad annales, nec dicit, ad quales. Quare negotium ſatis dubium eſt. Gloſſa autem illa ſexti, tantum loquitur de auditu. Et credendum eſt, ſi hiſtoria eſſet vera Ioann. Andream Gloſatorem dicti capit. de tali hiſtoria notitiam aliquam habere potuiſſe; qui tantum dicit; Audiui. Vtcunque ſit, non derogando alicuius autoris dictis, & autoritati, omnia ueritati relinquo, quam ſemper tueri, abſque tertii alicuius nocumento procuraui.

184 De habitā. tib. in Suburbiis, &c.

Trigeſimoquarto nota. Quòd ciues alicuius ciuitatis, habitantes continuò extra ciuitatem, Suburbia, vel continentia ædificia (illi ſcilicet, qui vitam degunt ruralem in villis, vel poſſeſſionibus ſuis) interdicto populo, uel ciuibus ciuitatis, erunt & ipſi interdicti. Calderin. quem refert, & ſequitur Siluestr. interdictum. 2. nume. 15.

185 De veniente de nouo ad populū Iterdictū.

Trigeſimoquinto nota. Quòd illi, qui non erant de corpore populi, quando interdictum fuit latum, poſtea venientes, & adiungentes ſe tali corpori interdicto, erunt etiam tales interdicti. Silue. Interdictum. 2. numero 9. Armill. numer. 15. Epiſcopus Scalenſis. d. capit. 7.

Trigeſimoſexto nota. Quòd quando quis interdicitur ab aliquo actu diuina officia reſpiciente, non tantum actum illum expreſſum exercere non debet; ſed nec vllum alium, qui ſine illo exerceri non poteſt, vt (v.g.) interdictus a ſacerdotali miniſterio Pōtificali fungi non poteſt; quia ſine ſacerdotali non exercetur. Si autẽ ſit interdictus ab actu Pontificali, ſine Pontificalibus celebrare poterit: Et interdictus ab actu ſacerdotali, Euangelium cātare poteſt: Et interdictus a diaconatu Epiſtolā; quia cum maiora interdicta ſunt, minora nō comprehenduntur, per tex. in c. Ex literis. de excel. præla. & c. Significauit. de corp. vitiat. & c. cum illorum. de ſent. excom. quę iura allegat Epiſc. Scal. c. 7. 186 De interdicto ab aliquo actu diuini officii.

Trigeſimoſeptimo not. Quòd etſi religioſi omnes ad interdicti obſeruationem teneantur, vt ſupradictum eſt; Nullus tamẽ prælatus inferre poteſt interdictū contra exemptos, & priuilegiatos directè, uel indirectè, iuxta tenorem priuilegiorum ipſorum, niſi a ſede Apoſt. peculiare habeant indultū. Quamobrem prælati diligenter attendere debent ad obſeruationem priuilegiorum a ſede Apoſt. Religioſis conceſſorum, ne contra facientes Dei, & Apoſtolicæ ſedis indignationem, iuriſque Canonici pœnas incurrant. te x. in c. Quanto, de priuil. & uide ſup. nu. 139. 187 V Poſſit interdici religioſus a prælato eccleſiaſtico?

Trigeſimooctauo nota. Quòd ſi is, ob cuius crimen, vel delictum, interdictum poſitum eſt, illud non obſeruat, nihilominus tamen, 188 Vt tenentur obſeruare, licet quidā non ſeruent.

men, alij obſeruare debent; Secus ſi ille non cuſtodiat, in cuius gratiam ac fauorem interdictum exiſtit. tradit Epiſcopus Scalenſis. de interdicto. c. 16.

189 Qñ eſt nullũ interdictum.

TRigeſimonono Not. Quòd ſi is, qui auctoritatem non habet interdictum ponendi, illud ponat; vel etiam ſi habens deficiat in neceſſarijs, & eſſentialibus ad validitatem interdicti; interdictũ eſt irritum, ac nullum; & conſequenter nõ ſeruandũ, nec cuſtodiendũ; vide tex. in c. Ad noſtrã, de cõſuet.

190 Qñ interdictũ erit iuſtum &c.

AD hoc autem, vt interdictum ſit iuſtum; Quatuor (reſolutiuè) requiruntur. Primum eſt, competens præmonitio. Secundum: Cauſa rationabilis. Tertiũ, vt cauſa ſit publicè nota. Quartũ: vt ſententia fiat in ſcriptis, cum expreſſione cauſæ. De hoc vide. Armill. verbo. Excom. nu. 15. & communem, quam refert, & ſequitur Scalenſ. cap. 18.

191 V. Seruãdũ interdictũ iniuſtũ &c.

QVadrageſimo not. Quòd quãuis interdictum iniuſtum ſeruandum ſit, niſi eſſet inualidum ſimul, propterea, quòd Paſtoris ſententia iuſta, vel iniuſta ſemper timenda ſit: nihilominus tamen, lator ipſe incurret pœnas poſitas. in c. 1. de ſent. excom. lib. 6.

192 Qualiter ſit neceſſaria admonitio

QVadrageſimoprimo no. Quòd licèt, vt ſupradictũ eſt, neceſſaria ſit admonitio, non eſt intelligendum, vt quiſq; interdicendus, ſit admonẽdus; ſed tantum illi qui cauſam interdicti dederũt. Quod intellige quando eſt ab homine. In interdicto autem a iure, ipſa iuris cognitio pro monitione habetur.

193 De priuilegijs concelſis particularibus &c.

QVadrageſimoſecundo Nota: Quòd priuilegia, quòd aliqui excommunicari, vel eorum terræ interdici non poſſint, concesſa ſingularibus perſonis eccleſiaſticis, vel ſæcularibus, non extenduntur ad ſententias ordinariorum, quia ipſi tales excommunicare, & interdicere poſſint, niſi conceſſa fuerint Regibus, Reginis, vel eorum filijs aut religioſis, nõ ratione perſonarum, ſed ordinum, vel locorũ tex. in c. Ne aliqui. de priuil. 6. & tradit Sylue. interdictum. 3. nu. 4.

194 V. Locus poſſit interdici p debito pecuniario &c.

QVadrageſimotertio Nota: Quòd nullus locus poteſt interdici auctoritate ordinaria, vel delegata pro debito pecuniario, vel cuiuſuis pecuniæ quantitate; aliàs non tenet; niſi fieret de Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, & expreſſa licentia, per text. in Extrau. Bonifacij VIII quæ incipit: Prouide, de ſent. excom. Et qualiter, & de quo interdicto intelligatur, vide Sylu. Interdictum. 3. q. 5. Armil. & alios Nauar. c. 27. nu. 168.

195 De priuilegio conceſſo a Legato &c.

QVadrageſimoquarto Nota: Quòd Priuilegium cõceſſum à Legato de latere, quòd quis poſſit tempore interdicti celebrare, interdictis, & excõmunicatis excluſis: valet quantũ ad ſententias ſuas, & ſuorum ordinariorũ, niſi ſpecialiter à ſucceſſore reuocetur; Quod etiã procedere quo ad ſententiam Papæ, ait Laud. quem refert, & ſequitur Syl. ſupra. nu. 19. argum. text. in c. Dilectus. 2. de reſcriptis.

196 Forma ferẽdi interdictum.

QVadrageſimoquinto Nota. Quòd licèt ad ferendam interdicti ſententiam nulla ſit forma eſſentialis a iure determinata verborum, hęc quæ ſequitur communiter ab omnibus iudicibus proferri, & ſeruari conſueuit, videlicet.

Nos,

Nos, propter talem cauſam Eccleſiam talem, ciuitatem, Villam, Terram, interdicimus, vel ſupponimus interdicto.

Vt in c. Cùm in partibus, de verbo. ſigni. c. ſanè, de offi. deleg. ſumma Confeſ. lib. 3. tit. 33. q. 232. Ange. Sylu. Armil. & cõiter omnes.

197 De filijs ſpecialibus Papæ.

QVadrageſimoſexto Nota. Quòd ordinarius nõ poteſt ferre interdictum in receptos in filios ſpeciales a Papa c. 1. de uerbo. ſign. lib. 6. Nauar. nume. 164. verſi. 8.

§. 3. *De ijs, quæ prohibentur, vel conceduntur tempore interdicti, ſine priuilegio.*

198 Qui poſſint, uel nõ intereſſe diuinis &c.

QVadrageſimooctauo Nota. Quòd omnes qui non fuerint (ſaltim) prima tonſura initiati, nec habent aliquod priuilegium, non poſſunt interdicti tẽpore intereſſe diuinis officiis, quę (vt ſupradiximus) habentur in Miſſali, Bręuiario, & Pontificali, & pertinent ad uſum ordinum, ut ſunt Miſſa, Horæ Canonicę, ſepultura &c. Nauarr. c. 27. nume. 171. & infta.

199 V. Poſſint récipe oĩa Sacramẽta.

QVadrageſimonono. Nota. Quòd tales non poſſunt recipere omnia ſacramenta, ſed tantum ea, quæ ſunt iure diuino expreſſæ neceſſitatis, vt Baptiſmus, etiam ſolemniter, tam paruulis quàm adultis. ca. Quoniam. de ſent. excom. lib. 6. Calde. & omnes. Armil. nũ. 44.

200 De Sacramento Cõfirmatiõis. &c.

COnfirmationis autem Sacramentum, licèt non ſit pręciſę neceſſitatis ad uitam æternam (vt in 1. par. de ſacramentis in genere & de Confirmatione diximus) quia tamen, eſt velut complẽs Baptiſmum, conceditur omnibus, quibus Baptiſmus. d. c. Quoniam. Abb. in ca. Reſponſo. de ſententia excomm.

201 V. Sacra. Pęnitentię ſit adminiſtrãdum &c.

DE Sacramento autẽ Pęnitentiæ, loquitur hodie expreſſius tex. in c. Alma. de ſent. excom. lib. 6. ubi habetur, Omnes, etiam ſanos admittendos eſſe, niſi ſint excommunicati, &c. vt ibi patet, & tradit (declarãdo tex.) Couar. ibi. 1. p. §. 3. nu. 1. Qui ait, idem procedere, & licere etiam tempore ceſſationis à diuinis. ibid. §. 4. num. 7. col. 7. Nauar. Sot. & omnes. Maiol. & Epiſcopus Scalenſ.

202 De Sacra. Euchariſtiæ.

EVchariſtiæ vero Sacroſanctũ Sacramentum poteſt dari tãtùm, qñ conſtat obligare ſub præcepto Diuino. ſ. in articulo mortis, Ange. Sylue. Tab. & omnes. Armil. nu. 45. Nauar. c. 27. nu. 178. Couarr. ſu. §. 2. per text. in d. c. Quod in te, & Gl. in d. c. Alma. receptam cõiter. tex. in c. Pęnitentes. 50. diſt.

203 Et V. poſſit deferri ad infirmos, & qualiter?

PRo cuius adminiſtratione Nota. Quinquageſimo, ꝙ põt deferri ad infirmũ cũ omni illa ſolẽnitate, quæ ante interdictũ ſeruabatur, & poteſt pulſari Campanula ſolita. Itẽ in reditu ad Eccleſiã poterit ſacerdos Sanctiſs. Sacramentum, Populo oſtendere, ubi mos eſt. Cald. de interdicto. mẽb. 6. column. 19. & omnes, Partim, quia verè dignum, & iuſtum eſt æquum, & rationabile. Partim quia non eſt de actibus prohibitis per interdictum, conſpectus, Sanctiſſimi Sacramenti, niſi in Miſſa. Quòd autem, quando portatur Sanctæ Euchariſtiæ Sacramentũ, ſit portandum cum lumine probat tex. in c. Sacræ. de cœleb. Miſſ. tradit Armil. nu. 45.

EX ſupradicta reſolutione inferť. Primo ad Quęſt. vtrũ hoc 204

V. ſupradicta liceant in eccleſia ſpecialiter interdicta. habeat locum in Eccleſia, quæ eſſet ſpecialiter interdicta? Reſp. licere; duobus concurrentibus, videlicet, quòd nulla eſſet alia Eccleſia non interdicta, & quòd vrgeat neceſſitas. ita tenet Couar. in d. capit. Alma. 2. num. 7.

105 V Euch. ſit dāda dānatis ad mortem tēpore interdicti, &c. INſertur Secundo. Vtrum tempore interdicti poſſit ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum damnatis ad mortem adminiſtrari? Reſp. Quòd cum talis etiā dicatur in certo mortis articulo conſtitutus, à quo, niſi miraculosè poſſit (niſi ſententia reuocaretur) liberari, quòd debet ei dari ſecundum Couarr. in d. c. Alma. 2. par. §. 3. nu. 2. & 3. Silue. Interdictū. 5. nu. 9. verſic. Quarta exceptio. Cald. in Clem. 1. de Pœni. & remiſ. Epiſcopus Scalenſis. de interdicto. c. 7.

106 V. Danda exiſtentib. in periculo mortis, &c. INſertur Tertio. Ad quæſtion. Vtrum poſſit etiam dari exiſtētibus, non in articulo, ſed in periculo mortis, videlicet prægnantibus, intrantibus Mare, vel bellū? Reſpondeo, in hac quæſtione, Doctores non reſpondent abſolutè; ſed ꝙ ſi imminet probabile mortis periculum, debet dari. Abb. Io. And. & alii. quos refert Armil. nu. 5. Couar. d. num. 2. & 3. Ego autem tenerem quòd ſic.

107 V. Clericis danda ſit. &c. INſertur Quarto. ad Quæſtion. Vtrum omnibus clericis in maioribus, ſacerdote dempto, vel in minoribus ordinibus conſtitutis, qui tēpore interdicti, poſſunt Diuinis intereſſe, poſſit Euchariſtiæ ſacramentum miniſtrari? Reſpon. Quòd licèt Ang & Silu. verbo. Interdictum. nu. 9. verſi. Quarta exceptio, & quædam Manualia antiqua Eccleſiarum, teneāt, quòd ſic; verius tamen eſt contrarium; imò dandum non eſſe ſanis. etiam ſi ſint Clerici, ſacerdotes, vel religioſi; ſecundum Calde. de interdicto. memb. 6. col. 22. Fel. in cap. Alma. §. Adiicimus. de ſentent. Excōmun. lib. 6. quos refert, & ſequitur Nauar. c. 27. num. 178. in fi. Couar. in c. Alma. 2. par § 3. nu. 1. & § nu. 6. illatione. 11. Sot. 4. d. ſt. in. 22 q. 3. D. Ant. 3. par. tit. 26. c. 4 col. 3. compendium priuilegiorum. verb. Cōmunicare. §. 8. & poteſt colligi ex Glo. verb. Admittantur, communiter approbata. in c. Alma. de ſentē. Excommu. l b. 6. & Communis. ex Collectario, & aliis. In c Quod in te. de Pœnit. & remiſſ. text. in l. 15. tit. 9. par. 1. Hiſpaniæ.

INſertur Quinto. An quando adminiſtratur Cōmunio aliis, poſſint adeſſe Laici, ſine priuilegio? Reſp. quòd quamuis aliqui dubitauerint; tenendum eſt cūm Soto. 4. diſt. 22. q. 3. arti. 1. colum. 8. quòd ſic; Quia dare Communionem, neq; eſt Officium Diuinum, neque ſic aſtantes accipiunt aliquod Sacramentum; ſic enim adeſſe poſſunt dum communicatur, vel vngitur infirmus, vt tenent omnes ex vſu. 108 V. Poſſint adeſſe Laici ſine priuilegio ad adminiſtrationē, &c.

NOta quinquageſimoprimo, quòd quamuis ſacramētum Matrimonij non ſit de præcepto, reſpectu hominis particularis, vt ſupra. in 1. par. ſuo loco, diximus: Nihilominus tamen poterit tempore interdicti miniſtrari. Quod intellige de ſacramento, tantùm; ſacramentalia autē Matrimonij. ſ. Benedictio Nuptiarum dari nō poteſt: Ratio eſt, quia Matrimonium primario eſt cōtractus naturæ, cui deinde Chriſtus adiecit gratiā ratione ſacramenti. Ang. Silu. Armil. & omnes. ſup. Nauar. c. 27. nu. 179. Couar. ſup. §. 2. nu. 7. col. 7. 209 De ſacram. matrimonij tempore interdicti, &c.

Nota

210 Extrema Vnctio, an, & quib cõcedatur.

NOta Quinquageſimoſecundo. Quòd licèt tempore interdicti omnibus infirmis, morti propinquis, concedatur Pœnitentiæ, & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramentum, vt dictum eſt: nulli tamen, etiam ſacerdoti, vel Religioſo, niſi ratione priuilegij, poterit ſacramentum Extremæ Vnctionis adminiſtrari. vt ait text. in c. Quod in te. de Pœnit. & remiſſ. vbi Ioan. Andr. & alii. Silu. Armil. nume. 47. Abb. in d. c. Quod in te. Couar. Sot. & alii. Nauar. c. 27. nu. 179. quamuis Palud. in 4. diſtin. 18. q. 8. art. 5. in hoc dubio noluerit ſuam dicere ſententiam.

211 Sacram. Ordinis an, & quãdo poſſit miniſtrari, &c.

NOta Quinquageſimotertio. Quòd quamuis ſacramẽtum Ordinis, tempore interdicti, non poſſit adminiſtrari, i. quòd Epiſcopus non poteſt ordines celebrare, Nihilominus tamẽ, in caſu aliquo particulari, vt (v.g.) ſi occaſione peſtis, vel alterius calamitatis Parochi, & multi ſacerdotes obierint, poterunt tunc tales conferri: ſecundum Silue. ver. interdictum. 5. q. 7. Quod non eſſe improbabile ait Couar. in c. Alma: 2. par. §. 3. nu. 4. Imo mihi videtur probabiliſſimum, & omnino verum, cum neceſſitas careat lege, maximè ĩ hoc caſu, vbi fortaſſis, multi morerentur ſine confeſſione, ex ſacerdotũ penuria, & conſequenter condemnarentur multi.

212 Quid extra neceſſitatẽ cõferatur.

SEd quid ſi extra dictam neceſſitatem Epiſcopus ordinauerit, tempore interdicti in loco interdicto? Reſ. quòd incurret pęnas grauiſſimas à iure ſtatutas; ordinatus autem ſic, in dicto loco, non fit ſuſpenſus, niſi in ſua ordinatione miniſtret ſtatim in ordine ſuſcepto, vt ait Couar. ſup. §. 3. nu. 3.

213 De ſepultura tempore interdicti?

DIcto de ſacramentis recipiendis, uel non. Quæritur. V. tempore interdicti poſſit quis in loco ſacro ſepeliri? Reſp. (prout ſup. tactum eſt) tantũ Clericos, & alios priuilegiatos admittendos eſſe; dũmodo duo concurrant. ſ. ꝙ tales in vita interdictum ſeruauerint, Secundum, ꝙ fiat ſine funerali pompa, ut ex multis tradit Couar. in c. Alma mater. 2. par. §. 2. nu. 7. col. 6. Nau. c. 27. nu. 174. & nu. 176. qui, quamuis olim dicebat eſſe ſepeliẽdos in Cœmiterio tantum; nunc autem d. nu. 176. dicit ſepeliendos in loco ſacro Nic. Plone. Ang. Silu. Armil. & omnes communiter.

214 Clerici cõiugati, &c. quando dicantur Clerici?

NOta Quinquageſimoquarto. Quòd licèt Clerici coniugati (in minoribus. ſ. conſtituti) dicuntur Clerici; & ſi fuerint coniugati cum vnica, & virgine, & fuerint adſcripti, de mãdato ſui Epiſcopi, alicui Eccleſiæ, ut ſtatuit Concil. Tri. Seſſ. 23. c. 6. & 17. in fi. gaudeãt duplici priuilegio, canonis. ſ. & Fori: ſecundum omnes, maximè Sot. 4. d. 14. q. 3. a. 1. Nau. & Couar. ſup. §. 4. nu. 5. Illatione. 10. non tamẽ poterunt diuinis officijs intereſſe, & Eccleſiaſticam habere ſepulturã: niſi ubi talis conſuetudo eſſet, ut de Aragona, ait Nauar. d. nu. 174.

V. poſſit intereſſe diuinis.

215 Quid ẽ priuilegium canonis, & Fori.

CVius occaſione quærit. Quid ſit priuilegium Canonis, & Fori? Reſpõ. Priuilegium Canonis eſſe, ꝙ qui talem Clericum percuſſerit incurrat ſententiam excommunicationis latam in Canone. Si quis ſuadente. 17. q. q. 4. & in aliis multis iuribus. Priuilegium autem fori eſt, ꝙ non poſſit in criminalibus conueniri coram Iudice ſæculari. tradunt Doct. in c. ſi diligenti. & toto tit, de Foro compe.

216 NOta Quinquageſimoquinto.

Quæ cōcedebantur olim ꝑ multa iura, &c.

Quòd licèt olim, per quaſi infinita iura antiqua, quæ allegat Sylu. Sūma Cōfeſ.lib. 3.tit.33.per totū. Couarr. in d. c.Alma.Eps Scal.Armil.Sot.Nauar.& alij. in generali interdicto locali, non tm̄ Laici Diuinis intereſſe nō poterāt, ſed neque Clerici celebrare, niſi ſemel in hebdomada (vt dicitur) niſi eſſent Epi & his maiores, & habentes priuilegia, ut Fratres S.Dominici, Minores, ac alij Mendicantes qui per priuilegium Innoc. IIII. quod incipit. Vobis, & aliud Alexandri IIII. quod incipit: Deuotionis, & per mare magnum confirmarum à Sixto IIII.tempore generalis interdicti localis, in Tēplis, & Oratorijs ſuis, atq; alijs in locis Eccleſiaſtico interdicto ſubiectis, cùm ad ea ueniebant, poterāt ianuis clauſis, excōicatis, & interdictis expulſis, voce ſubmiſſa cāpanis non pulſatis, Diuina celebrare, & audire, & Sacramenta adminiſtrare, vel ſuſcipere, vt tradunt latè omnes, maximè Epiſcop. Scalenſ.de interdicto.c.7.

217 Qui multū emūgit elicit ſanguinem.

Sed, cùm qui multum emungit, neceſſe eſt, vt eliciat ſanguinem, & cū Alma mater Eccleſia videret per totū terrarū orbē, Chriſtianorū deuotionem minui, atque variis in locis, Hæreſes pullulare, decreuit textū.in ca.Nō eſt vobis.de ſponſ.c.Quod inte.de Penit.& remiſ.& tex.in c.Reſponſo.de ſent.excom. in quibus Baptiſmus paruulorum, pęnitentia morientium, & confirmationis Sacramentum, & confectio Chriſmatis, & tex.in c.Permittim9, de ſen. excō. vbi vna Miſſa qualibet hebdomada cōcedebatur, & alia antiqua iura ꝑ tex.in c. Alma q eſt vl. de ſent.excom.lib.6.limitare, mo-

Iura antiqua limitātur, &c.

dificare, & āpliare.vt īfra dicem9.

218 Officia diuina qualiter dicenda tpe interdicti.

Primo per dictum text.in c.Alma mater, conceditur, vt tpe generalis localis interdicti, à iure, vel ab hoīe, in omnibus Eccleſijs, ac Monaſterijs, quotidie Miſſæ omnes celebrari, cæteraq; alia diuina Officia dici, vt prius, poſſint, ac debeant; Cum his tamen quatuor limitationibus, videlicet, Ianuis clauſis, ſubmiſſa voce, excōmunicatis, & interdictis excluſis, & campanis non pulſatis.

219 Qui admittendi. uel nō, tpe interdicti, &c.

Nec putare debes per ſupradicta, qui nō ſint excōicati, vel interdicti, admitti poſſe ad diuina Officia, uel Miſſas; omnes.n.expellēdi ſunt, exceptis Clericis, & Religioſis (vt ſupradictum eſt) & ijs qui aliquod habuerint priuilegiū vt tradunt Ange.Sylue.Armil.Nauar.Couar.& alii. per text.in c.Licet.de priuil. lib.6.

220 V. Tpe interdicti, canonici, lucrentur diſtributiōes abſentes, &c.

Nec erres in hoc, cogitans, ratione interdicti poſſe Canonicos, & alios à choro abeſſe; nam tā canonici, q̄ alii Clerici Eccleſiarū, in quibus diſtributiones quotidianæ fiunt eis, qui horis Canonicis interſunt, ſi non veniant ad horas Canonicas, diſtributiōes amittunt, perinde ac ſi interdictum nō extaret, vt probat late Epiſcopus Scalenſ.de interdicto. ca, 7.& omnes communiter ex. tex.expreſſo. in d.c.Alma.

Quæ autem Sacramenta concedantur, vel non, diximus ſupra. à nu. 198 hucuſq;. ¶Vltra quæ, conceduntur ſequentia.

221 Quæ cōcedantur, uel non, tpe interdicti Vide uſq; ad nu 225.incluſiue.

Primo. Sacerdos celebraturus, neminem ex clericis adminiſtrantē habens, aliquē ex ſæcularibus admittere poterit, dummodo non ſit interdictus, vel ſit cum fraude, vt ex Cald. tradūt oēs cōmuniter.

muniter.Armil.num.55. Nauar.c. 27.nu.171. Couarr. diſt.2.par.§.3. Sot.& alij.in 4.Epiſcopus Scalenſ. d.c.7.verſi. Poteſt tamen.

222 SEcundo. In Eccleſia ſpecialiter interdicta, poterit vnaquaque hebdomada vna Miſſa dici ad renouandum Euchariſtiæ ſacramentum.Et etiam plures, quàm vna,ſi adeſſet neceſſitas, ſecūdum Hoſt. in cap.Permittimus,per tex.ibi.de ſent.Excom.quem refert, & ſequitur Nauar.ſup.nu.173.

223 TErtio.Quamuis Ancha. dicat contrarium,ſcilicet,quòd tēpore interdicti generalis, Officia Diuina ſint celebranda in vnaquaque Eccleſia per Clericos, vel Monachos tantùm eiuſdem Eccleſię, & non per alios,cōtrarium eſt verius,& tenendum,videlicet,quòd poſſunt admitti omnes quot quot venerint,ex quacunque parte,niſi fuerint cauſa interdicti,ſecundum Ioan.And.Dom.& Fel.in d.cap.Alma mater.Federi.Conſ.70.Ang.Interdictū.5.§.3.Silu.eod.q.1, quos refert,& ſequitur Nauar.ſup.

224 QVarto. Multa alia particularia tempore interdicti cēſentur conceſſa, quæ colligi poſſunt ex Gl.in d.c.Alma.de ſent. Excōm.libr.6. Cald.de Interdicto. memb.6.Nicolao de Ploue. de interdicto. Per Quinquaginta regulas.Ang.Silu.Armil.Couar.Sot.& Nauarr.nu.174.Epiſcopo Scalenſ. d.c.7.ad finem.videlicet.

¶ Benedictio Menſæ.

¶ Bndictio Epiſcopalis per viā.

¶ Lectio, vel declaratio Pſalmorum, Euangeliorum, vel aliorum ſimilium, quæ fit in Eccleſijs,maximè Italiæ, Dominicis diebus poſt Veſperas, cùm talia non prohibeantur. — Lectio.

¶ Prędicatio,vel Cōcio.per tex. in c.Reſponſo.de ſent.Excom. — Prædicatio.

¶ Orationes, & priuatæ precationes,ēt in Eccleſia, & illis ipſis, quorū cauſa interdictū poſitū eſt. — Oratio.

¶ Aſperſio.& ſumptio aquæ benedictæ,in Eccleſiæ ingreſſu. — Aqua benedicta.

¶ Cantus Laicorum, qui etiam in ſuis Oratorijs & Confraternitatibus Litanias, Pſalmos, aliaſque laudes Dei & Sanctorum poſſunt cantare. — Cātus Laicorum.

¶ Excommunicare, Suſpendere, & aliud interdictum poſſunt ferre ij,ad quos ſpectat. — Excōmunicare,&c.

¶ Abſolutio Excommunicationis poteſt dari,abſque Stola tamē, & ſacerdotali ſolemnitate.

Sacerdos etiam cum Confeſſione generali,videlicet, Confiteor, Miſereatur,& Indulgentiam: poteſt introducere in Eccleſiā puerperam, (id eſt) mulierem poſt partum, venientem ad reddendas gratias Deo; ſine ſtola tamen,& ornatu ſacerdotali conſueto. — Puerpera.

¶ Laici poſſunt Confeſſionē generalem facere coram Sacerdote (.i.) Cōfiteor,Miſereat̄ veſtri,&c. — Confeſſio generalis.

¶ Commendatio Animarū defunctorū poteſt dici à quocunq;. — Cōmendatio animæ.

¶ Adoratio Crucis Veneris ſancti,conceditur. — Crucis adoratio.

¶ Litanię autem cum cantu, vel ſine cantu, abſque ſolemnitate cōſueta Crucis leuate, ſuperpellicio rum,& ordinis procedendi,licent tam Clericis,quàm laicis, cùm dicta vero ſolemnitate neutris, licèt minus Clericis,quam laicis. — Litaniæ.

¶ Hæc & alia ſimilia, quæ non ſunt Diuina Officia, conceduntur tēpore generalis interdicti localis.

ALia quædam prohibentur dicto interdicti tempore,nō priuilegiatis, q̄ colligi poſſunt ex Doctori- 225

ctoribus.ſupr. & ex Gloſſis.in d.c. Quod in te, de Pœnit. & remiſ.& c.Non eſt.de Sponſal.& melius ex Gl.in d.c.Alma mater. de ſent.Excom.lib.6. quorũ aliqua ſunt hæc.

Oblatio. ¶ Non admittuntur Laici non priuilegiati ad oblationem, quæ fieri ſolet in medio Miſſæ.

Pax. ¶ Pax non poteſt illis porrigi.

Videre Eucharistiã. ¶ Nec eſt illis aperienda feneſtra,vel foramen aliquod,per quæ intueri poſſint Corpus Domini noſtri,Iux.Cle.1.cum ſuis Gl.de ſenten.Excommu.

Aqua benedicta. ¶ Neque ſacerdos poteſt benedicere aquam, nec aſpergere illa Populum ante Miſſam, cum Antiphona illa: Aſperges me,niſi cum dictis conditionibus de quibus ſupra.num.118.

Benedictio Epiſcopi. ¶ Nec Epiſcopus poteſt publicè benedicere ſolemniter cum baculo, & verſicul.Adiutorium noſtrum,&c.

¶ Neque benedicere Abbatem, neque Abbatiſſam.

¶ Neque conſecrare Calices,Altaria, Virgines &c.

Cõſecrare Calices &c. ¶ Nec benedicere Corporalia, & alia ornamenta, ad dicendum Miſſam,neque vela Monialiũ &c. Poterit tamen omnia ſecreto facere.Calder.de interdicto, memb.6. col.16.Nicol.Pleue. de interdicto & omnes ſupra Nauarr.num.177. qui ait neque candelas die Purificationis, neque ramos in die Palmarum poſſe benedici.

§.4 *De dicendo Officio in Choro, & extra Chorum, tempore interdicti generalis.*

226 Campanæ quãdo pulſandæ, uel non in interdicto. CAmpanę,nullo modo poſſunt pulſari ad Horas,tempore dicti generalis interdicti,Poterit tamẽ campana pulſari propter alias cauſas, videlicet, ad Aue Maria, (vt dictum eſt ſupra.) Item ad oſtendẽdum ſacras reliquias. Item, ad notificandum Horas, ut Horologium. Item ad prędicandum; aũt ad omne aliud, quod non ſit Officium Diuinum, ut ad uocandum confratres alicuius Congregationis,uel ad orandum pro animabus Purgatorij,uel ad capiendos malefactores (la eſtremida) ut fit Bononiæ, & aliis in locis,uel in Religionibus ad conuocandos Fratres ad Capitulum, uel Refectorium, uel ad publicãdam mortem alicuius, ut orent fideles pro eo,ut multis locis fit,per calles, & uicos totius Ciuitatis pulſando cãpanulã, & mortuum commendando, &c.

227 Portæ claudendæ. COngregato Clero,uel Fratribus,ad Horas, portas Eccleſiæ claudere neceſſe eſt, illiſq; cuſtodem deputare, ut tantùm Clericos,& priuilegium habentes introire permittat; ne interdictum, Eccleſiaſticorum incuria,atq; negligentia uioletur.

228 Officiũ dici debet, &c. OFficium Diuinũ, Ianuis clauſis,ut dictum eſt, & excommunicatis & interdictis expulſis, inchoari poterit, cũ omnibus ſuis præambulis,ut ſolet; ſubmiſſa tamen uoce; taliter ut foris minimè audiatur id eſt extra eccleſiam,vel (ſaltim) proferatur ea intentione,ut non audiatur,& cum debita cautione, quia hoc excuſaret peragẽtes Officia; quamuis ab aliquibus curioſis audirentur contra eorum uoluntatem.

229 Vox in officio quantũ eleuanda, &c. QVæritur.Hac de cauſa; quantũ licebit in tali Officio uoces eleuare? Reſpõ. Quòd Officium,eſt ita clare,& diſtinctè celebrandum, ꝙ exiſtentes in uno

Choro

Choro poſſint ab alijs alteri' Chori audiri. Vt ex mente. d.text.in c. Alma mater. de ſent.excom.lib.6. & ex communi Doctorum probat Nauar.c.27.nu.174.in fine.

230 Quot poterunt recitare Horas canonicas.

QVæritur. Quot,& quomodo poterunt recitare Horas Canonicas, extra Chorum? Reſp.Primo,quòd in hoc ſunt duę opiniones contrariæ.Hoſt.enim in cap.quod in te.de Pœnit.& remiſ. quē refert,& ſequitur Nauar.ſup. nu.175.tenet quod tempore generalis interdicti localis, non ſolum unus,ſed etiam duo,tres,& plures recitare poſſint ſuas Horas in agro, Ianuis (quæ non ſunt) non clauſis,& Domi, & in cubiculo, clauſis illis & etiā non clauſis, modo non audiantur ab aliis non habentibus priuilegium ad audiēdū, quamuis audiant aliqui,per tranſitum, & a caſu. Contrarium tenet Villa Diego in tract. de Irregular. col.14 Cald.memb.6.col.12. Ang. & Silu.Interdictum.6.q.2. Sed prima opinio uidetur mihi iuri conformior, ac uerior. Quia ceſſante cauſa ceſſat effectus; per text.in c. Cum ceſſante. de Appellat. Portæ clauduntur,ne qui non habent priuilegium,audiant: ergo dum nullus eſt,cui audiat, uel audire poſſit; non ſunt portæ claudendæ?

231 V. intra ecclesiam?

EX quo Reſp.Secundo. Quod etiam intra Eccleſiam poterit quis ſolus, non clauſiſ ianuis recitare horas,ita ſubmiſſe, ut à nemine alio, quàm a ſe audiatur. Tertio. Quòd ſimili modo duo, uel tres diuiſi in aliquo ſacello, aut tàm ſubmiſſe, aut tam ſeiunctis à Populo, ut audiri minimè poſſint. Et à fortiori,intra unum ſacellum clauſum, quamuis ianuæ eccleſię, ubi illud eſt,ſint apertæ,quicquid dicant Hoſtien.Ioan.Andr. & Cardinal.in d.c. Quod in te,ut probat Nauar.ſupra.

232 V. duo, vel tres, &c.

EX ſupradictis infertur ad quæſtionem. Vtrum tempore interdicti generalis Clerici teneātur recitare Horas Canonicas? Reſp. quòd ſic,vt tenet Gloſ. communiter recepta in c.2.de Cler. Excom. miniſt.facit Glo.ordi.in cap.Illud, eod.tit. & c.Presbyterum. 28.diſt. Tradit Angel.Silu.Armil.Nauarr. 27.nu.175.fin. 233 V. Clerici teneantur recitare, &c.

§.5. *De Conceſſionibus factis. in c. Alma mater.de ſenten.Excommun lib.6.*

VLtra omnia ſupradicta conceſſa Epiſcopis, Clericis, & aliis priuilegiatis, omnibus aliis fidelibus, in fauorem & reuerentiā Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſq; Sanctiſſimæ Matris Virginis immaculatæ,aliorumque Sanctorū; in cap.Alma mater. Vlt.de ſent.ex com.lib.6.Bonifac.VIII. anno Domini 1296. ſequentia conceſſit priuilegia. 234 Tex.i c.Alma, a quo, & quā, &c.

Primum,quòd ſacramētum pœnitentiæ concederetur ſanis;quod olim tantum morituris cōcedebatur,vt ſupradictum eſt: Secundū, vt in omnibus eccleſijs omnia quotidie celebrentur Diuina,cum illis quatuor limitationibus, de quibus ſupradictum eſt.nu.218. Sacramentum pniæ quib. &c. Dicātur Diuina.

TErtium Priuilegium eſt, ꝙ in quatuor Anni feſtiuitatibus, videlicet Natalis Domini, Paſchę, ac Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginis Mariæ,Campanæ pulſentur,& Ianuis apertis, alta voce,Diuina Officia ſolemniter celebrentur, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis admiſſis: à longe 235 Interdicti quibus Feſtis ſuſpenditur?

longe tamen ab altari ſtantibus, vt in dicto tex.

236 Circa cuius declaratione. Not. Primo, quòd hoc priuilegiū celebrandi Diuina officia ſolemniter in quatuor feſtiuitatibus ſupra dictis, non extenditur ad octauas; ſed ad dies tātum, vt colligitur ex d.c. Alma, & Glo. verb. Aſſumptionis. Silu. Interdictum. 5. num. 3. Armil. num. 43. Nicolaus Ploue. de interdicto Reg. 8. Sot. Couar. & alii. Bart. Med. in ſumm. de interdicto. Nauar. c. 27. nu. 182. & cōmuniter.

V. Extendatur ad octauas, &c.

237 Sed Quæritur. Vtrum ſuſpendatur per omnes dies Natalis, Paſchæ, & Pentecoſtes, vel per primum diem tantum cuiuſque feſtiuitatis? Reſp. Secūdum Arch. quē refert, & ſequitur Silu. ſup. tātum intelligi de vnoquoq; primo die.

V. Suſpēdatur per oēs dies. Natalis, &c.

Sed re vera (ſub correctione S. Matris Eccleſiæ dixerim) Ego nō ſic ſtrictè tale priuilegium intelligerem. Imò in die Paſchæ, ac Pentecoſtes ad omnes tres dies ampliaſſem: his quidem rationibus.

238 Prima. Quia quamuis in die Natalis Chriſti, tantùm vnus dies attribuatur feſtiuitati Natiuitatis, quia ſecundus tribuitur S. Stephano; Tertius S. Ioanni Euangeliſtæ, Quartus SS. Innocentibus: In feſtiuitate tamen Paſchali, omnes tres dies ſunt feſtiui propter Reſurrectionem; & omnes tres dies celebrantur ſub Officio duplici: Similiter in Pentecoſtes diebus.

Diſtributio dierum natalis &c.

239 Secunda. Quia tex. in d.c. Alma. non eſt contrarius huic ampliationi, & poteſt credi, q̄ ſi de vnoquoque die primo voluiſſet intelligere, id vtique explicaret.

240 Tertia. Quia odia reſtringi, fauores cōuenit ampliari. tex. in Regula. Odia. de reg. iur. lib. 6.

Odia reſtringi debent, &c.

Quarta. Quià beneficium Principis, quando non præiudicat Tertio, latiſſimè eſt interpretandum. ex l beneficium. ff. de Conſtitu. Et probat, ex multis Ant. Gabr. Tom. 1. Communium opin. pag. 52. col. 2. & pag. 803. col. 2. & pag. 805. col. 1. Silu. & Armil. ſupra. At hic non vertitur præiudicium, ſed potius commodum; ergo? 241

Beneficiū Principis, qualiter &c.

Quinta: Quia ſecūdum Petrum de Palud. in 4. diſt. 18. q. 8. ar. 5. quē refert, & ſequitur Armil. num. 43. ampliando hoc priuilegium, interdictum debet ſuſpendi in dictis feſtiuitatibus, à Miſſa Vigiliæ Natiuitatis, Paſchæ, & Pentecoſtes. Quod propter honorem tātorum feſtorum, cum dictis Doctoribus, mihi uidetur ſatis rationabile, iurique conſonum. 242

Feſta V. & Vigilia in Miſſa, &c.

Nota Secundo. Quòd quamuis per d. text. in d.c. Alma. interdictum generale locale tantūm ſit ſuſpēdendum in dictis quatuor feſtiuitatibus, & non in Octauis; Per extrauagantes tamen, Martini V. & Eugenij IIII. quæ legi ſolent intra Octauas eorum feſtorum; ſuſpenditur per uniuerſum orbem, in Feſto Corporis Chriſti, & per omnem Octauam; & in feſto puriſſimæ Cōceptionis B. Mariæ Virginis, & per totam Octauam, in illis Eccleſiis tantum, in quibus dicitur Officium ordinatū per Prothonotarium Leonardum Nogarolum, & eius Miſſa quæ incipit; Egredimini. ut tradit Nauarr. Manual. c. 27, nu. 182. & in Enchirid. de Oratione. c. 10. nu. 86. 243

Interdictū ſuſpēditur in die Cor por. Chriſti, & Conceptionis B.M. &c.

Suſpenditur etiam (& meritò) in die omnium Sanctorum, & Defunctorum, ſecundum Palud. ſupra, quem refert, & ſequitur Armil. nu. 43. Epiſcopus autem Scalenſ. 244

De die omnium Sanctorū, &c.

lenſ.de interdicto.c.7.pro die omnium Sanctorum tantùm dicit opinionem eſſe aliquorum Doctorũ, ſed credo etiam pro dimidio die omnium Defunctorum.

245 *V. Interd. ſuſpẽdatur vſq; ad Cõpletorium &c.*

NOra Tertio. Quòd licèt Gloſ. verbo Aſſumptionis. in d.c. Alma. Nicol. Ploue. de interdictò. Regula.8. Ioan. And. & Cald. in d. c. Alma. & alij, dicãt: Interdictum ſuſpendi tantùm in dictis ſolemnitatibus, vſque ad Veſperas incluſiuè; & non vſque ad Completoriũ, verior tamen, communior, ac vſu receptior eſt ſententia contraria; videlicet, quòd ſuſpendatur vſq; ad Completorium incluſiuè diei, aut Octauæ poſtremæ. Ita tenet Archid. Dominicus, & Peruſinus. in c.fi. de ſent. Excomm. lib.6. quós refert, & ſequitur Nauar. c.27. nu. 184. Palud. in 4. diſt.18. q.8. artic.5. quem refero, & ſequitur Armil. nume.43. Epiſcopus Scalenſ. d. cap.7. verſic. Quid plura. Silu. interdictũ. nu.3. Adducens tex. in c. Si quis Epiſcopus. el 2.11. q.3. & tex. in cap. Vlt.92. diſt. in quibus habetur Cõpletorium in Veſperis comprehendi; & tenent ibid. Laur. Hugo, & Hoſt. & Feder. Conſi. 3.

246 *Qualiter intelligatur Completorium, in hoc caſu. &c.*

IMo, confirmando hanc ſententiam, F. Bart. Medina (magiſter meus) in Summa. de Caſibus. in cap. de Interdicto, notabile quoddam adiungit: videlicet, quòd in ſolemnitatibus, in quibus interdictum ſuſpenditur, intelligitur ſuſpendi vſq; ad Completorium incluſiuè dicendum hora conſueta diei in qualibet Eccleſia, vt (v.g. inquit ille) Si in Eccleſia maiori Completorium eſt ſolitum dici (Hiſpanico more) hora 3. poſt meridiẽ, & in Monaſterio aliquo hora.5. licèt in Eccleſia maiori, finito Completorio, imponatur interdictum, in Monaſterio illo poterit dici Completorium ſolemniter hora.5. conſueta, & poſtea ſeruari interdictum. Similiter in Italia, vbi communiter in eccleſia maiori, dicitur Completorium, hora 21. & in Monaſterijs.24.

247 *Interdictũ quo ad q officia ſuſpendatur?*

NOta Quarto. Quòd in dictis feſtiuitatibus, in quibus interdictum ipſo iure Capituli, Alma mater, ſuſpenditur: non tantũ ſuſpenditur quo ad Officium ſolemne illius diei, ſed etiam quo ad omnes alias miſſas priuatas, & omnia alia Diuina Officia tam publica, quàm priuata: & tam ordinaria, quam extraordinaria; vt tradit Gloſſ. verbo. Sicut prius. in d.c. Alma. communiter approbata, per Dominic. Peruſin. & alios omnes ibid. vt refert. & ſequitur Nauarr. c.27. nu.185.

248 *V. poſſint celebrari Miſſę de alio feſto, &c.*

EX quo patet manifeſtè, ꝙ vltra Miſſam ſolemnẽ feſtorum illorũ poterit quis facere ſibi Miſſas alias eiuſdem feſti: vel alterius ſancti, vel (licèt non deceat) de Requiẽ, pro defunctis cantare, & ſolẽniter, cum apparatu celebrare. Quia qui totũ dicit, nihil excludit & tex. in d.c. Alma. generaliter loquitur Miſſas. & alia diuina officia, ſicut prius. i. quaſi in totum, quo ad hoc, fuiſſet ſublatũ interdictũ.

249 *Quid poſſit facere ſo interdicto.*

INfertur etiam Epiſcopum poſſe his diebus, illa omnia publicè facere, atque ſolemniter, quæ ſtante interdicto ſecretò, vt ſupradictum eſt. num.224. & ſeq. videlicet Conſecrare Abbates, Abbatiſſas, Eccleſias, Calices, Altaria, Corporalia, & omnia alias veſtes, Virgines. & earum vela. &c.

250 DE mortuis ſepeliẽdis his feſtiuitatibus, quibus ſublatũ eſt inter-

Quid circa mortuos ſepeliendos qñ interdictum ſuſpēditur? interdictum à iure, quo ad Diuina Officia, eſt quæſtio inter Doctores; An publicè, & in loco ſacro poſſint ſepeliri? Reſpō. quòd Ioan. Andr. in c. Alma. cum Geminia. & Ioan. de Lignano. ibid. & Gloſſ. in Clem. 1. verbo. à iure, Nicol. Plouc. de Interdicto. Regula. 9. Hoſt. in c. Cum & plantare. de Priuil. & alij tenent non licere. Cald autem Cardin. & Felyn. quos refert, & ſequitur Armilla. Interdictum. num. 48. Silu. Interdictum. 5. nu. 4. D. Anto. 3. par. tit. 26. c. 4. §. 1. Sot. 4. diſt. 22. q. 3. ar. 1. pag. 1033. col 1. & Epiſcopus Scaleuſis, de interdicto. cap. 7. verſic. In his autem; tenent cōtrarium, & eſt verior opinio, ſecundū Armil. ſup. & Communior, ſecundum dictum Epiſcopum, ꝙ mortui omnes, non ſolum Clerici, ac Religioſi, ſed etiam vtriuſque ſexus ſæculares (quibus aliàs ſepultura Eccleſiaſtica, ſiue ſit cum funere ſolemni, ſiue non, abſolutè prohibetur) publicè, ac ſolemniter in loco ſacro ſepeliri poſſunt; exceptis illis, qui interdicti cauſa fuerunt, aut cauſam, conſilium, auxilium, vel fauorem præbuerunt, vel ſpecialiter, nominatimque interdicti ſunt.

251 Quid de cōmunicādis, ſanis, illis diebus.

QVæritur: Quid dicendum de ſacra Communione his feſtiuitatibus, Vtrum Laici, vel Clerici non dicentes Miſſam, poſſint Communicare? Reſpō. per ſequentes Concluſiones. Prima Concluſio. Omnibus exiſtentibus in articulo, uel periculo mortis, prout ſup. nu 202. & 206. declarauimus, Communio adminiſtratur. Secunda Concluſio. Euchariſtia ſanis, etiam Clericis, non tantùm negatur tempore interdicti, vt ſupra. nu. 207. diximus; ſed etiam his ſolemnitatibus, in quibus interdictū ſuſpenditur, ſecundum Archi. Ioā. Andr. & alios, quos refert, & ſequitur Silu. Interdictum. 5. num. 3. Armil. & alij. Couar. in cap. Alma mater. 2. par. §. 5. & 6. illatione. 12. Sot. 4. diſt. 22. q. 3. art. 1. Communis ex Collectario, & alijs. in c. Quod in te. de Pœnit. & remiſ. S. Ant. 3. par. tit. 26. c. 5. in princ. & eſt tex. in Hiſpania in l. 15. tit. 9. par. 1.

252 De ſacramēto extremę Vnctionis.

SAcramentum autem Extremæ Vnctionis, cum non ſit præciſæ neceſſitatis (vt cum de eo, ſupra, in 1. par. egimus, dictum eſt) nullatenus eſt cōcedendum alicui perſonæ, etiam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ: Quod eſt verum ſecundum omnes. ſupra, ex iure: Priuilegiatis autem per Bullā Cruciatæ in Hiſpania, & alibi per alia ſimilia priuilegia, non tātum in dictis ſolemnitatibus cōcedi poteſt, ſed etiam tēpore interdicti, ſecretò. excommunicatis, & interdictis excluſis, & priuilegiatis admiſſis poteſt conferri; quemadmodum ego, poſtquam matrem ſacramēnto Corporis Chriſti cibaueram meam, Extremæ quoque Vnctionis ſacramētum præbui deſiderahti diſſolui, & eſſe cum Chriſto, Toleti. Anno 1573. generali locali exiſtente interdicto.

253 De ſacram. Matrimonij.

QVamquam ſacramentū Matrimonij diximus ſupra. nū. 209. poſſe abſque Nuptiali Benedictione conferri tempore interdicti; Diuerſa tamen ratio cōſideratur, quo ad Benedictiones Nuptiales in dictis feſtiuitatibus, in quibus interdictū ſuſpenditur. Nam doctores antiqui, conſiderantes, quòd etiam abſq; interdicto, Nuptiarum Benedictiones erant prohibitæ in multis Anni temporibus,

ribus,

ribus, vt patet.in c.fin.in fin.31.q.2.&c.Gemma.de ſponſ. & c.fi.32.q.2.&c.dixerunt: tempore interdicti ſuſpenſi.i.in illis feſtiuitatibus, tales Benedictiones non poſſe celebrari,niſi in die Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

254 Nuptie qñ conceſſæ, uel non?

AT,Cùm per Concil.Trid.ſeſſ. 24.de Reform.Matrim.c.Vlt. Ab Aduentu Domini N.Ieſu Chriſti vſque in diem Epiphaniæ; & à feria quarta Cinerũ vſq; ad Octauam Paſchatis incluſiuè, tantùm Nuptiales Benedictiones prohibeantur; patet poſſe celebrari in omnibus feſtiuitatibus, extra illa duo tempora occurrentibus; videlicet, in Pentecoſte, Feſto Corporis Chriſti,& Aſſumptionis Beatę Mariæ. & ſecundum opinionem relatam.ſupra.num.243. & 244.in die omnium Sãctorum. Quod nullus hucuſque notauit.

255 Quod interdictũ ſuſpendatur?

NOta Quinto. Quòd ſupra dicta omnia, quæ de interdicto ſuſpendendo à iure in dictis feſtiuitatibus diximus, intelligi debẽt in generali locali interdicto, Si autem interdictum eſſet particulare; nullatenus in dictis feſtiuitatibus ſuſpenditur, vt ex d.text.in c. Alma mater, & Gloſſis clare patet, & colligunt omnes Doctores, ſupra,maximè Nauar.ſupra.Margallo.in Rubr.de Celebr.Miſſ. verſiculo: Ex quibus infertur.& Couar.in d.c.Alma.2.par.§.4.nu.r.

256 Quid de octau.Corp. Chriſti, & Conceptionis,&c.

NOta Sexto. Quòd, quamuis Nauarr.olim contrarium tenuerit,in diebus, & Octauis Corporis Chriſti, & Conceptionis B. Mariæ omnia illa poſſunt licitè, publicè, & ſolemniter fieri,& celebrari Diuina officia,quæ in aliis dictis quatuor feſtiuitatibus, in quibus, interdictum a iure ipſo ſuſpenditur. Vt ait ipſemet Nauarr, cap.27.nu.186.

257 Qualiter interdictum poſſit ab homine ſuſpendi &c.

NOta Septimo. Quòd quotieſcunque interdictum ſuſpenditur ab homine, poteſt dupliciter ſuſpendi abſolutè,vel ſecundũ quid. Abſolutè ſuſpendit illud,cũ dicit; ſuſpendo interdictum per vnũ,duos,vel plures dies, & tunc, illo ſic ſublato, poſſunt omnia illa fieri, ac ſi nunquam interdictum ſit poſitum. Secũdum quid, Iudex interdictum ſuſpendit, quando illud iubet ſuſpendi ad aliquid determinatum; vt ad ſepeliendum aliquem,Nuptias celebrandas,vel proceſſionem aliquam faciẽdam. Et tunc,ſic ſuſpenſo, tantùm fieri poſſunt illa, ad quæ Iudicis intentio extenditur. vide Nauarr.c.27. nu.183.& ſeq.

§.*Sexto.* § *De caſibus in quibus incurritur ſuſpenſio, vel irregu.ob interdicti violationem.*

258 Pœnæ non ſeruãtium interdictũ &c.

NOta Octauo. Quòd omnes illi qui ſpecialiter,vel generaliter aliquo interdicto ligati ſunt, ſi à celebratione Diuinorum abſtinere debent, quòd ſi contrauenerint, irregularitatem incurrunt à ſolo Papa diſpenſandam, text.in c.Is cui,de ſent. excom.lib.6.

259 Fit inelegibilis.

Ideo qui contrauenerit, fit ineligibilis, caretque voce actiua; & paſſiua. d.c.Is qui, & c.Cùm dilectus.de Conſuetu.

260 Quid ſi miniſtrat in ordine ſacro?

¶ Quare, Si perſona interdicta miniſtrat ſolemniter in ordine ſacro, non minus fit irregularis, quã ſuſpenſus. Ratio eſt, quia quicunque interdictus eſt, idem & ſuſpẽſus eſt, Caſde.de interdicto Armil. verbo. interdictum. in principio. Silu.verbo.interdictum.in principio.

pio.Silu.verbo.irregularitatis.nu. 14.Simon Maiolus. de irregul. lib. 3.c.20.num. 5.& tenet Hoſt.Ioan. And.Abb. & alij in c.2.de Celebr. Miſſar. & eſt Communis opinio quam refert,ſequitur, & declarat Nauar.in Manuali.c.27.nu.244.& c.25. num.93.

261 Vtrum in illa ciuitate incurrat has pœnas?

NOta Nono. Quòd non ſolum incurrunt dictam irregularitatem ingerendo ſe Diuinis in ea Ciuitate, vel vniuerſitate, quæ interdicta eſt; ſed etiam ſi in quacunque totius Orbis parte celebrauerint, nam ſicut excommunicatus in vno loco, vbique eſt excommunicatus, vt ſupradictum eſt: Ita interdictum perſonale, quocunque locorum hominem ſequitur.

262 De collegia lib. interdictis &c.

QVamobrem Populares, vel Collegiati de Populo, vel Collegio interdicto, vbiq; adminiſtrare prohibentur. Ratio eſt, Nam ſi nulla parte Orbis poſſunt Diuinis intereſſe; certè multo minus Diuina ipſa exercere poſſunt; & conſequẽter, nec maiores, nec minores ordines accipere. Omnes.ſupra.maximè Palud. in 4.diſ. 18.q.8.ar.5.concl.6.Armil. Interdictum.nu.46.quos refert, & ſequitur Simon Maiolus.ſup.

263 De celebrãte in eccleſia ſpecialiter interdicta.

NOta Decimo. Quòd ſi quis celebret, vel miniſtret in ordine ſacro, in Eccleſia ſpecialiter interdicta, niſi ad renouandam Euchariſtiam Octauo quoque die, vel ad Conſecrandũ pro infirmis, fit irregularis.c.Is qui. de ſent.excom.lib.6.Sot. in 4.diſt.14.q.2.art. 3.& diſt.22.q.3.ar.1.Couar.in d.c. Alma.2.par.§.4.nume.1.& §.5.numero.2.Margallo in Rubrica.d.de Celebr.Miſſ. verſic. Ex quibus infertur.Nauar. cap.27.num.243.& Communis.

VNdecimo Nota. Quòd ille, qui in Eccleſia, vel loco generaliter interdicto, celebrauit abſque quadruplici illa modificatione præſcripta in d.c.Alma, de ſent. Excom.lib.6.de qua agitur.ſupra. eod.nu.218.videlicet, ianuis clauſis, ſine pulſatione Campanarum, ſubmiſſa voce, & ſeclũſis interdictis; incurrit irregularitatem. Ratio eſt, quia perinde eſt celebrare violando interdictum, ac ſi interdictus celebret. Nauar.c.27.nu.243. Silu.interdictum.5.q.8. verſicu.2. Sot.4.diſt.13.q.3.arti.1.col.10. vbi Sco.q.2.arti.2.Palud.4.diſt.13.q.2. ar.3.Ricar.q.1.art.4. Couar.in d.c. Alma.2 par.§.2.& 3. 264 Quid ſi generale erat interdictũ, & celebrauit.

DVodecimo Not. Quòd ſi quis celebrauit in Eccleſia interdicta per pollutionem voluntariam; vel ſanguinis effuſionem in ea factam; vt ſupra eod.nu.68. cum ſequẽ.diximus; licèt mortaliter peccet, nullam tamen Cenſuram, vel irregularitatem incurrit, ita tenẽt Ricar.Palud.& Sotus.ſup. Nauar. c.25.nu.83. 265 De celebrãte in eccleſia polluta.

DEcimotertio. Nota de Campanarum pulſatione, & portarum apertione; quòd ſi quis pulſet Campanas, vel aperiat portas, interdicti tempore, nõ per hoc fit irregularis, niſi ea intentione faceret, vt ſua auctoritate priuata, vel publica præbeat Celebrationi auctoritatẽ. Ratio eſt, quia hic actus de ſe nõ eſt annexus ordini ſacro; nec conſequenter de ſe facit irregularem. Couar. ſup.2.par.§.4.nu. 6.Nauar.c.27.nu. 244.& nu.177. 266 De pulſante cãpanas in interdicto.

NOta Decimoquarto. Quòd etiam ſi Clericus non excluderet Incolas loci generaliter interdicti, ſed celebret coram illis, non per hoc fit irregularis. Teneţ Fedo- 267 De clerico celebrante coram non Iterdictis.

Federicus, quem refert, & ſequitur Couar. ſupra. nu. 4. Illatione. 8. in fin. Ratio eſt, Quia illi Incolæ, non ſunt perſonæ interdictæ, ſed locus tantùm. Nauar. nu. 167. Confirmatur: quia ſi hi incolæ laici abſque priuilegio audiant Miſſas in eo loco generaliter interdicto, abſque vi, & fraude, non peccant; ſaltem mortaliter. Nauar. cap. 27. nu. 187. cum Caietano.

168 De recitantib. Horas i agro &c. tempore interdicti.

Ota Decimoquinto. Quòd recitantes horas Canonicas in agro, tempore interdicti, Vbi fores non ſunt, non peccant, ut ex Nau. capit. 27. num. 175. contra Calder. Villa Diego, & alios, probauimus ſupra. & tenet Couarru. 2. par. §. 2. num. 6. col. 6. Ratio eſt, quia interdictum Vrbis non extenditur ad agrum, ſed ad Suburbia coniuncta, vt ſupradictum eſt, tenet Nauar. cap. 27. num. 167. & Couar. ſupra. nume. 8. Secundo, Quamuis illos recitantes audirent aliqui laici, non illos excludere, quia non ſunt perſonæ interdictæ. Tertio. Quia qui recitat Horas priuatim, etiam beneficiatus, uel ſacris initiatus non facit ſolemniter officium, quod laicus præſtare nō poſſit, pro quo facit Couar. in cap. Alma. 1. par. §. 3. num. 8. Nauar. c. 27. nu. 37. & 176. Et præſertim, quia poſt Extrau. Ad euitanda, non tenemur uitare excommunicatos, ſuſpenſos, uel interdictos, niſi ſint nominatim, & publicè denunciati, ut probat Ange. Silu. Armil. Couarr. & alij communiter, &. Nau. nu. 187. & nos ſupra.

169 SEd certè ſupradicta ratio mihi non placet; probat enim plus nimio, non nihilque habet falſitatis, quare nullatenus extendi debet vltra propoſitum. Nam omnibus ex communi uſu manifeſtum eſt, ꝙ tempore interdicti excludēdi ſunt laici priuilegio carentes Nauarr. nume. 187.

170 V. Beneficiatus recitet nomine eccleſiæ.

QVamobrem, reſolutiuè concludendum eſt eum, qui etiā priuatim recitat Horas canonicas, ut Beneficiarius, uel in ſacris conſtitutus, recitare quidem nomine Eccleſiæ, vt miniſter; quare id officium nō poterit Deo pro excommunicatis offerre; nec in loco generaliter interdicto, coram non habētibus priuilegium, illud recitare. Nauar. in Manual. Hiſpano. cap. 25. nu. 45. & Alcocer Conſeſſor meus olim Salmanticæ Doctiſſimus. in Summa. cap. 27. num. 60. Lectione 62. Quare Couarr. limitandus eſt de illo, qui abſque obligatione recitat Horas, non ut miniſter.

Et ubi poſſit,

272 Quid ſi celebret corā interdictis in loco nō interdicto.

NOta Decimoſexto. Quòd ſi quis in loco non interdicto celebrat coram perſonaliter interdictis, fit ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, niſi ſit exemptus a iuriſdictione Ordinarij, qualis eſt Religioſus (tenentur enim Regulares ſeruare interdictum Matricis Eccleſiæ. ut ſupra ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regularibus. c. 12. diximus), tenet hoc dictum Ricar. cum Silu. verbo. Interdictum. 6. §. 2. uerſic. 3. Nauar. c. 25, nu. 94. & c. 27. nu. 157. cum multis alijs, quos refert, & ſequitur Couar. in d. c. Alma mater. 1. par. §. 6. nu. 9. col. 3. Suſpenſus autem ab ingreſſu Eccleſiæ, non poteſt celebrare in Oratorio per Epiſcopum deſignato, ſub pœna irregularitatis. Non uero peccat ſi celebrat extra Eccleſiam, uel Oratorium, in Altari aliquo portatili. Siluestr. uerbo. Suſpenſio. Armill. eod. num. 8. Nauar. c. 25. nume 75.

De ſuſpēſo ab ingreſſu eccleſiæ.

& ca.27.nu.170. & tangit.nu.160. §.4.& Couar.cum alijs ſupra.in 2. par.§.1.nu.3.Item vide Silu.Interdictum.6 nu.5.vbi de hoc agit.

273 Quis dicatur miniſtrare in ordine ſacro &c.

NOta Decimoſeptimo. Ad maiorem declarationem dictorum, & totius materiæ de Cenſuris; quòd in hac materia ille dicitur miniſtrare in ordine ſacro, vt violet Interdictum; qui cantat Epiſtolam, vel Euangelium ſolemniter, cum Stola, vel Manipulo; vel ſi ſacerdos celebrat: vel ſi Horas Canonicas, Officia, Capitulum, vel ſimilia cantat in Choro, vt tradunt omnes, maximè Silu. Interdictum.6.num.1.& ex S.Th. & alijs tradit Nauarr.in Manuali.cap.27. nume.244.latè Couarr. 1.par. §.3. numero Octauo.

Idem eſt omnino dicendum de illo, qui Litanias publicè cātaſſet, tanquam ſacerdos, de quo Nauar. c.27.nu.176.ad fin.

274 Audire miſſam in eccleſia tēpore interdicti, &c.

NOta Decimooctauo. Quòd etiam auditio Miſſę in Eccleſia non inducit irregularitatem, tēpore Interdicti; licèt ſit peccatum, ſecundum Hoſtiē. & communem quam tradunt Doctores.ſup.maximè Armil.verbo. Interdictum.nu. 59. & Simon Maiola. de Irreg.lib. 3.c.20.nu.7.Nauar.c.27.num.187. niſi in quatuor caſibus quos ibid. refert. Si autem Prælatus aliquis, per modum autorizationis, iubeat aliquem celebrare coram ſe, fieret Irregularis; quia vtitur ſuo Ordine contra Interdictum. Abb.in ca. Tanta.de Exceſ.prælar.

De prælato iubēte.

275 De domino temporali iubēte celebrare.

IDem erit de quocunque Domino temporali, hominevè potenti, qui celebranti contra Interdictū aſſiſtat, defenſiōis cauſa, quia omnes tales vidētur Eccleſiæ Claues contemnere, vt in c.Tanta. de Exceſſ.prælator. ſeruata diſtinctione temporum, & Sacramentorum, de quibus in c.vlti.de ſent.excō.6.tradunt Doct.ſup.Couar.& alij.

NOta Decimonono. Quòd ſimiliter violat Interdictum Clericus ſepeliens Laicos in loco ſacro, tempore Interdicti; Quod eſt verum, per ſolum actum ſepeliendi; etiam ſi nullum Officium recitetur. Similiter violatur ſi Clericus Clericum ſepeliat, etiam in Cœmiterio, ſed cum pompa funerali ſolemni. vt ex multis, maxime ex Clemen. 1.de Sepultur.reſoluit Nauar.cap.27. nume.137.nu.176. & 243. Poſſunt tamen tunc Clerici ſepeliri abſque pompa, etiam in Eccleſia ſpecialiter Interdicta, ſecundum Silue.verb. Interdictum. 5.§.8. verſic.2.Couarru.2.par.§.2. num.7.& §.3.nu.6. 276 De clerico ſepeliente Laicū &c.

NOta Vigeſimo, & reſolutiuè, pro multarum quæſtionum declaratione: quòd Epiſcopi, vel Clerici facientes tempore Interdicti ſolemniter aliquod eorum, quę ſunt illis prohibita, quæ poſuimus ſupra.num.224. & ſeq.efficiuntur Irregulares; vt colligi poteſt, ex Silu.Ang.& Armil.verbo.Interdictum.num.64.& verbo.Benedicere.nu.6.quos referr, & ſequitur Simon Maio.d.libr.3.c.20.nu.7.Epiſcopus Scalenſ.c.7.Nauar. Couar. & Sotus.vbi ſupra. 277 De prælatis & clericis facientibus prohibita &c.

NOta Vigeſimoprimo. Quòd Laicorum quoq; Congregationes Interdictæ, grauem incurrunt notam contraueniendo; nam ſi congregentur contra interdictū, peccant mortaliter ob inobedientiam; ſed ob hoc ſolum non ſunt irregulares: quia prohibitiò de qua in c.Is qui.de ſent.Excō.lib.6. exprimit ſolos clericos.ſecundum 278 De congregationibus laicorū interdictis.

Ang.

Ang.Silu.& alios. Armil.num.56. Sic ſi iidem in illis Congregationibus pſallant, vel orent, vel conſultent; ſed ſi diuina miſteria ibi celebrent, vel celebrare faciant, fierēt omnes irregulares, tex.in cap.Vltimo.de ſenten.Excom.lib.6. Maiolus.ſupra.nume.9.

279 *Quādo incurrant irregularitatem?*

IMò (quòd maius eſt) ſi illæ ſimplices Congregationes ſine Diuinorum celebratione, fierent in contemptum Clauium, irregularitatem inducerent.c.Tanta. de Exceſſ.prælat.Specul.tit.de Diſpenſatione.§.Iuxta.verſic.4.

280 *Quādo tales Confraternitates poterūt in eccleſia cōgregari.*

SI autem dictæ Cōfraternitates ſpecialiter, vel generaliter interdictæ non ſint, poſſunt etiam in Eccleſia ſpecialiter interdicta nominatim, congregari ibidemq; tractare, Orare, pſallere, & legere abſque irregularitate, & peccato: dūmodo Diuina non celebrent, vel celebrari faciant: quia etiam in Eccleſia interdicta vnuſquiſque poteſt orare ex Guillielmi ſententia, quam (vltra alios) refert, & ſequitur Armil. verbo.Interdictum. nu.57.& Simon Maiolus. de irregul.lib.3.c.20.nu.18.

281 *V. Violans interdictū peccet mortaliter.*

TAmen, Nota Vigeſimoſecundo.Quòd licèt Caiet. in Summa, verbo Interdicti violatio, quē abſolutè ſequitur Armil. nu.65.dicant, quòd violantes interdictum, quamuis magnam pœnam incurrant, non tamen mortaliter peccant; quia (aiunt) aliquando quis efficiendo irregularis, mereatur; vt de participante cum excommunicato, qui licèt magnam pœnam incurrit, videlicet priuationem ſacramentorum; non tamen per hoc mortaliter peccat: hæc tamen aſſertio non eſt ſic abſolutè dicēda, cum in multis caſibus, vt ſupradictum eſt, violantes interdictum peccent mortaliter, maximè ſup. nume.278.& alijs: quare aliquando eſt peccatum mortale, aliquando, ſed rarò, non. Hoc vnum tamē in hac limitatione eſt verum, & tenendum; quòd quotieſcunque ex communicatio lata eſt contra violantes interdictum, vel violari facientes; illud violando, mortaliter peccant. Quod etiam procedit in eo, qui ſententiam contemnit, vel ratione ſcandali, quod alijs præbet. Doct.ſupra.

Violans interdictum, quando eſt excom peccat mort.

282 *Quid de Monialib. Interdictū uiolantib.*

NOta Vigeſimotertio. Quòd etſi Moniales incapaces ſint Ordinis, vt habetur in ca.Poſtulaſti.de ſent.Excom. (& de quacunque muliere diximus. ſupra. in 1. par.de ſacramen.Ordinis) In hac materia tamen violantium interdictum, veniunt Clericorum appellatione. Quamobrem, & ipſæ dicendo officium, quaſi Eccleſiam officiando, & faciendo ea, quæ clericis ſunt prohibita, tāquam competentia ex aliquo ordine, violarēt interdictum, vt probat Armil. verb.Interdictum.num.66.Silu.Interdictum.6.nu.3. Nauar.c.27.nu.187.§.Decimonono.

283 *Nomine cleri interdicti ueniunt Religioſi. &c.*

IN qua opinione videtur ſibi quaſi contrarius Armilla, cum nu.10. (& nos diximus ſupra. nu.159.) dicat, nomine cleri interdicti non includi Religioſos, & Religioſas. Cuius contrarium tenet Cald.Silu.Domi.Nauar.& alij.vide diſt.num.159.

284 *Silu. ſtri uerba de Monialib. &c.*

QVorum ſentētia probatur ex Silu.ſupra.vbi ait in hæc formalia uerba: Religioſus etiam non ſeruans interdictum, quod ſcit Eccleſiam Matricem ſeruare, eſt excōmunicatus per text. in Clemen.1.de ſent.Excom.vt ha

betur ſupra. Excommunicatio.7. §.46. Si tamen violator interdicti ſit Religioſus ad nullum ordinem ordinatus, etſi irregularitatem nō incurrat: quia non eſt expreſſum in iure, nam capit. Is qui. loquitur de ſola irregularitate, quæ procedit ex ſola celebratione diuinorū, vel ordinum exequutione, poterit tamen aliter puniri, ſecūdum Calder. vt recludi in arctius Monaſterium. Et idem videtur de Monialibus; imo tam ille quam iſta eſt inelligibilis actiuè, quia etſi non habēt Ordinem Clericalem, ratione tamen ſtatus ſui, habent Officium celebrandi Diuina, ſecundum ſuā conditionem; vnde illam pœnam incurrunt, cuius ſunt capaces. Hęc ille. & Abb. in c. Poſtulaſti. de ſent. Excommunic.

285 Violans interdictum, uel ad id inducens ſuſpenſus eſt &c.

NOta Vigeſimoquarto. Quòd (vt ſup. in principio de violatione diximus) violans Interdictum, vel ad uiolandum inducens ſuſpenſus eſt. Et addo; quòd ſi talis ſit Prælatus, omnis eius inſtitutio, deſtitutio, collatio Præbendarum, Beneficiorum ac Dignitatū, & ſententiæ in quoſcunque prolatæ ſunt irritæ, & inanes. Non ergo poteſt præmiſſa facere. Et (aiunt infra citandi,) idem forte dicendū eſt in alijs ſpiritualibus. ſ. quòd ſicut ei conferri non poſſunt: ſic nec facta ab eo collatio valet, ut in c. Poſtulaſtis. de Cler. Excom. miniſt. c. Cum bonæ. de ætat. & qual. tradit. Innocen. Hoſtien. quos refert, & ſequitur Silu. Interdictum. 6. nu. 5. verſi. Tertium.

286 Interdicta debent habere certā uerbo u. n formam.

NOta Vigeſimoquinto. Ad totius interdicti materiam intelligendam, quòd interdicta, vt effectum ſuum habeant, debēt certam habere verborum formam: nam nuda præcepta de non adminiſtrando; non inducunt interdictum; vt ſi Prelatus alicui diceret, Ne dicas Miſſam, donec cæremonias diſcas; vel præcipio tibi, ne in Chorū venias donec amicitiā priſtinā cū tali feceris, & ſimilia. Ad interdictum. n. debent hæc, quę ſequūtur, vel verba ſimilia exprimi:

Interdico, interdicimus, interdictum declaramus, vel pronunciamus interdictum &c.

Specul. de diſpenſatione. §. Iuxta. verſi. Quæ autē dicimus. Quod eſt uerum in generali; & publico interdicto. In particulari autē certæ perſonæ faciendo, quælibet, etiam extraiudicialis à ſuperiore facta inhibitio, inducit interdictū, ſuſpenſionem, & adminiſtrandi impedimentum tam Canonicum, vt nulla cuiuſuis alterius ſuperioris licentia poſſit ſuffragari, inuito ipſo, qui inhibuit. ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. de Reform. & tradit Simon Maiolus de Irregul. libr. 3. c. 20. num. 10.

NOta Vigeſimoſexto. Pro multorum canonum iuris, atque conciliorū declaratione, ac Epiſcoporum mandatorum intelligētia, ſeu explicatione; quod contrauenientes non dicuntur Interdicti illi, qui agunt contra Canonem, qui infligit pœnam Interdicti, nec quidem ſi edictum Epiſcopi, uel Papæ contineat, quòd contrauenientes ipſo facto ſint Interdicti; non ex hoc ſolo quod cōtraueniant, nec ſunt interdicti, nec fiūt Irregulares, Nam etſi peccent non obediendo; tamē Interdictum nondum habebit locum, niſi cum denūtiatum fuerit, ideſt, quum poſt inobedientiā ſuperior, & declarauerit Interdictū, & 287

287 Quid requirat ad hoc ut incurratur pœna cōtrafacientes contra Interdictū &c.

Interdictũ denunciari debet.

& affigi iuſſerit, & roveta fuerit affixum; & ante hanc affixionem celebrantes diuina, nullam incurrunt Irregularitatem; etiamſi edictum continebat, ꝙ ipſo iure, cenſerentur Interdicti; vno caſu excepto; inijciendo violẽtas manus in Clericum ex Conc. Conſtantiẽ. in Extrauagã. Ad euitanda ſcandala. quam refert S. Anton. 3. par. tit. 26. c. vlt. & Silu. verb. Excommunicatio. 5. verſi. Sciendum. & Armil. Interdictum. nu. 21. & 39. Couarr. Soto. & alij. Nauar. c. 27. nume. 35. & 186. Simon Maiol. de Irregu. lib. 3. c. 20. nu. 11. & nos (illam declarando) ſupr. de ſent. excom. & obiter ſup. eodem tetigimus.

288 V. ſit neceſſaria particularis intimatio.

NOn tamen eſt neceſſariũ omnium auribus Interdictũ intimare; Sufficit enim publicatio in loco publico. arg. tex. in c. Quod dicitis. diſt. 16. (& diximus. ſupra. eod.) ita ꝙ ſi Metropolis, & tota Prouincia fuerit Interdicta, publicatio facta in Metropoli ſufficit, q̃ ſi interdicto pareat, oẽs aliæ Comprouinciales nõ poſſunt excuſari, quod in ipſarum locis denũtiatio facta non fuerit. c. 1. de Poſtul. pla. Armil. Interdictum. nu. 29. Maiol. ſup. Abb. in c. Adhoc. de Poſtul. vbi ait ꝙ Epiſcopi ſuffraganei tenentur ſeruare Interdictum Matricis, quãuis de ſententia Interdicti non habeant plenam probationem.

289 Conſuetudo legũ interpres. Cõſuetudo q̃ poſſit contra interdictum. &c.

QVoniam cõſuetudo, quæ eſt legum interpres, ita præualet multis in locis, ꝙ ipſa ſtante, multã antiqua iura ſuã amiſerint vim, Quæritur, Vtrum ex ſola cõſuetudine poſſit quis venire cõtra interdictum ſine pœna? Reſpõ. ꝙ non: per text. in c. Cum intra. de conſuetudine. Inn. & Hoſt. quos refert, & ſequitur Silu. interd. 6. in fi.

§. 7. De interdicti relaxatione, vel ſuſpenſione.

ORdo ipſe poſtulat, vt hic aliqua de interdicti relaxatione, vel ſuſpenſione dicãtur; Pro cuius. §. declaratione. Nota Primo. Interdictũ poni poſſe tripliciter, ad prefixum videlicet tempus, & determinatum; vel abſolute, & ſine termino: & tertio modo ſub aliqua cõditione, vt tradunt oẽs, maxime Angel. & Silu. Interd. 3. nu. 8. Armil. nu. 31. Abb. & Doct. infra. 290

Interdictũ tripliciter ponitur.

NOta ſecundo: Quòd quemadmodum vno ex tribus modis ponitur, ita etiam ſuſpenditur, tollitur, vel relaxatur, videlicet: Si interdictum fuit poſitum ad tempus præfixum, & determinatum; illo tempore tranſacto, atque finito, finitur etiam & tollitur interdictũ, ipſo facto, abſque vlla alia iudicis declaratione. vt notant Doctores communiter, in c. fina. de Matrim. cõtract. cont. interd. Eccleſia. Abb. c. Non eſt. de Sponſ. 291

Tripliciter relaxatur.

SImiliter quãdo iudex alicui diſcit: Interdico tibi Miſſę celebrationem ſi feceris; vel, niſi feceris hoc, vel ſub aliqua alia cõditione; conditione adimpleta, finitur interdictũ, abſq; alia iudicis ſuæ voluntatis expreſſione. omnes ſupra. 292

ALiud eſt, quando interdictum abſolutè; abſq; vllo termino ponitur, quia tunc ad tollendum, ſuſpendendum, vel relaxandum interdictum, neceſſaria eſt iudicis voluntas vno ex ſequentibus, vel alijs ſimilibus verbis explicata. 293

Reuoco, Remoueo, Abſoluo, Annullo, Irrito, vel Caſſo Interdictum.

Ratio eſt, quia ad tollendũ, vel relaxãdum interdictum, nulla eſt,

vel requiritur certa & determinata forma, ſed tantũ nudo verbo fit interdicti relaxatio, vel ſuſpenſio. Et debet interuenire iuramentum de parendo mandatis. text. in c. Alma, de ſent. excõ. li. 6. refert Silu. in interdictũ. 3. nu. 11. & diximus ſupr.

294 Nota Tertio. Quòd hæc differentia datur inter interdictũ ad tempus, & excommunicationem ad tempus. Quòd interdictũ adueniente tempore, expirat, vt dictum eſt ſupra. Excommunicatio autem requirit abſolutionem, etiã finito tempore. tenet Abb. & omnes, vt notat Silue. Interdictum. 3. nu. 13. Armil. num. 31. Quod procedit in interdicto tam a iure, quàm ab homine, ſecundum omnes.

Interdictũ & excõicatio ad tempus differunt.

295 Nota quarto. Quòd quãdo Eccleſia aliqua a Papa eſt ſpecialiter interdicta, ſi ipſemet licentiam conceſſerit in ea celebrandi; non ideo erit interdictum relaxatum. Si verò ipſe, vel alius qui interdictum protulit, non ſeruando illud, intẽdit per hoc relaxare, ita ꝙ ipſe proferens hoc dicit: ſecundum Hoſt. & Cald. quos refert, & ſequitur Silu. Interdictum. 3. num. 32. Armil. nu. 34. erit relaxatum.

Quid ſi eccleſia ſit à Papa interdicta, &c.

296 Nota quinto. Quod quãdo perſona eſt ſimpliciter interdicta, & aliqui volunt ſatisfacere, debet quoad eos relaxari interdictũ, ſicut de excommunicato petente abſolui. tex. in c. Cum cõtingat. de offic. deleg. Secus, quando interdictus eſt tãtum locus, vel populus, vel vniuerſitas ſingularis perſona, quæ non peccauit, nõ eſt abſoluenda, nec requiritur ſatisfactio. c. 2. de Conſtit. ſed qui peccauerunt ſatisfaciant, & abſoluantur. Armil. num. 32. Silu. & alii, & Epiſcopus Scal. de interdicto. c. 20.

Quid ſi perſona ſpecialiter interdicta vult ſatisfacere.

Nota ſexto. Quòd ſi interdictum eſt ab homine, relaxari poterit ab eo qui illud tulit, vel ab alio, cui is mãdauit, aut a ſuperiore, propter aliquam rationabilem cauſam; nunquam autem ab inferiore, quemadmodum, & de excõmunicatione tradunt Doctores cõmuniter, & ex c. 3. de offic. ord. & c. Quærenti, de verb. ſig. notat Epiſcopus Scalenſis ſupra. 297

Quis poterit interdictũ ab hoie relaxare.

Si autem a iure, & iuris conditor ſibi non reſeruauit, Epiſcopus remittere poteſt, & non ordinatio inferior; Secus ſi reſeruauit ſibi, quia tũc ipſe ſolus poteſt, vel ille cui mandauerit, vt habetur in tex. c. Nuper. cũ Gloſ. de ſent. excõ. Silu. Armil. Tab. & alij ſup. Epiſcopus Scal. d. c. 7. in fi. Archid. & alij in d. c. Nuper. Abb. in c. Adhæc. de Appel. vide c. Si Petrus. 24. q. 1. 298

Quid ſi interdictum a iure, &c.

Nota ſeptimo. Quòd iudex qui tulit ſententiam, poteſt Interdictum ſuſpendere, & ſi ſtante ſuſpenſione appelletur, ſuſpenditur ſententia, ſicut ſi interdictũ eſſet conditionale, ſi fertur pro delicto proprio, nõn poteſt ſuſpendi, ſecus ſi in perſonam pro delicto alieno. Abb. in c. Adhæc. de Appel. 299

Iudex põt interdictũ ſuſpẽdere. &c.

Nota octauo. Quòd ſi tempore generalis interdicti is, propter cuius culpam latum eſt, vult ſatisfacere; tollitur interdictum. Si autem fuit culpabilis tanquã conſiliarius, vel auxiliarius, licet accipiatur cautio, & iniungatur pœnitentia, non tamen relaxabitur interdictum. tex. in c. Alma mater. de ſent. excom. lib. 6. vbi Ioann. Andr. quem refert, & ſequitur Silu. Interdictum. 3. in fi. Quod ſi non propter eius culpam latum eſt: ipſe quidem punitur, ſed eius ſatisfactio non requiritur. per tex. in c. Si ſenten- 300

Quid ſi vult ſatisfacere is ob cuius culpam interdictum generale latũ eſt.

ſentẽtia. de ſent.excõ.li.6.Sil.ſup.

Multa alia poterant de interdicti relaxatione adduci, quæ, quia magis ad Iudices, quàm ad Cõfeſſores ſpectant, cõſultò omiſſimus vide Doct. omnes ſup.

§. octauo. De priuilegiatis per Bullam cruciatam in Hiſpaniarum Regnis, vel per aliud ſimile priuilegium multis Confraternitatibus, alijsque perſonis conceſſum.

301 Bulla Cruciata de interdicto quid cõcedat.

ET, vt dictæ Bullæ conceſſionẽ declaremus; eius formalia verba, ex lingua Hiſpanica, vel rectiꝰ, Caſtellana in Latinã traduximus; Cuius Bullæ Clauſula, quo ad interdicti tempus, talis eſt.

Quod habens talem Bullam poſſit tempore interdicti a ſede Apoſtolica, vel ab Ordinario poſiti in omni Eccleſia, vel monaſterio, vel etiam in Oratorio particulari ab Epiſc. deſignato, & viſitato, miſſas, aliaque diuina officia, per ſeipſum (ſi fuerit ſacerdos) celebrare, vel ab alijs celebrare facere coram ſe ſuiſque cognatis, atq; familiaribus: ibique Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, aliaq; Sacramenta (die Paſchatis excepto) recipere. Dummodo talis interdicto cauſam non dederit; vel per eũ non ſteterit, quo minus Interdictum tollatur.

Hæc etiam conditione, ꝙ Oratorio tali intereſſentes, preces Deo fundant pro conſeruatione, atque vnione Principum Chriſtianorum, ac victoria contra infideles. Quæ oratio vniuſcuiuſque relinquitur arbitrio.

ITem concedit ſupradictis habẽtibus Bullam, ꝙ ſi interdicti tpe uitam finierint, eorum corpora in loco ſacro, cum moderata pompa funerali poſſint ſepeliri. Hæc ibi. 302 Quid in morte, &c.

PRo cuius. §. declaratione. Nota Primo. Quòd quamuis inter dictũ & ceſſatio a diuinis in multis differãt, & conueniant; & quãuis interdictum generale, & ceſſatio æquentur quo ad modificationem prædictam. in c. Alma mater. & quo ad rigorem. Clem. de ſent. excom. vt ex multis probat Nau. c.27.nu.188. & ſeq. In hoc tamen caſu, Bulla Cruciata, vel ſimile priuilegium conceſſum pro tempore Interdicti, nõ prodeſt pro ceſſatione a diuinis, etiam generali, ut tradit Nauar. c.27. ſup. & Couar. in c. Alma mater. de ſent. excõ. li.6.2.p. 4. contra alios, quos ibid. refert. 303 Inte dictũ & ceſſatio in quibus differãt. & cõueniãt? Bulla Cruciata n'l p ceſſatione.

NOta ſecundo. Quod, ut notat Ang. & alij Summiſtę, & melius Silu. verb. Interdictum. 5.q.5. verſi.8. per tex. in c. Licet. de Priuileg. lib.6. Nauarr. c.27. nu.178. Sot. in 4. diſt.22.q.3.art.1. Couarr. ſup. §.4.nu.5. illatione 7. Priuilegium quodcunq; etiam Bullæ Cruciatæ in quo datur facultas tempore interdicti audiẽdi Miſſam, &c. nihil prodeſt ijs, qui cauſam interdicto, dedere, vel conſilium, auxilium, vel fauorem ad perpetrandum delictum, ob quod poſitum eſt, præbuerunt. Quod etiam patet. in c. Alma mater. cum Gl. de ſent. excõ. 6. 304

NOta Tertio. Quod priuilegiati ſecundum d. Bullã Cruciatam, vel aliud ſimile, poſſunt omnibus diuinis officijs, Miſſis, Litanijsq; intereſſe, & omnibus alijs, cum moderamine. d. c. Alma. 305 Quod poſſint habente Bullam Cruciatam &c.

NOta Quarto. Quod habentes dictam Bullam Cruciatã, vel 306 De clericis non haben

 ſimi-

tibus priuileg. & ſaecularibus habentibus.

ſimile priuilegium ſaeculares, ſunt melioris conditionis Clericis non habentibus. Nam tales priuilegiati duo poſſunt tali Interdicti tempore, quae non poſſunt Clerici; nã priuilegiati poſſunt Communicare, quod Clericis extra celebrationem non licet à Iure. Secundo tales priuilegiati in mortis articulo poſſunt Sacramentum Extremae vnctionis accipere; ꝙ (vt ſupradictum eſt) etiam ſacerdotibus, minimè eſt conferendum.

307 *Habẽs Bullam cruciatam, & quid poſſit circa Miſſam, &c.*

NOta Quinto. Quòd habẽs talem Bullam Cruciatam, vel aliud ſimile priuilegiũ (ſunt enim complura in Confraternitatibus ſimilia priuilegia) poterit, ſi fuerit ſacerdos, in Oratorio, vel Capella priuata, & particulari, deſignata, & viſitata ab Epiſcopo, ſecundum decretum Conc. Trid. ſeſſ. 22. de vitandis in Miſſa, per ſe Miſſas, aliaque diuina officia celebrare, vel, ſi non fuerit ſacerdos, per alium facere celebrare, & ſacroſanctũ Euchariſtiae ſacramentum ibidem accipere poterit. tradit latè & benè de hoc priuilegio Bullae Cruciatae. Sum. Confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 245. cũ Inn. Hoſt. Io. Andr. & alijs in c. Qd in te; in fin. de Poenit. & remiſſ. vbi multa habẽtur de Cruce ſignatis. Tangit aliqua Silu. verbo, Interdictum. 5. q. 5. verſ. 10. tradit multa, multos allegãs, Couarr. in c. Alma; de ſent. excõ. lib. 6. 2. par. §. 3. nu. 1. & Gloſ. verb. Signati. in c. Licet. de Priuil. lib. 6. & melius in Extraua. Inn. IIII. quę incipit: Malitia huius temporis. extat impreſſa inter literas Apoſt. pro officio. S. Inquiſitionis. Et quamuis Martinus Ledeſ. in 2. par. q. 29. ar. 1. hoc, de communione, in priuato Oratorio neget; tenendum eſt cõtrarium, cum clarè concedatur in dicta Bulla, abſq; vlla iuris, vel priuilegij ampliatione, vel extenſione.

ERit autem maximè cõſiderandum, & cauendum à Reuerẽdiſſimis Epiſcopis, ne talis licẽtia, niſi Principibus alijsq; nobilibus, deuotiſque perſonis concedatur. Quòd ſi alicui cõcedenda erit, omnino vitari debet, ne tale Oratoriũ in eadem camera, vbi cõiugati cubant, conuerſantur q; erigatur. vide. d. Cõc. Tri. ſup. & optimè Nau. c. 25. n. 81. & Sot. in 4. d. 13. q. 2. ar. 3. 308 *Epiſcopi diligẽtes circa Oratoria.*

NOta ſexto. Quòd quamuis in dicta Bulla Cruciata requiratur ꝙ audientes Miſſam in dicto Oratorio ibidem Deo Orationem faciant; hoc tamen eſt conſilium, & exhortatio Summi Pont. quod liceat debeat fieri, quia Bulla aliqualem imponit obligationẽ: non tamen videtur conditio requiſita; quia prius incipit Miſſa dici quã fundat ea oratio. ita Docto. cõiter. 309 *De oratione requiſita in Bullã cruciata.*

NOta ſeptimo. Quòd cum vnicuique liceat proprio iuri renũciare: per multa iura & omniũ communem; videbatur ꝙ ille qui habet Bullam Cruciatã, vel aliud ſimile priuilegium ad audiendam miſſam tempore interdicti, poſſet, ſi velit, illam non audire ita ſenſit Silu. verb. Priuilegium. §. 10. Arch. & alij antiqui, & ex Modernis Caſtro. & Magiſter Sanctius, qui Cõcilio Trid. affuit, & alij. Contrarium autem, imò quod tale priuilegium habens teneatur illam audire, tenet Io. Andr. in c. fi. de ſent. excom. lib. 6. quem, cum communi Hiſpaniae conſuetudine, refert, & ſequitur Nauarr. c. 21. nu. 3. tenet Sot. in 4. diſt. 13. q. 1. ar. 1. & d. 22. q. 3. ar. 1. 310 *Vnicuique licet renunciare iuri ſuo.*

NOta octauo. Quod, quemadmodum in dicta Bulla Cruciata 311 *Habẽs Bullam ſepeli.*

tur in loco ſacro.

ciata patet, habens illam quicunque ille ſit, poterit etiam intra eandem Eccleſiam ſepeliri; cum moderata pompa.

312 *Pompa moderata, quę ſit.*

SEd quæritur. Quæ dicatur in præſenti moderata pompa funeralis? Reſp. Illam eſſe, quæ continet dimidium ſolemnitatis, quæ alias fieri ſolet, vt explicat Iulius Papa III. & Pius V. in Bulla anni 1553. Cordub. lib. 5. de indulgēt. q. 43. dub. 3. De electione autem Sepulturæ vide Mandoſium. titulo, Confeſſionale. fol. 77.

313 *Familia, vel familiares perſonæ, quæ dicãtur, &c.*

NOta nono. Pro declaratione verborū illorum, quæ habentur ī dicta Bulla Cruciata, ſcilicet.

Poſſit in Eccleſia, vel priuato Oratorio per Epiſcopum deſignato in ſua, ac familiarium domeſticorū, ac conſanguineorum ſuorum præſentia facere, vt miſſæ celebrentur, etiam tempore Interdicti.

Quòd familia, ſeu familiares dicuntur cognati vſque ad quartum gradū; vt tradit ex multis Couarr. lib. 3. Variarum reſolutionum. c. 1, nu. 4. col. 2. in fi. Anto. Gabr. tom. 1. ex Emanuele Xuarez. pag. 476. Sil. verbo, Interdictum. 5. q. 1. verſic. 4. & verbo. Familiaris. Ang. verb. Interdictum. 6. §. 4. Nauar. c. 27. num. 181. Sot. 4. diſt. 22. q. 3. arti, 1, col. 9. Ledeſ. 2. par. q. 26. ar. 2. fol. 362. col. 4. Duenas. Regula. 305. * Et qui dicantur familiares tradit latè Goff. in Sum. tit. de Appel. in Rub. n. 20.

314 *Quid concedatur a iure, & q̃d a Bulla circa familiares. &c.*

NOta decimo. Quòd quamuis Glo. in c. Licet. §. Cum conceditur. de Priuil. lib. 6. limitet, vt ſoli Barones, vel Matronæ Illuſtres poſſint familiam, vel famulos comitantes ſecum ducere tempore interdicti: Hoc tamē priuilegium Bullæ Cruciatæ largius eſt interpretandum; Quia in ea clare & expreſſe conceditur, vt quilibet dictam Bullam habens poſſit etiam familiares, qui illum comitari nō ſolent, ac conſanguineos alibi morantes ſecum ducere ad Miſſam, aliaque diuina officia. Ita Doctores ſup. notab. 9. & Mandoſ. in Practica. titulo, Altare. fol. 74.

Facit pro hac ſententia, q̄ illud quod dicta Gl. ait: tantum conceditur Epiſcopis, Baronibus, alijſque nobilibus perſonis, in fauorem dignitatis, ne famulis extra Eccleſiā manentibus, illi ſoli, & abſque debito honore, & ſolito obſequio in Eccleſiam ingrediatur. At vero in dicta Bulla non agitur ſolum de talibus perſonis nobilibus, ſed de quocunque alio vtriuſq; ſexus talem Bullam ſuſcipiente, & ſic eſt particulariſſimū priuilegiū Bullæ.

NOta vndecimo, & vltimo, q̄ 315
vt ſupra tetigimus, ſacerdos quilibet celebrare volēs, poteſt ex Bulla hac, vel alio priuilegio accipere miniſtrum Laicum Bulla carentem, ſi non reperiat Clericum, qui miniſtrare illi poſſit. Calde. de interdicto. Duēnas. ſup. Couarr. in c. Alma. 2. par. §. 4. num. 5. illatione 11. Nauar. c. 27. nu. 181. Margallus. in Rub. de Celebrat. Miſſar. & alij communiter.

Et cum his materię Interdicti finem imponimus.

TRA-

TRACTATVS DE IRREGVLARITATIBVS.

De Quibus,

TRactat (pauca tamen) S.Th. in 4.diſt.27.q.3. & prima ſecundæ.q.20.ar.5. & latius aliquantulum.2.2.q.64.ar.7.q.108.ar.4.S. Anto.3.par.tit.28.c.1.Ang. Syluc. Tabiena, Armil.& alij Summiſtę. verbo, Irregularitas. Doctores Canoniſtæ in multis locis. in ca. Niſi cum pridem. de renuntiatione. & habetur in iure, in titulo de Homicidio, & corpore viciatis in Decretalibus. Sexto. & Clement. & in Decreto, in multis locis per totam 26. vſq; ad 55.diſt. tradit latiſſime Gundiſalnus de Villa Diego. trac. de Irregularit. Summa Confeſſorum lib.2.titu.1.ab initio quæſtionis 21. Tractatus Sacerdotalis, de irregular. Couarruuias in Clementinal, Si furioſus, de homicidio. Dominicus Sot.lib.5. de iuſtitia, & iure, & in 4.diſt.25.q.1. Nauarrus Manuali.ca.27.nume.191. Simon Maiolus, de irregularitate, & Canonicis impedim. tradit aliqua Corduba. in Summa. quæſt. 34.37.& 41. Epiſcopus Papienſis. in tract.de cenſuris.tit.de irreg.B. Medina.in Summ. 1.par. Alfonſus Caſtrenſis libro 2.de Lege pęnali. Aluarus Pelagius. de planctu Eccleſiæ.lib.1.cap.48. Albertus Trotius: de vero, & perfecto Clerico. & multi alij.

EX quibus omnibus (vt S. faciebat Antonius ex ſuorum fratrum virtutum floribus) faſciculum hunc noſtrũ de irregularitate componemus; quẽ credimus omnibus odorem ſuauiſſimum, vberrimumq; fructum ſimul cum floribus præſtaturum. Intentum.

Fateor tamen materiam irregularitatis tractare eſſe difficile, ob Autorum varios modos, methodosq; illam tractandi. Quidam.n. regulas poſuere aliquas, vt totam materiam comprehendere, vt Nicolaus Ploue, in tractu Sacerdotali, qui quinquaginta regulas aſſignauit. Alij ad tria, Alij ad quinq; capita omnes irregularitatis ſpecies reduxerunt; Alij tractatus integros, quaſi inordinate compoſuere. Alij autem: vt Summiſtæ, per hoc verbum, irregularitas numeris diſtinctis materiam omnẽ declararũt. Nos autem ad quinq; ſpecies, (vt moderniores; vt Nauar. Epiſcopus Scalenſis, & alij fecerunt) materiam omnem reducemus, & vnamquamq; ſpeciem in diuerſos. §§. diuidemus, vt facilius ab omnibus intelligatur. Difficile tractare de irregularitate.

¶Et antequàm ad ſpecies deſcẽdamus, notabilia aliqua, vt conſueuimus, proponemus.

Nota

1 Difficile irregularitates numerare.

NOta Primo. Quod, quemadmodum notauit Aluarus Pelagius in tractatu de planctu Eccleſiæ.lib.1.ar.48.& refert Nauar, c.fin. 15.q.1.in argumento, & tradit Simon Maiol. de irregular.in princip. & Epiſc. Scalenſ.& notarunt olim viri doctiſſ. quaſi impoſſibile eſt omnes irregularitates, vel omnes caſus in quibus irregularitas contrahitur numerare, maxime his temporibus hominũ creſcente malitia; ita mihi videtur difficillimum omnes in vnum congerere. Fateor tamẽ quaſi omnes ſupradictos, & alios vidiſſe exquiſitos autores, vt legentibus commodum aliquod poſſem adferre.

2 Fraſes antiquorum canonum.

POnam, nihilominus fraſes aliquas, modoſq; dicendi quibus ſacri Canones vti ſolent, irregularitatem notando, quos diligentiſſime ponit Maiol. ſup.lib.1.c.1.nume.4. ¶Nam. Primo.in ca.Præcipimus.diſt.34. dicitur: Non audeas promoueri. ¶Secundo. In c.curandum.ead.diſt.dicitur: Ceſſabit a Clero, & a ſtatu ſui cleri præcipitabitur. ¶In c.Theugaldum.11.q.3. dicitur: Sacerdotij officio alienus. ¶In principio.81.diſ.dicitur: Prohibentur ordinari. ¶In c.Si laici.34.diſt. dicitur: Ad miniſteriũ Eccleſiaſticum non adducatur. ¶In principio.42.diſt. verſic.Si.n. vidua, dicitur: prohibendi à Sacerdotio: ¶In c.Si quis Epiſcopus, cũ gl.83.diſt.dicitur: Suſpẽdatur, vel deponatur. ¶In c.Epiſc.45. diſt.dicitur: Officio ſuo deijcitur. In ca. Tanta.86.diſt. dicitur Maledictione ferire. ¶In c. Quoniam.47.diſt. dicitur: Deijcitur à clero. ¶In cap. Clericus. 1. & 2. diſt. 46 dicitur: Ab officio degradetur. ¶In c.Quoniam 47.diſt.dicitur: Alienus à regula. ¶In c.Conſequens.diſt.88.dicitur: A Clericalibus officijs cogatur abſtinere. ¶In cap.Epiſcopus, aut Sacerdos, ead.diſt.dicitur: Deijciatur. ¶In c.Epiſco.21.q.4 dicitur: Communione priuetur. ¶In c.Si cuius vxorem. diſ.34.dicitur: Non poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui. ¶Ibidem.dicitur: Ad miniſterium Eccleſiaſticum admitti non poteſt ¶in c.De laicis.34.diſ. dicitur: Impedimentum præſtat, quominus pertingat ſacros ordines, & multis alijs locis, vt poterit diligens inueſtigator videre.

3 Vox: Animaduerſio quid?

NOta ſecundo. Quod ſæpe in multis Canonum, atque Legum locis inuenitur hoc uerbum: Animaduerſio, pro pœna alicuius capitalis criminis. Et tunc tale verbum ſignificat degradationem clerici; & traditionem curiæ ſæcularis, & conſequenter irregularitatem ſecundum Hoſt. in c. In quibuſdam.de pœnit.in 6. Felin. in c. In nonnullis, de Iudæis, per text. illum & per gl.in l.Imperium.ff.de iuriſd.om.iud.tex.& Doct.in c.Vt Inquiſitionis.de Hæret.lib.6.quos refert, & ſequitur Maiolus. de irreg.lib.1.c.1.in fine.

4 Diffinitiones periculoſæ.

NOta tertio. Quod quamuis difficile eſt irregularitatis veram diffinitionem adferre, Primo quia omnes iuris diffinitiões ſunt periculoſæ tex.in l.Omnis diffinitio.vbi Gl.& omnes.ff.de reg.iur. Secundo. Quia irregularitates veterum Canonum ſunt immutatæ, quædam ſuperadditæ; nihilominus tamen congruentiorem diffinitionem in medium proferam. Dixi: congruentiorem. Nam varie diffinierunt. Specul. enim.titulo. de Diſpenſatione.§.Iuxta.in prin.

Irregularitates variæ &c.

Irregularitas definit.

ſic.

ficatur Irregularitas eſt nota, ſeu impedimentum Canonicum ex facto, vel defectu prouemens, quo quis prohibetur ad Eccleſiaſticos ordines promoueri, & in eiſdem miniſtrare. Eodem modo diffiniũt Io. Andr. & Archi. in c. 1. de iudic. lib. 6. Alio modo diffinit Lapus in Clement. Si furioſus, de Homic. ſcilicet, irregularitas eſt impedimentum Canonicum proueniens in Clerico ex violatione Cenſurę Eccleſiaſticæ vel ex alia notabili inobedientia. Aliter, & prolixius abunde, diffinit Marianus Socin. in ca. Sententiam. col. 2. ne cleric. vel Monachi. & Doct. in c. Ad aũdientiã. de Homic. videlicet, quod irregularitas ſit ius impeditiuum promotionis, vel executionis ordinis, iure diuino, & canonico inductum, propter aliquem defectum, inobedientiam, factum, vel negligentiam.

5 Quibus omnibus diffinitionibus, & alijs, quas ex S. Ant. 3. par. tit. 28. c. 1. Villa Diego. de irregul. col. 1. Nicolao de Ploue, de irregul. colum. 1. Aluaro Pelagio. de planctu Eccleſiæ. lib. 1. artic. 46. & alijs, tangit Nauar. c. 27. num. 191. omiſſis, melior, & compendioſior eſt diffinitio quàm ex mente Canonum, & Inn. communiter recepto. in ca. Niſi cum pridem. de renun. tradit Nauar. ſupra. Couarr. cum multis alijs, in Clem. Si furioſus, de Homic. in princ. Sotus. in 4. diſt. 22. q. 3. art. 1. Epiſcop. Scalenſ. de irregul. ca. 2. Epiſcop. Papienſ. de irregul. in principio. videlicet: Irregularitas eſt impedimentum inductum a iure Canonico, directe impediens acceptionem Ordinum Eccleſiaſticorum, aut aliquem eorum vſum quatenus ſunt Ordines, etiam poſt pœnitentiam.

Melior diffinitio.

6 Sed cum, ſecundum omnes, & videbitur infra, irregularitas dupliciter incurratur, cum peccato, vel ſine peccato. Cum peccato, vt in Homicida, mutilatore, & alijs. Sine peccato, vt illegitimo, Bigamo, & alijs, adderem ego libẽter dictæ diffinitioni verba hæc, culpato, vel innocenti, in hunc modum.

Irregularitas incurritur cum, & ſine peccato.

Irregularitas eſt impedimentum à iure canonico inductum, directe impediens culpato, vel aliquando innocenti, acceptionem, &c.

Nota quarto. Quod quamuis multi multa inuoluant de ethimologia huius nominis, Irregularitas clarius declarabis dicendo illum eſſe irregularem, qui ſecundum regulas Canonicas, ad ordines admitti non poteſt. Vnde (merito) illum incapacem ad ordines dicemus, non quòd non ſeruauerit regulas Canonum, ſed quod non habeat requiſita per regulas Canonum ad ordines. Ita poteſt colligi ex ipſamet ſignificatione, & effectu, & ex traditis a Couarr. in d. Clement. Si furioſus. in princip. & ex Maiolo ſupra. cap. 1. nume. 1. & aliis. 7

Irregularitatis Ethymologia.

Nota quinto. Quod quamuis aliqui olim, & Maiolus hodie li 8 bc. 1. c. 3. voluerint irregularitates aliquas fuiſſe iure diuino introductas. Leuitic. c. 21. & 1. Paralipom. 28. c. & habentur in c. 1. de conſec. diſtin. 1. alias eſſe Apoſtolicas, vt 1. ad Timoth. cap. 3. & ad Titum. cap. 1. Rectius tamen videtur cum diſtinctione loquendum, vt diſtinguit Epiſcopus Scalenſis. de irreg. c. 1.

c.1. uidelicet irregularitates illas ueteris Legis umbras, & figuras eſſe irregularitatum legis gratiæ.

9 AD ſecundam autem ſpeciem, quam quidam dicunt eſſe de iure Diuino, propterea quod Apoſtolus. 1 ad Timot. 3. & ad Titum. 1. prohibuerit Bigamum, uel Homicidam Ordinari: Reſp. non eſſe rationi, ueritatiq; conſentaneum, talia iudicare de iure diuino abſolute. Quia ſi hæc eſſent iuris diuini, Eccleſia diſpenſare non poſſet:

10 Papa î quibus diſpenſat uel nō? Nam in ijs, quæ ſunt iuris diuini, Eccleſia non diſpenſat: At contrarium habetur in capitu. Lector. & ibid. Glo. 34. diſt. ubi cum Bigamo fuit diſpenſatum, Et cum homicida, etiam uoluntario poteſt Papa diſpenſare, ut ferè omnes fatentur Doctores. Imo quod Epiſcopus diſpenſare poterat olim cum homicida uoluntario ſecreto, ut ſuo loco dicetur.

11 Pius Papa. V diſpenſauit in Homic. uolūt. ET ad comprobandam hãc ueritatem fateor me duas diſpẽſationes ſuper homic. uolunt. ſecreto, in confeſſione habuiſſe, conceſſas à S. D. N. Pio Papa V.

12 Duob. modis eſt aliquid de iure diuino. SEd pro dubij huius reſolutione dicendum, aliquid iuris eſſe diuini, duobus modis intelligi poſſe. Vno, quod uim habeat ex inſtitutione diuina, & id proprie dicitur eſſe iuris diuini: ueluti ſunt Articuli Fidei, ac Sacramenta nouæ legis, in quibus nulla datur diſpenſatio, proprie loquendo: ſecũdum S. Thom. Quodlib. 4 art. 13. & in 1. ſent. diſt. 47. & in 3. lib. ſent. diſtin. 37. quem, cum multis alijs, refert, & ſequitur Silueſt. uerbo Papa. nume. 16. Armil. uerbo. Diſpenſatio. à num. 4. & omnes alij Summiſtæ uerbo: Papa, Diſpenſatio, & Fides. Ratio eſt, Quia inferior diſpenſare non poteſt in præceptis ſuperioris. ut tradunt omnes Canoniſtæ. in Rubric. & per totum. de Maior. & obedien. S. Thom. 4. diſtin. 15. q. 3. artic. 2. q. 1. & 3. par. q. 97. artic. 4. ad tertium. Silu. ſup. verſ. tertium. 13 Inferior nō diſpenſat. î lege ſuperioris.

¶ Poterit tamen Papa diſpenſare in omnibus, inquantum diſpenſatio declarationem dicit, quando oritur dubium aliquod circa dictos Articulos Fidei, Sacramenta, ius naturale, & Diuinum. S. Tho. prima ſecundæ q. 100. arti. 1. ad 4. S. Anton. 2. par. tit. 11. cap. 21. quos refert, & ſequitur Armil. uerb. Diſpenſatio. nume. 2. Sotus. Couar. & omnes. Altero modo, quod efficaciam ducat, non quidem ex Diuina inſtitutione, ſed ex humana autoritate, Diuinitus tamen homini conceſſa: & hoc proprie dicitur iuris eſſe poſitiui: & improprie dici etiam poſſet iuris Diuini; quatenus homini diuinitus conceſſum eſt: In quo genere poteſt collocari irregularitas, præſertim contracta ex homicidio uoluntario, & Bigamia. Scalenſ. ſupra. 14 Qualiter Papa poterit diſpenſare in iure diuino.

REſolutiue ergo concludendũ erit irregularitates omnes, quibus nunc ſancta Romana utitur Eccleſia, tãtum eſſe de iure Canonico poſitiuo, ſiue Pontificio. ſecundum Innocent. in capit. Ad audientiam. de Homicid. & omnes autores ſupra, diffinientes eſſe impedimentum Canonicum. & uide Nauar. nume. 191. ad fin. Innocent. item in capit. Niſi cum pridem. de renunciat. Archidiac. in cap Apoſtolica. 56. diſt. in princip. Innocen. Imol. Villa Diego, & Comm. in d. Clemen. 1. de Homicid. quam refert, & ſequitur Couar. ibid. nu. 2. Palud. 4. diſt. 25. q. 3. S. Anto. 3. par. tit. 28. c. 2. §. 6. 15 Omnis irregularitas an iure Canonico?

Nota

V. Irregularitas ſit ſuſpenſio.

16 NOta ſexto. Quod quamuis Sylueſt.& Tabien.verbo irregularitas in principio,quos refert Nauar.c.27.nu.191.ad finem. ſignificauerint irregularitatem eſſe ſuſpenſionem,& plus aliquid; fallũtur tamen;; Quemadmodum etiã fallitur Speculator.de diſpenſatione.§.Iuxta: ſignificãs omnem ex-
17 communicatum, ſuſpenſum, aut interdictum eſſe irregularem.

V. Irregularitas ſit cẽſura &c.

NOta ſeptimo. Quod quamuis Do.Sotus.in 4.diſt.22.q.3. art. 1. & alij dicant irregularitatẽ inter cenſuras numerari Eccleſiaſticas; minime tamen eſt tenendum; cum ſæpe dictum ſit ſupra Cenſuras Eccleſiaſticas tãtũ eſſe tres, excõicationem,ſuſpenſionẽ,& interdictum,vt patet clare in c. Quærenti,de verb.ſign.Ang. Sylu. Armill. verbo,Cenſura.Naua.c.27.in principio, & diximus ſupra. in princ. de ſenten.excom.

Affectus qñ punitur ut effectus, &c.

18 NOta octauo. Quod etſi ſæpiſſime in iure in atrocioribus delictis affectus puniatur,vt effect°, vt in c. Si quis non dicam rapere. de Pœniten.diſt.1.cum multis, & Bald.per text.ibi,in l. Si quis, non dicam.C.de Epiſc.& cleric.Gl.ibi. communiter approbata. in l.1.§. Hæc autem verba.ff.Quod quiſq; iuris Couar. in Clement. Si furioſus, de Homicid. in initio. 2. par. num.6.In irregularitate tamen fallit, nam ad incurrendam illam nõ ſufficit voluntas, quantumcunq; determinata faciendi id,per quod illa incurritur. Nauar.c.27.nume. 193.Couar.in d. Clem. 1.in princ. nu.4.cum multis alijs.

Non incurritur irregularitas niſi in iure, &c.

19 NOta nono. Quod quãuis quaſi infinitæ ſint irregularitates, ut ſupra dictum eſt; nullus tamen irregularitatis notam incurrit, niſi in caſibus à iure expreſſis Nauar. ſupra.num.194.verſi. 5.& omnes. maxime Maiolus.lib.1.c.2.in princip.tex.in c.Is qui de ſent. excom. lib.6. quem citat Sylue.& Armill. verbo irregularitas.num.1.Epiſcopus Scalenſ.de irregul.c.3.Couar. ſup.nu. 3. ſumma Confeſſ. Sotus, & alij ſup.Archi. in c. excommunicatos.11.q.3. Fely.in c.ad audiẽtiam in fin. de Homic.

Nullus iudicandus irreg.&c.

20 NOta decimo. Ex proxime dictis,quod in foro exteriori nũquam in dubio quis ſit iudicãdus irregularis. text.in cap.ſignificaſti.2.de Homicid.Abb.late, & Hoſtien.in ca. Ad audientiam. de Homicid. receptus commu.Spec.de diſpenſatione.§.iuxta. verſi.Generaliter.Ang.Sylueſt.Armil.& alij. maxime Nauar.ca.27.nu.193.Maiolus ſup.nu.2.Epiſcopus Scalenſ. d.c.3.Tabien.verbo, Irregul.nu.3. Anan.Cald.Ioan.Andr.& alij relati,& ſequuti à Couarr.in d.Clem. 1.in princ. nu. 3. Quod eſt verum quo ad hoc,vt iudex, vel ſuperior non poſſit prohibere, & interdicere ſuſceptionem, vel adminiſtrationem Ordinum. In foro autem conſcientiæ, & interiori.ſ.quo ad eum,qui vel promoueri, vel promotus exercere vult; in dubio irregularem ſe præſumere debet,vt ad cautelam, diſpenſationem,vel habilitatem petat. Gl. in c.ſi quis. diſt.51.arg.c. Excommunicatorũ. 23.q.5.cum Gl.ſimilis. Gl & ibid. Hug.in ca.Si quis per ebrietatem. de conſec.diſt.2.Villa Diego; quẽ refert,& ſequitur Nauar. ſup.Maiolus, & omnes ſup. Ratio autem 21
huius differentiæ (ait Nauar.)non eſt, quod in rebus dubijs non ſit pars ſecurior accipiẽda; ſed quod nemo poteſt facere abſq; peccato

In dubijs pars ſecurior.

id,de

id, de quo dubitat an ſit peccatū, nec ne: & quod nullus iudex debet condemnare aliquem, de quo dubitat, an debeat condemnari nec ne.

22 Quib. pōt quis modis dubitare.

CVius Nauarri doctrina videtur mihi non eſſe ſic nude, & abſq; alia declaratione intelligenda. Nam ille qui dubitat, vel rationabiliter dubitat, uel tantum ex leuitate animi, vel ſcrupulo, vel ex iuris ignorantia dubitat. Si verè, & rationabiliter dubitat; eo quòd iuſtam habet dubitandi cauſam approbatam a viro doctò, vel Cōfeſſore ſuo experto; diſpenſationē impetrare tenetur. Si autem ex leuitate animi, ſcrupulo, vel iuris ignorantia dubitat, conſulat viros doctos, vel Confeſſorem literatū, prudētē, atq; timētē Deū, & eius dicto acquieſcat abſq; vlla alia diſpenſatione.

23 De cōſcientia inqeta.

Quòd ſi conſcientia eius non fuerit quieta, vel non depoſuerit ſcrupulum; diſpenſationem petat, quia faciens contra conſcientiam ædificat ad Gæhennam. ſecundum text. & Doct. in c. Literas. de reſtit. ſpoliat.

24 Ceſſante cauſa ceſſat effectꝰ.

NOta vndecimo. Quòd cùm generaliter, ceſſante cauſa, ceſſet effectus, c. Cum ceſſante. de appel. cum ſimilibus; ſic in præſenti, ceſſante irregularitatis cauſa, ceſſat ipſamet irregularitas. c. Statuimus, & c. Neophitus. 61. diſtin. gl. & ibi Ioā. And. in c. Cum inter Canonicos de Election. Ioann. Andr. etiam in capit. Super eo. in Gloſſa mag. de elect. glo. in verbo, Ceſſante, in c. Poſt tranſlationem. de renūtia. exemplo ſunt, S. Ioannes Damaſcenus. & Leo Papa. I. quibus abſciſſæ manus, fuerunt miraculo poſtea reſtitutę. Vnde ceſſauit impedimentum, atq; irregularitas illorū. tradit Simon Maiolus. d. lib. 1. c. 2 nu, 6. vide Surium in vita S. Ioan. Damaſceni.

Ceſſat irregularitas ceſſante cā.

25 Irregularitas qualiter cōſideratur.

NOta duodecimo. Quod irregularitas non ſolum conſideratur ratione Ordinum, ſed quandoq; ratione ſolius Prælaturę. tex. in c. 1. de filijs presbyter. c. In quibuſdam de pęnis. & vbique.

26 Irregularitas quid reſpiciat.

NOta decimotertio. Quòd irregularitas præcipue reſpicit prohibitionem clericandi, non autem ingreſſum religionis; prohibitus enim clericari, non cenſetur prohibitus fieri Monachus, ſiue regularis. Abb. in c. In quibuſdam. col. 1. de Pęnit. Vnum tamen conſidera quod irregularis prohibitus clericari admiſſus ad religionem, non poterit ibi fungi prælatura; Abb. vbi ſup. col. 2. in principio per tex. ibi.

27 De oī magna deformitate.

NOta decimoquarto. Generaliter pro multis dubijs diluēdis; Quod omnis magna deformitas corporis per ſe ſufficit ad reddendum hominem irregularem. ſ. ne promoueri poſſit. Abb. i c. 2. de cleric. ægrotan. Quod procedit, ēt ſi nullam habeat membrorum mutilationem. & dicitur infra diffuſius.

28 De ægris, & impeditis, &c.

NOta decimoquinto. Quod ſi quis fuerit adeo ęgrotus, vel debilitatus, ita quod officium ſuū exercere commode non poſſit, abſtinere cogitur, & dari debet ei coadiutor, iuxta formam. c. 2. & 3. de cleric. ægrot. vbi Abb. & Albericus. in ver. Vitiatus. in fin vide Cōcil. Trid. Seſſ. 20. c. 6. de refor.

29 De mutilatione ſuperuenienti.

NOta decimoſexto. Quod omnis mutilatio, aut debilitas ſuperueniens, per quam Miſſæ Sacrificium exerceri non poſſit ab eo, qui iam ordinatus eſt; non impedit

pedit quin reliqua alia munera Sacerdotalia exercere poſſit; Vt prędicare, Confeſſiones audire, & ſimilia tex.in c.Presbyterum,de cleric.ægrot. Quod eſt verum,ſi ſine culpa ſua contigerit talis debilitatio; ſecus ſi cum culpa. Tab.ver bo,corpore vitiatus.

30 De ꝓhibito miniſtrare in ordine ſuſcepto.

NOta decimoſeptimo. Quod quiſquis ſuſceptum Ordinē exercere prohibetur; nullo modo poteſt ad altiorem aſcendere: q̃a in ſuperiore ſuſcipiendo neceſſaria eſt ordinis ſuſcepti adminiſtratio,in habitu,& apparatu proprio ita quòd ille,qui aſcendit ad Diaconatum, in ipſa ſuſceptione Diaconatus dicitur adminiſtrare ſubdiaconatum. Idem in Diacono ſuſcipiente Sacerdotium; propterea ſuſpenſus; vel interdictus ne in Subdiaconatu adminiſtret, ſuſcipiendo Diaconatum videtur ita violare interdictum,ac ſi in Subdiaconatu Altari miniſtraret, vnde fieret vere irregularis tradit Maiolus.lib.1.c.2.nu.11.

31 De corporalibus defectibus.

NOta decimooctauo. Quòd omnis corporalis defectus, quantumuis paruus, vel occultus, ſi faciat Sacramenti adminiſtrationem minus tutam, inducit irregularitatem; idem ſi gignat ſcandalum,aut periculum ſcandali; Tabiena. verbo,Corpore vitiatus.verſi.Vtrum auulſio. per text. in c.1.& vlti. de corpore vitiatis. tradit etiā Hoſt.in c. Cum de tua. de corpore vitiatus vbi etiā Abb.

32 Habēs corporis defectū.V.celebrans incurrat aliā irregularitatem.

NOta decimonono. Quòd quamuis irregularitas ad irregularitatem accumulari poſſit; non tamen propterea is, qui irregularis eſt ex defectu corporis ſi celebret nouam irregularitatē incurrit, ſed peccat grauiſſime; ſecundum Inno in c. Si celebrat, de cleric.excom. miniſt. Alber.verb. Crimen.ad fi.Sylu.verbo, Concubinarius.q.4.ad fin.Et tunc eſſet irregularitas difficilior diſpenſatu, & de Epiſcopali fieret Papalis.gl. in c.Latores. de clerico excō.min.

¶Et ꝙ dicit Arch.in c. Apoſtoli cæ.diſt.56. quod irregularis ex crimine,ſi adminiſtret incurrit nouā irregularitatē, intelligi poteſt de notorio,& capitali, vt ex D.Anto. Abb.Inn. Hoſt. & alijs tradit Syl. ſup.late.Nau.c.25.nu.76.cum ſeq. 33 De irregulari ex crimine admi niſtrante.

34 Quæ crimina inducant irregularitatē, &c.

NOta vigeſimo.Quòd q̃cunq; crimina eijciunt promotos, aut inducunt clericis depoſitionē, eadē quoq; inducūt irregularitatē ne promoueri poſſint: imo multo fortius. Spec.in Repertorio Aureo.lib.1.tit. Hæ ſunt irregularitates, quæ impediunt promouendū; in prin. Idem Spec.de diſpenſatione.§.iuxta.ver. Itē oēs caſus.col.5. & refert,& ſeq̄ Maio.li.1.c.2.n.9.

35 Faciens aliū irregula.ē V.ut ir regularis.

NOta vigeſimoprimo aliā generalē regulā,vel concluſionē; Quod oīs ille qui proprio facto aliū reddit irregularem, ipſe quoq; irregularis efficit, vt (v.g.) qui alij oculos eruit, manū abſcindit,aut quouis alio modo mutilat Guil.de Laud.in ſuo Sacramentali.Syl. verb.Homicidiū.3.q.4.verſ. Tertiū.ad fi. Ang.homic.5.§.5.Tabiē.irregularitas.2.§ 26.Roſella.irregularitas.5.§.29. Maio. ſup. nu. 10.verſ.Decimanona, & alij multi;licet alij tenuerint contrarium: Rō,eſt vt in eo quo quis deliq̄t in eo puniat̄ Quia cū talis mutilatus effectus ſit irregularis, eadē pęna plecti dēt q̄ illū fecit irregularē. 36

36 Irregularitas aliqñ fortior ſine peccato

NOta vigeſimoſecundo. Quod irregularitas qn̄q; fortior eſt ſine peccato, quam cū peccato,vt patet

patet manifeſte in eo, q exercuit iudiciũ ſanguinis, antequam baptizaretur; nã illa irregularitas nõ tollitur baptiſmo, ea autem tollitur, quæ fuit cauſata ex homicidio voluntario, vt ait Gl. in c. Si qs viduã. 50. diſ. (q͂d ſi tenendũ in hoc, diximus. ſupra de Baptiſ. & alibi.) Idẽ in eo, q duas habuit cõcubinas; nã nõn eſt irregularis, Bigamus. At qui duas habuit vxores, irregularis eſt.

37 Quid quã irregularitas dependet ab actu interiori, &c. NOta vigeſimotertio. Qd quõtieſcunq; irregularitas pẽdet ab occulta animi intẽtione, dẽt iudex remittere eam cõſciẽtiæ ipſius rei c. Ex tenore. de Temp. ordin. Exẽplo eſt is, q aliquẽ occidit vitã ppriã defendẽdo, nã quia motus animi cognoſci nõ põt à iudice, an fuerit ad vlciſcẽdũ, an ad iuſtã defenſionẽ, æquũ eſt, vt ipſius cõſciẽtiæ ſit iudex. c. Significaſti. 2. de homic. ideo eã cõſciẽtia ſolo iuramẽto pbabit. Qd verũ ẽ, ſi ad nullius pjudiciũ vergat ipſa declaratio de irregularitate; alioq ſi tractet de pjudicio tertij, forſan de obtinẽdo bñficiũ p cõcurſum, nõ eſt remittẽda cã cõſciẽtiæ ipſius, nec ipſius iuramento eſt ſtandũ, ſed aliter illud pbandũ eſt, notat Zenzel. in Clem. 1. de Homic. & Stephanus Trochẽs, vir iure cãnonico peritiſſimus, in d. Clem. poſt Glo. verb. In mortem. refert, & ſequitur Maiol. ſup. nu. 10.

39 Cur dr reddẽs hoiem incapacẽ dr irregularitas. NOta vigeſimoquarto. Quod quicqmd aliqua rõne reddit hoiem indiſpoſitũ ad Ordines Sacramentorũ, dr irregularitas, ut colligitur ex S. Th. in 4. di. 27. ar. 4. Quãobrẽ nõ placet Archi. opinio. in c. 1. di. 57. dũ ait: aliud eſſe irregularitatẽ, aliud canonicũ impedimẽtũ, q locutio tm̃ verbalis vr; Nã qui pmoueri nõ põt, Canonico obſtãte impedimẽto, q͂d aliud, q irregularis eſt, cũ egeat diſpẽſatiõe. §. iuxta. ver. Gñaliter. dicẽs oẽ ipedimẽtũ ad aliquẽ pmouẽdũ ſine diſpẽſatione, irregularitatẽ eẽ.

NOta uigeſimoquinto. Regulã gñalem hãc in materia defectuũ corporaliũ; Quòd oĩs ægritudo, uel deformitas ut irregularitatẽ inducat, arbitrio relinquitur Epi tanquã boni uiri tradit Arch. in prin. diſt. 55. Abb. in c. 2. de cleric. ęgrotant. Inn. in c. Significauit, de corpor. uitiat. Tabie. uerbo, corpore, Qui, ait, quò ad religioſos arbitriũ eſſe penes eorũ ſuperiores. Quòd licet tpe Tabienę forſan pcederet; Hodie autẽ, cũ per Cõcil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 12. Regulares ſint etiam ab Epo diligenter examinandi, & approbãdi, credo q Epi nolint arbitrio Supiorũ relinqre, ut uidi in facti cõtingẽtia. 39 Oĩs defectus, uel ęgritudo relinqũt arbitrio Epiſcopi.

41 De diſpenſatione facili, &c. NOta uigeſimóſexto. Quod qñq; Doctores negant eum irregularem eſſe, qui eget diſpenſatione ad Ordines ſuſcipiendos; quæ quia facile obtineri põt, negant eſſe irregularem, ideſt, non eſſe diſpenſatu difficilem; cum tamen irregularis ſit, exẽplo eſt Gl. in Clem. 1. de Homic. uerſ. infans, cũ alia Gl. in c. fi. de cleric. pugnãt. in duel. Nam maior ſeptennio, etiam doli non capax, ſi occidàt, fit quidẽ irregularis, ſed perfacile diſpenſatur; & ideo, multi dicunt eũ nõ eſſe irregularem, cum tñ uere ſit: ſed ob id negant eum eſſe, quia diſpenſatio non negabitur illi.

42 De Homicidio cauſa tuendæ uitæ &c. IDem hodie dici poterit de eo, qui occidit per ſummã neceſſitatẽ defendẽdæ uitæ; nã, etſi nõ ſit irregularis; ita ut diſpenſari non debeat; tamen, quia cauſæ cognitio requiritur, & decretum Papę, uel

vel eius Delegati, vt ſuper habilitatione fiat declaratio, vt pulchre, & clare cauetur, in Conc. Tri. ſeſſ. 14. de reform. c. 7. ſequitur, vt interim inter irregulares annumeretur, cum tamen verè irregularis non ſit. tex. in d. Clem. Vbi omnes, maximè Couar. latiſſime.

Quãdiu requirat Epiſcopi declaratoria cenſetur quis irreg.

Et ideo, quotieſcunque eſt opus declaratoria Epiſcopi, vel Papæ, ſemper interim, dum pẽdet declaratio, inter irregulares quiſque ponitur, etiã ſi poſtea declaretur non irregularis. Nam eo interuallo, habet quodammodo manus ligatas, vſq; ad iudicis declarationem.

43 Irregularitas duplex parua &c.

NOta vigeſimoſeptimo, duplicem eſſe irregularitatẽ. Quædam dicitur parua, & talis eſt omne mortale peccatum, per quod quiſque prohibetur diuinis immiſceri; & nec ſola pœnitentia tollitur, vt tradit Goffred. quem refert Hug. in Glo. c. Si celebrat. de Clerico excomm. miniſt. & communis omnium Catholicorum. vt ſupra de Pœnitent. dictum eſt late contra peccatum mortale. Alia eſt grauis, de qua infra per totum.

Quibus omnibus iactis fundamentis, ad totius materiæ intelligentiam neceſſarijs; ad eius declarationem, & primò ad diuiſionem deueniamus neceſſ. eſt.

Irregularitas diuiditur.

DIuiditur ergo Irregularitas omnis, in quinque generaliſſimas ſpecies; ex quibus, tanquam ex capite membra, omnes defectus, inhabilitates, canonicaq; impedimẽta ad ordines ſuſcipiendos, vel in ſuſceptis adminiſtrandum emanant.

1. *Ex Sacramento, ſ. Bigamia.*
2. *Ex defectu animæ.*
3. *Ex defectu corporis.*
4. *Ex delicto, Homicidij iniuſti, maximè.*
5. ex defectu ſpeciei lenitatis

De Prima ſpecie, ſ. Bigamia.

TRactat S. Tho. in 4. ſent. d. 27. q. 5. ar. 1. Palu. q. 4. art. 1. & omnes alij Scolaſtici; maximè Sotus ibid. Idem S. Th. 22. q. 108. art. 4. ad ſecundũ. & q. 66. per quinque ar. In Decretal. & ſexto. titu. De Bigamis. In Decreto. in c. Acutius, & per totã in 26. & 34. diſt. Ang. Sil. Tab. Armil. & alij. verbo Bigamia. Petrus à Soto, de inſtit. Sacerd. lectione 18. de Matrim. Sum. Confeſſor. lib. 3. titu. 3. Nauar. c. 27. nu. 195. Simon Maiol. libr. 1. c. 33. Epiſc. Scal. de irreg. c. 6. verſic. Bigami quoq;.

1 Vox: Bigamia quid?

PRo cuius Irregularitatis, vel defectus declaratione, Quæritur: Quid ſignificet hæc vox: Bigamia? Reſp. Hoc eſſe clarum ex ipſamet nominis ethimologia. Bigamia. n. cõponitur à bis, & Gamo: Græce, quaſi dicat bis Matrimonio iunctus vel copulatus, ſecundum communem omniũ: vide late Calepinũ in hac voce, Bigamia: & ideo Bigamia ſignificat vxorũ pluralitatem, ſecundum S. Tho. in Epiſt. ad Hebræos. c. 11. quẽ refert, & ſequitur Silu. verb. Bigamia. in princ. Nauar. ſup. in principio.

2 Quot ſpecies Bigamiæ?

QVæritur. Quot ſint ſpecies Bigamia? Reſpõ. Tres, vna dicitur vera, & propria Bigamia. Altera, interpretatiua. Tertia ſimilitudinaria: ſecundum omnes ſupra. Quas Epiſc. Scal. ſup. ſignificat his verbis, re, interpretatione, & ſimilitudine.

3 Bigamia vera.

VEra dicitur, & eſt illa quando quis diuerſo tẽpore duas habuit vxores, ambaſq; cognouit; virgi-

ſupra.Nauar.nu. 195.verſic.ſecundo.quamuis Epiſc.Scalenſ. ſupra; nihil agat de copula. Quod procedit etiam ſi vnam,vel utranq; ante Baptiſmum habuiſſet: ſecundum dicta ſiura. Bigamia interpretatiua dicatur; cum quis duas ſimul habet vxores, vnam de iure, & alteram de facto, ſi ambas cognouit.S.Th.4.diſt.27.q.1.ar.4.& ſuper Epiſt.ad Heb. c.11.Syl.verbo,Bigamia,nu.1.Armil.Bigamia,nu.2.p.tex.in c.Nuper.de Bigamis Naua.Couar.& alij. quamuis Maiolus,ſup.num 3.hanc etiam dicat proprie, & uere Bigamiam.

4 Interpretatiua.

Item, qui cum vna ſola, & vidua contraxit, includitur in hac Bigamia, ſi cum illa rem habuit, ſecundum omnes ſupra per tex.in c.Maritum.33.diſt.ca. Si quis viduam 50.diſt. In eadem etiam ſpecie comprehenditur ille, qui cum qualibet alia cognita ab alio contrahit,& illam cognoſcit, text. in d.c.Maritum.S.Tho. diſt. 27.q.1. art.4.Sylu.Armilla.ſupra. Nauar. c.27.nu.195.Maiol.ſupra nu.4.Et habetur expreſſe in Cano.17.SS. Apoſt.in hæc verba: Qui viduam duxit,aut diuortio ſeparatam a viro,aut meretricem,aut ancillam, aut aliquam,quæ publicis ſit mancipata ſpectaculis, Epiſcopus, presbyter aut Diaconus, aut denique ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

5 Quid de floráte Virginem, & poſtea dui

NOta quod quamuis Glo.in c. Nemo ad Sacrum.& in c.Maritum 34.d.ſt.n.Hoſt.& alii, quos refert Sylu.ſupra. num. verſi.7.& Maiol.ſupra.num.5.& Epiſc.Scalenſ.c.6.§.Interpretatione dicant illum qui aliquam virginem primo deflorauit, & poſtea cum illa contraxit, eſſe Bigamũ; verior tñ eſt opinio contraria; quam tenet S.Th.d.art.4. Glo.& Abb.in ca.Sane.de Bigam Card. in ca. Tanta. Qui filii ſint legit. Sylu. ſupra .Gl. fin.recepta in c.fin.de Bigam. quã refert, & ſequitur Nauar. ſupra: in illo verbo ſolo compendioſo; (ſecus ſi per ſe.) Maiol.ſupra.nu. 5.& alij.

6 De cognoſcẽte adulteram.

EAndem irregularitatem Bigamiæ interpretatiuæ incurrit ille,qui Virginem vere duxit, ſed poſtquam eam cognouit,adultera uit illa, & poſt adulterium eam iterum cognouit.Cõmunis.Quod primo uerũ eſt, etiamſi hoc adulterium maritus penitus ignoret tex.in cap.Si cuius. vbi Glo.recepta.Abb.in c.Si vir. de adult, & c. Si laici.cap.Scimus 5.34.diſt. S.Th. 4.diſt.27.q.1.ar.4 Sotus.art.1.Ange.Sylue.Armil.Summa Confeſſ. q.8.& alii, Nauar.ſupra. Epiſcopus Scalenſ.d.cap.6. Maiol.ſupra. numero 6.

Secundo. Verum eſt, etiam ſi poſt adulterium eam cognoſcat ex præcepto Eccleſiæ. Supradicti omnes magis communiter, ſecundum Sylu.ſupra.Sum.Confeſſ.

7 Quid ſi uiolenter fuit cognita

Tertio. Verum eſt etiã ſi violenter fuerit ab alio cognita, ipſa omnino contradicente, atq; renuente. Quia nihilominus, ſi poſtea maritus eam cognouit, fit Bigamus, ſecundum Maiolum.ſupra.nu.6.Ratio eſt, Quia quamuis vim paſſa ſit adultera non ſit,text.in c. Illæ 32. q.5. & c. Deſponſatas 27.q.2.tamen quia in irregularitate factũ inſpicitur: non voluntas; maritus poſtea illam cognoſcens, fit Bigamus ſicut virgo uim paſſa non eſt Conſecranda. notat Armilla. nu.2.dum dicit abſolute quomodocunq; Decif.Fidei Cath.Pauli,

Griſal.verbo. Bigamia. in principio.S.Th.Sotus,& alij.ſupra.

8 Quid ſi Matrimonium fraudulẽter fecit.

QVid ſi quis, dum contrahit Matrimoniũ cũ aliqua dicta [illegible] rum,in matrimoniũ nõ conſenſit, ſed fraudulenter, vt illa vteretur,eſt copulatus; & poſtea,cũ ipſa conſentit, vel illa mortua,vel ſeparata,contrahit cũ alia? Reſp. Qđ ſi deſit cõſenſus in Matrimonium,non cauſatur Bigamia, nec incurritur talis irregularitas; tradit Paul.Gryſaldus,in li. Deciſ.Cath.Fidei verbo.Bigamia.

9 De uxore mortua re ſuſcitata De Sacerdote reſuſcitato.

QVæritur.V.contrahens, aut conſummans Matrimoniũ cũ vxore, q̃ poſtq̃ fuit mortua, fuit poſtea reſuſcitata, incurrat Bigamiã? Reſp. per ſequentes cõcluſiones. Prima cõcluſio.Quãuis Sacerdos mortuus reſuſcitaretur, nõ tamen eſſet reordinandus, quia Caracter eſt indelebilis in anima, ideo ſemel rite ordinatus, in æternum manet ordinatus.diximus ſupra in 1.p.de Ordine.

10 V. teneat uir uxorẽ reſuſcitatã ducere?

SEcunda concluſio. Non eſt ſic in viro, vel vxore; Nam mortua vxore vere, & naturaliter ſi poſtea reſuſcitaretur, non teneretur vir,eam acceptare, ſi nollet. Quia matrimoniũ morte naturali diſſoluitur.vt patet 1. ad Cor.c.7. ad fin. quòd ſi dormierit uir eius (loquitur de nupta) liberata eſt a lege,cui vult nubat. * De hac quęſtione tractat Henricus de Gandauo in quodl.2. q.37. vbi aliam ponit.ſ. V.Religioſus mortuus reſurgens teneatur ad priſtina vota? & reſoluit,quòd ſic.

11 V. eſſet Bigamus.

TErtia ergo concluſio. Nec cõtrahens aut conſumans cum vxore mortua, & poſtea ſuſcitata eſſet Bigamus. hanc concluſionẽ ex S.Tho.4. diſt.27.q.3.tradit Paulus Gryſaldus.ſupra.

TErtia & vltima ſpecies Bigamiæ dr̃ ſimilitudinaria, q̃ licèt Nau.c.27.nu.195.velit oia vno o o verbo comprehendere; ſic in alias particulas, vel aſſertiones diuidemus. Prima aſſertio. Oĩs Sacro initiat⁹ ordine de facto,(de iure n. nõ p̃t,) cõtrahẽs, & cõſumãs cũ aliqua,ẽt ſola, & virgine; Bigamiã ſimilitudinariã incurrit. text. in c. Quotquot 27. q.1.c.fin.de Bigam.in principio.Sum. Conf.ſup. S.Anto.3.p.tit.1.c.1.Sylu.Armil. & alij.Nauar.ſup.Maiolus. d.lib. 1.c.33.num.7.Epiſc.Scalenſ.d.c.6. verſi.Similitudine. 12 De Bigamia ſimilitudinaria.

SEcunda aſſertio.Regularis oĩs quamuis nullum ſacrum ordinem habeat, poſt ſolemnẽ Caſtitatis votum.i.profeſſionem aliquam,etiam vnicam, & virginem ducens,& conſumans; non tantũ incurrit Bigamiam dictam,ſed eſt irregularis, vt Hæreticus. tenet Bald.in l.Nemo Clericus. C.de Sacroſanct.Eccle.quem refert,& ſequitur Maiolus.ſupra. Tenet etiã Barto.in ead.l.quem refert, & ſequitur Epiſcop.Scalenſ.d. uerſic. Similitudine. 13 De religioſo contrahente.

TErtia. Nec ille effugiet dictã Bigamiæ irregularitatẽ, qui duxerit uxorem eam, quæ votum Caſtitatis emiſerat, etiam ſi ipſe non vouiſſet. Nam quodammodo ipſa vxor eſt Bigama, & ipſe Bigamam duxiſſe videtur, ut ex d.ca. Quotquot. notat Maiolus. ſupra. nu.8.Epiſc.Scalenſ. ſupra. 14 De contrahente cum ea quæ uotum Caſtitatis emiſit.

MVltæ autẽ concluſiones, uel aſſertiones poterãt poni circa dictas ſpecies Bigamię: ſed vide late Ang.Sylue.Armil.Nauarr. & alios ſupra. & nouiſſime in Cõcil.Tridẽt.ſeſſ.25.ca.17.vbi concluditur 15 Vide de Bigamia.

cluditur Bigamos, nec etiã ad minores ordines admittendos. vide etiam Maiol. ſup. nu. 4. Quare aſ-
Aſſertio hęretica de Bigamia. ſertio hęc: Bigamia nemini eſt prohibita, Hæretica eſt; ut late probat Paulus Gryſal. in d. uerbo. Bigamia.

16 V. tantum in lege gratiæ ſint Bigami. Q Væritur. V. tantũ nunc in lege Gratiæ ſint Bigami? Reſp. Qd in omni lege, ab ipſa Mundi conſtitutione fuere Bigami. In lege n. Naturæ, Lamec, Gen. 4. & Eſau c. 26. habuerunt duas vxores: vide tex. in c. Quomodo. 31. q. 1. In lege etiam Moſaica fuit pluralitas vxorum. In lege autem noſtra, Bigami ſunt irregulares. vt per totum tit. de Bigam. & per ſupradicta.

17 SEd, Cum ſecundum Apoſt. 1. Cor. 7. & omnium communẽ; poſt vnius coniugis obitum; concedatur alteri aditus ad ſecundas Nuptias: & Philippus II. Catholiciſſimus Hiſpaniarum Rex, quater, & alter, quem ego agnoui laudabiliter ſepties contraxerit; abſq; peccato; Imo aliquãdo grande eſt meritum, vt ait Concil. Floren. Decreto. 10. S. Tho. 4. diſt. 42. Tabiena. verb. Impedimentum Feriarum. q. 3. Maiolus. li. 1. c. 33. nu. 2. & nos diximus. ſup. in 1. par. de Sacramentis in genere: Quęritur,

Philippus II. Hiſpan. Rex, &c.

18 Quare dicatur, Bigamos & incurras. Matrimo. quid ſignificet. Quare qui bis Matrimonium contrahit incurrat hanc Bigamiæ irregularitatem? Reſp. Quia irregularis dicitur, quia per Matrimoniũ vnius viri ad vnam virginem repræſentatur Matrimonium Chriſti ad Eccleſiam, quæ vnica eſt, ut Cant. 6. Vna eſt columba mea. & 2. Cor. c. 11. Deſpõdi uos uni uiro uirginem caſtam; &c. Qua propter in Canone. 17. Apoſtolorum;
19 dicitur: Duobus coniugiis copulatus poſt Baptiſmum, aut qui concubinam habuit; non poteſt eſſe Epiſcopus, uel presbyter, uel Diaconus; uel deniq; Clericus. S. Th. 4. diſtin. 27. q. 3. ubi Palud. Summa Confeſſ. ſup. q. 2. Secundo: Quia non poterit eſſe uiduitatis, ac continentiæ adhortator, qui coniugia ipſe frequentauit. S. Ambr. lib. de Officiis, & habetur in c. Vna. uer. Quod culpæ. 16 diſt. Specul. tit. de Diſpenſatione. §. Iuxta. uerſi. Defectus. Maiolus. ſupra. nu. 2. Tertio fit ob Sacerdotij ingentem dignitatem: tex. in c. Qui ſine. 36. diſt. & c. Acutius. 28. q. 3. Quarto. Ratione præſumptionis de incontinentia. Sylue Bigamia num. 1. in fine. text. in cap. Propoſuiſti uerſic. Sed fortaſſe. 82. diſt. Summa Confeſſ. ſupra. q. 2. & alij. * Supradictis cõcordãt. s. Hiero. tract. 3. p. 5. epl. 26. Tiraq. de legibus connubial. Boet. deciſ. 186. in fi. quos refert; & ſequitur Maiol. ſup. nu. 14. in fi. dicẽtes ſub Damaſo Papa hominem Romæ uigeties uxorẽ duxiſſe, & mulierem 22. uiris nupſiſſe. uide ibi hiſtoriam.

Nõ põt bene caſtitatem conſiliari qui, &c.

20 Sacerdotij dignitas.

21 V. Solus cõſenſus faciat quẽ Bigamũ, &c.

EX ſupradictis omnibus dicentibus ad Bigamiam incurrendam requiri copulam; apparet errasse Magiſtrum ſenten. in 4. diſt. 27. dicentem & tenentem ſolos cõſenſus de præſenti in duo matrimonia, citra copulam, conſtituere Bigamum, quem (merito) reprobat Sotus. 4. diſt. 27. q. 3. art. 1. Ratio eſt, Quia contrarium cauetur. in c. Debitum, de Bigamis.

22 V. Tantum requiratur carnis copula, &c.

EX qua uera reſolutione infertur ad Quæſtionem, Vtrum ad incurrendam hanc Bigamiæ Irregularitatem ſufficiat tantum carnis copula; uel etiam requiratur ſeminis in vaſe effuſio: ut de Affinitate diximus ſu-

pra.in 1.par.ti.de affinitate? Reſp. ꝙ nō requiritur commixtio ſemi nu͂m, ſed ſufficit, ꝙ corrumpat intrando clauſtra pudoris: tenet expreſſe Armilla, verbo, Bigamia. nume.2.in fin.

23 De marito cognoſcēte vxorē extra ordinarie.

EX qua opinione, ſi uera eſt, infertur ad quæſtio. Vtrū ille, qui vxorem cognouit extraordinarie.i.illā extra naturale vas polluendo, abſq; virginitatis amiſſione, vt de quodā ego ſciui; illa mortua; & aliā ducens, & carnaliter cognoſcens, fiat Bigamus? Reſp. Primo. Nullum auctorē hanc quęſtionē tāgere. Secūdo. (meo iudicio) p ſuperiora, non eſſe Bigamū.

24 Quid ſi clauſtra nō intrauit tā grauidā fecit &c.

INfertur ad alterā quęſt. Quid ſi, vt ex S.Th. & alijs tradit Bernar. Diaz. de Luco in praxi Cano. c.77. & nos ſemel vidimus & diximus ſup. in 1.p. de Affin. q̄uis clauſtra nō intrauit vxoris virginis, ſemen intrauit, quo grauida facta eſt, & ferro al quo genitale membrū aperitur, vt puer egrediatur, quo viuo egreſſo, illa moritur, marituſq, aliam duxit, & cognouit, An talis ſit Bigamus iudicandus? Reſ. Primo, Mirādū eſſe, cū aliq̄n hæc contigerint, auctores nihil de hoc notaſſe. Secundo. Dico (meo iudicio) talē Bigamum eſſe iudicādū. ratio eſt, quia licèt copula realis: quę neceſſaria eſt, in prima nō fuerit ſequuta, ex immiſſione tamen ſeminis intra vxoris vas, ſequutus eſt effect⁹ copulæ.1. part⁹.

25 De cognoſcente Sodomitice primā uxorem &c.

HVic ēt accedit tertia dubitatio, Quid ſi primā vxorem tantum Sodomiticè cognouit; vel vxor tantū commiſit adulterium per copulam Sodomiticam; Vtrū prima mortua, & poſtea ſecundā legitimè cognoſcens, vel adulterā ad copulā admittens; ſit Bigamus cenſendus? Reſp. Cū irregularitas non incurratur, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ex c. Is qui. de ſent. excommu. lib. 6. tradunt omnes ſup. Nauar. c.27. nu.195. in hoc caſu, & alijs ſimilibus omiſſis à Doctoribus, non incurri dictam Bigamiæ irregularitatem.

QVid de illo iudicandum, qui virginem duxit, cui in primo cum marito concubitu, per fœmineum membrum, egreſſum eſt viri lle, & remanſit vir illa, quæ primū erat puella habita; vt ex multis probat Simon Maiol. lib. 2. c. 27. & Nos (ex Soto) diximus. ſup. in 1.p. de Baptiſmo? Reſp. Vtrūq; incidiſſe notam aliquam apud Populum, ob q̄ merito poterunt repelli, ſi ad ordines promoueri petierint. In rigore autem, nullus, illorum irregularitatem Bigamiæ dicitur incurriſſe, cùm inter viros Bigamia nō detur. Ille autem, qui primum erat puella, nullo modo erit admittendus, ob vulgi opinionem. At ille, qui illam in vxorem acceperat, & poſt dictum factum cū alia contraxit, mortua vxore poterit admitti, quia non iudicatur Bigamus. notat Maiolus. ſup. c.33. nu.13. 26

27 Quid ſi Bigamus de facto ordinatus.

NIhilominus tamen circa ſupradictas omnes Bigamiæ ſpecies, aduerte; Quod nullus Bigamus de iure ordinari poteſt, Si autem de facto ordines acceperit; tenet talis ordinatio; & caracter imprimitur, vt tradit Gemin. in c. Altercationis. verſi. Quid ſi ordinentur. de Bigamis. lib. 6. Archi. in c. Lector. diſt. 34. Spec. de diſpenſatio. §. Iuxta. verſi. Defectus. & ver. Et ſcias. Rota. in nouis deciſ. 47. circa fi. & eſt cōis canoniſtarū, & Theologorū, ſecūdū Maiolū. ſup. c.33.

c.33.nu.13.Sylu.Bigamia.q.7.

28 Pęna contra Bigamos. QVæritur. Quas pęnas incurrat in iure Bigam⁹? Reſp. Aliquas pęnas eſſe in c. Propoſuiſti. diſ.22. quas innouat Conc. Trid. Seſſ.23. c.17.& notat ex Palu.& alijs, Pau. Gry.in lib. Deciſiones. Cat. uer. Bigamia.nu.2. Prima. Quòd nudatur omni priuilegio Clericali Canonis,& fori. tex.in c. Altercationis. de Bigamis. Secunda. Sub anathemate prohibiti ſunt portare tonſuram, vel habitum Clericalem. tradit ſumma Confeſſ.lib.3.titu.3.q. 13. Tertia. Non poſſunt ordinari, niſi cum diſpenſatione. Quarta. Non eſt Capax Beneficij Eccleſiaſtici. Hoc obſeruatum fuit à Sanctis, vt habetur in vita D. Euſebij to.2.fol.187. Schol. 4. & in vita S. Ioānis Eleemoſynarij, eod.to.fol. 32. Schol. 4. hoc docuit Zozimus Papa. Epiſc. ad Helyſchium Epiſco.& Salomitanum.& alij.

29 Irregularitas Bigamiæ an tollatur p Baptiſ. num. S.Augu. & S.Hiero. diſcordātes. QVæritur. V. irregularitas Bigamiæ tollatur per Baptiſmum? Reſp. Varias in hoc dubio eſſe Doctorum opiniones, S.Augu.& habetur in c. Acutius. 28.q.3. negat, quē ſequitur. S. Th. 4.diſt.27.q.3.art.2. Scot. diſt.33.q. 2. tenet D.Aug. etiam, D.Ambr.& Inn. vt patet in c. Si quis viduam. 37.diſt.& per totam.21.diſt. Et eſt communis omnium antiquorum nemine excepto, ſecundum ſummam Confeſſ.lib.3.tit.3.q.12. Syl. Bigamia.q.5. Armil.num.8. tangit Naua.c.27.nu.195.& tenet etiam Scolaſticorum communis, quam refert,& ſequitur Paul. Gryſal.d. verbo. Bigamia.nu.2.

Contrariam partem tenuit D. Hiero.in Epiſt.ad Oceanū dicens, quod poſſit ordinari, qui habuit duas vxores, vnam ante Baptiſmū & alteram poſtea, (& qui hoc negat Caīnam hęreſim appellat) ſed communis omnium hanc opinionem nō admittit. niſi intelligatur cum S.Tho. ſupra, quod cum tali ſit facilius diſpenſandum.

30 Quis poſſit cū Bigamo diſpēſare. QVæritur. Quis poſſit cum Bigamo diſpēſare? Reſp. quęſtio dependet ab alia, quā tetigimus ſup. eod. nu.8. cum ſeq. videlicet, An Bigamia ſit iure diuino vel tātū Pontificio introducta. Et, vt aliqua ſupradictis addam⁹: Reſp. cum Soto. in 4.diſ.27.q.3.ar. 1.& Paulo Gryſal.d. verbo. Bigamia. nu.4. Bigamiam tantum eſſe Canonico iure introductam. Ita tenet communis. Nauar.c.27.nu. 197 verſi. Quinto. Bigamia quo iure.

31 Apoſtoli nō tm Apoſto li, ſed Eccleſiæ Rectores &c. AD auctoritates autem D. Pauli ibid. allegatas; Reſp. Sotus ſup. Quòd Apoſtoli non erant tm̄ Apoſtoli, verū & Eccleſiæ Rectores, & Paſtores, ſicut modo eſt Summus, & reliqui Pontifices. Vnde quatenus Apoſtoli, vtebantur ſpiritu Prophetico; quo Sacram ſcripturam condebant, loquebantur multa, quæ ſunt iuris Diuini. Sed quatenus Paſtores & Pręlati, ſtatuebant in Concilio Leges, vt Act.15.& dabant conſilia, vt 1. ad Cor.7. Præceptum Domini nō habeo, conſilium autem do. Et ſic D. Paulus, tanquam rem decentiſſimam, & ſignificationi Connubij Chriſti aptam, admonuit, vt ſacerdos eſſet vnius vxoris vir, veluti vt eſſet hoſpitalis, pudicus, non violentus &c. Et hac ratione Canones idem Paulinum teſtimonium ad hoc propoſitum citant.

32 Papa diſpēſat in oī Bigamia &c. EX qua reſolutione, ad primū quæſitum? Reſp. hac concluſione: Papa poteſt diſpenſare, quoad omnia in Bigamia, ſicut in om-

nibus, alijs quæ ſunt iuris Pontificij. ita (contra aliquos) tenet Inno. in c.2. de Bigam. S.Th. quodlib.4. art.8. quem ſequitur Anch. in c.1. de Bigam. & Rota, deciſ. 47. uel alias.1. de Bigam. Summa Confeſ. lib.3. tit.3. q.12. cum multis. Sotus. ſup. Ange. Sylue. Armil. & omnes. ſup. Armil. etiam uerb. Irregularitas. nu.89. & omnes uerbo Diſpenſatio. Nauar, dicens communem, dicto nu.197. uerſi. Quinto in tantum, quòd Paulus Gryſal. d. uerb. Bigamiæ. num.4. Contrariam aſſertionem dicat Hæreticam.

33 Summi Pōtif. olim diſpenſarunt &c.

IN cuius ueritatis confirmationem, Summi Pontifices olim cum aliquibus diſpenſarunt, ut Lucius Papa, cum Epiſcopo Panormitano, &c. & Ego uidi aliam diſpenſationem factam à S. D. Papa Pio Quarto.

34 V. Epi poſſint, & in

SEd maior uerſatur difficultas circa Epiſcopos an poſſint in hac Bigamiæ irregularitate diſpenſare? Reſp. Quo ad maiores, & Sacros Ordines eſſe clarū apud omnes quòd non poſſint, niſi cum illo qui religionem ingreditur.

qua Bigamia diſpenſare.

In minoribus autem ordinibus quamuis S. Tho. in 4. diſt.27. Sylu. uerb. Bigamia. q. 7. & alii dicant poſſe Epiſcopum diſpēſare. Ioan. Andr. tamen, Anch. Francus, Domin. & alii per tex. ibi. in c.1. de Bigam. lib.6. tenent neq; in minoribus poſſe: ſequitur Nauar. c.27. nu. 197. uerſi. Sexto, & Epiſcopus Scalenſ. c.6. uerſi. In uera reali.

Sed vt tanti Doctoris opinionē intelligamus, atque excuſemus, dicamus oportet eſſe intelligendam quo ad adminiſtrationem in ſuſceptis, non autem in ſuſcipiēdis, ita intelligunt omnes ſupradicti.

DE SECVNDA SPECIE IRREGVLARITATIS I.

EX DEFECTV ANIMAE.

HAec ſecunda Irregularitatis ſpecies multos comprehendit; ideò de vno quoque animæ vitio, particularis erit ſermo, vel §. faciendus.

1. §. *De Infidelibus.*
2. §. *De Neophitis &c.*
3. §. *De Hæreticis, & eorum filijs, &c.*
4. §. *De Apoſtatis a fide.*
5. §. *De Idiotis, & illiteratis.*
6. §. *De vitę honeſtatis defectu.*

§ 1. *De Infidelibus, vel Infidelitate.*

35 Infideles in triplici differētia.

INfideles in triplici ſunt differētia, vel triplex infidelium ordo. Quidā ſunt, qui iure, & facto ſub ditione chriſtianorum principum degunt, quales erāt olim in Hiſpania Sarraceni, & Hebręi, & nūc in Italia & Germania perſeuerant Iudæi. Alij ſunt Hæretici, qui ex nobis, (ut dit S. Ioannes) exierunt, Qui cum primis computantur. Secundus ordo, eſt illorum infidelium, qui Afri, Mauri, Sarraceni, ac Turcę vocantur. Infideles autem tertij ordinis ſunt Gentiles illi, qui longiſſimas, remotiſſimasq; Regiones incolunt; qui, vel nunquam Chriſtianum nomen audierunt; vel per lōgum interpoſitum tempus ab eorum memoria excidit, ita diuidit Sotus, lib. 6. de Iuſti. & iure. q. 3. ar. 5. ad medium. verſi. Si autem. S. Thom. 2. 2. q. 10. Silue. verbo. Infidelitas. nume. 2. * Nota Canon. 65. Sanctor. Apoſtolorum, qui ſic habet. Si quis Clericus, aut laicus, ſynagogam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum eis coniungat, deponitor, & à communione ſecluditor.

36 V. Infideles ſint promouendi.

QVa diuiſione cōſtituta, Quæritur. Vtrum aliquis iſtorum Infidelium poſſit ad Ordines Eccleſiaſticos aſcēdere, vel ſit in hoc aliqua irregularitas? Reſp. Omnes illos, qui Baptizati non ſunt, ſiue ex Chriſtianis, ſiue Paganis, vel Sarracenis, aut Iudæis progeniti exiſtant, eſſe verè, & realiter irregulares, ac omnino Ordinum omnium incapaces, vt ex capit. primo. & cap. Veniens, de Presbyt. non Baptizato notat Abb. Innocen. & alij. ibidem. Nauar. c. 27. nu. 205. verſic. Tertio. Epiſco. Scal. de Irregul. capit. 7.

37 Cathecumeni, an poſſint ordinari.

SEd huic quæſtioni ſuccedit altera; Vtrum. S. Ambroſius, S. Martinus, & alij ſancti tempore illo, quo erant Cathecumeni, & nūc quilibet alius Cathecumenus poſſit ad Ordines promoueri? Reſpond. Reſolutiuè, minimè illorum quemquam eſſe ad Ordines admittendum. Ratio eſt, quia ſecundum Ioan. Andr. Abb. Innocen. Imol. & Communem omnium in capit. primo. de Presbyt. non Bapt. & Nos diximus ſup. in prima parte, de Sacramento Ordinis; Character Ordinis ſupponit Characterem Baptiſmi.

38 De presbytero nō baptizato.

IMò (quod plus eſt) quod tex. ibi in d.c.1.inquit in hęc verba. Si quis Presbyter Ordinatus deprehenderit ſe non eſſe Baptizatum, Baptizetur, & iterum Ordinetur. Ratio huius eſt, quia omnis ædificatio abſque debito Fundamento corruat neceſſe eſt; Baptiſmus eſt ianua, & fundamentum omnium ſacramentorum. c.ſi quis confugerit. 1.q.1. Ergo, &c.

39 V. Bis baptizatus ſit irregularis.

SEd, Quæritur. Vtrum, quemadmodum defectus Baptiſmi facit irregularem, ita qui bis Baptizatur fiat irregularis? Reſpond. ad quæſtionem (quàm aliqui inuoluunt, nos etiá tetigimus in 1.par. de ſacram. in genere num.10.) ſequentibus concluſionibus. Prima Concluſio: bis Baptizatus, irregularis eſt ad omnes Ordines. text. in c.ſiquis ſemel. 68.diſt. ratio eſt, quia videtur Chriſtum iterum crucifigere, vt in c.Quibus. de conſecrat. diſt.4. tex. c.2. de Apoſt. vbi Abb. c. qui in qualibet. 1.q.7. ca. Afroſ. 98. diſt. Gloſ. in c.fi. de Apoſt. Spec. tit. de diſpenſat. §. Iuxta. verſicu. Item rebaptizatus. Maiol. lib.3.c.14.nu. 1. Epiſcopus Scalenſis. cap.7. verſu. ſicut autem. Sot. 4. diſt. 25. q.1. ar. 3. & diſt. 31. art. 9.

40 Quid ſi ignoratur, vel malitioſè.

SEcunda Cōcluſio. Quod eſt verū, quocunque modo, data opera, vel ignoranter fuerit rebaptizatus. Probat neruosè Maiolus ſupr. ex d.c. quibus. de Conſecra. diſt.4. vbi Archi. & Hugo. idem ſentiūt; & eſt Communis, quam refert, & ſequitur Paul. Gryſal. verbo, Baptiſmus. nu.70. vbi contrarium dicit Hæreticum. Sed hanc differentiam conſtituit Epiſc. Scalenſ. ſup. videlicet; Illum qui ſcienter, & data opera fecit, perpetuo eſſe irregularem, per Papam tantum, maxime exiſtente neceſſitate, diſpenſandum. Si autem ex ignorantia probabili factum eſt; poterit per Epiſcopum cum eo ex aliqua iuſta causa diſpenſari Goffr. & alij, quos refert, & ſequitur Silu. infra. vide Nauar. c.27.nu.246. quod procedit, quando eſt publicum, ſi autē ſit ſecretum, Epiſcopus poteſt diſpenſare. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Refor. c.6. Paulus Gryſal. ſupra.

TErtia Concluſio. Rebaptizatus ignorāter omnino, ſi poſtquam ſciuerit, ratam habuerit rebaptizationem; multo fortius erit irregularis. tex. in c. Confirmandū. 50. diſtin. c. qui in qualibet. 1.q.7. quæ iura citat Silu. verb. Irregularitas. q.4. Tabien. verbo. Diſpenſatio. hume. 13. verſic. 14. Maiol. ſup. num. 3. Nauar. ſup. 41

42 De rebaptizato p metum cadentem in conſtantem virum.

QVarta Concluſio. Eadem irregularitate ligatur rebaptizatus per metum, etiam cadentem in conſtantem virum. c. eos, quos. vbi Gloſ. de Conſec. diſt. 4. Silu. verb. irregularitas. q.4. in fi. Secus autem eſſet, ſi quis per vim coactiuam fuiſſet rebaptizatus, vt fuit Epiſcopus quidam, cui nomē Habet Deum, quem Arriani, ligatis manibus ac pedibus; inuitum omnino rebaptizarunt. Maio. ſup.

43 De baptizāte bis aliquem.

QVæritur. Vtrū, Quemadmodum ille qui bis Baptiſmum accepit eſt irregularis; ita etiam qui illum bis Baptizauit? Reſp. affirmatiuè. per tex. in c.2. de Apoſt. tradit Epiſc. Scal. de Irreg. c. 7. & Nos latè, ſup. in 1. par. de ſacr. in genere. nu.10. & tradit Nau. d. nu.246. & latius multa congerens Maiol. lib.3.c.14.nu.3. Silu. Baptiſmus. 5.q.4. * Non eſt autem irregularis ſi ſub conditione illum baptizet; Vide infra in 3. par. c.14.n.57.

Gra-

44 De iterantibus alia ſacramẽta.

GRauis verſatur Quæſtio inter Doct. Vtrum eandem irregularitatem incurrat, qui alia ſacramenta Characterem imprimẽtia, reiterauit? Ad quàm Reſp. reſolutiuè, quòd quamuis Scot. in 4. diſ.7.q.vlt. communiter receptus, vt ait Nauarr.c.27.nu.247. teneat, quòd non. Per text. tamen in c. Dictum.de Conſecra.diſtin.5. & c.1. diſt.68. in quibus de Confirmatione, & Ordine fit mentio Nauar.ſupra.S.Ant.lib.de Cẽſuris; & Irreg. c.100.§.Iterata ſuſceptio. Tab.verbo.Diſpenſatio.nu.13.verſi.14.tenent idem eſſe quod de Baptiſmo. Quos ſequitur Epiſco.Scal.ſup.& melius Maiol.ſup.c.15.n.1. Quod etiam ait D.Ant. procedere etiam in bis Confirmato ignoranter.

45 De differẽte baptiſmum vſq; ad finem.

HVic accedit alia Quæſtio; quid de illo ſit iudicandum, qui cum eſſet adultus, Baptiſmum non recepit vſque ad ſuperuenientem infirmitatem? Reſpon. Talem etiam eſſe irregularem, atque a ſuſceptione Ordinum repellendum, per tex. in c.Si quis in.diſt.57. Ratio eſt, quia talis nõ voluntate, ſed neceſſitate coactus, Baptiſmum accipere videtur. Quapropter, in pœnam negligentiæ circa animæ ſalutem, non eſt admittendus. Quod forſitan procedere poſſet etiam in catholico, qui cum in graui reperiatur infirmitate medicis, & alijs conſulentibus neceſſaria ad ſalutẽ animæ, noluit obedire, vſq; ad extremum vitæ, & poſtea conualuit, maximè ſi de hoc ſcandalum eſt ſequutum.

46 V. Talis irregularitas tollatur ipſo baptiſmo.

SEd Quæritur: Vtrum hæc negligentiæ irregularitas tollatur ipſo Baptiſmo? Reſp. Quod non, ſecundum Gl. in d.c.Si quis in. Quia idem non producit effectus contrarios: nec parit obligationem, & liberationem, text. in l.qui hominem.§.vlt.ff.de ſolutio. Poterit tamen is in duobus caſibus admitti. Primo, Si poſt Baptiſmum Fides, ac vita eius probabitur; Altero, ſi id paucitas Clericorum poſtularet. alioqui nũquam ordinabitur, abſque Papæ diſpenſatione. tex. in c.vlt. Ne Clerici vel Monac. tradit Epiſc.Scalenſ ſupra.

§. 2. DE NEOPHITIS.

QVaſdam poſuere Doctores ſparſim Neophitorum ſpecies. de quibus omnibus vide per totã.48.59.& 61. diſt. vide Silu. & alios. verb. Neophitus. Sum. Confeſſ.lib.3. titu.14. Epiſcop.Scalenſ. c.7.verſi. Similiter. Maiol.lib.1.c.31. 47 Neophitorum ſpecies multę.

QVas ad tres reducere oportebit. Prima eſt. Catechumenorum. De quibus ſupra. nu. 39. diximus eſſe omnino irregulares; quia nondum Baptiſmi Ianuã intrauerunt. 43 Ad tres reducuntur.

SEcũda eſt illorum, qui poſt Baptiſmum acceptum nouitij in in ſancta Fide ſunt. Tertia ſpecies eſt illorum, qui Religionis habitũ ſuſcipere, qui ante Profeſſionem (merito quidem) Nouitij dicuntur. De quibus Angelus. Silu. Tab. Armil. & alij. verbo. Nouitius. Maiol. ſupra. 49

NOta tamen, quòd licèt omnes ſupradicti dicantur Neophiti, & ideo ſint irregulares, proprius tamen ille dicitur Neophitus, qui nouiter baptizatus eſt. 50 Neophitus proprie qui dicatur?

SEd, Antequam ad declarationẽ illarum ſpecierum veniamus. Quæritur. Quo iure Neophitus ſit 51

irregularis? Reſpond. omiſſis alijs: Quod quamuis auctoritate D. Pauli 1. ad Titho. c. 3. ibi, non Neophitum; aliqui voluerint dicere, eſſe de iure Diuino; nihilominus tamē hoc Apoſtoli præceptum eſt de iure poſitiuo; loquebatur enim, tūc S. Paulus, vt Epiſcopus, Eccleſiæque Rector, vt ſupra de Bigamia, diximus nu. 33. Quod patet clarè. 1. ad Corint. c. 7. vbi in vno eodemque capitulo dicit primo: præcipio, nō Ego, ſed Dominus: & inferius ait: Cæteris Ego dico, non Dominus. quid clarius?

52 Neophitus ī fide quis.

52 QVæritur. Quis dicatur Neophitus? Reſp. Secundum D. Grego. & habetur in c. Sicut Neophitus. 48. diſt. quòd Neophitus eſt (ſcilicet primæ ſpeciei) qui initio Sanctæ Fidei erat eruditione plantatus. Et Neophitorum huius ſpeciei eſt potius maioribꝰ incumbere abſtinentijs, quàm ad gradus aſpirare. text. in c. Neophiti. de Conſecr. diſtin. 5. Silu. & alij. verb. Neophitus. Summa Confeſſ. lib. 3. titu. 24. q. 1.

53 Et qualiter omnes sūt irregulares.

53 HI omnes Irregulares ſunt, incapaceſque vt ad ordines admittantur. Quod vltra D. Pauli teſtimonium ſup. nu. 53. probāt multa iura, maximè. Conc. Nicænum. c. 2. Et habetur in c. Quoniam. 46. diſt. Conci. Carthag. c. 86. Conc. 2. Arelaten. c. 2. Conci. Sardi. cap. 13. Laodicenſ. c. 3. Conc. Rom. Tempore Silueſtri Papæ Actione. 2. ca. 11. cum multis alijs, relatis a Summa Pontificalium, & Synod. Conſtit. verbo. Neophitus, & à Maiolo. d. ar. 31. nu. 2.

54 Et quare non admittantur ad ordines?

54 SEd Quæritur. Quare iſti ſic nouiter baptizati ad ordines non ſint, tanquam Irregulares, admittendi? Reſp. Primo, te obſecro (Chariſſimè lector) videas tex. in principio. 48. diſtin. Ex quo, & ex infra dicendis tres conſtituuntur rationes huius prohibitionis: Prima: Ne elatus in ſuperbiam incidat, & in laqueum Diaboli. D. Paulus. ſupra tex. vbi Gloſ. & omnes, in dic. quoniam. 48. diſtin. Secunda, quia alios docere neſciet, qui ipſe nondum didicit, quia vt habetur. in d. princip. 48. diſtin. & in c. miſerum. 61. Miſerum eſt eum fieri Magiſtrum, qui nec dum didicit eſſe diſcipulus, eumque ſacerdotem fieri, qui ſibi nullo vnquam gradu obſequutus fuerit ſacerdotij. Tertia ratio, quia alijs ſeſe conformare non valet, qui ſtatum Eccleſiæ regendæ non eſt expertus Gloſ. in d. Prin. 48. diſt. verb. Prohibetur.* Et quod Neophiti non ſint ſtatim admittendi probat Canon. 79. SS. Apoſt. in hæc verba: Qui ex vita gentili aduenerit, & baptizatus eſt, aut ex conuerſatione praua, eum iuſtum non eſt protinus promoueri in Epiſcopum. Iniurium enim eſt eum, qui non prius ſpecimen, & documentū de ſe præbuit, aliorum doctorem exiſtere niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

55 Ordinū interſtitia ſeruanda.

55 QVas ob cauſas, & vt Neophitorum error vitetur, hodie ſtatutum eſt in Conc. Tri. Seſſ. 23. de Reform. c. 11. 13. & 14. vt nullus in poſterum, niſi ſeruatis Ordinum interſtitijs ad maiorem Ordinem aſſumatur, & niſi in inferiori fuerit optimè exercitatus, atque probatus.

56 Quādo poterunt non ſeruari?

56 QVibus tamen non obſtantibus, Si duo concurrant, poterit aliquis non ſeruatis Ordinum interſtitijs ordinari. Primum, ſi tantum in eo appareat Charitas, Humilitas, Doctrina, morū honeſtas, atque animarum zelus, vt rectè credatur voluntatem Dei

eſſe,

eſſe, vt ille ordinetur. Quemadmodum olim factum eſt cum Sergio Rauen. Archiepiſc. Stephano Neapolitano: de quibus Platina in Stephan. 3. & Beatus Seuerus, qui ex Lanificio ad Archiepiſ. Rauen. eſt promotus. & S. Ambr. ad Mediol. de quibus text. in c. Statuimus. §. His omnibus. c. Neophitus. 61. diſ. probat optimè Tiraq. de pœnit. remit. cauſa. 51. nu. 148. verſi. Sed & de grege. Barbat. Conſil. 41. col. 4. lib. 3. Fely. in c. Super ijs. de Accuſ. Romanus. in Repet. l. Si vero. §. De viro. ff. ſolu. Matrimo. quos refert, & ſequitur Simon. Maiol. ſup. nu. 4. Secundum eſt, ſi penuria Clericorum, & neceſſitas vrgeat Eccleſiarum. Quod dictum Concilium ſupra arbitrio relinquit Epiſcopo rum. Hodie ſtrictius prohibitum eſt Epiſcopis, vt patet in Bulla cōtra clericos male promotos. Sixti. V. quàm a nobis explicatam videbis in fine huius libri.

57 De Iudæis nouiter cōuerſis.

AD hanc etiam Neophitorum ſpeciem ſpectant Iudæi nouiter conuerſi, quibus nullum publicum officium committi debet, vt ait text. in c. conſtituit. 17. q. 4. not. Tiraq. ſup. num. 19.

58 De Nouitio in Religione.

TErtia Neophitorū ſpecies eſt eorum, qui nuper in aliqua Religione ad habitum ſunt admiſſi, & ad nouitiatum. Quo durante, ad Ordines etiam minores aſpirare nō debent. cā. Monaſterijs. 19. q. 3. quia talibus cōuenit, abſtinentijs, vigilis, & orationibus, (licet non tātis, vt alijs Neophitis) vacare. tex. Quædam lex. 35. q. 3. Alberi. verbo Nouitius.

59 Profeſſio in Religione, quando facienda?

PRofeſſio autem fieri nullo modo poteſt vſque ad Decimum ſextum annum adimpletum, vt patet clarè in Concilium Tridentinum. Seſſ. 25. de Regularibus. capitul. 15.

§. 3. De Hæreticorum Irregularitate.

60 Hæretici omnes Excōmunicati ſunt.

HAeretici, quocunque nomine cenſeantur, ſunt ipſo iure excommunicati, vt patet in cap. Ad abolēdam, & per totum tit. de Hæret. in Decret. ſexto. &c. & in Bulla Cœnæ Domini, (vt in eius explicatione ſupra diximus.) & tradunt omnes Canoniſtæ, & latiſſimè Nauar. c. 11. num. 22. quem omnino vide.

61 Hæreticus quatuor modis dicitur.

HAereticus ergo quatuor modis dicitur quis. Dicitur enim Hæreticus, quaſi errans à Fide. Vnde Diuus Auguſ. ſic diffinit: Hæreticus eſt qui falſam opinionem de Fide vel gignit, vel ſequitur. Gignit, vt Hæreſiarcha, vt (v.g.) Arrius, Sabellius, & cæteri. Sequitur, vt (v.g.) omnes qui Hæreticorum, vel Hæreſiarcharum opinionem ſequuntur, quorum lōgiſſimum Cathalogum po nit Paulus Gryſald. in principio & ante eum Caſtro. & alij.

Hæreticus qui non bene declarat ſcripturā.

62 ¶ Secundo. Poteſt etiam (ſecundum D. Hierony.) Hæreticus appellari, qui licèt ab Eccleſia non receſſerit, aliter tamen intelligit Sacram ſcripturam, quàm ſenſus Spiritus ſancti efflagitat, à quo ſcriptura eſt, text. in capitu. Hæreſis. 24. q. 3.

63 Hæreticus dicitur diuiſus.

¶ Tertio. Hæreticus dicitur, à Sacramentis Eccleſiæ, vel à Communione fidelium diuiſus, vt eſt excommunicatus. text. in c. Quod autem. 4. q. 1.

64 Hæreticus dicitur per-

¶ Quarto modo. Hęreticus dicitur Peruerſor Sacramentorum. Vt Simo-

Defectu Sacramentorum, &c.

Simoniacus emens, vel vendens Eccleſiaſtica ſacramenta.text.in c. Quicquid per pecuniã.1.q.1. Hos quatuor modos ponit Raymund. lib.1.tit.5.de Hæret.duos alios modos addit.

De dubio in fide.

65 § Quinto modo.Hæreticus dicitur,dubius in Fide per text.in c.1. extra:tit.de Hæret.qui ſic ait:Dubius in Fide,infidelis eſt. Nam firmiter debemus credere, vt text.in cap.1. incipit Firmiter.de Summa Trinitate.cap.Quando Epiſcopus. 54.diſt.c.A parte.24.q.1.

Hæreticus qui priuilegium Papæ aufert.

66 § Sexto modo dicitur Hæreticus,qui Eccleſiæ Romanæ priuilegium, ab ipſo Summo Eccleſiarũ Capite traditum, auferre conatur tex.in c.1.22.diſt. tradit omnes dictos ſex modos Hoſt.lib.1.Rubric. 7.de Hæretic.§.1.Quos omnes refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib.1.titu.5.q.1.Silu.Hæreſis.1.nu. 2.vide Glo.in c.Firmiſſimè.de Hæretic.vbi Abb.

Qui dicantur hæretici largo & ſtricto modo.

67 NOta tamen, quòd licèt omnes ſupradicti largo modo dicantur Hęretici,ideoque Irregulares; ſtricto tamen modo, & proprie loquendo; adhoc vt quis Hæreticus dicatur,ſequentia requirũtur.Primum, vt erret, qui error ſit in ratione,quia Hæreſis eſt ſpecies infidelitatis,quæ eſt in ratione; ſicut, & Fides ſibi contraria, vnde nullum factum ſine errore hominem Hæreticum facit.

Secundo requiritur,quod error ſit contra ea,quæ ſunt Fidei,vt circa Scripturam,Articulos Fidei,ſacramenta,aut cõtra determinationem Eccleſiæ in ijs,quę ſunt fidei, aut eorum neceſſaria ad ſalutem; arg.tex.in c. Hæc eſt Fides.24.q.1.

Ad inducendam Hæreſim quot requirant.

Tertio.Quòd error ſit in eo homine, qui Catholicam Fidem eſt profeſſus, aliàs non eſſet Hæreticus,ſed Infidelis.

Quarto, Quòd aliquam veritatem de Fide Chriſti fateatur,quãtum ad humanitatem, vel Deitatem: alioquin,ſi nullam fateretur, propriè loquẽdo,magis eſſet Apoſtata cũ Iuliano impijſſimo, quàm Hæreticus.

Quintò, vt quis errorem talem obſtinata voluntate eligat,& pertinaciter ſequatur. Vnde errans ex ignorantia paratus corrigi, nunquam eſt Hæreticus, text.c.Dixit Apoſtolus.24.q.3.Silu.verb. Hæreſis.1.nu.4.& omnes Summiſtæ.Armil.verb.Hæreſis.in princ.

Vtrum propoſitio ſine pertinantia inducat Hæreſim?

PRo quorum ampliori declaratione Quæritur.Vtrum Hæretica propoſitio ſit dicenda (& dicendus Hæreticus) & ſit,quæ Catholicæ veritati repugnat,etiam ſi proferatur abſque pertinacia? Reſpond. Quod licèt Ocham,Turrecremata,Adrianus, Alfonſus à Caſtro,& alij,quos refert,Paul. Gryſal.in princi.§.1. De propoſitione Hæretica,dicant, quod ſic; Communior tamen opinio tenet contrarium, ſcilicet verè Hæreticum non eſſe ſine contumacia,vel pertinacia. Quia ad conſtituendum hominem Hæreticũ reſolutiuè, duo requiruntur, videlicet error in ratione,quod eſt Hæreſis initium;alterũ pertinacia in voluntate,quod eſt Hęreſis complementum.S.Th. in 4.diſt.13.Vbi Palud.& alij quos refert,& ſequitur ſumma Confeſ. lib.1.tit.5.q.2.Caiet.1.par q.32.ar. 4.& alij quos refert, & ſequitur Paul.Gryſal.ſup.Epiſcop.Scal.c.7. Ang.Silu.Armil.& alij ſupra. Canoniſtę,& maximè Innoc.communiter receptus, quem refert,& ſequitur,cum multis alijs Nauar.c. 11.nũ.

Duo requiruntur, ut quis ſit hæreticus.

.11.nu.22.Caiet.in Summa verbo, Hæreſis,quem etiam refert, & ſequitur,Sot. in 4.diſt.22.q.2.arti.3. verſi.Nam etſi Hæreſis.

70 *Hæreſis tribus modis accipitur.*

QVæ Cõmunis opinio ex hoc confirmatur, quia Hæreſis tribus modis accipitur; nempè, dicitur Hæreſis ab eligendo,à verbo eligo,eligis, & Hæreticus eſt, quaſi electiuus.c.Hæreſis. 24.q.3.Secundo.dicitur ab Adhæreo, quia Hæreticus eſt quaſi ſuæ opinioni adhęſiuus.Tertio dicitur ab Erciſcor,quod idẽ ſonat, quod Diuido, & Hæreticus quaſi diuiſiuus à communi vita.Director.In quiſit.2.par.q.1.refert,& ſequitur Paul.Gryſal. in d.§.1.Abb.in c.Firmiſſimè.de Hæreticis.

71 *Hæretici, etiam poſt penitentiã ſunt Ordinum incapaces.*

HI ergo Hæretici nullatenus Ordinari poſſunt, dum ſunt in ſuo errore, quia extra Catholicam Eccleſiam ſunt, Spiritum ſanctum non habentes, text.in c.Didicimus.infra.nam, vt benè ait Inn. Papa Epiſt.81. ad Alexan. Hæretici, cùm à Fide Catholica receſſerint,perfectionem ſpiritus, quam acceperant,amiſerunt. Quod procedit, etiam ſi conuerſi fuerint ad Catholicam Fidem, & etiam poſt factam pęnitentiam incapaces Ordinum ſunt,atque irregulares.tex. in c.Didicimus, 24 q.1.cap.ſi quis omnem,1.q.7.c.2.Hęretici.de Hęret.lib.6.cap.Nos conſuetudinem, diſt.12.Specul.tit.de Diſpenſatione § Iuxta. verſi. Sexto Epiſ. Scalenſ. c.7.

72 *Neque prima tõſura eis datur.*

QVod etiam intantum eſt verum,Quòd neque prima tõſura ſit eius cõcedenda. tex. in c.Saluberrimum,1.q 7.S.Ant.li. de Cenſuris c.100.Sylu.verbo. Irregularitas,q.5.& ante eos Raimũ. in tit.de Hæret.verſiculo.Itẽ,Nunquid tales.in fin.quos refert, & ſequitur Simon.Maiol.lib.5.c.46.

73 *Fautores, auxiliãtes, & Hæreticorũ ſunt irregulares.*

QVod tertio ita procedit, & eſt verum, quod etiam Hæreticorum fautores,Conſilium,auxilium, vel fauorem dantes, omnino ſint Irregulares, quia pro Hęreticis habentur; vt probãt omnes,maximè.Syl.verb.Hæreſ.5. 1.q.7.c.Si quis omnes,1.q.7. c.2.§. Hæretici de Hæreti. lib. 6. tradit. Nauar.ca.27.nu.205.Maiol. ſupra. num.4.Epiſc.Scal.ſupra.& Nos diximus latè, in prima clauſula Bullæ Cœnæ Domini. ſupra.

74 *Fauẽs Hæreticis quãdo irregularis?*

IMò, quod fauens illis Hæreticis ante conuerſionem, in Diuinis, ſcilicet exhibendo illis Eccleſiaſtica Sacramenta, efficitur irregularis,etiam poſt peractam pœnitentiam,vt tradit Speculat. in d. § Iuxta.verſicu.Septimo, & refert Maiol.ſup.

75 *Filij innocentes Hæreticorum, & puniuntur,&c.*

NEc mirum, quia in deteſtationem tanti criminis, etiam innocentes Hæreticorum filij, & cætera proles puniuntur ab Eccleſia. Nam filij, & Nepotes Hæreticorũ per lineam maſculinam, & filij tãtum per fœmineam, ſunt irregulares,& ad ordines,Officium, vel vllum beneficium admitti non debent.text.in d.§.Hæretici.& c.Statutum.de Hæret. in 6. Communis omnium.Nauar. ſup. Maiol. nu. 5. Epiſ.Scalen.ſupra.Caſtro. de iuſta Hæret.punitione.

76 *Et quare, &c.*

RAtio huius eſt, quia Hæreſi poſt vulnus ſanatum,id eſt,dimiſſionem, remanet cicatrix irregularitatis,vt habetur.in c.Ventũ. 1.q.1.c.Si quis omnes 1.q.7.

77 *De ſchiſmaticis.*

NOta tamen,quod licet particulariter hic actum ſit de hæreticis,quaſi omnia tamen, quę de illis dicta sũt,de Schiſmaticis poſſunt

ſunt intelligi, qui etiã peracta pœnitentia promoueri non poſſunt, text. in c. 1. de Schiſm. Specul. titu. de Diſpenſatione. §. Iuxta. ver. Decimoquarto. Vbi expreſſe tales nominat irregulares, & videtur text. in cap. qui contra 24. q. 1. Raim. tit. de Schiſ. verſicul. fina. Hoſt. Goffr. S. Tho. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 1. tit. 6. q. 2. cum ſeq. Ang. Sylu. Tab. & Armil. verb. Sciſma. maximè nume. 2. Vbi probat aliquando eſſe maius peccatum Hæreſi.

78 Quis poſſit cum talibus diſpenſare?

QVæritur. Nunc, quis poterit cum talibus diſpenſare? ℞. Quòd aut loquimur de Hæretico publico, vel occulto. De publico dico, quod licet Gl. in c. Preſbyteros. diſtin. 50. & alij tenuerint Epiſcopum poſſe in hac irregularitate diſpenſare, Contrarium tamẽ eſt verius. Nam olim talis diſpenſatio per Papam, vel Concilium fieri debebat tex. in c. de eo. 50. diſ. & Communis tradit Maiol. lib. 5. c. 46. nu. 6. Hoſtien. de Hæreti. §. 6. quem refert, & ſequitur Summa Confeſſorum. lib. 1. tit. 5. q. 15.

79 Quadrupliciter diſpẽſatur cum Hæretico.

IN quo caſu, & Hæretici irregularitate quadruplex reperitur diſpenſatio. videlicet. ſemiplena; vt (ſi Clericus erat) recipiatur in ordinibus iam ſuſceptis, ablata ei in poſterum omni ſpe promotionis. tex. in c. ſi quis Hæreticè 1. q. 1. Plena datur diſpenſatio, vt poſſint Sacerdotes fieri, & non vltra. text. in ca. Conuenientibus 1. q. 7. Plenior conceditur, vt poſſint eſſe Epiſcopi, non autem Primates. text. in ca. Nos conſuetudinem 12. diſtin. Pleniſſima etiam datur, vt ad omnes ordines, & dignitates promoueantur tex. in capit. Ipſa pietas. 23. q. 4. tenet Raymun. Hoſtien. Goffre. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſorum. ſupr. Silueſt. verbo Hæreſis. 1. in fin. & verbo, Diſpenſatio. Vbi Tabien. & Armill. Nauar. c. 27. nume. 205. in fi. Epiſcopus Scalenſ. c. 7. verſic. Inſuper. ad fin. Maiol. lib. 5. c. 46. nu. 6.

80 Cum Hæretico occulto quis diſpenſet.

CVm Hæretico occulto Epiſcopus ipſe ſolus, ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de Reform. diſpenſare poteſt, vt ſupra. de Abſolutione. in 1. par. diximus late, & tradit Maiol. ſupra.

81 De abiurantibus Hæreſim.

QVi duo notat. Primum, quòd illa ſecreta Epiſcopi Diſpenſatio non extẽditur ad ordines, & dignitates. Secundum, quòd quæcunque gratiã facta Hæretico nunquam includit, vt poſſit ſæculariũ perſonarum audire confeſſiones, vt decretum eſt (ait) in ſacto Officio Sanctiſſimę Inquiſitionis die 2. Septemb. 1562. & die 15. Noueb. 1565. vt refert Iudicial. Inquiſi. Decreto. 8. per D. Paulum. Papa IIII. Quod procedit in omnibus, qui vel publicè, vel ſecretè, vel quomodocunque Hæreſim abiurarũt. * De communicantibus cum hæreticis vide Can. 44. SS. Apoſt. qui ſic ait: Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit, dumtaxat a communione ſuſpenditor. Si vero etiã ipſos tãquam clericos aliquid agere permiſerit, deponitor.

§. 4. *De Apoſtatis a fide.*

82 Apoſtaſia quotuplex.

QVamuis, ſecundum S. Tho. 2. 2. q. 12. arti. 1. Caie. ibi. Ang. Silu. & alios, verbo. Apoſtaſia, & verb. Irregularitas. Sum. Confeſſ. lib. 1. ti. 7. Abb. Innoc. Hoſti. & omnes Canoniſtæ in

in Rubrica, & per totũ de Apoſt. Maiol.lib.5.c.34 Epiſcop.Scalenſ. c.7.Paul.Gryſal. verbo Apoſtaſia: tripliciter accipiatur, ſ. a Fide, ab obedientiâ, & à Religione: In præſentiarum tamen ſolum de Apoſtata a Fide agemus.

83 Ille dicitur Apoſtata à Fide, qui lubens à Fide retrocedit, quemadmodum impijſſimus ille Iulianus Imperator, cognomento Apoſtata: de quo text.in c.Iulian.11.q.1.Caſſiodorus.li.6.Hiſtor. Tripar. c.2.& omnes ſupra.

Apoſtata a Fide quis.

84 Qvamobrẽ quiſquis Hebręus, vel Paganus ad fidẽ Chriſti cõuertatur, poſtea verò ad vomitum redeat, ideſt ad Hebraiſmum, vel Paganiſmum: propter hanc præuaricationẽ dicitur Apoſtata à Fide. ſecundum oẽs ſupra.

85 Mvltæ ſunt in iure ſtatutæ pœnæ cõtra tales; quas ſparſim tractant Doct. ſup. & habetur totus titulus.de Apoſtatis. Quarum aliquę ſunt ſequẽtes. Prima. Quod talis dicitur Hæreticus, atque Hæretico deterior. & pœnitus Infidelis ſecundum omnes.ſupra, & Caiet.2.2.q.11.ar.1. & melius in ſumma verbo Apoſtata, & Paul.Gryſ. ſup.Secunda. Quod eſt excommunicatus.c.1.de Apoſtat.c.1.& 2.de Hæretic.Tertia ſtatim, ꝙ ſunt denuntiati, perdunt ipſo facto iuriſdictionem, quàm habent in ſubditos.Quarto. Eorum bona ſunt confiſcata.c.Cum ſecundum . de Hæret.6.& multas alias pœnas incurrunt, quas incurrunt Hæret.& excommunicati. De quibus.S.Th.2.2.q.12.art.2.& omnes verb.Hæreſis, & verbo. excommunicatio, & Apoſtaſia.Conc.Trid.Seſſ.15 c.19. & tradit Innoc.in c.2. de Apoſt.& Hoſt.quos refert, & ſequitur Epiſcop.Scal.c.7.verſi.ſicut Hæretici.

Pœnæ contra Apoſtatas.

85 Inter quas eſt, quæ noſtrum tangit tractatum.ſ. Quod etſi ad fidem conuertatur, omni irregularitate notatur; notant omnes ſupra. maximè Tab.verb.Irregular.4.nu.7.Silu.eod.nu.3.Epiſc.Scal.Maiol. nu.1.Nam ſi Apoſtaſia à ſolo Monachatu reddit Irregularem, text. in c.Vlt.de Apoſt.vbi omnes, & c. Vlt.diſt.50. quanto magis à Fide?

87 Nota etiam in hac Irregularitate Apoſtaſiæ à Fide, ꝙ ille dicitur à Fide apoſtatare, qui dæmones explicitè adorat, text.in c. Non obſeruetis.26.q.7.(quẽ textũ omnino vide contra ſuperſtitioſas obſeruationes.) S.Th.in 4.ſent.diſ. 7.q.5.art.vlt.Albert.Magn.ibid.& Palu in 4.diſt.23.q.3.art.3.tradit latè Paul.Gryſ.verb.Apoſtaſia.nu.1.

Adoris dæmonem dicitur Apoſtata.

88 Imò, quòd (maius eſt) quòd ille dicetur Apoſtata à Fide, qui per vim; aut metum apoſtatauit, forſan ad Idolatrandum, & Chriſtũ adorabat corde; licèt ore, tali metu negabãt. Nam talia agentes, eo loco fiunt irregulares: & deponuntur.Can.Apoſt.62.& Conc. Ancir.c.1.vſque ad 8.& c.Presbyteros.diſt.59.Silu.verb.Irregularitas.nu.7. Et contrarium dicere eſt Hæreſis Helcheſitarum, dicentiũ poſſe quem Chriſtum ore negare, dummodo corde credat. Contra hos.S. Fabianus Papa fecit Concilium, vt patet apud Platinã in eius vita, & damnauit etiam Greg.Turon.Hiſt.lib.5.c.43.quos referę, & ſequitur Maiol.lib.5.c.34 nu.2.tenet S.Tho.2.2.q.94.ar.2. quamuis Hoſt.& alij, quos refert, & ſequitur Summa Confeſ.lib.1.tit.7.q.5. dicat tales eſſe quidem in mortali peccato, ſed non eſſe Hæreticos, nec excommunicatos.

Quid ſi per vim vel metum Apoſtatauit?

89 Quis diſpẽſet cũ apoſtatis. QVæritur. Quis poterit cum talibus diſpenſare, ſi reuertantur ad Catholicam Fidem? Reſpõ. ſi talis eſt occultus, cũ eo poſſe Epiſcopum diſpẽſare, per Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. c. 6. Vbi etiam cum verè Hæretico occulto diſpẽſat. ſi autem talis ſit notorius; Reſp. licèt in Cõc. Eilibert. c. 46. imponebatur talibus pœnitentia. 10. annorum, & quamuis reducta ſit ad bienniũ per Conc. Agat. c. 60. & Concil. Epaunenſe. c. 29. In Conc. tamen Aurelian. 4. cap. 8. remittitur Epiſcopi arbitrio notat Summa Pontificalium Conſtitut. verbo Apoſtata. Director. Inquiſ. 2. par. q. 6. nu. 34. text. in c. fi. 24. q. 3. S. Ant. 3. par. tit. 11. c. 1. refert, & ſequitur Paul. Gryſal. ſup. nu. 4.

§. 5. *De idiotis, vel illiteratis.*

90 De ſciẽtia ordinandorum. ETſi ſupra. in 1. par. de ſacramen. Ordinis aliqua poſuimus ad ſcientiam, exercitium, &c. Ordinandorum neceſſaria, nihilominus tamẽ hic alia ad Materiam huius tituli cõducẽtia addere curabimus.

91 Idiota, irregularis eſt. PRimum eſt idiotam, vel illiteratum incapacem, Irregularẽque eſſe ad ordinum ſuſceptionẽ; nam tales promoueri non poſſunt, & promoti ſunt deijciendi. text. in capit. fin. de ætat. & qualitat. (vbi Abb. ponit praxim, & modũ probandi illiteratum) text. in capitu. Omnes. 38. diſt in. capit. Illiteratos. 36. diſt in. Innocen. in cap. Cum in cunctis. de electione. Ratio eſt, nã infinita (ferè) iura ad ordines ſciẽtiam requiri probant, vt per totã. 36. 37. & 38. diſt. & text. in c. Sic viue. 16. q. 1. tex. i c. vl. de tẽp. ord. li. 6.

SEcundo. Dico illum dici illiteratum, qui penitus eſt literarũ ignarus: ſecundum omnes, & probat Summa Confeſſ. lib. 9. tit. 5. per totum Nauar. c. 27. nu. 205. Maiol. lib. 1. c. 32. Epiſc. Scalẽſ. d. c. 7. ad fi. Apud quos inuenies (ſicut nos in d. 1. par. de ſacram. Ord. diximus) quam ſcientiam requirat Concil. Trid. ſeſſ. 23. in quolibet ordine. 92 Illiteratus ad hoc, qs ſit.

ET reſolutiuè, dic, quod quilibet ordinatus tenetur ſcire, quæ pertinent ad officiũ ad quod ordinatur. ita Hoſt. Raym. Goffre. S. Thõ in 4. d. 24. vbi Albert. Magn. & Palud. quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. lib. 3. ſup. q. 2. & omnes communiter. * Nam quomodo poterit alios docere qui ignorat? & ad quid teneatur vide Can. 57. SS. Apoſt. in hæc verba: Epiſcopus, aut presbyter, qui negligẽtius circa clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, à cõmunione ſegregator, Si vero in eo ſocordia perſeuerauerit, deponitor. 93 Ordinatus tenetur ſcire ſibi neceſſaria.

EX quibus, & Maiol. ſup. num. 10. Nota non eſſe iudicãdum Idiotam, & illiteratum illum, qui, etſi literas multas non didicerit; in rebus tamen Eccleſiaſticis, & Diuinis Officijs dicendis ita expertus eſt, vt quodam magno vſu omnia norit, atque multos ſacerdotes in hoc ſuperet Nam tales ſic experti Ordinandi ſunt. Abb. & alij, quos ibi refert, in cap. fina. de æta. & qualit. Nam de multis Sanctis legimus, non propter literas (quas non habebant) fuiſſe ordinatos, ſed propter Eccleſiaſticarum rerũ peritiam, ac morum ſanctitatem, vt de quodam, cui nomen, ſanctulus, ſcribit S. Gregor. lib. 3. Dialog. cap. 37. & de Ioanne Aegyptio Anachoreta tradit Hiſtor. Tripart. lib. 8. 94 De viro Eccleſiaſtico, licèt nõ literato admittendo.

lib.8.c.1. & de Didimo Alexandri no, refert S.Hier. in Cathal.ſcrip. Eccleſiaſt.

95 De quodã Iſigni ſacriſta.

ET Ego vidi in Archiep. Toletano quendam,qui nunquam literis Latinis operã dederat, propter inſignem in Officijs Eccleſiaſticis adminiſtrandis, & officiandis peritiam (erat enim inſignis, diligentiſſimusque Sacriſta) fuiſſe ad Sacros ordines admiſſum. Nec miror, nam ſacerdotes innumeros literatos inuenies; perfectũ autem in Cæremonijs Eccleſiaſticis, Diuiniſque Officijs celebrandis expertum, vnum inter mille, experientia docet.

96 Potius ordinandus Monachus illiteratu, qua ̃ clericus, &c.

VErum tamen eſt, quòd cum aliquando talis licentia non ſic literis dedito ſit cõcedenda; poterit cõcedi Monacho potius, qui tantum orationi, aliiſque exercitiis ſpiritualibus incumbit, quàm Clerico ſeculari. Siquidem Abbas Monaſterii illiteratus poteſt eligi, ſecundum Abb. in c.fin.de ætat. & qualit.Specul.titu. de diſpenſatione.§.Iuxta.verſi. Abbas autem, quos referr, & ſequitur Maiol.lib. 1.c.32.num.6.

97 In Illiteratura qs diſpenſet? Et quo iure ſit neceſſaria ſciẽtia.

CIrca Diſpenſationem autem huius irregularitatis, Notandum omnino eſt, quod ſufficiens literatura in Eccleſiaſtico requiritur de iure Diuino, vt tradit Turrecremata.in ca.ſi in laicis.38.diſt. Ideo defectus literaturæ omnino indiſpenſabilis eſt: ſecundum Inn. in c.Dilectus.de tempor.ordi. Nauar.autem.c.27.nu.205.ait Papam rarò, aut nunquam in hoc defectu diſpenſare. Imo nec vlla diſpenſatio, à quocunque emanet, valere poteſt, vt ait Felyn.in c.Inquiſitionis.de ſent.excom.Bernard.Diaz. in praxi Canonica.c.18.Maiol.ſupra.nu.13. Sed quicquid ſupradicti dicant, verius eſt Papam poſſe diſpenſare, cum poſſit in omni irregularitate, ſecundum omnes.

§. 6. *De vitæ honeſtatis defectu.*

MIror equidem, (Sicut iuſtè Maiol. lib.5.ca. 12. miratur) quam variè hæc criminum inducentium irregularitatem materia fuerit à ſcribentibus tractata. Varios ille loquẽdi Doctorũ modos ibidem enarrat; quos conſultò omittimus, accipiẽdo tantum nobis hic neceſſaria. 98 De criminibus varie Doctores.

IN qua criminum materia tres iuridicas, ſiue à iure regulas poſuit Hoſt.in Summa.lib. Rubr.38. de Pœnit.& remiſ.quem refert, & ſequitur Summa Confeſſ.lib.3.tit. 29.q.3. Prima eſt, q̃ peccauit mortaliter poſt Baptiſmum, nõ poteſt promoueri.c.Primum.25.diſtin.c. Quoniam.48.diſt.c. Illud. 50. diſt. c.Si quis omnium. 1.q.7. Secunda eſt Promotus, qui mortale crimen commiſit, deijcitur text.cap.qui ſemel.50.diſt.c.ſi Epiſcopus. & c.Si poſt ordinationem. ibid.c.Si Diaconus.81.diſt. Tertia regula. Qui ab ordine deponitur, non poteſt reſtitui.text.c.1. & 2. & c. Peruenit, & c.Poſtquam.50.diſt.quæ tres regulæ etiam colliguntur, ex.c.Vt cõſtitueretur.in princ.50.diſt. 99 Tres circa crimina regulæ, a iure traditæ.

SIcut tres datæ ſunt regulæ; ita circa illas tres fuerunt Doctorum antiquorum opiniones. Prima dicebat: omne peccatum mortale repellere promouendum, & deijcere iam promotum. Hæc opinio intelligit regulas prout ſonant ipſa verba, & eſt nimis rigida, cũ pauci alias poſſent promoueri. Nã 100 Tres opiniones circa regulas.

Sine pecca to eſſe, res, &c. res pœnę, contra naturam eſt (vt ait D.Hieron.) vt ſine peccato aliquis ſit.§. Nūc autem.25.diſt. qua propter talis opinio omnino eſt reijcienda.

. Secunda opinio intelligit de magnis peccatis expreſſis in iure. Quæ opinio, quia non diſtinguit inter peccata occulta, & manifeſta, non eſt tenenda,capitu.De his vero.50.diſtin.

Qualiter intelligantur dictæ regulæ. Tertia intelligit dictas regulas de manifeſtis. Hæc opinio non diſtinguit inter peccata enormia, & alia,ideo non tenenda. capitul. Inquiſitionis.de accuſation. Summa Confeſſ.ſupra.

101 Crimina triplicia,ex quibus irregularitas oriri poteſt. VT autem confuſio tanta euitetur, reſque omnis manifeſta fiat; notare oportet triplicia eſſe crimina, ex quibus irregularitas hæc oriri poteſt,enormia, ſcilicet,mediocria,& leuia. Ita Angel. Silu.Tab.& alij.verb.crimē. Hoſt. Raym.Goffr.& alij quos refert,& ſequitur Summa Confeſſ.lib.3.tit. 29.Maiol. lib.5.cap.12. Epiſcopus Scalenſ.de Irregul.c.8.

102 Intelliguntur poſt factam pœnitentiam. NOta etiam quod quando loquimur de his criminibus, eſt intelligendum poſtquam committens fuerit iam de illis ſacramentaliter Confeſſus, quod Doctores ſupra dicunt; poſt factam pœnitentiam.

103 Crimina enormia duplicia. NOta Iterum, quòd licèt Doctores varient: tamen enormia crimina in duplici ſunt differentia. Quædam enim ſunt, quæ etiam occulta,& poſt factam pœnitentiam prohibent promouendum, & promotum deijciunt,impediendo ordinis executionem, retentionemque beneficij. text.in c.Vt ventum.1.q.1. c.Quicunque, & c.Statutum.de Hæretic.lib.6.& c.Vlt.de temp.ord.& c.7.de Simonia. veluti Homicidium voluntarium text.in c. Miror. 50.diſt.c.Si quis omnem.1.q.7.in fin.Et etiam caſuale,ſi culpa præceſſit.tex.in c. Continebatur.de Homic.Secus verò,vbi culpa non fuit.text.in c.Ex literis.de Homicid. Alterum eſt Simonia in ordine, & beneficio.tex. in c.Inquiſitionis.§.1. de Accuſat. Tertium eſt Hæreſis. ſecundum Hoſt.& Goffre. quos refert, & ſequitur Sum.Confeſſ d.lib.3.ti.29. q.3.Maiol.ſup. nume. 2. Ratio eſt, Quia Hæreſis,ſanato vulnere,cicatricem relinquit.cap. Ventum.q.1. tradit Epiſc.Scal.ſup. Quę primi ordinis.

104 De criminibus enormibus occultis. ALia ſunt etiam enormia crimina, quæ ſi fuerint occulta, poſt pœnitentiam nihil horum faciunt, vt in cap.Quæſitum. vlt.de Tempor.Ordin. quæ ſunt: Sodomia,Inceſtus,Adulterium, Periurium,falſum teſtimonium,&c.ita Raymun.Hoſtien.Goffred.& Bernar.quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ.ſupra. Silu.verb.Crimen. num.3.Maiolus.lib.5.c.12.Epiſcopus Scalenſ.de Irregularit.c.8.tradit Specul.tit. de Diſpenſation.§. Iuxta.verſic.Vndecimo, & verſic. Item Coniunctus.

105 Crimina mediocria in duplici differētia. MEdiocria etiam crimina, duplicia ſunt: aut ita manifeſta, quod nulla poſſint tergiuerſatione celari, ſ. per euidentiam facti, vel per cōfeſſionem in iudicio factam, vel per ſententiā, & tunc impediunt, & remouent. oēs ſup.

Si autem fuerint occulta, poſt dignam Pœnitentiam nec impediunt nec deijciunt. Vocantur autem mediocria Adulterium, Fornicatio, Furtum, Fraus cum dolo. Sacrilegium, Periurium, & alia multa.vide Sum. Confeſſ.ſup. & alios.

*De

* De his criminibus Vide Can.24. SS.Apoſtolorum,qui ſic ait: Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehenſus deponitor, non tamen a communione excluditor; dicit enim ſcriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni conſimiliter, & reliqui clerici ſubduntur.

Minora crimina dicuntur, Alea, ebrietas, & ſimilia, quæ minimè inducūt Irregularitatem Doctor. ſupra. * Vide Canon.41. SS.Apoſtol. qui ſic ait: Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget, vel deſinito, vel deponitor, & vide Can.42.& 53.

106 Crimina minora, q. Qualiter. Epiſcop. diſpenſet in occultis. Reſolutiuè Nota quo ad ſupradicta, Quod hodie per Concil.Trident.ſeſſ.24. de Reformat capitul.6.Epiſcopus poteſt in quacunque irregularitate ex occulto delicto prouenienti diſpenſare, excepto homicidio voluntario.Quod fuit decretum charitate pleniſſimum.

De tertia ſpecie Irregularitatis, ſcilicet, De defectibus corporis, ab alijs autem, de corpore vitiatis, dicitur.

De corpore uitiatis. *Quemadmodum in ſuperiori ſecunda ſpecie, de Irregularitate egimus; quam quis, culpa propria, crimina committendo incurrit; ſic nunc in tertia agere debemus de illa Irregularitate, quam quis regulariter aliorum culpa, vel Dei voluntate incurrit; Et ſic hanc tertiam ſpeciem de corpore vitiatis; in duos §§. diuidemus.*

§. Primus, de Illegitimorum Irregularitate tractabit.

§ Vero Secundus, De omni vitio corporali impediente, vel non.

Primus, de Illegitimis.

Vnica concluſione omnes ferè Doctores hanc illegitimorum materiam comprehendunt, ſcilicet. Illegitimè nati, qualeſcunque fuerint Spurius, Manzer, Nothus, &c. ab Ordinibus omnino prohibētur tex.in c.1.de fil.presb. 107 Illegitimi omnes irregulares.

Haec prohibitio olim habuit principium Deut.cap.23. ex quo omnia Iura hoc prohibent.c. Tanta.cap. Per venerabilem, cum alijs, qui filij ſint leg. Tradunt Doctores communiter, maximè Ang. Silu, Tab. Armil. & alij verb. Illegitimi Anton. Fonſeca Luſitanus in addition. ad Caiet. ſuper d.cap.23. Deuter. Summa Confeſſ. ſup. Maiol.lib.1.c.4.nu.1. 108 Illegitimi ꝓhibitio.

Nota pro dictorum intelligentia, ꝙ etiam ſi in d.c.24.Deut. ſoli Manzeres Scorto nati repellebantur, vt ibid. notat Caiet. quem refert, & ſequitur Maiol. ſup. Hodie tamen (vt ſupra tetigimus) dicta prohibitio omnes Illegitimos comprehendit.tex.in c.per venerabilem.§. Quod autem.vbi Abb.& omnes.Qui filij ſint legit.Glo.in c. Niſi cùm pridem.verb.Manzeres. de Renuntiat. tradit Nauarr.c.27. nu.261.Maiol.ſupr. Epiſcop.Scal. c.8.verſic.Illegitimè. 109 Manzer tantum olim ꝓhibitus.

Horum autem Illegitimorum quatuor ſunt ſpecies, Prima Manzer dicitur ille, qui de Scorto natus eſt. ſecunda ſpurius, qui de profeſſo, vel profeſſa, vel ſimilibus. Tertia. Nothus ille dicitur, 110 Illegitimorū ſpecies quot.

qui ex adulterio generatur. Quarta. Naturalis ille eſt, qui natus eſt ex vnica concubina Domi retenta. Gl. & Abb. in d.c. Cum pridem; tenent omnes ſupra, & Ciſuentes in l.3. Tauri.

111 Quare illegitimi repellantur.

QVæritur. Quare tales illegitimi, abſque culpa ſua, a ſacris Ordinibus repellantur? Reſpon. Quod licet Maiol. ſupra. nume. 1. dicat plurimas eſſe huius prohibitionis rationes; ex Raymūdo tamen, Hoſtien. Goffredo, & alijs, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. titu. 19. q. 1. Silu. verb. Illegitimus. q. 1. & alijs, maximè Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Cardin. Paleottus. tractatu de Nothis, ac Spur. Ioan. Andr. in addition. ad Specul. titu. Qui filij ſint legitimi, & alijs, quaſdam aſſignabimus. Prima eſt. Dignitas clericalis, quia huiuſmodi vilibus conferri nō debet. text. in capit. Inter dilectos. de Exceſſib. Prælatorum.

Secunda. Deteſtatio paterni criminis. tex. in c. Vergentis. de Hæretic. Tertia quia ſolent tales imitatores eſſe criminis paterni text. in c. Si quis cum militibus 6. q. 1. cap. Si Gens Angelorum. 56. diſt. quem text. omnino vide pro filijs meretricum. Quarta, quia ignominioſi ſunt, & omnibus odioſi, quaſi ex turpitudine nati. Quinta, quia nullo diſcrimine haberetur Matrimonij ſacramentum, a fornicatione. Sexta, quia illegitimi pleni ſunt vitijs, (nota ſunt omnibus) & ea tradit Rauis. Texror. in Epipheta. Illuſtriſs. Cardin. Paleotus. ſupra. & Anton. Fonſeca in addition. ad Caiet. 23. Deuter.

112 Illegitimi, quādo admittendi?

QVibus omnibus non obſtantibus; aliquas regulas, vel concluſiones, vel potius fallētias ponemus, quibus patet in aliquibus caſibus illegitimos eſſe admittēdos.

Prima. Filius natus ex ſoluto & ſoluta, ſi tempore conceptus nullum erat inter illos impedimentū, quominus contrahere poſſent; ſi poſtea cōtrahant, legitimatur per ſequens Matrimonium, abſque vlla Eccleſiæ diſpenſatione Abb. in cap. Tanta. per text. ibi. Qui ſint legi. Angel. Silu. Armil. & alij ſupra. Maiol. ſupra. nume. 13. tex. in l. fin. C. de natur. liber. Archid in Princ. 35. diſtin. q. 7. & in capit. Oſius. 56. diſt. Et licet aliqui dixerint inſpiciendum fore tempus natiuitatis per tex. in cap. Cum in cunctis. de Elect. vt ſentit Hugo. in princi. 35. q. 7. Communior tamē opinio eſt, quod tempore conceptus non eſſet impedimentum.

QVod eſt verum, non tantū quo ad omnes Ordines ſuſcipiēdos, ſed etiam quo ad omnes dignitates, & actus legitimos. text. in ca. Conqueſtus. capitul. Tanta. qui filij ſint legiti. vbi Gloſſ. ſing. ſecundum Abb. & Rauen. alia in capitulo innotuit. de Election. Abb. in ca. Ad extirpandas; de fil. presbyt. Doctores omnes, quos refert, & ſequitur Maiol. & Epiſcopus Scalenſis. ſupra. vide Curtium Iuniorem. Conſi. 336. & Ruinum. Conſi. 211. volumin. 1. 113

113 Et ad quos Ordines? &c.

SEd Quæritur. Vtrum procedat etiam quo ad Epiſcopatū? Reſ. q licèt Abb. in d.c. Ad extirpādas, & alij, Silu. ver. Illegitimus. q. 3. videantur ſentire, quod egeat diſpēſatione: Gloſſa tamen, in d c. Innotuit. de Electione. Hoſt. Goffred. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. ſupr. q. 10. tenent, non eſſe neceſſariam diſpenſationem, in fauorem prolis auge. c. Ex tenore. 114

114 V. Quo ad Epiſcopatum.

re. Qui filij ſint legit. & c. Videtur. qui Matrim. accuſare poſſunt.

115 SEd Quæritur. Quid ſi poſt natum filium mater cum alio cõtraxit, quo mortuo, contraxit cum amico priori. V. per hoc Matrimonium, alio interpoſito, legitimetur talis? Reſp. quod ſic. Ita Abb. in c. Tanta. notab. 2. Qui fil. ſint legi. & in c. Ad extirpandas. de fil. presbyt. Io. And. in Reg. Sine culpa. in Mercurial. Alb. verbo. Illegitimè, verſicu. Quid ſi nato. tenet Raym. Hoſt. & Goffred. quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 19. q. 10. per tex. in d. c. Tanta. & per tex. in Authen. quib. mod. naturales effician. legit. Collatione. 6. Simõ Maiol. libr. 1. c. 4. nu. 15. Præpoſ. in d. c. Tanta. Nicol. Vbal. de Succeſ. ab inteſtato. colum. 26. Quicquid dicat Bart. in l. In concubinatu, & in l. fi. ff. de Concub. quem ſequitur Ludouicus à Sardis. de Legitimatione. fol. 6. lib. 2. tract. & Roſellus. de Legitima. fol. 2. lib. 1. tract.

V. Filij legitimetur ſequuto Matrimonio, alio inter poſito.

116 QVid ſi Clericus in minoribus Beneficiatus de cõcubina ſolura habuit filium, eamque poſtea in vxorem accepit? Reſpõ. Talem filium eſſe legitimũ per illud Matrimonium. Ioann. Andr. in Regul. Sine culpa. de reg. iur. 6. Cardin. in d. cap. Tanta. q. 4. quos refert, & ſequitur Maiol. ſupra. Ange. Siluest. Armil. & omnes.

De filio clerici in minorib. &c.

117 FIlij quoque ſacerdotum ex legitimo Matrimonio geniti, antequam pater eſſet ſacro Ordine inſignitus, legitimi ſunt, atq; ideo ad omnes ordines promouendi. Raym. & alij, quos refert, & ſequitur Epiſcop. Scalenſ. ſupr. c. 8. Ang. Silu. & alij ſup. Armil. verbo. Illegitimi. num. 1. Gloſ. in princ. diſt. 56. Maiol. lib. 1. c. 6. nu. 2.

De filijs ſacerdot. legitimis.

QVamuis ex communi Catholicorum ſentẽtia copula inter ſponſos de futuro, mortale ſit peccatum, tamen ſi ex illa filius naſcatur, erit legitimus, ſecũdum ſe, tex. in c. Per tuas. Qui filij ſint leg. modo tamen Matrimonium, iuxta doctrinam Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de Reform. Matrimon. debito tempore ſuum habuerit locum: niſi alter illorum ante cõtractum Matrimonium moreretur. Maiol. ſupra verſi. Huc ſpectat. Epiſcop. Scal. c. 8. verſi. Natus. 118

Copula inter ſpõſos de futuro, peccatum mort.

VNum hoc in hac materia nõ eſt omittendum (quod notatu dignum dicit Maiol. d. cap. 4. nu. 16.) quòd ſi filius natus ex fornicatione ante Matrimonium ſubſequens promotus fuerit ad Ordines; ſubſequuto Matrimonio, fit quidem legitimus, ſed illa indebita Ordinum ſuſceptio non conualidatur, nec habet Ordinis executionem, nec aſcendere poteſt ad altiores ſine diſpenſatione. Vincen. in cap. Innotuit. de Elect. quem refert, & ſequitur Arch. in ca. Oſius. 56. diſt. Maiol. ſup. 119

Filius ex ſpõſ. de futuro, &c. Quid ſi filiu. fornic. Ordinetur &c.

VLtimo loco in hac materia quæſtionem illã tractare volui; Vtrum infantes expoſiti, ſint pro legitimis, vel pro illegitimis habendi, & ad Ordines admittendi, ſine diſpenſatione? 120

V. Infantes expoſiti ſit pro legitimis habendi? &c.

Pro parte affirmatiua facit, quod multi filij legitimi, à parentibus propter inopiam, vel ignauiã ſunt expoſiti, vt apud omnes eſt in confeſſo, experientiaque docet, &c.

Pro negatiua verò, quod tales communiter ab omnibus pro illegitimis reputantur, vt notum eſt, & in dubio non præſumitur quis legitimus, tex. & ibi Ang in l. Liberorum. ff. de ijs qui notantur infa-

mia cum multis alijs, quos refert, & ſequitur Couarr.in Clem.ſi furioſus.1.par.in princ.nu.9.

121 Quādo poterit Ordinari.

PRo reſolutione dicendum Primo: Quod quando pueri expoſiti parentes illum pro legitimo agnoſcunt, & illum ęgeſtate oppreſſi expoſuerunt, poterit nihilo minus ordinari, quia nihil oberit, quod fuerit expoſitus, cùm parentes eius legitimi agnoſcantur, quia in iure nihil aduerſatur illis. text. c.1.de Infant.expoſ.Maiol.lib.1.c. 11.in princ.Couar.ſupra.

122 Liberatur a patria poteſtate.

SEcundo dico, quòd infans expoſitus (vt de ſeruis, & languidis taceamus) à Patre, vel ab alio, ipſo conſentiente, liberatur a patria poteſtate text. expreſſius. cap. vnico.de infant.expoſ. vbi Abb.& Doct.verſic.Si expoſitus.vbi Turrecrem.87.diſtin.Ang.Silu.Armil. & alij.verbo. Expoſiti. Iul.Cla. in practica crim.q.83. Simon Maiol. lib.1.c.11.num.3.Inſtit.Canonica. lib.4.tit. de Homic.§. Quod filius. cum Glo.ibidem.

123 V Promouendi ſine diſpenſatione.

TErtio dico, ꝙ quamuis Anan. in c.1.de Infantib.expoſ.Bermondus Choueronius. ad titul.de Cõcub.verb. Qui etiam filios. nũ. 90.col.363.& Illuſtriſs.Card. Palæottus.de Spurijs.c.63.nu.3.& 7. (dicens communiter receptã) teneant tales expoſitos abſq; vlla diſpenſatione eſſe promouẽdos; Cõtrariam tamen opinionem reputat veriorem, ac ſeruandam Couar.ſupra.d nu.9.Simon Maiol. (ad obiecta reſpondens) lib.1.c.11.nu.3.

Nec iuuat opinio Ancha.in d.c. 1.& Felyn.in c. Cum deputati. de Iudic. in fin. quia potius dubitare voluerunt, quàm in hoc determinatè loqui. * Quæ pœnitentia ſit imponenda illis qui filios, vel ſeruos expoſuerunt. vide Canon.17. pœnit.in fine.verbo.Quid de illis? ubi uide quę damna ſequantur ex tali expoſitione.

124 Quis diſpēſat cum dictis illegitimis.

QVo ad diſpenſationem autem cum omnibus ſupradictis illegitimis; Quæritur. Quis poſſit cum illis diſpenſare? Reſp. Primo de Expoſitis. Quod ſi ſit ſequenda opinio dicentium eſſe pro illegitimis habendos; eorum diſpenſatio ad illos pertinet, ad quos, cũ alijs illegitimis pertinet diſpẽſare; Sed cum talibus expoſitis facilius eſt diſpenſandum.Gloſ. & Abb.in ca. Cum deputati, de Iudic.colum.1. verſic.Quæro.quem refert, & ſequitur Maiol.15.ſupra, & Couar. ſupra, dicit ſufficere Epiſcopi diſpenſationem.Quod placet.

125 Quid ſi ingrediantur Religionē, &c.

DE alijs autem illegitimis, Reſpond.Secundo, quod ſi tales ingrediantur & profiteantur Religionem, fiunt habiles, & legitimi ad omnes ordines.tex.in c.1 de fil. presbyt.vbi Abb.Innocen.Imol.& omnes alij.tex.c.1 56.diſtin.Hoſt. Raym.Goffre.& alij, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib.3. tit.10.q.2.Ang. Silu.Armil. & alij. verb.Illegitimi.Nauar c.27.nume. 201.Maiolus.lib.1.c.11.Epiſcopus Scal.c.8 Ratio eſt.

126 Religionis ingreſſus tollit irregularitatis ingratitudinem.

QVia Religionis ingreſſus tollit irregularitatis ingratitudinem.tex.in c.Non liceat. 10.q.3.& quia ingreſſus Religionis æquiualet omni Pœnitentiæ. tex.in c.Admonere.33.q.2. Non tamen cenſetur habilitatus ad Prælaturam, vel Superioritatem, etiam cum Epiſcopi diſpenſatione, ſecũdum Doctores magis cõmuniter. ſup.& Palud.4.diſt.43.Villa Dieg. de Irregul.col.49.quos refert, & ſequitur Nauar.ſup.

Si au-

127 De illegitimis remanentibus I ſaculo, &c.

SI autem tales volunt in ſæculo manere, & promoueri; Reſp. Tertiò, quòd quamuis Raym. Bernar. Hoſt. Gof. & alij antiqui, quos refert, Summa Confeſſ. ſup. q. 3. tenuerint Epiſcopum poſſe cũ talibus ad omnes Ordines, & Beneficia diſpenſare: Cõtrarium eſt tenendum; imò quòd Epiſcopus tantum diſpenſare poſſit quo ad minores Ordines, & vnum ſimplex Beneficium. text. in c. 1. & 2. de Fil. presbyt. lib. 6. Summa Confeſſ. ſupra, Sylue. verbo Illegitimus nu. 8. Armil. verb. Beneficium. nu. 23. Maiolus. Epiſcopus Scalen Nauar. & alij. ſupra. Quo ad maiores autem, & alia beneficia, atque dignitates, Papa ſolus diſpenſat; oẽs. ſupra. & alij multi. Quid dixerimus in hac materia illegitimorũ vltra hic poſita vide infra. in 3. p. capitul. 2.

128 De ſeruis promouendis.

AD hanc Irregul. ſpectat ſeruorum conditio: de quibus hæc pauca:

Prima Concluſio. Seruus inſcio domino promoueri de iure nõ poteſt. totus titu. de Seruis non ordi. & ibi, & vbiq; omnes, & c. 1. 2 & 3. 54. diſt.

Secunda Concluſio. Si tamẽ de facto ordinatus fuerit, capax eſt Carracteris.

Tertia Concluſio. Si minoribus tantum inſcio domino initietur, manet ſeruus nihilominus, ſicut antea, omnes. & tex. in c. Nulli. 54. diſt. c. 2. de ſeruo non ordin.

Quid ſi de facto ordinetur, &c.

Quarta Concluſio. Si autem ad Subdiaconatum, vel Diaconatum fuit, neſciẽte domino, promotus, alium loco ſui præſtabit ſeruum, vel precium reſtituet. tex. in c. Ex antiquis. 54. diſt. & c. Miramur. de Seruis non Ord. omnes.

Quid ſi de facto ordinetur &c.

Quinta Concluſio. Quòd ſi ad Sacerdotium domino ignorante aſcenderit dato peculio, vel ſe redimendo, manet liber. d. c. Ex antiquis. Quòd ſi nihil poteſt, domino teneatur in ijs, quę ad ſacerdotem ſpectant, inſeruire. ex iuribus omnibus, ſupra allegatis. S. Anto. 3. p. tit. 28. c. 6. § Nauar. c. 27. nu. 208. & omnes communiter.

Si autem cum licentia expreſſa vel tacita domini ordinetur, liber manet, & ingenuus. tex. in c. Si ſeruus 54. diſt. Inn. Hoſt. Goff. & omnes alij antiqui, & moderni.* quæ omnia ſeruantur hodie: die de iure nouo, etiamuis olim Canon. 81. SS. Apoſtolorum in hæc verba ſtatuit: Serui in clerum promoueantur citra dominorũ volũtatẽ. &c.

§. 2. DE CORPORE Vitiatis.

129 Vitium corporis quadrupliciter cõſideratũ.

ACturi de vniuſcuiuſq; mẽbri corporis vitio; operę preciũ duximus. Primo notare; vitiũ alicui adeſſe quadrupliciter: ſ. ex defectu mẽbri, ex inhabilitate, & diminutione, vel ex augmẽto, vt tradit Abb. in c. fi. de corp. vitiat. inſt. Cano. lib. 1. tit. qui promoueri nõ pñt. in §. Cauẽda. gl. verb. Vitia. Secũdo. de illo, q toto corpore eſt viciatus. i. de Mõſtro, ſiue Monſtruoſis, in principio tractare, quòd paucis abſoluã. * Qualiter aũt tales non ſint ſubſanãdi vide Canon. 56. SS. Apoſ. Si qs (inqt) mãcũ, aut mutũ ſurdũuè, aut cęcũ, aut eũ cui vitio ſus inceſſus eſt ſubſanauerit, cõione priuator. Cõſimiliter & laicus.

Monſtrum quid?

MOnſtrum dicitur, (quo ad naturã humanã) qn aliquis duo capita, quatuor brachia, pedes vel oculos habet, vel aliquod mẽbrum ita eſt extrauagans, vel extraordinarium, quod videtibus

magnam

magnam cauſet admirationem. Vel etiam, ſi rationalis creatura membrum aliquod habeat animalis, ut canis, equi, uituli &c. Vel etiam, ſi omnia membra habeat humana; uocem autem, uel pellẽ alicuius animalis; & ſimilia, ut ſæpè uiſum eſt.

130 Mõſtruoſitas & deformitas &c. NOta circa ſupradicta, quòd in hac materia, monſtruoſitas & deformitas differunt. Monſtruoſitas. n. eſſet aliquod ex ſupradictis. Deformitas autem eſt, quando aliquis puer caput haberet Gigantis; uel oculos ſic paruulos, uel grandes, qui omnino capiti eſſent diſſimiles. Inter deformitates corporales etiam numerãtur ſtatura ita ingens, procera, uel grandis, uel ita parua quòd omnibus eſſet admirationi. His uiſis, Cùm ſecundum Abb. in cap. 2. de Cler. ægrotan. Omnis deformitas magna, etiam ſi ſit ſine monſtruoſitate, ſufficit ad impediendum, ne quis promoueri poſſit; quanto melius omnis monſtruoſitas erit repellenda ab omnibus, etiam minoribus Ordinibus, text. in c. quoniam. de offi. Ordina. text. Gloſ. & Doctor. in l. Non ſunt. ff. de ſtatu. homin. text. in argum. c. qui in aliquo. 51. diſt. Sot. 4. diſt. 25. q. 1. ar. 2.

131 De mẽbrorũ imparitate. QVid, ſi homo omnia haberet humana membra requiſita; nihilominus tamen nimiam habet talium membrorum imparitatem; ut ſi caput ingens corpori minimo ſit cõiunctum, brachiũ unum longum, & aliud curtũ &c. Reſp. Tales non eſſe etiam admittendos, Ratio eſt; quia, etſi Monſtra non ſint uerè; deformitatem tamen hominum oculis ingentem inferunt. ita Abb. d. c. 2. Secundo, Quia ita eſt clarũ tales monſtruoſos non eſſe admittendos, quod eſſet monſtruoſum de talibus dubitare. Gl. in c. Si teſtes. §. Hermofroditus. 4. q. 2. Maiolus. de irregula. lib. 1. c. 13. nu. 2.

¶Maximè, ſi aliquis tale haberet caput, quale ait D. Aug. lib. 21. de ciuit. Dei. c. 15. uidiſſe ſe hominis caput; cuius ſingulorum dentium locus, noſtrorum capitum dentes centum commodè includere potuiſſet. Tradit Petrus Mexia in Silua uariæ Lectionis. cap. 2 & Maiol. ſupra. nu. 5. Et Ego (ueritatem dico, non mentior) Anno 1569. Salmanticæ, uidi cuiuſdam Gigantis genu ponderis. 24. librarum Caſtellanarum, quod habebat. D. Doctor Munoz, qui primũ fuit Complutenſis uniuerſitatis Rector; poſtea (à maiori ad minus) Salmanticæ Collegij Inſignis S. Bartholomæi Collega. Cuius Gigantis altitudo (ſecundum dimenſionem, ac membrorum computationem factam tunc ab inſignibus uniuerſitatis Medicis, atq; Cirurgis tanta erat, quanta eſt altitudo Collegij Illuſtriſſimi Archiepiſc. Toletani, eiuſdem uniuerſitatis Salman. quę altitudo plus habet, quàm ſex hominis communis ſtaturas. Dens autem molaris eiuſdem Gigantis ponderis erat unius libræ. Fertur, Gigantem illum captum, & occiſum fuiſſe ab Hiſpano quodam in Stricto quodam Maris, quod de Magallanes uocant. 132 Nota de capite Gigantis.

ILlud autem eſt ſciendum, quòd quamuis Gigans, & Pigmeus, & alii ſimiles, eſſent apud nos irregulares, & minime admittendi; apud ſimiles tamẽ populos eſſent idonei, atque initiandi. Maiolus. ſupra. 133 Gigantes. &c. alibi non irregulares.

DE

DE HERMOFRODITIS.

154 Hermofrodita qs ſit? PRoxime dictis accedit aliud monſtruorum genus: quod de Hermofroditis vocamus. Ille talis dicitur qui vtrumq; genitale membrum virile,& fœmineum habet. Quos etiam alio nomine, ſ.Androginos vocat Archid.in c.Hæc imago.33. q.5.circa medium.Aulus. Gel.lib. 9.c.4.Ang.Syl.Tabien. Armil.ver. Hermofrodita. Summa Confeſſ. lib.3.tit.23.q.fi. Nauar.c.27.num. 203.verſi. Decimo. Sot.4.diſt.25. q.1.ar.2.in princ. Maiolus.lib.1.c. 27.Epiſc.Scalenſ.de irregul.c.6.S. Ant.3.par.titu.28.ca. Villa Diego. colum.42.

155 Hermofroditi in Africa &c. HOc Mōſtruorum genus licèt raro in Europa inueniatur, in Aphricæ tamen quadam Regione ſupra Naſamones, Populos eſſe integros, ex Herodoto, & Caliphane tradit Maiol. ſupra.num.1. Qui omnes illius regiones habitatores vtriuſq; ſexus ſunt, atq; inter ſe viciſſim copulantur, quibus ut ait Ariſt.& Plin.lib.7.c.2. dextra mamilla virilis eſt, leua verò muliebris.

136 Irregularitas Hermofroditi, & quare ordinandus. QVibus ſuppoſitis; ſequentibus concluſionibus omnem Hermofroditorum irregularitatem comprehendemus.

Prima Concluſio. Hermofroditus quicunq;, eo ipſo, quòd eſt natus, fit infamis de iure. Albericus. in litera.E.in uerbo. Hermofroditus. tex.in c.Infamis.3.q.7.

Secunda Concluſio. Hermofroditus, qui magis pollet fœmineo membro, vel vtroq; æqualiter, nō eſt capax Caracteris; nec ideo ordinari poteſt, ſecundum omnes. ſupra. & diximus ſupra. in 1.par. de Sacram. Ordinis; de fœmina incapaci.

Tertia Cōcluſio. Quamuis Hermofroditus magis virili membro incaleſcens & pollens, capax ſit Ordinis, atq; ideo Ordinari poſſit, nullo tamē modo ordinari debet, propter monſtruoſitatem, ac deformitatem, vt ex tex. in c.Illiteratos diſt. 36. tradunt omnes Doctores.ſupra.& eſt tex.in arg.in c. Si teſtes.4.q.3. §. Hermofroditus. & ibi Glo.vbi Archid.ſic ait: Abſurdum eſt de eo promouendo ad Ordines tractare, quem neſcias an maſculus, an fœmina ſit, & an ad gignendum, an ad concipiendum ſit aptus, quum ſimul, & ſemel ij & gignant & pariant.Maiol.nu.2. Nullo modo Ordinādus.

DE OCVLORVM Defectibus.

NVlli dubium, oculos, inter cætera humani corporis mēbra principatum ſibi vendicant. Quàpropter primo de oculorum defectibus acturi; Quæro, Vtrum oculus ſit membrum? Reſpond Affirmatiuè. ut ex tex.in cap.Singula. Glo.verbo. Oculus, probat Simon Maiolus. lib.1.c. 20. Quia membrum illud dicitur, quod in corpore habet officium per ſe diſtinctum, tex.in d. c.Singula.Abb.in c.1.Qui cler.uel uouent. & in c. Clericus.Ne cler. vel Monac. & in c. Cum illorum. de ſent.excomm.& in c.ego; de iureiur.Legiſtæ, in l.2.ff.de publ.iudi.& in l.nō ſunt liberi. ff. de ſtat. hom.Inſt.Cano.lib.1.tit. Qui promoueri non poſſunt.§.cauenda.cū gl.verb.Digiti.Quibus viſis. 137 Oculi membra ſunt. Quod dicatur membrum?

Prima

138 Cęcus eſt irregularis. Prima ſit Concluſio. Cæcus abundè ſatis eſſet, qui cæcum à natiuitate, vel infirmitate, caſu, uè factum, irregularem non iudicaret: eſt enim omnino. Canon. Apoſtol.76. & text.in c.Hinc etenim.§.Cæcus 49.diſtin.& omnes. * Nota tamen quòd dictus Canō. 76.Apoſt. uidetur probare contrarium eius ad quod hic allegatur, dum dicit:Si quis oculo defectus, aut obtuſo aure exiſtat, & dignus ſit,Epiſcopus efficitor. Non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.ſed Canon. debet intelligi, quando haberet aliquem defectum leuem ex infra dicendis. quia de cœco & alijs ſimilibus loquitur Canon.77.

138 Quid ſi cæcitas ſacerdoti ſuperueniat. Secunda Concluſio. Cæcitas ſacerdoti abſq; culpa ſuperueniens, tantum illum irregularem facit ad exercenda ea, quæ ſine viſu non poteſt.Ratio eſt.Quia etſi ordinem non amittit, Ordinū tamen executionem, in ijs, quæ exercere non poteſt,amittit, dum durat cæcitas.S. Tho.3.p.q.82.ar. fi.Vnde tales prædicare, confeſſiones audire, & in Choro mente canere poſſunt, beneficijs retentis, coadiutore ſibi dato,tex.in c.cum percuſſio 7, q. 1. Summa Confeſſ. lib.3.tit.19.Sylue.verbo. Corpore viciatus,nu.3.& alij eod.text.in c. 2.de Cler.ægro.vbi Abb.notat Nauar.c.27.nu.200.Maiol.ſupra.Epiſcop.Scalenſ.c.6. Sotus 4. diſt. 25. q.1.ar.3.Nicol.Ploue. & alij.

139 De Monoculo,&c. Tertia Concluſio. Monoculos etiam,ideſt qui cum vno oculo tantum eſt natus, vel cui, ſine culpa ſua unus eſt oculus erutus: Irregularis eſt.Probat Archid.per tex.ibi.in c.Si Euangelica.55.diſt. Sylu.d.nu.3.Roſel.verb. Viciatus. circa medium. Tabien.verb.Corpore.Armil.eo.nu.8. Nauar. c.27. nu.199,& num.200. Maiol.ſupra. uerſi.Ille quoq; .Epiſcop Scal.c.6. uerſi.Cęcus.Ratio eſt,quia unum oculum habere tātum uitium eſt duplex,Primo defectus ipſe: Secūdo, ſi fuit culpa ſua ſic factus. Ex quibus omnibus,& alijs,infra nu. 158.citandis Nota generalem concluſionem : ſcilicet,Omnis deformitas, etiam naturalis inducens horrorem,uel ſcandalum, inducit irregularitatem, ita,quòd ſine diſpenſatione nullus ſit ordinādus.

Ille etiam,qui talem oculo priuauit, uel oculum effodit,irregularis eſt text.in d.c.ſi Euangelica. Quinimo & omnes in id conſentientes, ſunt irregulares, tex.in c.quia præſulatus 1. q.4.notat Maiol.ſupra. Ratio huius eſt, quia faciens alium irregularem,irregularis eſt. Ideo amputans alicui membrum, ſine quo ordinari non poteſt, nec ipſe eſt admittendus. Sylue.verbo.Homicidium 3. q.3.uerſi.tertium. Tabien. uerbo. Irregularitas 3.nu.26.Maiol.lib.1. c.21.nu.1.& diximus,ſupra. 140 De illo qui alium oculo priuauit. Faciens alium irregularem irregularis.

Diximus ſupra, (culpa ſua) quia de monoculo, uel cæco uno oculo,naturaliter,uel caſuali quo ſine culpa, aliter eſt dicendū. Quia ſi in oculo ſiniſtro, (qui oculus Canonis communiter à Doct. dicitur,quia,cum ſit conſecratio, tali oculo ſiniſtro Canonem,ideſt Te igitur &c.reſpicere debet) defectus aliquis ſit, quo uiſus omnino impeditur, ne Canonem reſpicere abſq; deformitate,atq; indecentia poſſit; difficilis erit in tali diſpenſatio. Si autem oculus dexter tali defectu ſit impeditus, facilius diſpenſabitur; niſi oculus eſſet 141 De Monoculo uel cęco naturali ter. De oculo Canonis.

ſet

ſet erutus, quia tunc,quamuis in rebus agendis par ſit impedimentum viſu carere quomodocunq;. ſicut oculum non habere: quo ad deformitatem, tamen difficilius agitur cum oculo eruto.

142 *De nube in oculo.* SI autem aliquis nubeculam aliquam,maculamve paruam in aliquo oculo haberet, ſine deformitate, non impediret, vt ex Innoc.Bern. Abb. Vinc. Raym.& alijs probat Epiſcopus Scalenſis, & ex gl.in c.2.de verb.ſigni.lib.6. Card.in c.Hinc etenim,diſt.49.& ex Nauarro,c.27.num. 199. tradit Maiol.dicto verſicul.Ille quoque, & alij.

143 *De habentibus oculos lachrymantes.* DE illis autem, qui Lippi dicuntur,idest,qui lachrimantes oculos continuo habent Et de illis, qui oculos habent diſpares, vel prominentes &c. Reſolutiue Dicendum: Quod ſi talibus deformitas magna, vel horror non ſit; non ſunt propterea repellendi.Nauar.& alij ſupra.Quæ deformitas an notabilis ſit, vel non,Epiſcopi arbitrio relinquitur, Gl.in c.Cùm de tua. de corpor. vitiat vbi Abb. Aſtenſ.& Roſella.verbo. vitiatus. Syl. Corpore vitiatus.verſ.Sexto. Maiol.d.c.20.verſ.Quicquid.cum ſeq.Epiſco.Scal.ſupra. pro quibus eſt tex.in l. Clauum.in princ.ff.de edilit.edicto.

144 *De oculorum albugine.* ALbugo etiam, i. macula in oculo apparens, impedit quẽ Ordinari ſine diſpenſatione. text. in c.Hinc etenim.49.diſt. S. Greg. in paſtorali. lib.1.c.11. Archi.in d. c.Hinc. vbi etiam Hugo. & Spec. titul. de Diſpenſatione. §.Iuxta. verſicul. Item in veteri. Sylueſt. verbo. Homicidium.3.num.5.Maiol.ſupra.

NOta tamen quòd licet Roſella.d.verb. Vitiatus dicat per ingreſſum Religionis, eſſe quem diſpenſatum in hoc impedimento; Contrarium eſt verius.& tenẽdum cum Inno.in c. Cum de tua. de corp.vitiat.Aſten.Raym.& Sylueſt.ſupra. quos refert, & ſequitur Maiolus.ſupra.verſ.Huc quoque. Imo quòd ingreſſus tantum non habilitet eum hac quidem ratione quod huius maculæ diſpenſatio deformitatẽ multam habeat & ſoli Papæ reſeruatur. Inn.ibid. & Tabien.verb.corpore.Diſpenſabitur tamen facilius cum religioſo,quàm cum clerico ſæculari. vide.Maiol.ſupra. 145 *V. Per ingreſſum religionis tollatur, &c.*

DE VVLTVS VEL Faciei deformitate.

CVm ſæpe faciei deformitas animi deformitatẽ ita indicet,quòd dicant Dec.in c. Cùm in contemplatione.de regul. iur. torturã inter complures criminis ſocios, inchoandã ab illo, qui deformiorem habet faciem, merito talis ob faciei deformitatem arcendus à ſacerdotio erit, ſi talis deformitas monſtruoſa, vel ridiculoſa videatur propter ſcãdalum,atq; riſum, & contemptum vitandum. 146 *De faciei deformitate.*

QVamobrem, Cùm alicui facies eſt diuerſis diſſecta coloribus, vel vulnerum cicatricibꝰ,maximè ex rixa,vel turpi aliqua cauſa prouenientibus, alijsve ſignis dehoneſtata, admitti non debet. Guiller. de Laud.in ſuo Sacramentali. Sylueſt. verb. Homicidium. tertia, quæſtio. 3. quos refert, & ſequitur Maiolus. 147 *De facie diuerſorum colorum, &c.*

lib,

Claritas ani mæ & corporis requiritur ad celebrandū.

libr.1.c.21.nu.1. Ratio eſt,quia ad excellentiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum celebrandum in quo Chriſti Diuinitas, & Humanitas continetur;claritas perſonæ in interiori, atque exteriori homine requiritur, non de neceſſitate ſacramenti,ſed de neceſſitate præcepti. S.Th.4.diſt.25.q.2.in fi.

De gibbo I facien. &c.

148 ILle etiam, qui gibbum illum, vel deformitatem (quam Hiſpani Lobinillo,vocant) in collo, vel in facie habet, ita quòd riſui, vel ſcandalo eſſe poſſit, non eſt admittendus. Quod Iudicium Epiſcopi relinquitur arbitrio, Abb.in c.fin. de Corpore vitiat.vbi Innoc.Ioan. Andr. & alii quos refert, & ſequitur.inſtitut.Canon.lib.1.titu. Qui promoueri non poſſunt.§.Cauēda Gl.verb.Nō erūt. Maiol.ſup.nu.2.

De nigro, uel Ethiode &c.

QVæri ſolet de illo, qui alias legitimus, ideoneuſque eſt, tamen faciem omnino nigram habet,quaſi ſi Maurus, Aethiops vè eſſet, An ſit Admittendus? Reſpō. Quod color faciei ſiue candidus, ſiue rubeus, aut niger, ne quaquam impediunt. Ratio huius potiſſima eſt.Primo. Quia nul lo iure prohibentur. tradit Maiolus.d.c.21.nu.2.Ratio rationis eſt, quia color nō inter eſſentialia, ſed inter accidentalia computatur, vt de aqua viridi,vel Rubea, ſiue turbida ad baptizandum. diximus in 1.par.de Baptiſmo. Et de vino ad conſecrandum. in materia de Euchariſtia. Nihil, enim refert ſit ne album,vel nigrum, dummodo vinum ſit.Poterit nihilominus ratione indecentiæ impediri; quia vt ait D.Paul.1. Corint.6. omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.

DE NASI DEFECtibus.

QVamquam Naſi defectus ſpiritualiter interpretentur Doctores,vt ex Leuit.cap.21. 491
Gregor.in paſtor. lib.1.c.11. tradit Simon.Maiolus.lib.1.c.22. num.1. Quo ad noſtrum tamē ſpectat propoſitum;pauca dicemus.

Naſi defectus ſpiritualiter&c.

De paruū naſum habentibus.

Dicendum primo eſt,illum qui ita paruum, prægrandem, vel diſtortum habet naſum, vt aſpicientibus deformis videatur,eſſe repellendum ab Ordinibus, uel admittendum Epiſcopi arbitrio, text. in c.Hinc etenim,uerſi. Paruo autem naſo.49.diſt. Alberic.uerb.Naſum. Spec.tit. de Diſpenſatione.§. Iuxta,verſicu.Item in ueteri. Hugo.in d c.Hinc etenim,verſi.Paruo autē naſo.Sotus, infra.

SEcundo.Dico,Illum,qui naturaliter caret naſo, vel (longè 150
fortius) illum, cui in aliquo periculo, rixa, uel delicto fuit naſus amputatus, eſſe omnino repellendum, propter nimiam deformitatem,& ſcandalum inde ortum. Silueſtr.verb.Corpore uitiatus,nu.3. tex.in c.pen.& fina.de Corpor.vitiat.Abb.& Villa Diego, quos refert,& ſequitur Nauar.c.27.num. 200.verſi.Sexto. Raymun.Hoſtiē. Goffred.Innoc. & alii quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ.lib.3.tit. 18.in fin.S.Thom.in 4.diſt.25.q.2. Tab.uerb.Corpore,quos refert,& ſequitur Maiolus,lib.1.c.22.in fin. Sot.in 4.diſt.25.q.1.ar.3.Ratio eſt, ſecundum S.Th.Sotum, & Maiolum,ſupra,quia licèt naſus non requiratur in facie de neceſſitate ſacramenti,requiritur tamen de ne- 151
ceſſitate præcepti. ¶ Quę autem dicantur de eſſentia, & de neceſſitate præ-

De illis qui carēt naſo.

De eſſentia Sacramenti &c.

te præcepti, vide, ſupra, in 1.par. de Sacram.in genere, ad finem.

152 Quis diſpẽſat. QVæritur, quis poterit in hoc defectu naſi diſpenſare? Reſp. Papam ſolũ, vt ex S.Th. 4.diſt.25.q.2.in fi.Tabien.verb.Diſpenſatio.num.13.verſi. 17. tradit Maiol.ſupra.

DE LABIORVM Defectibus.

153 De labiorũ defectib. RArò, aut nunquam continget aliquẽ, ob labiorum defectum eſſe ab Ordinibus repellendũ, ſunt enim rariſſimi vel nulli labiorum defectus. Nihilominus tamẽ ſi alicui tanta eſſet labiorum deformitas, vt horror, aut ſcãdalum eſſet; Epiſcopus conſiderabit, An talis ſit, nec nè admittendus, Docto.ſupra.

DE DENTIVM Defectibus.

154 Dens non eſt mẽbrũ. CVm ex Inno.ſententia.in c.Significauit & in cap. Expoſuiſti, de corpore vitiatis, & ex tex.& Barto.ibi.in l.Is cui. ff.de ædilit. edict. Socin.in c.Sententiam.4. par.principali, q.31.Ne cleric. vel monac. habeamus, dentem non eſſe membrum, meritò iudicabimus nullũ ob dentium tantum defectum eſſe repellendum, maximè quia oc cultus defectus eſt.Quo viſo.

155 De extrahẽte ſibi dẽtẽ. QVæritur, quid ſi aliquis furore iracundiæ ſibi dẽtem extraxit? Reſp. Primo, Aliud eſſe membrũ Corporis, aliud partem Corporis. Dẽtes ergo, etſi mẽbrum non ſint, partes autem corporis dicuntur, vt ait D.Baſil.Homil.3.in fin.quem refert, & ſequitur Maiol.lib.1.c.24.

Reſp.ergo Secundò.quòd quãuis amputans ſibi aliquam particulam alicuius digiti non neceſſarij, ex indignatione, vel quia dabat operam rei illicitæ, irregularis eſt; nec promouendus ſine diſpenſatione, text.apertus, in c.qui partem 55.d.Archi.in c.Maritum 33. diſt.Tabien.verb. Corpore, & Roſella.verb.Vitiatus: Nihilominus tamen, ſi auulſio dentis etiam ex indignatione occulta ſit, etiam ſi defectus ſit manifeſtus non impediret illum ab Ordinibus, ſecundum Abb. in c.Ex parte circa mediũ, de Corpore vitiatis, q. 4. quos refert, & ſequitur Maiolus, ſupra, intelligendo ſic ſupradictam contrariam opinionem. Nauar. c.27. nu.198.verſi.2.cum alijs ibid. De amputãte ſibi partĩculã digiti.

DE AVRIS VEL Auriculæ defectu.

AVris defectus dupliciter conſideratur; vel eſt interior, vel exterior. Interior dicitur ſenſus auditus. Exterior vero, auricula. Quapropter quæ ad hunc defectum ſpectãt, ſequentibus patebit Aſſertionibus, vel concluſionibus. 156

PRima Concluſio. Surdus omnino, ideſt, qui ſenſu caret auditus, minimè eſt ad Clericatum admittendus, text. in Canon. 76. Apoſtolorum.Spec.tit.de arbitris. § Poteſt.num.3.Surdaſter tamen, ideſt, qui difficulter audit, vel vna tantum aure ſurdus eſt, tali prohibitione non continetur, quia iure non probatur, vt ex ſupra dictis tradit Maiol.lib.1.c.25.nu.1. De Surdo ante ordines.

SEcunda Concluſio. Si autem poſt Sacerdotium ſurdus fiat; 157 De Surdo ordinato.

poterit

poterit omnia illa exequi, quibus auditus non eſt eſſentialis, vt ſupra, de ſacerdote cæco, diximus. Vnde poterit Miſſam ſubmiſſa voce dicere; prædicare, & Confeſſiones autem audire, minimè.

158 Auricula a ſentibus. DE auricula autem.ſ.de cartilagine illa, quæ Capiti adhæret; Quæritur, Vtrum ſit membrum, & inter membra computetur? Reſp. Quòd ſic, tradit Maiolus, ex.Glo.in c.Singula.89. diſt.Caie. 2.2.q.65.art.1.quem refert, & ſequitur Sot.lib.5.de iuſtitia, & iure,q.2.art. 1. quamuis Nauarra c. 27.nu.223.verſi.Monemus, videatur non eſſe membrum.Quo viſo.

PRima ſit Concluſio. Qui auriculam totam,vel aliquam eius partem, culpabiliter per ſe ipſum amputando, vel per alium culpa ſua amiſit,non eſt amittendus abſque diſpenſatione, argum. text.in c.Maritum,33.diſt. S.Augu.lib.de Dogmat.Eccleſiaſ.c.72.text.in ca. qui partem.55.diſt. & faciunt ea, quæ de dentibus, diximus, ſupra. Nauar.ſupra.

159 De auricula amputata. Punitio latronum in Hiſpania. SEcunda Concluſio. Fortiori longè ratione ille erit ab ordinibus repellendus, cui auriculæ pars aliqua, etiam minima, in iudicio fuerit ob delictum amputata. Quemadmodū in Hiſpania latrones, qui ob furtum primum flagellantur publicè. Si autem in eodem, vel alio furto ſunt deprehenſi,flagellantur iterum, auriculæq; partes illæ teneræ inferiores amputantur. Tertiò vero delinquentes,furca plectuntur.

160 De auricula caſualiter &c. SI autem aliquis, fortuito caſu, infirmitate, vi, aut inimicorū inſidijs auriculam perdidit, admitti iure optimo poteſt, vt de caſtrato violenter infra dicemus, & tradit Maiolus,lib.1.c.25.nu.6. cum alijs.

NOta tū in hac irregularitate, ꝙ ille qui alicui auriculam abſciderit,ob quod ſit irregularis ipſe etiam incidit in irregularitatem eandem, text. apertus.in c.Si Petrus 24.q.1. Spec. de diſpenſatione,§.Iuxta,verſi.Nunquit ergo B.Petrus,quem refert,& ſequitur Maiol.ſupra, nu.7. 161 De abſcindente auriculam.

DE LINGVÆ DEfectibus.

QVemadmodum mors, & vita in manibus ſunt linguæ: ita vniuerſorum Eccleſiaſticorum ordinum clauis, & ſcopus in ipſius vſu conſiſtit. Lingua enim in Sacerdote tale membrum eſt,ſine quo, (vt ita loquar) factum eſt nihil.Et queadmodum ſi detrahas verbum ab aqua,non erit niſi aqua, text.in ca. Detrahe. 1. q. 1. ita ſacerdos ſine lingua,quid erit? non enim poterit Baptizare, abſoluere,conſecrare,prædicare &c. 162 Mors, & vita ī lingua. Lingua in Sacerdote.

Quapropter, mutus a natiuitate,vel aliquo caſu factus; omnino irregularis eſt,text. in Canon.76. Apoſt.& communis. Mutus non ordinatur.

SImiliter irregularis,nec admittendus erit ille, cui ita impedimentum ingens adhæret linguæ, vt verba explicare nequeat, S.Tho.3.par.q.82.ar.fin.ad 3.Tab. verbo.Corpore vitiatus; quos refert, & ſequitur Maiolus. lib.1.c. 26.num.2.

DE omnibus autem alijs impedimentis linguæ Epiſcopus iudicabit,omnes,ſupra. 163 de impedimento linguæ.

DE

DE EVNVCHIS, vel Caſtratis.

165 Qvamuis ex ſupradictis poterat colligi, quid faciendum cum Caſtratis, ſiue Eunuchis promouendis, vel promotis: Ad maiorem tamen declarationem illa in medium (reſolutiuè) proferemus, quæ ex iure, & Doctoribus colliguntur.

De abſcindente ſibi virilia &c. Primo ergo; Qui ſibi virilia, partemue illorũ abſciderit, vel alius ſecundus, iuſſu tamen proprio, irregularis eſt, nec admittendus; ſi hoc factum fuit culpabiliter, tex. in c. Si quis abſciderit. & c. ſeq. 55. diſt. Ang. Sylu. Armil. & alii, infra. Sum. Confeſſ. cum Raym. Goff. & aliis, lib. 3. tit. 18. & cõmunis, Sot. lib. 5. de iuſtit. & iure. q. 1. artic. 1. * De quibus loquitur. 21. Canon. SS. Apoſto. dicens: Qui ſibi virilia amputauit, clericus non efficitor, ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei. Et qualiter ſit deponendus ſi eſſet clericus vide Canon. 22.

166 *De illo cui abſcindunt culpabiliter.* Secundo. Ille, cui danti operam rei illicitæ uirilia, uel eorum pars abſcinduntur; eodem modo repellitur, per tex. in c. Presbyterum c. Continebatur, de homic. ¶Ex dictis hic, & ſupra patet illos, qui ob uocis conſeruationem caſtrauerũt ſe, per ſe, aut per alios eſſe irregulares, res enim illicita eſt, & mortalis culpa.

167 *De inuento in delicto, &c.* Idem erit iudiciũ de illo, quẽ maritus, frater, filius, &c. inuenit cũ uxore, ſorore, matre, &c. & illum caſtrauerit, uel pudenda, partemuè abſcidit, uel ſi propter hoc crimen tali pœna fuit à iudice mulctatus, arg. text. in c. fi. de tẽpo. ord. Hoſt. tit. de corp. uitiatis. §. Et quæ, & in c. Ex parte: eodẽ, quẽ ſequitur ibid. Abb. Inno. Io. Andr. Imo. & cõmunis, quam refert, & ſequitur Nau. c. 27. nu. 198. Ange. Sylu. & Armil uerbo. Corpore uitiatus, Sot. 4. diſt. 25. q. 1. ar. 3. Maiol. lib. 1. c. 15. Epiſco. Scalenſ. c. 6. uerſi. Similiter.

De illis autem qui ſe, Caſtitatis cauſa, per ſe, uel per aliũ caſtrauerunt, cogitantes per hoc ſe obſequium præſtare Deo, omnes ſupradicti fatentur eſſe irregularem; ſed cum talibus, ob bonum finem quem habuerunt, facilius diſpenſandum; ſi aliàs idonei ſint: per tex. in c. Si quis ſe & c. Hi, qui. cum aliis 55. diſt. Alberi. uerb. Mutilatus, & uerb. Eunuchus, & uerbo. Homicidium. 5. text. clarior. in cap. Maritum. 33. diſtin. S. Auguſt. lib. de Dogm. Eccleſ. ca. 72. Nauar. ſupra. 168 *De caſtrantibus ſe cã caſtitatis.*

De illis autem, qui a Medicis, propter ægritudinem uel ab inimicis, aut Dominis, Parentibus uel aliis inſidioſè ſunt contra uoluntatem caſtrati, uide tex. in c. Si quis a Medicis. c. Eunuchus, c. Si quis pro ægritudine, cum aliis. 55. diſtin Ex quibus omnibus, & Doctoribus, ſupra, conſtat tales eſſe admittendos facillimè, maximè Nauarr. capit. 27. nume. 199. Sot. lib. 5. de iuſtitia, & iure, quæſtio. 2. articul. 1.* De quibus loquitur Canon. 20. SS. Apoſto. dicens, ſi q̃s humana uiolentia Eunuchus factus eſt, aut in pſecutionẽ amputata ei ſunt uirilia, aut ita natus fuit & dignus eſt, efficitor Epiſcopus. 169 *De caſtratis ob neceſſitatem &c.*

Qvid de illo, q̃ cũ eſſet Medicus, aut Chirurgus ſibimet uirilia, uel aliud mẽbrũ nõ neceſſarium, ob neceſſitatem, uel ægritu- 170

ægritudinem amputauit? Reſp. Cum diſtinctione. Aut talis nõ habebat alium peritum, qui hoc faceret. Aut ſic. Si alium habebat, ipſe non poterat ſe mutilare, ſecundum Sylu. verbo. Corpore vitiatus, & alios, refert, & ſequitur Maiolus, ſupra. In alterius autem defectu potuit.

Sed eſt Notan. Quòd etiam illo caſu, quando erat infirmus, ſi ſeipſum indignatione notoria motus abſcindit, fit irregularis, cum quo difficilius diſpenſabitur, Docto. ſupra, & Hugo. in princip. 55. diſt. Sylue. ſupra, nu. 4. Innoc. in c. Significauit, de corpor. vitiat. tex. expreſſus, in c. Maritum, diſt. 33. & S. Auguſt. lib. de Dogm. Eccleſ. capit. 72.

171 De caſtrante ſeipſum ob neceſſitatem &c. EX dicto c. Maritum 33. diſt. ibi, vel iuſto, vel iniuſto timore &c. infertur ad quæſt. Quid de illo, qui ſibi ex iuſto, vel iniuſto metu virilia, aut aliquam corporis partem etiam paruam amputauit? Reſp. (prout ſupra in 1. parte de Matrimonio per metum cõtracto, diximus.) Quod aut metus eſt ab intrinſeco, vel ab extrinſeco illatus. *Metus duplex.* Si ab intrinſeco, vt quãdo ipſemet, nullo vim inferente, tunc erit irregularis, & procedet tex. dicto c. Maritum. Si autem ſit metus ab extrinſeco, ideſt, metus illatus ab aliquo tyranno, vel inimico, minante mihi mortem, vel graue aliquod damnum, niſi membrum abſcidero; tunc, cùm metus ille dicatur cadens in conſtantem virum, excuſabitur tale membrũ abſcindens, tangit Sotus, lib. 3. de iuſti. & iur. q. 2. art. 1.

172 V. Sit neceſſarium portare ſecum virilia. ILlud, autem in hac materia nõ omittam, quòd (quamuis vulgariter contrarium dicatur) minimè eſt neceſſarium, quòd abſcindens ſibi virilia, aliudvè membrum ſiccum, aut in puluerem redactum, ſecum portet. gl. verb. Si in perfectione, in c. Eunuchus. 55. diſt. Hoſtien. quem refert, & ſequitur Sylue. verbo corpore vitiatus, num. 3. Sot. Nauar. & alij.

ET quia autores ſupra citati, 173
maximè Nauar. Couar. Borgaſ. Sot. ſupra, Maiolus, & alij nouiores, ad lõgum de omnibus defectibus membrorum minimorum tractant; Notandum erit in omnibus Claudicantibus, Gibboſis, habentibus membra aliqua ſuperflua, requiri diſpẽſationem, ſi defectus eſt notabilis, vel minimus, ſi impedit celebrationem, ad promouendum: vel ſaltem Epiſcopi declaratoriam, membrum illud non obſtare, ex ſupradictis. Quod vt facilius omnia comprehendamus ponemus regulam generalẽ, quàm ex Sum. Confeſſ. Villa Diego, Nicolao Plouio, & Nauar. ca. 27. nu. 199. colligere libuit: Ait. n. Nauar. Nec imbecillitas membri, neq; eius defectus cõtingens abſque propria culpa, (niſi impediat celebrationem) irregularem efficit, qualis eſt illius, cui conſilio medici, aut Chirurgi propter valetudinem, aut ab infidelibus, aut ab inimicis, ſine ſua culpa, abſcinditur. Qualis illius, qui natus fuit ſine pudendis, aut poſt, per vim a parẽtibus, aut alijs caſtratus. Qualis claudicatio eius, cui ſcipio in Altari non eſt neceſſarius. gl. in c. Si quis in infirmitate 55. diſt. Qualis macula oculi, quæ non priuat viſu, neq; notabilem deformitatẽ tribuit, c. 2. de corp. vitiat. Qualis gibbus, & nimia magnitudo alterius, aut vtriuſq; oculi, ſi non ſint nota-

Regula generalis de uitiis corpor.

notabilis deformitatis. Hæc ille. Vel dic breuius, cum Borgaſio de irregul. Quicunq; culpa ſua vitiatus eſt in corpore, repellitur: qui vero ſine culpa, non; niſi ſcandalū timeatur ex nimia deformitate, vel periculū ex nimia debilitate.

174 IN ijs, ergo caſibus, in quibus Epiſcopus iudicauerit aliquem corpore vitiatum non eſſe admittendum, ad S. D. N. Papam debet illum remittere, ad quem talium pertinet diſpēſatio. Spec. tit. de diſpenſatione. §. iuxta Ange. Tab. & Armil. verb. diſpenſatio. Inn. in c. 1. de re iudic. lib. 6. & in c. 2. de corpor. vitiat. quos refert, & ſequitur Nau. ſup. nu. 200. in fi. Contra Villa Diego, col. 49. & Sylue. verbo: Corpore vitiatus, q. fi. & alios tenentes poſſe Epiſcopum diſpenſare. Quod credo verum, quando talis irregularitas procederet ex delicto occulto, licet effectus fuiſſet manifeſtus, ſ. ipſe membri defectus. Concil. Triden. ſeſſ. 24. c. 6. de reforma.

Qũ Papa, Eps diſpenſet.

DE DÆMONIACIS, Furioſis, Lunaticis, &c.

175 GRauiſſima fuit inter antiquos, & nūc inter modernos Doctores cōcertatio; Num Arreptitij, ſiue dæmoniaci, Epileptici, lunatici, & furioſi habentes lucida interualla, ſint ad ordines admittendi, vel iam admiſſi ſuſpendendi? Vniuerſam hanc contrarietatem aſſertionibus quibuſdam poſtea declarabimus. Nunc autem ſingulares dictas voces, vel nomina explicabimus, vt res oīs clarior fiat.

De dæmoniacis, furioſis.

176 ¶ Dæmoniacus, Arreptitius, vel Energumenus ille dicitur, quem Spiritus aliquis malignus corporaliter aliquo modo vexat, ſecundum omnes, vide tex. in c. Exorciſta, cum aliis 33. diſt. Quod diuina uoluntate fit duabus de cauſis. Prima in præmium, vel exercitiū. Secunda, in pœnam. Nam quemadmodum, ex D. Paul. 1. Cor. 11. oportet hæreſes eſſe, & ex S. Aug. in Enchirid. c. 56. conuenit mala eſſe, ſic ex B. Hiero. in Iob, & habetur, in c. Non ſolum 23. q. 5. iuncta gl. dæmones eſſe bonum eſt; tum ad noſtram exercitationem, tū ad vindictam furoris, & iræ Dei.

Dæmoniacus vt Energumenus, quis?

Bonum eſt dæmones eſſe.

177 EPileptici iſti dicūtur; qui Epilepſiam patiuntur, Alii morbū comitialem; Alii Herculeum morbum appellant. Quādoq; etiā aliqui Sacrum morbum dixerunt (Hiſpani Perleſia, vel fortius, Apoplegia,) & tunc talis dicitur quando in homine fit membrorū correptio, & contractio. Quia, ſecundum Medicorū ſententiam, ita vehemens in hoc morbo eſt capitis, & membrorum contractio, ut, aut hominē celeriter conſumat, ſi recens, & vehemens ſit, (vt frequentius facit Apoplexia) aut per totū vitæ tempus duret, (vt facit perleſia) de hoc tractat Hipocrates, lib. de Sacro morbo, & Ariſ. in problē. Arch. in c. Cōmuniter 33. diſt. Maiolus, lib. 1. c. 16. Borgaſius & alii.

Epilēticus quis?

178 LVnaticum illum appellamus, qui ideo, quia in interlunio genitus fuit, cum luna ipſa mutabili, defectum, atque mutabilitatem patitur, menteque ab alienatur, ita ut inſaniat. Maiolus, lib. 1. capit. 15.

Lunaticus quis?

179 FVrioſus ille ſolum nuncupatur, qui bili flaua, uel atra ita eſt plenus, vt tali bili aduſta, & petente caput, illum faciat omnino

Furioſus qs dicatur?

inſanire, debbacariq; eum cogit,
hominumq; ſocietates, atq; com
mercia fugere, ſimulq; errare per
180 inuia, & ſolitaria, Ariſto.ſect.30.
problem.1.Quibus viſis.Prima ſit
concluſio. Arreptitii, ſiue dæmo
niaci,Epileptici, Lunatici,furioſi,
& ſimiles;omnino ordinari prohi
bentur,text.in c.Maritum, c.com
muniter cum gl. vtrobiq; 33.diſt.
ibid.Archid. Albe.in Repertorio,
verbo: Vitiatus.Ange.Sylu.eo.D.
Anto.3.par.titu.29.c.5.S.Tho.4.d.
25.q.2.art.1.Tab. verbo: Ordo.4.
Epiſc.Scalenſ.c.6.verſ. Furioſi. Al
uar.Pelagius;de planctu Eccleſię,
lib.1.c.48.litera F. & Villa Diego,
quos refert, & ſequitur Nauar.c.
27.nu.203. Borgaſius ſupra Maio
lus,lib.1.c.27.nu.203. & li.1 c.14.
15.16. & ſeq.

Qñ tales non ordinandi?

181 ¶Quod procedit,& eſt verum;
etiam ſi ſemel tãtum talibus mor
bis quis fuerit infectus, & ſanus
videatur, arg.§.fin.15.q.1.Nauar.
ſupra. Quia, quemadmodum qui
ſemel eſt malus, ſemper præſumi
tur talis;tex.in Regula:Semel ma
lus,de reg.iur.6. ita qui ſemel fuit
lunaticus, furioſus &c.ſemper p̃
ſumitur talis. Secundo,Quia in ta
libus nullus poteſt eſſe conſenſus,
tex.loquens de matrimonio, in c.
Neq; furioſus,cum glo.ibid.32.q.
7. Et quamuis aliqui hoc tantum
intelligant de dæmoniaco;Nauar.
tamen,&alii, quos ſequitur, om
nes dicunt nõ eſſe promouendos.

Etiã ſi ſemel tantũ.

182 ABſit tamen à nobis, ut intelli
gamus omnes illos, qui ob fe
bris magnitudinem, atque ardo
rem incidunt in frenesim,delirant
blaſphemant, ſimiliaque faciunt
eſſe in ſupradicta concluſione
compræhendendos. Eo enim ca
ſu, ſublata febre, & furor etiam
abijt, atque integer ſenſus rema
net; ideo tales ordinandi ſunt.
Tangit Maiolus,lib.1.capit.14.nu
me.5.& eſt communis ſecundum,
Alciatum de præſumpt. Reg. 11.
præſumpt.19. in fi.

De freneticis ob morbum.

SEcunda concluſio. Omnes ſu 183
pradicti(Dęmoniaco excepto)
ſi iam ordinati ſemel,rarò, vel ſæ
pè,in tales morbos inciderint, &
ceciderint in terra, abſque oris
ſpumatione poterunt in ſuſceptis
ordinibus miniſtrare, dummodo
per annum ſint liberati, & liberi
arbitrio Epiſcop. iudicati. Et hac
conditione, quòd ſacerdoti cele
braturo alius ſacerdos paratus
aſſiſtat. tenent omnes ſupra dicti,
& Sanctus Thom. 3. parte, quæ
ſtio.82.articul.fin.ad 3.& Tabien.
verſicu.Corpore, quos refert, &
ſequitur Maiolus.ſupra. capit.14.
nume.7.& ex capit. communiter,
cum duobus ſequen. 33. d. & c. Il
lud capit.Nihil 7.quæſt.1.& alijs,
tradit, & concludit. Nau.nu.203.

De iam ordinatis ſi incidant in tales morbos.

DE dæmoniacis autem, (quorũ 184
ingens numerus Bononiæ eſt,
vt dicitur, ſed falſo) diuerſæ ſunt
Doctorum ſupra dictorũ, & alio
rum opiniones. Quidam.n.dicunt
tales amplius non poſſe celebrare
etiam ſi omnino liberati, & per
longiſſimum tempus probati fue
rint, S.Ant.Aluarus Pelagius, Vil
la Diego, quos refert, & ſequitur
Nau.ſupra, & alij. Alii contrariũ
putant dicẽtes iam, (miſericordia
Dei)ab illa vexatione oĩno libera
tos celebrare poſſe, Ang.Syl.Arm.
& Maiol.ſup.& alii. Quam diſcor
diam concordat Maiol.c.17.nu.3.
ver ſic.ſed ſi is,in hunc modum, ꝙ
omnino liberati adminiſtrare per
mittantur in ſuſceptis ordinibus;
non autem ad alios aſcendere.

De ſacerdote Dæmoniũ habẽte &c.

Sed

185 *Dæmonũ uexatio ad quid?* Sed (ſaluo meliori iudicio) aliter ſupradictas concordarem opiniones. Diximus. n. ſupra dæmones hoĩes vexare, aut in pęnã, vt in hoĩbus diſcolis, & peccatoribus &c. vel in exercitiũ, vt in hoĩbus ſpiritualibus, ac religioſis virtus, ac merita augeantur. Tunc ſic. Si apertè, vel ſaltẽ aliquibus cõiecturis ſciri poſſet tales iã promotos vexari, in ſuorum pęnam delictorum; dicerem amplius nõ eſſe admittendos. Quòd ſi conſtet, vel appareat datos fuiſſe Spiritus in exercitationẽ; tũc omnino liberatos, ac diu probatos admitterem; * imo in Canone. 78. SS. Apoſt. cõtrarium habetur. ſ. dęmoniacũ mũdatũ recipiendum eſſe; cuius Canonis verba hæc ſunt; Si quis dæmonẽ habeat, clericus nõ efficitor ſed neq; cũ fidelibus preces fundito. Mundatus verò recipitor, & ſi dignus fuerit, clericus efficitor.

186 *De Maleficiato.* Qvid, ſi nõ ſit quis dęmoniacus ſed maleficiatus? Reſp. reſolutiuè, ſi ſit tãtũ maleficiatus in genitalibus, ordinari poſſe, Si autem fuerit in aliis membris maleficiatus, ſecus omnino, ita ex Syluest. verb. Maleficiũ S. Th. & aliis, tradit ad longũ Maiol. lib. 1. c. 17. n. 6.

187 *De ſimulãte ſe dęmoniacum.* Illud autem in hac materia eſt maximè not. Quod ſi quis dæmoniacũ ſe ſimulauerit, cùm talis non ſit, (quod non ſemel, atq; iterum in mulieribus, & aliqñ luxuriandi animò cũ Exorciſtis ipſis, vidi) eadẽ irregularitatis pęna eſt puniendus, ac ſi verè talis eſſet, vt præcepit ſexta ſynodus generalis Conſtantinop. c. 60 in hæc verba: Eos, qui ſe dęmone correptos eſſe ſimulãt, & morũ improbitate eorũ figuram, & habitum ſimulatè pręſeferunt, viſum eſt omnimodo puniri, & eiuſmodi afflictionibus & laboribus eos ſubijci oportere, quibus ij, qui à dæmone verè correpti ſunt, vt à dæmonis operatione liberentur, verè ſubijciãtur, ita refert Maiol. ſupra, nu. 7. in fin.

Vltimo, in hac materia tertię ſpeciei eſt Notan. Papam tm̃ in ſupradictis defectibus, vel infirmitatibus poſſe diſpẽſare, vt, ex Villa Diego, & alijs probat Nauar. c. 27. nu. 203. & omnes ſupra. 188 *Papa diſpẽſat tãtum.*

DE QVARTA
Specie irregularitatis.

Quæ prouenit ex delicto, homicidii iniuſti maximè.

Materiam hanc; quam ad longum tractat Ang. Sylue. Tab. Armil. & alij, verbo: Homicidium, & Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. Sot. lib. 5. de iuſtitia, & iure. Nauar. c. 27. à nu. 269. & diffuſe Couar. in Clemen. 1. de homicid. 2. par. relectionum, & alij; quibuſdam. §§. perſtringemus, vt facilius ab omnibus intelligatur, memoriaq; retineatur. 189

§. 1. *Erit de ipſamet Homicidij irregularitate.*

§. 2. *De dante cauſa mortis.*

§. 3. *De mandante, conſulente, &c.*

§. 4. *De homicidio ex culpa, aut caſu.*

§. 5. *De opem præſtante ad mortem.*

§. 6. *De homicidio ex omiſſione.*

§. 7. *De Ratum habente, & acceptante.*

§. 1. DE IPSOMET Homicidio in communi.

190 Homicidiũ graue peccatum.

QVàm graue ſit ab orbe condito homicidij peccatum, ex ſacris literis, atq; Concilijs, & ex ipſius pœnis facillimè coniectari poteſt. Gen. enim 9. Homicidij vltor eſt Deus. Gen. 4. Et Ezec. 22. ꝙ Homicidia cauſa fuerunt excidij Iudæorum. Item diabolus homicida vocatur. Io. c. 8. Itẽ homicida non habet vitã in ſe manentẽ. 1. Ioã. 3. Itẽ, Viri ſanguinũ, & doloſi nõ dimidiabunt dies ſuos. Pſ. 54. &c. De hoc multa Concilia dixerũt. Cõc. Ancyran. c. 22. Concil. Epanuenſe. Can. 31. Conc. Triburic. Cano. 54. 55. 56. & 57. Vuormaticenſ. c. 27. & alia multa, & hodie Conc. Triden. Seſſ. 14. c. 7. de refor.

191 Irregularitas homicidij &c.

MAnifeſtatur etiã huius delicti grauitas in hoc, ꝙ eius irregularitas non homicidã cõprehendit; ſed etiam conſulentem, mandantem auxiliantem; ratum habentem, & etiam hominem iuſtè, & meritoriè occidentem; vt eſt iudex, & alij.

192 Nota. Quid ſi Papa aliquem occiderit?

QVod in tantũ eſt verum, ꝙ inquit Bal. & Inn. in c. 2. de maior. & obed. Bern. Diaz. in Praxi Can c. 56. quos refert, & ſequitur Simon Maiol. lib. 5. c. 48. num. 2. ꝙ etiãſi ipſemet Papa ꝓprijs manibus aliquẽ interficeret, fieret q̃dẽ irregularis, ꝙ intelligo ꝓpſcãdalũ.

193 Homic. uolũtariũ peccatum mortale, &c.

EX ſupradictis patet de quo homicidio ſit hic noſter ſermo; erit. n. de homicidio voluntario: ꝙ peccatum mortale eſt, ſecũdum oẽs Catholicos. & contrariũ aſſerere Hæreſis eſt manifeſta, q̃ cenſurat Pau. Griſ. verbo homicidiũ. Imo homicidiũ ita eſt graue peccatũ, ꝙ, ſcd̃m S. Th. 2. 1. q. 100. a. 6. tenet ſcd̃m locũ in pœnis, & inter peccata in proximũ. Et Ange. verbo homicid. 1. in prin. terribile peccatũ appel. * De homicidij voluntarij penitentia agit Cano. 14. pen. & c. Miror. 50. diſt. vbi hr̃; ꝙ homicida voluntarius ſine ſpe reſtitutionis deponitur, & peniteat ſeptem annis. Et de penitentia matricidæ, fratricidæ vxoricidæ, & aliorũ, & quod horum ſit grauius peccatum, vide Cano. pœnitentialem. 17. & tex. c. latorem. 33. q. 2. c. Admonere. c. quicunq; ea. cã & q.

QVæritur. Quid ſit homicidiũ voluntarium? Rdſp. Homicidium voluntariũ ſimpliciter eſt; qñ quis quocunq; modo voluntariè proximum interficit. Colligi poteſt hæc diffinitio ex toto titu. de homicid. & ex Clem. 1. de homicid. vbi late Couar. 2. par. nu. 1. Ang. Syl. Sum. Confeſ. & alij ſup. — 194 Homic. uolũt. q̃d ſit.

DIxi: Simpliciter; ad ſignificãdum aliud eſſe ad incurrẽdã hãc homicidij irregularitatem, q̃ tm̃ incurrit baptizatus alium occidendo. Quia homicidium ante Baptiſmum perpetratũ non inducit irregularitatem, vt, ex. c. Si quis viduam, cum gl. 50. d. tradit Nauar. c. 27. num. 219. — 195 V. incurrat ante bapt.

SEcundo, Dixi: Simpliciter. Quia ad incurrendã dictam irregularitatem, idem eſt mutilatio alicuius notabilis mẽbri, & deformatio; ſicut Occiſio. Communis oĩum per tex. in d. c. Si quis viduam. Sot. Couar. Naua. & alij. — 196 Occiſio &, mutilatio æquparant.

TErtio, Dixi: Quis; quia ſiue Pater filium; maritus vxorẽ, frater fratrem; & quicunq; alius alium occiderit, hac notatur irregularitate, ſecũdum omnes. Quod etiam quo ad Papam procedere — 197 Oĩs homicida uolũt irregularis

dixi-

diximus ſupra,nume.192.

198 De occidẽtibus ſine uoluntate. QVarto, Dixi: Voluntarie, Quia omnes illi qui ſuæ nõ ſunt domini voluntatis, vt infans,furioſus, dæmoniacus, & ſimiles, non comprehenduntur, vt dicemus infra,& habetur d.c.ſi quis viduam 50.diſ.& in Clem.Si furioſus, de homicidio. Et, vt excludamus caſuale, de quo infra.

199 quocunq; modo occidentibus in uoluntate. QVinto,Dixi: quocunq; modo,vt includamus enſe, lancea,ſaxo,veneno,veneficijs, alioue modo proximo mortem cauſantem: Siue venenum ſtatim operetur effectum (vt communiter accidit) vel ſi poſt annũ, duos, vel tres, ſuum ſortiatur effectum, vt dicunt quidam poſſe fieri.Item Dixi: quocunq; modo, vt declaremus quæſtione in illa n. ſ. an qui occultiſſime alium occiderit ſit irregularis. In qua quæſt.duæ ſunt

200 De homicidio occultiſſimo. contrariæ opiniones,vna tenet nõ incurri, quam tenet Vinc. Laud. Ioan. & aliquo modo Abb. quos refert Sylu. Homicid.3.q.8.Alfonſus Caſtro, de lege pœnali; & alij quos refert Cord.in Summ. q.41. Contraria tamen opinio eſt communis, & verior,imò,quòd etiam occultiſſimus voluntarius homicida ſit irregularis tenet glo. in c.ex tenore. & in c.fi.de tempor.Ordi. Alia in ca Inquiſitionis, de accuſ. Sylu.ſup.Abb Inn Hoſt.,& alij in dictis gl.Maiolus, dicens Comm. ſupra, & Cord.ſupra.facit Conc. Trid.Seſſ.14.c.7.de reform.

201 De mutilãte ſeipſum SExto, Dixi: Proximum, vt intelligamus omnem illum, qui ſe ipſum mutilauerit,vel notabiliter deformauerit, eſſe irregularẽ. tex.in d.c.Si quis viduam, Vict.in relectione Homicid.Sum.Confeſſ. d.lib.2.titu.1.q.4.Nau.Sot. Couar. Maiolus,lib.5.c.48.& alij, Sotus lib.5.de iuſti.& iure,q.1,ar.5.

202 Q. id ſi occid. excõmunicatum. QVid ſi occiderit quis excõicatum? Reſp.q; quamuis talis ſit ſuffragijs Eccleſiæ, cõmunioneq; fidelium priuatus, vt ſupra de excõicatione diximus, Nihilominus tñ proximus noſter eſt ideo talem interficiẽs incurrit irregularitatẽ,text.eſt, in c.Excõicatorum,23.q 5. Niſi zelo Sanctæ fidei, & pro S. Eccleſia illum occidiſſet,vt in eodem tex.patet.Quia tunc excuſabitur a peccato homicidij, non autem ab irregularitate Maiol.ſupra.Sotus, ſupra.ar.3.

203 De occidẽte Paganũ. QVid ſi occiderit quis Paganum, Iudæũ &c. Reſp. Eſſe nihilominus irregularẽ, q̃uis,ſi zelo fidei in bello tales occiderit,non peccabit mortaliter. De Pagano eſt text. in c. clericum. 50. diſt. Quod procedit etiã ſi ob defenſionem occiderit, niſi cum moderamine inculpatæ tutelæ, text. in c. De his clericis 50. diſt. Spec. tit.de diſpenſ §.iuxta,verſic.facto autem,Sotus ſupra art.3.Sylu.Homicidiũ.3. nu.3.verſ.tertiũ,& oẽs.

204 De occidẽte bannitũ. VTrũ occidẽs bannitũ, vel diffidatũ (Bandito) incurrat irregularitatẽ? Reſp.Quòd licet bãnitũ,legis permiſſu, iuſtitiæq; zelo interficiens mortaliter nõ peccet;irregularis tñ efficietur. Spec. ſupra Sylue.Homicidium 1. q.3. Armil.eod.verb. & verbo:Bannũ, cum Abb.& alijs, ibid.relatis. Facit tex.in c.Cum homo.23.q.5.refert,& ſequitur Maiol.d.c.48.nu. 2.in fi.S.Thom.2.2.q.64.art.4. vbi Caiet.Sot.lib 5 de iuſti. & iure.q. 1.ar.3.dub.2.* Pro qua qõne nota, q; q̃uis Bar.in l.nec i ea.ff.de adul. & Bald in l.3.C.ſi penden.appell. mors inter,& in l.vlt.circa mediũ,

C. ſi contra ius. vlt. vtilit. pub. per tex. in l. 1. §. quòd prętor. ff. de alea tor. & idem in c. in literis, col. 1. de reſti. ſpol. Paul. Caſt. in l. in ſuis, ff. de liber. & poſth. dicant, quòd qñ ex ſtatuto permittitur bannitum occidere, poſſunt eius bona, eo viuo, impune auferri, deprædari, & diripi: Paul. tamen. Caſt. conſi. 31. Fely. in c. quæ in Eccleſiarum. col. 5. verſi. Nota ſecundo, de conſtit. & Andr. Alciat. in l. 4. §. Cato. fol. fin. verſi. in quantum. ff. de verbo. obliga. in 1. lect. quos refert, & ſequitur Tiraquel. de retract. 2. par. §. 1. in gl. 5. nu. 22. dicunt id etiam poſſe fieri incontinenti, cum quis illum occiderit: quia quæ in continenti fiunt, in eſſe videntur.

205 *Mors requiritur cũ effectu.* *De morte ciuili.*

VLtimo Dixi: interficit. Vt intelligamus mortem requiri naturalem cum effectu, vt infra dicemus.

Vnde, cum hominem in inſulã, vel ad Triremes perpetuo relegare dicatur mors ciuilis; non ideo illum relegans vel cauſa relegationis, etiam mortaliter peccando, exiſtens, dicetur irregularis.

206 *De percutiente tantum.*

ITem alium palo, pugno, lapide ferroué aliquo percutiens, vel vulnerans enſe &c. non lethaliter nec cum animo mortem inferendi, ſi mors non inde ſequatur; non erit irregularis, ſecundum omnes. S. Th. ſupra S. Anto. 3. par. tit. 28. c. 2. in prin. Ang. Sylu. verbo. Homicidium tertio. §. 2. Armil. irregularitas. nu. 2. Innoc. Hoſt. & alij, in c. ad audiẽtiam, de Homicid. Epiſc. Scalenſ. de irregular. c. 9. verſi. qui vero alium. Nauar. c. 27. nu. 223.

207 *De vulnerante cum animo occidendi.*

QVid ſi aliquis grauiter aliquẽ vulnerauit, cum animo occidẽdi, ita, quod per eum non ſteterit, quin mors ſequeretur, & tamen non fuit ſequuta? Reſp. In hac q. duas eſſe cõtrarias opiniones. Pro cuius reſolutione dico, quod quãuis gl. in c. periculosè. (& in nouis pernitioſe) de pęn. diſt. 1. Spec. tit. de diſpenſatione. §. Iuxta, verſ. ſed quid de indice, & verſic. quando autem, & Hugol. in c. ſi quis poſt. 51. diſ. & Veruec. & Sum. Confeſ. lib. 2. titu. 1. q. 23. & alii antiqui, quos refert Maiolus lib. 5. c. 48. nume. 3. & Bart. Medina, in Summa. lib. 1. c. 11. §. 10. & Couar. infra, dicant, quod ſit irregularis: Contraria tamen opinio, verior eſt, imo non efficitur irregularis, ſi mors, vel mutilatio, vel grauis deformatio non fuerit inde ſequuta S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 7. ad 3. & 2. 2. q 64. art. 8. ad 2. dum loquitur de occidente fœtum, ſi non erat animatus, quẽ cũ aliis refert, & ſequitur Armil. verbo. irregularitas, nu. 2. Syluest. Homicid. 3. nu. 2. & alii Summiſtę Nauar. c. 27. num. 223. verſic. ſeptimo. Landul. & Petrus de Anch. in c. Petrus, de homicid. S. Anton. 3. parte tit. 28. c. 2. in princi. quós refert, & ſequitur Epiſcopus Scalenſ. ſupra verſic. qui vero alium, & Maiol. lib. 5. c. 48. num. 4. Barto. Medina, in Summa, lib. 1. ca. 11. §. 10. Abb. in c. 1. qui Clerici, vel Vouen. & gl. in Clem. 1. de homicid. & alii, quos refert, & ſequitur Sotus, libr. 5. de iuſtitia, & iure. quęſtio. 1. art. 4. Idem Sot. 4. diſtin. 25. quæſtio. 1. art. 3. & Couar. in Clemen. ſi furioſus, de homicid. in initio. 2. parte nu. 5. Ratio eſt, quia in iure nouo dictæ Clem. tantum habetur; Occidit, aut mutilat. Item, quia lex promotionis factum requirit, tex. in c. fin. 15. q. 1. Inno. & alii in c. ad audientiam, de homic.

208 De marito occidente uxorem in flagranti, &c.

QVæritur: V. Maritus deprehenſam in flagranti delicto vxorem interficiens, peccet mortaliter,& fiat irregularis? Reſpô. Quod quamuis propter doloris grauitatem, talem lex impunitũ relinquat, vt eſt tex.in l.Graccus.C.ad legem Iul.de Adul. & in l.Maritum.ff.eodem, & Communis ibidem,& vbique: Nihilominus tamen in foro conſcientiæ, & peccatum mortale committit, & pœnam irregularitatis incurrit:cõmunis Theologorum, & iuriſprudentum,quam refert, & ſequitur Sot.lib.5.de iuſt.& iur.q.1.artic.3.

209 Interficiẽs clericũ cũ matre, &c.

dub.2.in fin. Ratio huius eſt,quia tex.in c. Interfectores.33.q.2.tales homicidas appellat.Secũdo: quia quamuis interficiens Clericum cũ vxore,Matre,filia, vel ſorore concumbentem,non incurrat excommunicationem,vt eſt text.expreſſus,in c.3.verſic.nec ille: de ſenté. excom. peccat tamen mortaliter, atque irregularitatem incurrit,ſecundum omnes, maximè Abb.qui graue peccatum appellat.

210 De patre occidente filiam adulteram &c.

HInc infertur ad Quæſtio. V. Pater interficiẽs filiam adulterantem incurrat pœnas iuris diuini,aut humani?Reſpond. Quod quamuis ſecundum Abb. in c. Veniens.De ſponſ.Patri liceat illam, ſecundum Leges Ciuiles, occidere:peccat tamen mortaliter;atque irregularitatẽ cõſequẽter incurrit.

211 De fratre occidente fratrẽ bannitum &c.

CVm (ſecundum illud: quid non argento, quid non corrũpitur auro?) his noſtris temporibus frater (vt alius impius Cain) pro ſtipẽdio,vel mercede promiſſa lucranda, fratrem ſuum bannitum occiderit,Caputque ipſius iudici præſentauerit, quæritur vtrũ id licitum fuerit?Reſp.Quod licet ſecundum Abb. in c. Laudabilem. de conuerſion. infid. liceat filio in Bello pro Fide,vel Patria occidere Patrem,& etiam bannitum.In primo tamen caſu illud abſolutè concederem.In ſecundò verò, cùm Pater,filius,vel frater eſſet bannitus, non ita abſolutè iudicarem:ſed ſic dicerem,atque in facti contingentia ſupradicta diſtinguerem, ſcilicet, quod ſi talis pater bãnitus per nitioſus eſſet reipublicę,publicuſque aſſaſſinus, tunc licitum dicerem.Si autem nulli infert iniuriã, ſed tantum propter inimicitias capitales (vt ſolitum eſt) extra patriam bannitus vagatur,filium talem Patrem; vel Patrem filiũ,&c. occidentem,impium, inhumanũ, brutis ferociorem,viuumque comburendum (ſalua Abbatis reuerẽtia) aſſererem. In vtróque tamen caſu irregularitas incurritur.

Quando liceat filio patrem occidere?

QVæritur.V. Ille qui in domũ intrauit alterius, vt adulterium committeret, & maritum ſe defendendo occidit, fiat irregularis?Silu.verb. homicidiũ. 212

De adultero occidente marito adultera.

3.q.4.verſic.tertium, S.Ant.3.par. tit.5.S.Th.2.2.q.64.ar.8.vbi etiam Caiet.Nauarr.c.27.nu.258.Vbi ait ſic declaratum fuiſſe a Pio V. & ipſe Nauarr.num.319.declarans cauſam homicidij Aſtenſ.lib.1.tit.35. Maiol.lib.5.c.48.nu 7.& alij dicũt eſſe irregularem, quia dabat operam rei illicitæ, Ratio eſt, quia ſi non effugit in tali caſu pœnas iuris, vt ait Ang.in l.ſi cum ſeruo.ff. de iniur. Florian. in l.ſcientiam.§. qui cum aliter.ff.ad leg. Aquil. Tiraq.tractat. De pœnis remit.cauſa 1.num.11.quos refert, & ſequitur Maiolus ſupra, non eſt cur irregularitatem (quę pœna eſt) effugiat? § Couar.in Clement.1.de homic.

3 par.

3.par.nu.4.verſic.poſſet,hanc ſententiā voluit limitare in hunc modum,ſcilicet.Quod ſit irregularis, quando Adulter ille ex circunſtantijs præuidit periculum. Sed 2.parte, tenuit contrarium, His tamen non obſtantibus,aliqui probabile, Alij probabilius dixerunt eſſe contrarium, ideſt non incurrere irregularitatem, ſi moderamen inculpatæ tutelæ ſeruauit, ſe defendendo.Sot.lib.5.de iuſt.& iure,q.1.ar.9.vbi rationem,quæ mihi ſatis placet,aſſignat,ſcilicet.Quod etiamſi adulterium fuit omnino voluntarium, homicidium inde ſequutū, non ſic.Ita tenuit Victoria, & Canus, in publica lectura.1.2.q.73.art.8.& Magiſter Mancius,& alij 2.2.q.64.ar.8.Caſtro, lib.2.de lege pœnali.c.14. poſt medium, vbi citat alios, Couarr.2.par.§.4.nu.10. Epiſc.Scalenſ.ſup.verſi. Si Lucas: in hanc ſuccumbit ſentētiam, per d.Clem.1.de homic.

Sed quia Maiol ſupra,ait,in Curia Romana, in facti contingentia reſponſum fuiſſe, talem egere diſpenſatione, tutius ac ſecurius eſt illam impetrare.

213 Qñ non incurritur occidendo inuaſorē,&c. EX quibus omnibus declarantibus tex.in dicta Clemen. de homicid.colligitur regula generalis, ſcilſcet, quod quotieſcunque quis,ſeruato moderamine inculpatæ tutelę,inuaſorem occiderit,vel mutilauerit; ſi aliter è manibus inuaſoris fugere non poteſt, non incurrit irregularitatem.* De pœnitentia homicidij facti propter neceſſitatem euitabilem, vel ineuitabilem vide Canon.16. pœniten. in hæc verba:Si quis fecerit homicidium propter neceſſitatem euitabilem,pęniteat duobus annis.diſt.50.c.de his clericis,quæ licet ſi ineuitabilis eſſet,in nullo ſibi imputaretur.50.diſt.c.quia te.

QVam generalem regulam aliquibus declarationibus illuſtrare conuenit, nè per incerta,vel obſcura procedamus. 214 Moderamē inculpatæ tutelæ qd.

PRimo ergo Nota,quod moderamen inculpatæ tutelæ illud dicitur, ſcilicet,quod nullus aliud inferat nocumentum inuaſori,pręter id, quod neceſſarium eſt ad ex eius manibus, cum debito honore,ſe eximendum.

SEcundo Nota,quod adhoc, vt talis non ſit irregularis, oportet,quod defenſio ſequatur periculum,non è contra;ideſt, non prius occidat, qui ſe defendit, quàm ſit in euidenti periculo vitę conſtitutus per actus, & vim aduerſarij in uaſoris; alioqui ſola ſuſpicio, vel metus etiam veriſimilis, etiam cadens in conſtātem virum, non ſufficit,vt liceat occidere Nam tunc non eſſet ſe defendere,ſed offendere,vt eſt caſus in c.ſuſcepimus, de homicid.vbi Glo. & Specu.titulo, de diſpenſ.§.iuxta, verſic.clericus quoque. Silu.Homicidium.3.q.7. verſ.ſeptimum. Tab.irregularitas. 3.nu.9.& alij. 215 Defenſio qualiter debeat ſequi periculum &c

TErtio Nota. Quòd licèt olim tempore S.Th.& aliorum antiquorum tenebatur opinio contraria,ſcilicet,quod occidens inuaſorem, etiam cum tali periculo,& moderamine, erat irregularis, vt ait Specul.tit. de diſpenſatione.§. iuxta, verſic.circa homicidium & S.Tho.2.2.q.64.arti.7.ad 3 & alij, quos refert Maiol.d.c.48.nu 5 216 Olim non ſeruabatur hoc moderamen &c

Nunc autem contraria ſentētia deciſa eſt in dicta Clem. Si furioſus,de homic.Cuius deciſio (cùm in naturali iure, atque Diuino fundata ſit) miror,cur multis ante annis

nis non fuerit a ſancta ſede Apoſtolic.ſtabilita.Nam vim vi repellere eſſe licitum, omnia iura proclamant, non ad ſumendam vindictam,ſed ad ſe, ſuaque tuendum, ac defendendum,tex.in c.ius naturale.diſt.1.& c.ſignificaſti. de homicid. & alia quæ adducit Epiſcopus Scalenſ.c.9.verſi.occidens aliquem, & text.in l.1.ff.de vi, & vi arm.& l.Vt vim.ff.de iuſt. & iure. l.iniuriarum.ff. de iniur. & alia, quæ tradit Sot.lib.5.de iuſt.& iur. q.1.ar.8.verſi.Hic in primis.

Vim ui repellere licet &c.

217 Quid ſi fugere potuit.

QVarto Nota.Quod dicta procedunt,quãdo taliter aggreſſus ab inimico inuaſore eſ fugere non potuit; ſecundum omnes: nam ſi fugere potuit,irregularis eſt occidendo, vel mutilando Gl.in d.Clem.vbi Cardin.q.26.Gl. vbi Doct. in c.ſuſcepimus. de Homicid.Abb. in ca. Significaſti.2.de Homicid,& in c.2.de vita,& hon. cler.Silu.verbo. excommunicatio. 6.q.9.& eſt.Communis,quam refert,& ſequitur Couarr.in d.Clement.3.par.§.1.nu.4. Niſi quando talis fuga illi fuiſſet periculoſa, quando ſcilicet,timeret, quod talis aggreſſor eſſet eum inſequuturus; quia tunc occidendo, non fieret irregularis, Fel.in d.c.ſuſcepimus.Silue. Homicid.1.q.9.& Homicid.3.q.4.Hypol. Conſil.25.nu. 44.Card.Anan.& Abb.ſup.Communis per Couar.ſupra S.Anto.3. par.tit.28.c.2.§.Epiſc.Scalenſ.ſup. verſic.qui autem.

218 Quid quādo ex fuga ſequeretur dedecus?

QVid ſi effugere potuiſſet: ſed cum dedecore magno. (erat enim nobilis, & illuſtris perſona,cui ignominioſum eſt inimico terga vertere: vel ſacerdos, vel religioſus ſæculari habitu indutus,cui ingens irrogaretur infamia) & maluit occidere,quàm fugere? Reſpõ. Talem eſſe irregularem:ſecundum Raym.Guil.Hoſt. Goffred.& alios,quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ.lib.2.tit.1. q.21.in medio,verſic.Pro homicidio.Tab.verb.irregularitas.2.§.vltim.ſequutus.S.Anton. & Ancha. Maiol ſupra, nu.6.verſic. quarum prima.Epiſc. Scal.c.9.verſ.ſi verò.

PRo contraria autem opinione trimembris diſtinctio facienda eſt. Nam primo: Si aggreſſor perſona eſſet reipublicæ neceſſaria,vt Epiſcopus,Princeps,&c.aggreſſus tenetur potius mortẽ propriam particularem ſubire, quam talem aggreſſorem perſonam publicam occidere, ſe defendendo. Secundo,è contra. Si aggreſſus talis perſona eſſet publica, tenetur potius aggreſſorem interficere, quam ipſe mortem ſubire.Ita Sot. lib.5.de iuſt.& iure.q.1.ar.8.verſi. quare tres ordines.

219 Quando tenetur fugere, uel non?

IN tertio autem caſu, ſcilicet, quando talis aggreſſus non eſſet perſona publica, ſed particularis Ciuis: tunc,vel talis eſt aliquis nobilis, vel plebeia perſona, vel clericus,aut religioſus. In primo caſu,quando perſona aggreſſa eſt nobilis,vel alicuius æſtimationis, nõ tenetur cum dedecore ſuo fugere. Si autem eſſet vilis homo, vel ſacerdos, vel religioſus,teneretur (mortificando ſe) cum dedecore fugere, & non occidere, uel mutilare inuaſorem. Niſi (ut dictum eſt) fuga non eſſet periculoſa,ſed tantum ignominioſa. Ita tenet communis,ſupra, cum Couar. * Hæc opinio,quo ad clericum poteſt fundari in Canon.26.SS.Apoſtolor. qui ſic ait: Epiſcopum,aut presbyterum,aut Diaconum, qui vel

220 Quid ſi aggreſſus eſt nobilis &c.

vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorem ipſis per huiuſmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nuſquã enim Dominus hoc nos docuit. Imo vero contra, cum ipſe percuteretur, non repercutiebat, cum laceſſeretur conuitijs nõ regerebat conuitium: cum pateretur, non comminabatur.

221 Quid ſi aggreſſus eſt cleric*, vel frater, & irrogaretur infamia, &c. SEd (ſalua pace Couar. & aliorum) Ego aliter diſtinguerem in dicto caſu, ſcilicet, quod ſi clericus, vel religioſus per talem fugã tantum inferret dedecus, atq; ignominiam ſuæ propriæ, atque particulari perſonæ, & famæ, tunc teneatur fugere prius, quàm ſe defendendo, inuaſorem occidere, vel mutilare. Si autem per talem fugã ignominia, atque infamia irrogaretur toti Religioni, vel Eccleſiaſtico ſtatui, vt quia in habitu ſcandaloſo, & flagranti delicto occulto inuentus, fugiens ciuitatem totam ſcandalizaret, ſuumque ordinem infamaret; tunc non crederẽ, quod eum tanta totius ordinis iactura fugere teneatur. Moueor ad hoc, quia (vt ſupra in 1. parte de abſolutione. nu. 49. diximus) quãuis vnuſquiſque poſſit renunciare iuri ſuo, non tamen poteſt renuntiare iuri in ſui, & aliorum fauorem introducto. * Nota Cano. 64. SS. Apoſtol. qui ſic ait: Si quis clericus in cõſecratione aliquem pulſauerit, & vno ictu ac pulſatione interemerit, deponitor propter temeritatem ſuam. Sin vero laicus ſit, arcetor a communione.

222 Argumentum a milite terreſtri &c. Secundo, quia argumentum valet a milite terreſtri ad cœleſtem, ideſt ſacerdotem, vt latè ex multis probat Andr. Tiraq. de Nobilitate. c 9. nu. & 4.

Tertio, quia ſi filius nobilis ob familiæ nobilitatem non tenetur fugere, nobilioris familię eſt filius quilibet Religioſus, qui omnino eius honorem tueri tenetur.

Quarto, quia Anton. Gomez. de delictis. c. 3. nu. 20. Iulius Clarius; & communis, quam refert, & ſequitur Eman. Soar. in Theſauro, De religioſo. littera H. nu. 124. indiſtinctè dicũt ſic: Nec illi poterit imputari, quod fugere potuerit, ac noluerit, nullã dedecoris maculam inde cõtracturus. * De pœnitentia imponenda ſecundum Canones pœnitentiales illi, qui occiderit clericum, Monachum, Diaconum, vel Subdiaconum vide Can. 18. vbi pro presbytero imponitur pœnitentia. 12. annorum, vt in c. 2. de pœnit. & remiſ. Pro monacho, diacono, & ſubdiacono, vide text. c. qui occiderit 17. quæſt. 4.

ILlud autem in hac quæſtione eſt reſolutiuè tenendum, quòd licèt in multis caſibus aggreſſorem occidendo, vel mutilando aggreſſus à mortali excuſetur: quod omnes concedunt; in paucis effugiet irregularitatẽ (præter caſum contentum, in d. Clem. Si furioſus. de Homicid.) Ratio eſt, quia irregularitas ſæpè ſine peccato cõtrahitur, vide Armil. verb. Irregularitas, num. 43. S. Ant. Silu. Anchar. & alios, quos refert, & ſequitur Maiolus. lib. 5. c. 48. nu. 6. verſi. quarũ. 223 Aggreſſor quãdoque peccat mortal. & irregul. incurrit.

QVarto principaliter. Nota, ꝙ etiam ſi aggreſſor tãtum voluiſſet alicui membrũ mutilare, & non occidere, vt (v. g.) abſcindere manum, naſum, auriculam, genitalia &c. poſſet nihilominus ſe defendendo cum dicto moderamine, illum inuaſorem occidere, ſecũdum Card. in d. Clem. 1. 224 Quid ſi tãtum voluiſſet mutilare, & non occidere?

de

de homic.Silu.verbo. Homicidiū. 3.q.4.quos refert, & ſequitur Couar.in d.Clem.3.par §.vnico.nu.2. contra Villa Diego. de Irregularitate.ca.de percuſſore.col.14.in cuius ſententiam (dicens veriorem) cum Lapo . in d. Clem.1.ſuccumbit Maiol.ſup.num.7.

225 Quid ſi potuit mutilando euadere,& occiderit?

QVinto Nota, quòd quamuis per dictam Clemē.1.de Homicid.occidens inuaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ſiat irregularis; eſt tamen intelligendum ſi abſque tali occiſione euadere non potuit; quia ſi mutilando aggreſſorem potuit ſe liberare, peccauit mortaliter, & fit irregularis illum occidendo.S l ueſt.Homicidium.3.q.4.in prin.& alij, quos refert, & ſequitur Maiol.ſupra.verſicu. Secunda contra Armil.verbo. Irregularitas.nu.41. contrarium tenentem.

226 Quid ſi aggreſſor uoluiſſet tantum &c.

IMo Nota Sexto. Quod etſi aggreſſor voluiſſet aliquem nō occidere, vel mutilare, ſed graui aliqua iniuria afficere, vt eum iuſte leuiter percutere (Hiſpani: dar de palos, Itali dare delle baſtonate, vel ſtafilate,) vel alapa percutere maxillam (Hiſpani dar vn bofeton.Itali, vn ſchiaffo, vel guanciata) poſſet id alter, etiam hoſtem interimendo, repellere: Maxime in Hiſpania, vbi ingēs eſt dedecus talia, abſq; mortis vindicta, dimittere.Sot.lib.5.de iuſt.& iur.q.1.ar. 8.ad fin. Quin, & (quod non eſt obliuioni tradendum) ſi ſolæ minæ ab eo præceſſiſſe dicantur, qui illas exequi ſoleat, homicidium in continenti factum impunè erit. Communis, ſecūdum Dueñas. Regula.182.nume.4.Ioan.de Amicis. Conſi.116.nu.4.Emanuel Xuarez. in Theſauro.littera H.nu.126.

227 De aggreſſo dante operam rei licitæ, uel illicitæ.

SEptimo Nota. Quod adhoc, vt quis inuaſorem occidendo, ab irregularitate excuſetur, eſt intelligendum, quādo aggreſſus operam dabat rei licitæ, ſecus ſi illicitæ. Quia tunc voluntate ſua in tale deuenit periculum. Ita tenent multi, & alij contra, vt ſupra.nu.331. diximus. Nam ſi quis prouocauit alium ad rixam, aut alienam domum adulterandi, vel furandi cauſa ingrediatur, quare Irregularitatem effugiet, cum ſua culpa ſe tali ſubiecerit neceſſitati? Quia lex nō ſuffragatur ſubijcienti ſe in neceſſitatem.text.in l. Sed ſi plures, §.ſi fideiuſſor.ff.qui ſatiſd.cog.Quod, ex Raym.tit.de Homici.verſi. pro homicidio neceſſitatis, & ex Cardin.probat Maiol. ſupra.num.8.S. Anto.quem refert, & ſequitur Nauar.num.238.

228 Quid ſi defendendo Patrē &c. alium occidat.

QVæri oportet. Vtrum quemadmodum ſe, defendendo alium, ſcilicet Patrem, Matrem, filios, &c. cum dicto moderamine, incurrat quis Irregularitatem aggreſſorem occidēdo? Reſp. Reſpon quòd quamuis Gl.vlt.per tex.ibi.in dicta Clem.1.de homic. quam refert, & ſequitur Silu. Homicidium.1.q.9.verſi.quartum.& verbo; Excommunicatio.6. verſic. nono, in prin.Ioan.Andr.in add.ad Specul.Abb. in c.Sicut dignum.de homic. Epiſc.Scalenſ.c.9.verſic.occidens alium, Maiolus.d.c.48.nū. 9.Bart.Med.in Sum.li.1.c.21.§.10. & alij abſolutè teneant dictā Clementinæ pœnam non effugere, niſi qui ſe ipſum defendit: Ego tamen (ſub correctione) dicerem ꝗ ſi quis vxorem, filiumvè defendendo, aliū, ſeruato moderamine, interfeciſſet, non eſſet Irregularis. Moueret adhoc, quia de vxore in

Sacris

Sacris litteris habetur; Non ſunt duo,ſed caro una. De filio autem, tenẽt omnes, quòd magna pars ſit patris. Maximè, cùm ſecundum Anton.Gomez.de Delict c.3.a nu. 20.Placa.lib.1.de delict.c.28.nu.3. Iulium Clarum in Practica.§. Homicidium.verſic.excuſatur. Viuiũ lib.2.opin.85. quos refert,& ſequitur Eman.Xuarez, dicens comm. litera H,num.122.qui perpetrauit Homicidium ob ſui, ſuorumq; cõſanguineorum,ac rerum tutelam, nullis ſit pœnis plectendus.

229 De Iſfante, Dormiẽte, furioſo, &c. QValiter autẽ infans,dormiens, furioſus, &c. aliquem occidendo,non fiant Irregulares. vide tex.in d.Clemen.1.de homic.cum Gloſſ.Cardin.Couarr.latiſſimè,& alios, ibidem, & Summiſtas omnes,verbo, Irregular.& Homicid. Quod, cum arbitrio Epiſcopi relinquendum, conſultò ſic ſub breuitate tranſcurrimus.

230 De procurante, uel cauſante aborſum. QVid ſi quis fuit in cauſa mortis pueri in vtero,quã aborſum,vocant?Reſpõ.primo: Quod aut habebat animam, vel non. In vtroque caſu, mortale peccatum eſt,immaneque ſcelus. Sed in hoc differunt, quod ſi non erat anima infuſa, non fit Irregularis talis faciens, vel procurans aborſum. Si autem ſic, incurrit Irregularitatẽ. Gl.communiter recepta, in princ. diſt.5.Abb.in c. ſi quis. de homic. Alb.Magn.in 4.diſtin 31.S.Thom. Raymun.Innoc.Hoſt.in c.ſicut,de homic.& alii,quos refert,& ſequitur Sum.Confeſſ.libr.2.tit.1.q.29. S.Anton.3.par.titu.7.c.8.§.1. Silu. homicidium.1.verſi.formatur,Nauar.c.27.nu.223.Couarr.in Clem. 1.de homi.2.par.§.3.nu.1. in prin. vbi alios multos, dicens communem,allegat,& Aunil.Caietan. & alios,verbo, Aborſus, * Vltra quæ omnia hoc anno.1589. S.D.N.Sixtus.V.quandam Bullam edidit cõtra quoſcunque quocunque modo aborſum procurantes, vel generationem impedientes: quam vide in fine cum eius explicatione pro hac.q.& ſequenti.

ET (ne per ignota ꝓcedamus) quid Doctores circa animę rationalis infuſionem ſentiant dicamus oportet.S.Aug.enim,Epiſt.ad Dionyſium, dicit marem formari quadrageſima die, ut refert Abulenſ.in Leuitico.c.12.q.21.col.3. 231 Anima in corpore, quando in fundatur?

Albertus Magnus lib.9.de Animal.tracta.2.c.5. dicit aliquando, ſed rarò infundi animam rationalem vigeſimaquinta die.

Auicenna libr.9.de natura Animal.c.3.dicit aliquando trigeſima die.Ariſt.autem lib.7.hiſtoriæ animal.c.3.& 9.Plinius lib.7.cap.6.tenent animam rationalem in maribus,quadrageſima; in fœminis vero, octuageſima, uel nonageſima die infundi. Et cum hac opinione concordant ferè omnes,ſupr. Quare Reſpon.Secundo, Quòd ſi ante quadrageſimam diem fieret aborſus,non eſſet Irregularis,quamuis fętus ſit omni membro formatus, & ſentiat,quia Anima rationalis, cũ ſit perfecta,non infunditur niſi Corpori plenè perfecto. Ideo notant Doctores, quod Leuitici 12. Mulier, quæ peperit marem,iubetur abſtinere ab ingreſſu Templi quadraginta diebus. Quæ vero fœminam,octuaginta,& iſta eſt communis in 4.diſtin.25.vbi Palud. & Sot.q.1.ar.3.Couar.ſup.& omnes. Vnde, ſi in fœtu eiecto cognoſcatur ſexus, iudicandum eſt de Irregularitate,iuxta prædicta. Si verò agnoſci non poſſit, præſumẽdum

eſt

eſt eſſe maſculum: Et qui abortum fecit cauere debet tanquam Irregularis.

Quis diſpẽſet in abortu?

Hæc autem differentia eſt inter vtrumque caſum: quando fœtus erat animatus, diſpẽſatio pertinet ad Papam, Si autem non, pertinet ad Epiſcopum. Spec. tit. de diſpenſatione. §. iux. uerſi. Item qui homini. Alberi. verb. homicid. 4. quos refert, & ſequitur Maiol. li. 5. c. 48. §.

232 De Iudice teſte, Accuſatore, &c.

QVæritur V. ſit irregularis Iudex iudicans; teſtis teſtificans; Accuſator accuſans alium de delicto morte digno, ſi talis mors ſequatur, vel mutilatio? Reſp. Cum diſtinctione, quòd aut hæc fiunt iuſtè, & ſine peccato, uel iniuſtè, & falſo. De iniuſtè ſit Concluſio (nam de iuſtè agentibus, infra.) Iudex iudicans; teſtis teſtimonium dicens; accuſator accuſans; Notarius falſum ſcribens, ſi hæc iniuſtè fiant, & animo peruerſo machinati fuerint, ita quòd mors, uel mutilatio ſequatur, peccant mortal. & fiunt irregulares, ut ex S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 7. & alijs tradit Nauar. c. 27. num. 225. & tradunt omnes, Declarantes idem eſſe ſi iuſtè talia fiant, ſed cum odio, uel rancore &c. * Et de accuſatoris iniuſtè pœnitẽtia. uide Canon. 19. pœnit. qui ſic ait: Qui iniuſtè alium ad mortem accuſat, quadraginta diebus in pane & aqua per 7. annos ieiunet, & pœniteat, & hoc ſi accuſatus ſit occiſus. Si autem tantum membrum perdiderit, triennio, pœniteat. & habetur in c. Accuſaſti. de Accuſation. ubi nota quòd Hoſt. & Ioan. de Deo; in ieiunãdo intellexerũt quod primus pęniteat per. 7. annos, quolibet anno ieiunãdo. 40. diebus in pane & aqua. Secundus uero per 3. annos.

QVæritur, conſequenter. Quid de illo iudicandum in foro conſcientiæ, qui domi ſuæ latronẽ die, noctuvè comprehendit, ligat, ad Iudicemque portat, eo animo, ut ſua ſibi recuperet? Reſpõ. Cum diſtinctione, ſcilicet: quod ſi talis comprehendens ſcripto, uel uerbo proteſtetur expreſſè ſe nolle, ut talis latro pęna ſanguinis plectatur, & hoc ex animo cum diſplicentia dicat; non erit irregularis, ſi mutilatio, mors uè ſequatur: text. in c. Prælatis. de Homicid. lib. 6. & omnes. infra. Si autem de mutilatione, uel morte gaudeat, etiã ſi proteſtationem fecerit, irregularis erit, in foro ſaltem conſcientiæ, ita Gl. & Archid. in d. c. Prælatis. Calder. quem ibi, col. 2. refert, & ſequitur Peruſ. Ioan. Andr. Domin. & Hoſt. quos refert, & ſequitur Nauarr. c. 27. nu. 226. Silu. Homicidium. 3. q. uerſi. Sextum. Summa Confeſ. lib. 2. titu. 1. q. 46. clariſſimè Armil. uerbo. Irregularitas. nu. 21. Aſtenſ. in Summa. libr. 6. tit. 14. quem refert, & ſequitur Simon Maiolus. lib. 5. c. 48. §. 6. nu. 3. 233

De ligante latronem. Proteſtatio qualiter facienda.

COnfirmatur. Quia quamuis irregularitas ſola uoluntate non cõtrahatur, ut probat Nauar. c. 27. nu. 193. & 286. In præſenti tamen caſu ſimul cum uoluntate cõcurrit accuſatio, & querela exterior, quæ ad Iudicem defertur, & deformatio illam conſequuta: & proteſtatio non eſt talis, qualẽ ius requirit ad excuſandum ab irregularitate. Ius enim non requirit proteſtationem mendacem, & fraudulentam, qualis eſt præfata: in nullo enim caſu mentiri permittitur. text. in capitul. primo. 22. quæſt. 2. capit. Super eo. de Vſuris. Nauarr. d. num. 226. 234

Irregularitas ſola mẽte &c.

235 Nauarrus, aliquando nō citat cōtrarios. IN qua quæſtione miror Doctiſſimum. Nauar. Primo nō citare pro ſe Silueſt. Aſtenſ. Maiolum. & alios cum ipſo tenentes, maximè Summam Confeſſ. Secundo, In maiorem venio admirationem: quare grauiſſimos auctores contrariū tenentes non adduxerit. Dominicus enim Sot. lib. 5. de iuſt. & iure. q. 1. artic. 9. ad fin. verſic. Et pari ratione, & Couar. in Clem. 1. de Homicid. 2. par. §. 5. num. 2. & alij, contrarium tenent. Sed prima opinio verior, quia communior, atque rationabilior eſt.

236 De Inquiſitore procedente ex odio, &c. EX ſupradictis infertur ad quęſtion. V. Inquiſitor procedens iuſtè contra Hæreticum, tamen cum odio, & vindicta animæ, incurrat excommunicationē? Reſp. ꝙ non, vt ſentit Nauar. c. 27. num. 100. & in Relectione de Simonia. nu. 20. ſecus ſi iniuſtè, & odio procedat, vt diximus ſupra in explicatione Bullæ in Cœna Domini, in princ. nu. 3. ad fin.

237 Inquiſitor, an incurrat irregular. comburendo Hæreticum. SEd an tradendo Hæreticum cōburendum brachio ſæculari ſit irregularis? Reſpon. Quod non: ſecundum omnes, maximè Nauarr. in Manual. Hiſpan. in addition. c. 17. num. 208. & Couar. in Clem. 1. de Homicid. 2. par. §. 5. nu. 6. Bart. Medin. in Summa. lib. 1. c. 11. §. 10. Felyn. Hoſt. & alij relati, & ſecuti ab Armill. Irregul. nu. 24. Ratio autem communis eſt; quia facit proteſtationem Iudici ſæculari. Couarr. autem ſupra, iudicat melius eſſe, ſi inquiſitor in præſentia Iudicis ſæcularis dicat in hunc modū: Hic reus iam non eſt de iuriſdictione Eccleſiæ. Sed licèt hæc cautela optima ſit; Bartho. tamen Medina ſupra, ait: Inquiſitorem non incurrere irregularitatem propter traditionem Hæretici brachio ſæculari: quia Inquiſitori (ait ille) tantum eſt prohibita Iuſtitiæ executio, quam Iudex ſæcularis facit. ita Felyn. Hoſt. Armil. ſup. Sed magis ſatisfacit ratio Maiol. lib. 5. c. 48. §. 2. in fin. ſcilicet: quòd ideo Inquiſitor tradit illos brachio ſæculari ſine metu irregularitatis per text. (mirabilem certè) in c. Si audieris. 25. q. 5. Quia ſicut piū eſt vitam pro Chriſto ponere, ita & pro membris. ca. Pro membris. 23. q. 5. ſicut non incurrit irregularitatem adhortans alium mortem ſubire pro Chriſto, & eius fide. Albericus. Fel. Tab. & alij, quos ſequitur ibid. Maiol. & ante Nicolaus Ploue. de Irregul. regula. 15.

§. 2. DE ILLO QVI Cauſam dat Homicidio.

REgula eſt omnibus notiſſima, quòd cauſam dāni, qui dat, dānum dediſſe videtur de Regul. iur. libr. 6. 238 Cauſam dāni dans dānum dediſſe videtur.
Quare aliqua ex multis de hoc allegatis a Doctoribus principaliora tantum, ac frequentiora declarabimus.

De dātibus venenatū potum &c. Primo ergo, Concluſio generalis ſit: quicunq; venenum, potum, cibū, vel alia maleficia alicui præbuerit, vt inde mors, mutilatio, ægritudovè perpetuò impediens ſequatur, & illa ſequuta fuerit, vltra mortale peccatum, irregularitatem incurrit. tex. in c. Si aliquis. de Homicid. Specul. titu. de Diſpenſatione. §. iuxta. verſic. Facto autem ſi quis, & verſic. Item qui homini. Angel. Silueſt. Armil. & alij. S. Th. 2. 2. q. 64. artic. 8. & in 4. ſen. diſtin. Abb. in cap. Sicut. de Homic. Tab.

Irre-

Irregularitas.3.nu.14.Maiol.lib.5.c.48.§.11.nu.3.

239 Nota circa pœnitentē accedētem ad Confeſ. cū animo præbēdi venenū,&c. SEd eſt notandum a Cōfeſſore, ꝙ uel pœnitens qui talia fecit, accedit ad confeſſionem ſequuto mortis effectu, uel quando negocium eſt in fieri; ideſt, quòd uenenum, uel maleficium, aliquibus ab hinc dieb⁹ operabit, & interficiet. Quia in primo caſu impoſita pœnitentia, & debita facta reſtitutione, debet abſolui; quia iam factum eſt damnum. In ſecundò autem minimè eſt talis abſoluendus, donec quocunque modo licito procuret malo obuiare uenturo, ex conſilio Docti, & prudentis Cōfeſſoris, ne aliquis ſequatur magnus error, maleficiū maleficio altero caſſando; uel talem delinquentem iniuſtè manifeſtando, ſi eſt ſecretus.

240 De ligante furem &c. QVæritur. V. Qui detinet ligatū furem, ut non fugiat, & uenit Iudex, uel eius miniſtri, & capiunt illum, & tandem ſuſpenditur patibulo, uel alij uenientes interficiūt illū, ſit irregularis? Reſp. Affirmatiue. per tex. in c. Significaſti de homic. Silu. uerbo. Homicidium.2. uerſic.16. & alij. Maiol. ſupra. De qua quæſtione. uide latè Couar. in Clem. Si furioſus. ad fin.

241 De illo qui aliquē percuſſit, & poſtea fuit ab alio occiſus. &c. QVæritur. Vtrum ſit Irregularis, qui iuſtè aliquem percuſſit, abſque mutilatione, & morte, & poſtea ab alio, ſine eius culpa occidatur; uel ex Medici, Chirurgi, aut alterius negligentia, uel qualibet culpa, uel modo ſupueniente, moriatur? Reſpō. ꝙ non. Quia iuſtè percuſſit; & ideo mors inde ſequuta, non procedit ex cauſa illicita. Si autem iniuſtè percuſſit, & mutilatio, uel mors aliqua ex dictis cauſis proueniat, irregularis cēſetur: quia etiam ſi percuſſio non ſit mortifera, eſt tamē cauſa quod ex illo uulnere, Medici, Chirurgi, uel alterius culpa, uel negligentia, &c. moriatur. Hæc ſecundum Guil. Lau. Carrerium, & alios, quos (contra Caietan.2.2.q.64.art.8. contrarium tenentem) refert, & ſequitur Couarr. infra. §.2. uerſic.10. Nauar. cap.27. num.223. uerſi.8. allegantem pro hoc. tex. in c. presbyterum, & c. ad audientiā. de Homic. quibus (ni fallor) contrarium omnino probatur. Cum in d. capit. presbyterum. præcipiat Papa presbyterum, qui quendam puerum intuitu diſciplinæ percuſſit in capite, morte inde ſequuta, eſſe deponendum, &c. Idem quaſi in d. c. ad audientiam, determinatur. Quare (vltra ea quæ in Couar. in d. Clem.1. de Homic.2. par. §.4. uerſic. Ad eandem partem, & ipſe Nauar. num.235. melius explicat, & Silu. uerb. homicid.2.q.2. ui debis) poteris ſic declarare, atque diſtinguere, quòd etiam Pater, Magiſter, uel Dominus filium, diſcipulum, uel ſeruum percutiendo, ſi poſtea mors ſequatur, erunt irregulares: ſi non purè, ſed cum ira, odio, uel ex ebrietate fecerunt. ita Epiſc. Scal. c.9. uerſic. Parentes, & melius Armil. Irreg. nu.46. ubi ait, diſcretè, pro correctione, aduertentes, quæ prudens aduerteret. De patre Magiſtro, & domino & aliis percutientib.

242 Quid ſi rixatur quis & eius amici accedentes interficiunt aliū. &c. EAdem ferè uidetur quæſtio illa. ſ. An ſit irregularis, qui illicitè cum alio rixatur, aut quæſtionem facit, uel certat, ſi amici eius ſuperuenientes eum deformēt, aut interficiant, abſq; ullo ſuo conſenſu, conſilio, uel ratihabitione? Reſpon. ꝙ ſic. ſecundum Io. And. in c. Petrus. de Homic. Abb. Fel. & Cōmunem, quam refert, & ſequitur Nau. c.27. nu.227. & Couar. ī Cle,

Si furioſus.2.par. nu.8.contra aliã opinionem dicentem non eſſe. Quam intelligit ibi Couar,& alij, ubi talis non dediſſet cauſam rixæ,ſed fuit aggreſſus.

243 De tenẽtibus infantẽ in lecto.

OPortune ſe offert diſputãda quæſtio illa in multis locis controuerſa, An,ſ.habens infantu lum lecto, peccet mortaliter, etſi mortuus,& ſuffocatus reperiatur, pater (ſaltẽ) ſit irregularis. Reſp. per hanc diſtinctionem.Aut in tali caſu eſt poſita excommunicatio reſeruata (ut eſt in Conc. Prouin ciali Mediol.) aut non.Secundo: uel mater eſt de hoc admonita uel nõ.Nam in Epiſcopatu Sauon. Ba ptizato infante, dicit ſacerdos Patrino,Se ve commãda ſotto la ſcõ munica maggiore,da parte de Mõ ſignor Veſcouo, non metterlo al letto per tutto queſto anno. (latinè: Ex parte D.Epiſcopi præcipitur tibi, ſub Excommunicationis maioris pœna, nè per annum proximum puer in lecto teneatur.)

Conſuetudo Sauonæ circa Baptiſmum.

Nunc ſic:Ille, uel illa,qui exper tus eſt alium ſuffocaſſe; in omni caſu peccat mort. & erit irregularis illum ſuffocando.

¶ Item maritus, & uxor haben tes infantem inter ipſos in lecto, peccant mortaliter, & erit irregularis,ſi ſuffocatur.

¶ Qui autem in lecto illum col locat, adhibito debito remedio,ſ. interponendo aliquid inter nutricem, & infantem ita quòd nullo modo poſſit illum, niſi volens tan gere,non peccabit mort.

¶ Item ſi nutrix experta eſt ſe qetè dormire(ideſt, che alla mati na ſe ne tribola, del medeſimo mo do che ſi dormi)& infantem collo cat in lecto, à ſe aliquantulũ ſeparatum;non erit mort.peccatũ maximè ſi nutrix non dormit profun de;ſed leuiter,& lect⁹ amplus eſt.

¶ Quibus omnibus limitationibus, atq; remedijs ceſſantibus, Si nutrix pauper eſt, ita ꝙ nullũ aliũ lectulum, vel reclinatoriũ habet, vel ſi infans frigore laboret,vel pe riculum ſit extra lectũ eſſe ab aliquo animali,ſerpenti,vel diabolica arte nocendum,tunc nullũ mor tale erit, illum apud ſe collocare. * De pęnitentia illius.qui vel quæ infantem in lecto ſuffocauerit vide Can.pęnitentialem. 17. ad medium verſi.Et ſit grauis culpa: vbi ponitur pęnitentia.7. vel 5.annor.

HOc frigoris,inimicorumq; ti more perterrita ſacratiſſima Virgo Maria, mater Dei, Domina Celorũ,& noſtra,filium ſuum Sacratiſſimum Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum,a ſe natum, atq; adoratum, ne frigore illo pateretur,ſtatim ad pectus admouit,vt ex Scis Cotẽplatiuis notauit in publica lectura iſignis Magiſter Graiales. anno 1569. Euangelium S. Lucæ (me præſente) Salmanticæ inter pretãdo.Supradicta poſſunt colligi,ex Abb. in c.fi.de ijs, qui fil.occid.& ex.c.Conſuluiſti.2.q.5.& S. Th.2.2.q.64.ar.8.Silu.Homicidiũ. 2.nu.15. & omnibus alijs.Nauarr. c.15.nu.13.& ca.27.nu.236.Epiſc. Scal.c.9.verſic. Habentes ſecum. 244

244 B. Virgo Maria qd fecit nato dominum.

EX quibus omnibus habetur,ꝙ ſi adhibitis debitis circunſtan tijs puer ſuffocetur, nulla erit irre gularitas; quia dabant operam rei licitæ, adhibita diligentia. ita expreſsè.S.Th.2.2.q.64.ar.8.quem re fert, & ſequitur Armil.verb.irregular.nu.3.Epiſc.Scalenſ.ſup. qui (bene quidem) ait tex.in d.c.Cõſuluiſti.2.q.5. non præcipere, ſed parentes hortari. 245

245 Nulla irregularitas ſi infans adhibita diligentia.&c.

Quid

246 De Mouente caput infirmi in artic. mort.

QVid dicemus de illo qui morti propinquum aliquomodo mouet caput accomodat; vel aliquo alio modo componit; & ex hoc citius moritur? Reſp. Diſtinguendo (vt aliquos timoratorum ſcrupulos, qui illic trepidauerunt timore, ubi non eſt timor, de medio tollamus) quòd aut ſupradicta facit animo mortem accelerandi, aut ad ſubueniendum infirmo in tanta neceſſitate, & eum ad iuuandum, vt melius quieſcat &c.

In primo caſu abſque dubio irregularis eſt, etiãſi infirmus eſſet omni remedio deſtitutus, ac mori turus. Spec. titu. de Diſpenſatione. §. Iuxta. verſi. Quid ſi aliquis infirmum. Silu. Homic. 3. q 2. verſi. Tertiã. Tab. verb. Irregularitas. 3. nu. 3. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 1. nu. 2. S. Anto. 3. par. tit. 29. c. 2. Sum. Confeſ. lib 2. tit. 1. q. 10. Nicol. Ploue. de Irregul. regul. 16. Ratio eſt quia rei illicitæ operam dabat, volens illius vitam breuiare. In ſecundo autem caſu, minimè eſt Irregularitas timenda; cum tales ægrotorum medicantes, non ut mortem inferant, ſed ut illum adiuuẽt, talia miniſteria exercent. ſecundum omnes. ſup.

247 De prouocãtibus infirmum ad iram &c.

AD ſupradicta pertinet adiungere quæſtionem alteram V. ille qui infirmum prouocat ad irã ſuis dictis, vel factis, vel ei aliqđ affert malum nuncium, vnde talis moritur, ſit irregularis? Reſ. Quòd licèt ſupradicti auctores videãtur abſolutè affirmare; Ego aũt diſtinguerem. ſ. q̃ ſi talia malitioſè facta ſunt, vel ſine malitia, tñ cum negligẽtia craſſa, quia illud debebat aduertere, maximè ſi infirmi conditionem nouerat, ſit irregularis: ſi autem inaduertenter fecerit, non.

ET quia in materia huius. §. dedantibus cauſam, eſſet quaſi impoſſibile caſus particulares adducere: ſequẽtibus regulis multas decides quæſtiones ab auctoribus infra citãdis ſparſim tractatas. 248 Regulæ pro multis caſibus. Prima Regula. Dans operam rei licitæ, & adhibens diligentiam quam debet, & non excedens, nec habẽs voluntatem occidẽdi, vel mutilandi; non ſit irregularis propter ſequens homicidium. cuius exemplum eſt in c. Dilectus. de Homici. Secunda. Dans operam rei licitæ, & non adhibens diligentiam, quã debet, vel exiſtens in culpa, etiam leui, non autem leuiſſima. (vt in c. Presbyterum, eſt exemplum) ſit irregularis morte, vel mutilatione ſequuta.

De dante operã rei licitæ &c. & non adhibente diligentiam.

Tertia. Dans operam rei illicitę, quantamcunque adhibeat diligentiam, ſit irregularis per mortem, vel mutilationem ſequẽtem, vt eſt exemplum in c. Suſcepimus. de homicidio. Quas regulas tradit ex S. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 8. Caiet. ibid. Sot. lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 1. arti. fin. vbi eas declarat Ang. Silu. Armil. uerb. Irregularitas. nu. 3. 4. & 5. Epiſcop. Scal. c. 9. ad fin. & omnes dicentes communem. maximè Couarru. in Clemẽ. Si furioſus. 2. par. §. 4. nu. 1. & 2 Qui ex Abb. Anan. Felino, & aliis, præcipue Caſtro lib. 2. de lege Pęnali, cap. 14. ver. Secunda. Alberto Trocio, de vero, & perfecto Clerico. lib. 2. c. 27. Villa Diego. de Irregul. c. De percuſſore. colum. 6. eam communem dicit, multumq; laudat. & Nauar. capit. 27. a numero. 219. quaſi omnes caſus his regulis declarat. licèt non tanti expendat Sotus ſupra.

§. 3. DE MANDANTE, Conſulente, Inſtigante, Animante, perſuadente, inſtruente, adhortante ad homicidium.

249 Mandans Conſulẽs, &c. Irregulares ſunt.

MIrabilis eſt in hac materia, D. Aug. ſententia relata in c. Perniciose (Communiter allegatur, Periculoſe) de pœn. diſt. 1. ubi cum Gl. ibid. Omnes ſupradicti homicidæ, ac per conſequens irregulares dicuntur, & optimus text. cum Gl. verb. Conſilium in capit. Sicut. §. Clericos. de Homicidio.

250 Quid ſi homicidium ſit iuſtum?

EX quibus iuribus, & Gloſ. & alijs ſimilibus. Primo Nota. Quod nō ſolum tales fiunt irregulares, ſi homicidium eſt iniuſtum; ſed etiam ſi iuſtum, vt de Iudice, Aduocato teſtibus, & alijs, tradūt omnes per tex. in c. ſententiam. Ne Cler. vel Monac. Spec. de Diſpenſ. § Iuxta. verſi. Sed quæritur quando. Bart. Med. in Sū. li. 1. c. 11. §. 10.

251 De facientibus, uel cōſulentibus facere legem, &c.

VNde infertur ad q. V. Principes, Auditores, Cōſiliarij Regum, qui faciunt, vel dant conſiliū de Lege, uel ſtatuto faciendo: in quo trāſgreſſoribus mors, vel mutilatio imponitur, & poſteà effectus ſequatur, ſint irregulares iudicandi? Reſp. Negatiuè: quia ſupra dicta rubrica intelligenda eſt, ut procedat quando cōſulens, uel mādans, aut inſtigans intendit ad homicidium ſuper caſu pendenti in iudicio; tunc. n. efficitur irregularis: nō autem in primo caſu. tex. in c. Eos. Ne Cler. uel Mona. & tradit Maiol. li. 2. c. 5. & 48. §. 5. & lib. 5. c. 48. §. 2. nu. 2. Archi. in c. Officia. 23. q. 5. Armil. Irregul. nu. 19. c. Si quis viduam. 50. diſt. Hoſt. & alij, quos refert Armil. ſup. nu. 25.

252 De mandāte, etiam ſi non ſtatim &c.

QVæritur. V. Mandans facere homicidium, uel mutilationē, fiat irregularis, etiam ſi nō ſtatim, ſed poſt unum, duos, uel plures annos effectus ſequutus fuerit per mandatarium, ut ſi. (v.g.) Aliquis ex Hiſpania mitteret aliquem in Galliam, uel Italiam, cum mandato aliquem occidendi, uel mutilandi; & talis mandans per longum tempus nihil audiuit, uel ſciuit de mandatario, ita ꝙ omnino cogitaret talem mortuum, in mariuē ſubmerſum fuiſſe: & tandem, audiuit inimicum eius fuiſſe a ſuo mandatario interfectum? Reſp. talē irregularē eſſe. ita Spec. tit. de diſpenſ. §. iuxta. uerſ. Sed quæritur quādo. Silu. Homic. 1. q 8. verſic. Sextum. Tab uerb. irregularitas. 1. num. 13.

253 Quid ſi præcepi &c. Homicidiū miraculo tamen non fuit ſequutum.

QVid ſi conſilio, præcepto, uel fauore meo, homicidiū fuit intentum, ita ꝙ uulneratus miraculo potius euaſit, quam naturaliter, ut v.g. ille qui Arcabuſeto, uel bombarda fuerat trāſfixus? Reſp. quòd non ſit irregularis, quemadmodum de ipſo uolente occidere, non ſequuto effectu diximus ſup. & tradit Bar. Med. Sum. lib. 1. c. 11. §. 10. Couarr. in Clem. Si furioſus. 2. par. in initio. nu. 5.

254 Quid ſi mādatari' noluit acceptare, &c.

QVæritur. Vtrum fiat irregularis mandans, uel conſulens: ſi tempore mandati, uel cōſilij, mandatarius noluit acceptare, & repudiauit: poſtea tamē ipſe mandans mutauit ſententiam, & abſq; ullo alio mādato mandatū, uel conſilium fuit exequutum, & mors, uel mutilatio inde ſequuta? Reſp. ꝙ ſic. Quia primum crimen, quod mandando, uel adhortando fecerat, adhuc in ſe pſeuerat. Inn. in

in c.ad audientiam.de Homic.Bal. in l.1.C. de ſeruis fugit.col.2.ad fi. quos refert,& ſequitur Maiol.lib. 5.c.48.§.2.nu.3.

255 Quid ſi nõ expreſsè ſed tacitè, &c.

QVid,ſi non expreſsè, ſed tacite mãdauit homicidium fieri? vt de illo qui iniuriam paſſus, dixit ſuorum alicui; non venias huc in domum meam; donec aliquid noui audiam de te. (Et exemplum viuum habemus de Henrico illo S.Thomam Cãtuarienſem Epiſcopum perſequẽte, qui in præſentia ſuorum dixit: ſe in ſuo Regno cũ vno ſacerdote pacem habere non poſſe?) Reſp. In dicto caſu taliter mandantem effici irregularẽ. Bar. in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſu.& §. ſed quid ſi mandauit. & §. pater Seio.ff. de Acquir.hæred. vbi Bal. Angel.Imol.& Moderni.& Anch. in c.Ex literis. de Exceſ.Prælator. vbi etiam Abb. Tab. irregularitas. 2.num.3.& verbo: Excommunicatio.5.caſu 1.num.36. & alii multi, quos refert,& ſequitur Couarr.dicens cõmunem, in d.Clemẽ.2.par. Relectionis.§.1.nu.3.& Maiol.lib. 5.c.48.nu.8. Armil. Irreg.num.17. Nauar.c.27.nu.231.

Quæ communis (ait Couarr.). procedit, etiam ſi talis mandans præceptum dediſſet de non occidendo,vel mutilando.Et eſt caſus, in c.vlt.de Homicid.lib.6. Abb. & Inn.& alij, in c.ad audientiam.de Homic.Alberic.verb.homic.2.verſic.quid ſi mandauit.

256 De confeſſorib9, uel prædicatoribus Principum.

QVæritur. V. Confeſſores, vel principum prædicatores illos hortantes in communi, vt faciant iuſtitiam, & puniant malefactores,ſi ex hoc moueantur ad inquirendum,& mortem, mutilationemvè alicui inferant,fiant irregulares tales adhortantes? Reſpon. ꝙ non,ita tenet Archid. in c.Officia. 23.q.5.quẽ refert, & ſequitur Armil.irregularitas.nu.19.

257 Quid ſi ante homicidium,reuocauit,&c.

QVæritur V. Mandans,conſulẽs, vel adhortãs homicidium, uel mutilationem fieri, incurrat irregularitatem; ſi antequam homicidium fiat reuocauit mãdatum? Reſp.quòd quamuis Nauarr.c.27. nu.233.& Inno. Villa Diego,& cõmunis,& Maiol.lib.5.c 48.§.2.nu. 3.ex multis, abſolutè de omnibus mandãtibus,adhortantibus, & cõſulentibus loquantur;dicentes, ꝙ ad hoc, ut non ſint irregulares,teneantur expreſsè, uel tacitè reuocare mandatum, & notificare mãdatario ne mandatum exequatur, & (ſecundum Maiolũ,non Nauar.) monere illum,qui erat occidẽdus: melior tamen mihi uidetur diſtinctio Ioãnis Brunelli, in Reper.c.1. de homi.4.par.nu.43.ſ. ꝙ mandãs homicidium committi; poſtquam mandatum (ut ſupradictum eſt) expreſsè, uel tacitè reuocauerit, teneatur illum mandatario notificare,ut Nauar.& communis dicunt.

258 V Occidendus ſit monendus.

¶ Illud autem quod Maiolus dicit, quod debeat occidendum monere tantum (ait Brunellus) procedere in conſulente qui tenetur non ſolum cui conſiliũ dedit perſuadere,ne conſilium expleat, ſed etiam denunciare illi in cuius perniciem conſilium dederat, ut ſibi præcaueat. Quæ differentia ponitur ab Inn.in c.Ad audientiam. de Homic.& aſſumit Bart.in l.non ſolum.§.Si mandato.ff de iniur.Bal. in l.1.C.de Seru.fugit.Quæ denunciatio,ne peccatum ſecretum Conſulentis, & Conſulti detegatur,in genere facienda eſt,ut notat Bald. ſup.& Ego antequam Baldum uiderem,notaueram.

259 Quid ſi è cōtra, Mādatarius occidatur. Sed quid ſi (quod contingere ſolet) non occiditur ille, ad quem occidendum mandatum de deram, ſed mandatarius meus ab illo fuerit occiſus? Reſpon. Vtroque caſu irregularitatem incurri. text. in capit. Vltimo. de Homicid. lib. 6. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. tit. de Diſpenſat. §. Iuxta. verſi. Quid ſi aliquis conſuluit. Abb. in capi. Ad audientiam. de Homicid. Silueſt. Homicidium. 1. q. 8. Tabiē. Irregular. 2. num. 12. Maiolus. ſup. nume. 4. Quamuis Specula. ſup. & Hoſt. (quem refutat Silu. ſupra.) teneant cōtrarium. Ratio eſt, quia talis mandans cogitare potuit, & debuit homicidium hinc inde contingere poſſe, inter aggreſſorem, & aggreſſum & inter vtrūq; & Iudicis miniſtros in incarceratione, vel poſtea in iuſtitię exequutione.

260 Quid ſi mādatari⁹ exceſſit fines mandati. Qværitur: Quid ſi tantum mandaui, adhortaui, vel conſului aliquem verberari, vel alapa percuti, &c. Mandatarius autem, etiam contra meam expreſſam, de homicidio, vel mutilatione, voluntatem fines exceſſit mandati, & alium occidit, vel mutilauit? Reſpon. Cum diſtinctione. Quòd ſi inſtigaui, conſului, vel mandaui ad verberādum &c. propter vindictam, & iniuriam inferendam; tunc quocunque euentu, homicidio ſequuto irregularis ero. Si autem mandaſſem aliquod iuſtum, vt Iudex, vel ad diſciplinam, & correctionem (vt Pater, Epiſcopus, Religioſorum Superior &c.) tunc, ſi mandatarius excedat; nequaquam irregularis dicar. vide text. in c. vlt. de Homicid. lib. 6. tenet hoc Innoc. & Abb. in c. Ad audientiam. de Homic. Abb. in c. Ex literis. verſicul. Ratio mea. de Exceſ. prælat. Tab. verb. Irregularitas. 2. nu. 2. Spec. ſup. & alij.

261 De delatoribus, exploratoribus, ſuſurronib. &c. Vltimo in hoc §. Not. difficile euadere irregularitatem delatores, exploratores, ſuſurrones, ac detractores, qui data opera diſſeminant diſcordias, unde rixę, contentiones, inimicitiæ, homicidiaque ſequuntur. Ex qua reſolutione, & ſex regulis poſitis ab Armilla. Irregularitas. nu. 25. poteris multa inferre & notare.

§. 4. DE HOMICIDIO Caſuali, aut ex culpa.

262 Peccatum non niſi voluntarium. Ex D. Aug. ſententia in lib. de uera Religione, & ex Communi omnium aſſenſu, illud nobis eſt manifeſtum; peccatum non dici niſi uoluntarium. Et ex S. Tho. 2. 2. q. 64. conſtat; caſualia (loquendo ſimpliciter) intenta non dici, nec uoluntaria nominari. Quapropter ſecunda hic conſtituetur homicidij, uel mutilationis ſpecies, ſ. de illo qui homicidium, uel mutilationem; caſu aliquo incogitato, uel culpa aliqua fecit. Quia qui talia nolens omnino fecit; non punitur ut homicidij uoluntarij reus; fuit enim fortuitus caſus, qui inopinatæ rei euentus, qui præuideri nō potuit, appellatur. tex. in l. In rebus. ff. Cōmodati. Abb. in c. unico. de Commod. & omnes. * Et ita pro caſuali homicidio non imponitur tanta pœnitentia in Canone pœnit. 15. ſicut in uoluntario. Nam pro uoluntario 7. pro caſuali autem quinque annis debet quis pœnitere.

263 V. Vel quādo talis fiat irregularis. Qvare hanc regulam in hac irregularitatis materia cōſtituere oportet. ſ. Eum, qui abſque culpa

pa aliqua alium caſu occidit, uel mutilauit, irregularem non dici, ideoq; licitè promoueri poſſe.tex. in c.Significaſti.1.& c.Dilectus.de Homic.Gl. in c.Eos uero.50.d. Gl. & Abb.in c.Lator.& c.Continebatur.de Homic.S.Th.Inno.Hoſt. & alij,quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ.lib.2.tit.1.q.19. Ang.Silu. Armil.& alij.Specul.tit.de Diſpēſat.§.Iuxta.uerſic.Facto autem, ſi quis.Nauar.c.27.nu.220.Sot.lib.5. de Iuſt.& iur.q.1.Couar.& oēs.

264 Quādo aliqua culpa interueniat,&c. DE illis uero, qui culpa aliqua interueniente, alios occiderunt,uel mutilarunt, fit inter Doctores hæc diſtinctio, ſ. quod aut aliquis dabat operam rei illicitæ, & adhibuit omnem diligentiam; uel operam dabat rei licitæ,nulla, uel parua adhibita cautela, ne homicidium, mutilatiouē ſequeretur,uel culpa fuit lata, leuis,uel leuiſſima.Quo ſuppoſito.

265 De lata culpa in homicidio. PRima ſit Concluſio In quocūque caſuali homicidio,uel mutilatione,lata, uel leuis culpa procuIdubio irregularitatē inducunt. ut ex c.Clerico iaciente.cum alijs. 50.diſt.Probat Maiolus.lib.5.c.48. §.3.nume.2.

266 Culpa leuiſſima q. SEcunda Concluſio. Culpa leuiſſima (illa dicitur, quando quis illud non cogitauit, & prouidit, quod acutiſſimus uir cogitare potuiſſet) ſi ſit in omittendo, ab irregularitate excuſat. Secus ſi ſit in committendo lata.Silu.Homic. 2.circa princ.uerſi.Poteſt addi per tex.& Abb.in c.Quæſitū.de pœnit. & remiſ.Tab.uerbo.Irregularitas. 1.nu.4.Probat latiſſimè (ad alium finem)Couar.in lib.4.De Sponſal. 2.par.c.6 § 8.num.13.& Emanuel Soarez in Theſauro. litera. C.nu. 336.Maiol.ſup. Nau.c.17.nu.177.

¶ *Ex quibus concluſionibus in ferè innumerabilium caſuum cognitionem poterit deueniri. Quorum aliquos in præſentiarū notabimus.*

QVæritur. Quid ſi aliquis ludendo proijceret lapidē poſt aliquem, & ille uolens declinare lapidis percuſſionem,in alium lapidem fugiendo incidens impingeret,& moreretur? Reſpō. Quod talis lapidem proijciēs, erit irregularis.Inn.Hoſt.Abb. & alijs, quos refert, & ſequitur Summa Confeſ.lib.2.tit.1.q.19.in fi.Ratio eſt: quia quotieſcunq; in ludo noxio luditur, culpa imputatur ludēti:& proijcere lapidem, ludus noxius eſt,ut haſtiludium, & alij ſimiles ludi: qui non poſſunt carere culpa,tex.in l.Nam ludus.ff.ad legem Aquil.cap.continebatur, ubi Doctor.de Homic.S.Tho.22.q.64. Tab.Irregularitas.3.num.1.Alber. uerb.homic.3.Hugo. in cap.Sæpè. 50.diſt.Silu.Homic.2.q.21. 267 De proijciente lapidē ludendo. &c.

QVæritur.Quid erit iudicandū, ſi in eo ludo, qui calcibus, (Hiſpanè: al Toro de las coces) aut pugnis exercetur, aliquis aliū ſuffocauerit, occiderit,uel mutilauerit? Reſp. Effici irregularē; propter immoderatum ludendi modum,ut expreſſe tradit Archi.in c. Eum qui.50 diſt.& alij. 268 De ludentibus cū calcibus, aut pugnis.

QVæritur.Quid ſi aliquis in Titium lapidē iecerit, ipſe uero Titius fugit,& alium lapis occiderit,uel mutilauerit? (uidi in facti contingentia.) Reſp.talem eſſe abſque dubio irregularem: tradit Hug. in c. Sæpè.50.diſt.Tab.uerb. Irregul.3.nu.2 & alij. 269 De iaciēte lapidē contra aliquē, &c.

HInc infertur ad quæſt.V.Volens occidere, uel percutere laicum, 270 De occidēte clericū pro laico.

laicum,percutiens clericum,ſit ex communicatus? Reſpon.affirmatiuè, ſecundum Alan. & Hoſt. quos refert, & ſequitur Silu.verbo. Excommunicatio.9.verſic.ſciendum eſt quarto:Maiol.ſup.nu.5.

De uolēte occidere auem.&c. Sed ſi ictus lapidis, (è contra) dirigeretur in Auem, vel quadrupedem,& fortuitò, abſq; vlla culpa, quia debitam adhibuit diligentiam, (cùm eſſet locus per quem homines ſolent tranſire, & vociferauit) hominem occiderit vel mutilauerit ; nulla erit irregularitas, Gloſſ.in d.capit. Clerico iaciente. 50.diſtinct. Silueſt. Homici 2.q.5. Tabien.verbo; irregularitas.3.nu. 19. Epiſcopus Scalenſ.cap.9. Maiol.ſup.nu.6.

Si autē aliquis proijcit aliquid ad locum priuatum , & ſolitariū , per quem nemo tranſire conſueuit:non tenetur clamare , vt in l.ſi putator.ff.ad legem Aquiliā, aliàs ſi locus publicus.Gloſſ.c.Qui arborem.50.diſt.Abb. & omnes in c.ex literis.2.de homic.

271 Multi caſus homicidij caſuales. INfinita ferè ſunt exempla dictis ſimilia in homicidijs caſualibus contingi ſolita:quæ conſulto ommittimus. Primo quia ex ſupradictis conclusionibus poteris ea colligere. Secundo,quia longiore ſermone reperies apud Angel.Silueſt.Armil.verbo.Irregularitas,& homic.& apud Couarr.in Clem.ſi furioſus: de homicid. Sotum.libr.5.de Iuſtitia, & iure q.1. Nauar.capit.27. à nume.219. Maiolum lib.5.capit.48. §.3.Epiſcopum Scalenſem, de irregular. c.9.

§. 5. DE OPEM PRÆſtantibus, vel auxilium ad mortem , &c.

272 Circunſtātia confitēdæ. QVemadmodū , ſupra in 1. par. in materia de Confeſſione,dixi mus circunſtantiam illam (quibus auxilijs) eſſe confitendam : ſic in præſentiarum ille irregularis iudicabitur , cuius auxilio homicidium perpetratum fuerit,vel mutilatio. Communis.

273 De ſociāte alium. PArticulariter verò Quæritur. V.Ille qui aſſociat alium euntem ad occidendum, vel mutilandum alium fiat irregularis ? Ad quam quæſtionem (colligendo veritatem ex multis auctorum modis) ſequentibus aſſertionibus reſpondemus.Prima: qui alium aſſociat armatus,vel inermis,vt illi auxilium ſit,& defendat ; abſque dubio homicidio ſequuto , irregularis erit;etiam ſi nihil ipſe commiſerit.text. in c. Sicut dignum.§.Illi etiam.de Homic.Specu.tit. de Diſpenſat.§.Iuxta.verſi. Defenſione.

De aſſiſtentibus homicid.&c. Secunda Concluſio. Qui non aſſociauit,ſed tantum aſtitit homicidæ paratus defendere , ſi opus eſſet: homicidio ſequuto,irregularis erit : etiam ſi talis aſſiſtens diſſuaſerit homicidium.Secus ſi talis aſſocians, vel aſſiſtens præſens homicidio , non vt defenſor,vel fautor;ſed vt ſpectator; quia tunc nō fit irregularis,tex.in c.ſi.23.q.8.Et ita eſt intelligendus tex. in c.Sicut dignū.§.Clerico . de Homic.Hoſt. in d.§.illi.quem refert,& ſequitur Spec.ſup.§.Iuxta.verſi. Quid ſi aliquis vadit.Tab.Irregul.2.num.20. Armil.Irregul.num.54. Epiſcopus Scalenſ.c.9. verſi.Socius.

Sed

274 *De publica perſona aſſiſtentia.* SEd quid ſi talis aſſiſtens nō erat particularis, ſed publica perſona, vt Dominus, vel Gubernator alicuius loci, qui tale homicidium ſua præſentia factum impedire potuit, & non impediuit? Reſp. in hoc caſu, per ſolam illam præſentiam, eſſe irregularem. text. in d.c. ſi. 23. q. 3. Maiol. ſup. §. 3. num. 1. S. Anto. 3. par. tit. 28. c. 2. Nauar. c. 27. nu. 231. Quamuis Silu. Homic. 3. q. 2. verſi. Tertium. abſolutè, cum Archid. & Homic. 2. q. 5. contrarium dicat, & alii quos reprobat Nau.

275 *De Prælatis habētibus vtranq; iuriſdictionem.* VNde infertur ad quæſtionē. V. Prælatus (Papa excepto) habens in Diœceſi ſua vtrunq; gladium, ideſt, iuriſdictionē ſpiritualem, & temporalē, qui aſſiſtit executioni Homicidij, vel mutilationi factæ per ſuos Iudices ſæculares, fiat irregularis? Reſp. Affirmatiuè, ſi aſſiſtit quaſi auctoritatem præſtando Iudici, vel miniſtris; etiamſi nec verbo, vel ſcripto tali conſentiat executioni. tex. eſt in c. Ex literis. vbi Abb. de Exceſſ. prçla. Tab. Irreg. 2. nu. 5. Armil. eod. num. 20. Raym. Hoſt. Inno. & alii, quos refert, & ſequitur Summ. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 53. Glo. pulchra. verb. Sanguinis, per text. ibi. in c. Sententiam. de Cleric. vel Monac. Nauar. c. 25. nu. 111 Maiol. lib. 2. c. 6. num. 12. & 13. & libr. 5. c. 48. §. 3. Nicol. Ploue. de Irregul. reg. 20.

276 *De clericis aſſiſtētibus ſuſpendendo, uel decapitando.* ITem infertur. V. Clerici hominibus decapitandis, comburendis, furca ſuſpendendis, vel mutilandis aſſiſtentes, abſque vllo alio fauore conſilio &c. Sed ſola aſſiſtētia, ſint Irregulares? Reſpō. Quod quamuis quidā antiqui voluerint tales eſſe Irregulares, per ſolam aſſiſtentiam; Cōtrarium eſt verius, & tenendum; ſcilicet tales peccare grauiter facientes contra tex. in c. Sententiam ſanguinis. de Exceſſ. Prçlato. niſi iuſta cauſa Confeſſionis, conſolationis, vel Charitatis excuſet; non autem effici Irregulares, etiā ſi ex ſola curioſitate aſſiſtant. ita tenet Inn. in Gl. c. Sententiam. Ne Cler. vel Monac. Nicol. Ploue. reg. 6. Raym. & alij, quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. libr. 2. tit. 1. q. 22. Aſtenſ. & alij, quos refert, & ſequitur Silu. Homicidium. 3. q. 4. verſi. Tertium. Armil. Irregul. nu. 20. Maiol. libr. 2. c. 6. num. 12. & 13. Nauar. c 27. nu. 214. vbi dicit communem. text. c. Qui malos. 23. q. 5. S. Th. 2. 2. q. 60. arti. 6. pulchrè Sum. Confeſſ. ſup. q. 32. & dicit communiorem Epiſc. Scalenſ. c. 9.

QVæritur, quid dicatur in hac q. aſſiſtere ob curioſitatem? 276 *Aſſiſtere quid dicatur. &c.* Reſp. Quod quamuis non clare explicetur a Doctoribus; non iudicarem curioſitatem eſſe, ſi quis tantum animo videndi furem, vel cognoſcendum decapitandum, aſſiſtit, vel qui, vt audiat (ſi Lutheranus, vel alius hæreticus comburatur) errores ſuós ad cauēdum: vel gratia lucrādi indulgentias. Illum autem iudicarē curioſum, qui tantum adeſſet, vt aliquam pulchram mulierem occidēdam videret, vel vt verba aliqua ab executoribus iocosè ſolita dici, audiret.

ET quia de Hæretico comburendo mentionē fecimus, quæritur, vtrū portantes, & miniſtrantes ligna, vt talis comburatur, abſque vllo vindictæ, vel malo animo, ſed tantum ob zelū Fidei, ſint Irregulares? Reſp. Quòd quamuis aliqui abſolutè dicant, ꝙ ſic, vt Nicol. Ploue. De Irregul. Regul. 15. & alij: Intelligendum tamen eſt cum diſtinctione; quod vel ille erat 278 *De portantibus ligna ad comburēdum Hæreticum.*

viuus;

viuus; vel iam eſt ſtrangulatus; & mortuus, In primo caſu, quo erat viuus; Quicunque miniſtrauerit ignem, ligna, funem, ſcalam, clauum, gladium, vel quid ſimile: Irregularis efficietur: Spec. tit. de Diſpenſ. §. Iuxta. verſi. quid de ijs, qui propter. S. Ant. 3. par. titu. 29. c. 2. §. 4. Tab. Irreg. 4. nu. 23. Raym. & alij quos refert, & ſequitur Sum. Conf. lib. 2. tit. 1. q. 24 Silu. Homicid. 3. par. 7. verſi. decimum, & Armil. Irregul. nu. 61. Nauar. c. 27. nu. 217. dicens communem. In ſecundo autem caſu, quando iam erat mortuus, ſupradicta miniſtrans, nullã incurrit irregularitatem, ſecũdum Doctores, ſup. Nec ſilentio præter mittam D. Simonis Maioli in hac materia cautelam, qui ſup. nu. 5. ſic ait: Propterea ij viri religioſi, qui luminaria, & ſacras imagines poſt damnatos deferunt, (Hiſpani: los Confrades dela Sangre de Chriſto. Itali, Battuti vel confortatori) vt in mortis articulo eos ad ſalutem inſtruant, caute facient ſi ex ſuis luminaribus non concedant accendi ignem vnde dãnatus comburatur.

279 Nota cautelam pro iuuãtibus occidẽdũ.

280 De mendicantib infirmum.

QVid dicendum de infirmum medicante, curante, vel gubernante. vbi abſque Medicorum conſilio, vel licentia potum, cibum, vel aliquid etiam ex charitate conceſſit, vnde mortuus citius fuit? Reſpon. cum diſtinctione, quod ſi vere, & realiter, talia minime fuerũt in cauſa acceleran di mortem, nulla cenſetur Irregularitas incurſa. Si autem, Medicorum iudicio, infirmus, hac de cauſa, citius vita deceſſit; Irregularis iudicabitur. Quod ſi in dubiũ vertatur; deponat ſcrupulum, & ſapientis Confeſſoris conſilio in maiorem partem inclinet. Si vero cõiecturæ ſint manifeſtæ, ita quod citius iudicat affirmatiuam partem: tunc abſtineat: Quæ omnia (non ſic ordinata, & diſtincta) colligere poteris ex Nicol. Plou. de Irregul. Reg. 16. Raym. & alijs, quos refert, & ſequitur Summa Cõfeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 41. 42. & 39. Specu. tit. de Diſpenſat. §. Iuxta. verſi. Similiter cuſtodiens. Alber. verb. Homic. 3. Silu. homic. 2. q. 15. Armil. Irregularitas. nu. 48. Nauarr. c. 27. nu. 228. Maiolus. lib. 5. c. 48. §. 3. nume. 3. Ex quibus omnibus reſolutiue colligitur, quod non eſt cenſendus Irregularis, niſi quando dolo, vel notabili culpa id facit, nõ autem, quando bona fide.

QVæritur. Quid iudicandum ſit de caſu horribili, his noſtris temporibus viſo (& de aliis ſimilibus,) ſcilicet de illo, qui ob inueteratas inimicitias inimicum in agro repertum cuiuſdã arboris ſtipiti affixit, funibuſque alligauit, quem lupi rapaces, feręque aliæ uenientes deuorarunt? Reſp. abſque dubio eſſe irregularem, etiam ſi ioco id fecerit; quod a ſimili probat tex. in cap. Suſcepimus. de Homic. Abb. in cap. Præterea. de Cleric. percuſſor. Tab. uerb. Irregularitas. 3. nu. 6. Maiol. libr. 5. c. 48. §. 3. nu. 6. 281 De quodã alligato ſtipiti. &c.

QVid ſi multi rixantes ſimul, quilibet alium leuiter vulnerauit; poſtea tamen vulnerum multiplicatione moritur vulneratus? Reſp. Omnes eſſe irregulares paritate delicti. tex. in c. fi. 23. q. 8. Inn. in c. ſignificaſti. de homic. facit Bart. in l. vlt. ff. de Sicar. Silu. homicidium. 3. q. 6. verſ Tertium. Raym. de homic. verſi. Quid ſi plures. Alberic. homic. 4. circa finem. 282 De multis ſimul rixãtus.

Maio-

Maiolus. ſup.nu.7.Si autem in rixa vno vulnere moritur; neſcitur tamen,quis fecerit, Nicol.Ploue. reg.28.ait;non omnes eſſe irregu. ſed relinquendum conſcientiæ. ita Spec.in d.§.Iuxta. Hoſti. ſumma de homic. §. Qua pęna. licèt alij contra.

Ex quibus omnibus, & ſupradictis, poteris caſus ſimiles occurrentes declarate.

§. 6. DE HOMICIDIO vel mutilatione, ex omiſſione.

283 Oẽs tenemur proximũ defendere.

VNuſquiſque proximum defendere tenetur, vel ex lege Charitatis, uel Iuſtitiæ.Ideo cum vtroque caſu poſſit culpa ex negligentia omiſſionis oriri; videre oportet, quando ex tali omiſſione irregularitas incurratur. In qua materia Doctores variè ſcripſerũt,quidam largè,alij ſtrictè. S. Anton.n. lib.de Cenſuris. c. 97.Alberic.homicidium 1.Raym.& alij quos refert.Summa Confeſſ.lib.2.tit.1.q. 32. dicunt, illum qui proximum non defendit incurrere culpam homicidii, ſicut ipſe interficiẽs. ſecundum tex.in c Sicut dignum, §.Illi autem.de homic. c. Faciẽtis. 86.diſt.c.Non inferenda.vbi latiſſime Nauar.23.q.3.cum alijs. Qui omnes intelligendi ſunt quo ad culpam. De irregularitate tamen incurrenda aliter eſt dicendum. Pro quorum declaratione,ne omnes irregulares iudicemus,alioſq; innoxios, ab irregularitate dicamus,Auctorum opiniones in medium libuit proferre.Quorum aliqui, vt S.Anton.& Alberic. ſupra, & alij, abſolutè dixerunt: Quòd quiſquis non defenderit proximũ à morte,vel mutilatione, cum poſſit;nullam incurrit irregularitatẽ, quia tantum fuit peccatum omiſſionis, Sed hæc ſententia ſic generaliter dicta,nimis laxas habet habenas;ideoq; ne anſam alicui tribuat peccandi, erit aliquibus exẽplis infra declaranda.

ALij tenuerunt eos, qui in talẽ culpam omiſſionis inciderũt (quia peccarunt mortal.vt qui tacuit,vt in c.Epheſijs.43.diſt. & Iudices non reſiſtentes morti Chriſti.de quo tex.c. Nõ inferenda.23. q.3.& alius quilibet, qui ſine periculo ſuo poteſt, & non facit,peccat mortal.Aſten.lib.6. & titu. 14. quem refert, & ſequitur Sylu.homic.3.q.5.verſic.Quintum Armil. homic.nu.6.) eſſe irregulares.Specul.tit.de Diſpenſatione. §.Iuxta. verſi.Quid ſi potui.Ang.homic.1. nu.17 Syl.ſup. Quæ opinio nimis eſt rigoroſa; ideo pro ſupradictorum diſtinctione,& declaratione. 284 De peccantibus cõtra charitatẽ.

PRima ſit Concluſio: Omnis ille,qui lege Iuſtitię,quia dominus,Conſul,Iudex, Miniſter Iuſtitię(Hiſpane:Alguazil,Italicè,Bargelo) Dux, & alij ſimiles, tenetur alium defendere,& non defendit; ſequuta morte,vel mutilatione,erit irregularis, quia peccauit contra Iuſtitiam: & in hoc caſu procedit opinio ſecunda ſupradicta.Ita declarat,& tenet Nico.Ploue.de irregular.reg.20. & S.Th.2. 2.q.60.ar.6.& Raym.Hoſt.& alij, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ.lib.2.tit.1.q.32.verſi.Quidam tamen.Ang.Syl. & ſpec. ſup. & tenet Marian.Soc.in Repetit.c. Ad audientiam.q.7.in princ.q.95. vbi multa allegat. quem refert Tiraq.in tract.de pęnit. remit. cauſa 285 De peccantibus contra Iuſtitiã.

44.verſi.Nono.& declarat optimè Nauar.in Man.c.27.nu.231.verſi. Decimonono & c. 24.nu.16.Maiol.lib.5.c.48.§.5.nu.2.

286 Cõtra charit.nõ fiũt irregulares

SEcunda Cõcluſio. Omnis particularis perſona, quæ tantum Charitatis lege tenetur alium defendere; ſi propter negligentiã, ſoccordiam, ignauiam, vel perplexitatem, aut quia non vult (ſecundum Matth.18.) miſereri conſerui ſui, non defenderit proximum patientem; etiam ſi mutilatio, vel mors ſequatur; non erit irregularis; quamuis mortaliter peccabit contra legem Charitatis, ſecundũ Omnes.ſupra. Et ſic in hoc caſu, procedit, & eſt intelligenda prima opinio. S. Anton.& aliorum. Quod procedit etiam ſi ob bonũ, vel malum finem, interius gauderet de tali morte, vel mutilatione. Ratio eſt, quia talis nullo verbo, auxilio, facto, vel modo, ad homicidium concurrit; ſicut neceſſe eſt ad incurrendam irregularitatem; Nam ſolo iure naturali, & diuino tenetur quis alium defendere; nõ tamen iure Canonico, aut Ciuili, vt ex communi ſententia probat Decius.in l.Culpa caret. ff.de Regul.iuris quem refert, & ſequitur Maiol.ſupra.nu. 2.

Quo iure ſit proxim' defendendus.

288 Duobus caſib. incurritur contra charitatẽ.

QVæ Concluſio fallit duobus caſibus, primo, ſi non defendens, & interius gaudens, tale gaudium ſignis oſtenderet exterioribus ridendo, manibus plaudẽdo, &c. Quia tunc fieret irregularis, nam ob id homicida ſenſiſſet ſibi fauorabilem eſſe præſentem; vnde audacius deliquiſſet. Secundo Fallit, quando doloſè noluiſſet adiuuare, vt occideretur; nam tali caſu videretur irregularis, ſicut incurrit excommunicationem in c. Quantæ de ſenten. excomm. Et talis dolus ſufficeret ſi probaretur ex coniecturis. Abb. in d.cap. quantæ.ubi hoc apertiſſimè dicit.

EX quibus concluſionibus, & regulis ſic declaratis, poteris decidere qualiter filius, vaſallus, ſeruus, & omnes illi, qui iuramento aliquo, vel obligatione tenentur, fiant irregulares omittendo defenſionem illis caſibus, quibus poſſunt, & licet. 829 Qualiter filij, vaſalli, ſerui, &c.

§. 7. DE RATVM Habente, & acceptante homicidium.

DE hac materia ratihabitionis acturi; duo principalia aſſerta præmittamus neceſſe eſt. Primum eſt; Quod ratum fieri, haberiuè aliquid in alterius damnum non poteſt: eſt communis opinio, quam refert; & ſequitur Dec.conſil.247 num.5.Curt.Iun.conſi.76. nu.6.Emanuel Soarez.in Theſauro.litera R.nu.12.& alij.Secundũ: quòd nec illud, quod tuo nomine geſtum eſt, ratum eo tempore habere poteris, quo amplius geri ipſum non poterat. Communis opinio quam refert, & ſequitur Ant. Gomez.in lib.45.Vari.nu.53. Soarez, ſupra.nu.12. 290 Ratum haberi aliqd q̃ poſſit.

EX quibus fundamentis infertur ad quæſtionem nimis dubiam. V. Ille, qui mente tantum approbat homicidium ſuo nomine factum, illo tamen omnino ignorante, ſit irregularis? Reſp. In hac quæſtione duas eſſe contrarias opiniones. Sylu.enim.verbo: Homic. 1.§.7.verſi.quintum, & de ratificante ſuam rebaptizationem. idẽ 291 De approbante homicidium mente tm̃.

dicit;

dicit; verbo.irregularitas.§.4.Nauar.c.27.nu.233.Maiolus. lib.5.c. 48.§.6.nu.1.& alij. dicũt quod ſic.

292 *Reſtitutio ex ratihabitione.* QVæ opinio confirmatur primo. Quia per ſolam ratihabitionem tenetur quis ad reſtitutionem: vt tradit Nauar.c.17. numero 133.

293 *De ratũ habente percuſſionem clerici,&c.* SEcundo. Quia ſi quis nomine tuo clericum aliquem, vel religioſum percuſſerit, vel manus tantum violentas in eum iniecerit & poſtea ratum habueris, eo ipſo excommunicatus exiſtis, ſicut is, qui percuſſit.text.in c.Cum quis. De ſenten.excommu.lib.6.Sed in hoc differt excommunicatio ab irregularitate, quod ad incurrendam irregularitatẽ ſufficit actus interior cordis. Ad incurrendam vero excommunicationem requiritur ſignum aliquod exterius talis ratihabitionis. Armill.verbo: Ratihabitio.nu.6.Sylu. ſupra.

294 *De eodem.* TErtio, confirmatur ex dicto Spec.in c. Quinque. de ſent. excommu. lib.6.in hæc verba: Si quis tuo nomine grauamen intulerit rebus, vel negotijs iudicis eccleſiaſtici: ſi id tu ratum habueris excommunicationem incurris.

295 *De offenſione facta Cardinali, &c.* QVarto, Ex text.in capit. Fœlicis de pœnis. lib. 6. Vbi offenſiones factæ in perſonis Cardinalium ſi quis ratas habeat, ipſe & proles, vſque in ſecundam generationem excluditur ab Ordinibus, beneficiis, & dignitatibus, ac per omnes ij irregulares exiſtunt.

296 *De offenſione facta Epiſcopo.* QVinto, confirmatur ex text. in Clemen.1.de pœnis, Vbi ſi quis offenſionem Epiſcopo factam, ratam habuerit, ipſe, ac proles vſque in ſecundam generationem irregulares fiunt, ne promoueri, aut promoti exercere poſſint, & de hoc etiam Hoſtien. quem refert, & ſequitur Tab. & Aſtenſ.lib.6.tit.14.

297 *Infamia, & Scãdalũ quã inducit irregularitatem.* QVæ opinio, maximè tunc procedet, quando ex tali ratihabitione ſcandalum graue apud viros graues orritur; Quia ſcandalum ſolum, infamiaque ipſa irregularitatem inducit, vt tradit Spec.tit. de diſpenſat.§. Iuxta.verſic.Sed quid ſi agent, & alij, quos refert, & ſequitur Maiol.d.c.48.§.6.nu. 4. pro quibus facit tex.in argum.in c.Ex literis.de Homic. & c.tua. de Cleric.ægrot.

298 *Ratihabitio ſcandaloſa.* SCandaloſa verò in hac materia ratihabitio diceretur turpis, & omnibus odioſa; quando.ſ.allato capite,mẽbro, vel ſpolio alio inimici occiſi ad te, tua cõtemplatione,tu ſuſcipias.Et longe erit ſcandaloſius ſi præmium dederis afferenti tale membrum,vel afferenti nuntium mortis, iuxta. c.18.Regum. 2.etiam ſi de homicidio,& de præmio nihil dixeris.

299 *Ratihabitio percuſſionis Clerici quid inducat.* SVpradictis tamen non obſtantibus, quia dicta opinio multis doctoribus abſolute nõ placet,vt ſentit Specu.ſupra. Abb.& Gloſſ.in cap. 1. de Conuer. Infid. Gloſſ.in cap.Si qua viuente. 31.q. 1.Gloſſ.in cap.Si quis viduam.50. diſtin.Tabien.verb. Irregularitas. 2.nu.7. probabilius eſt, & tutum in conſcientia, quod quamuis ratihabitio percuſſionis Clerici inducat excommunicationem; quia ea complacentia eſt ſacrilega. capit. Cum quis.de ſenten.excommuni. lib.6.Nauar.c.27.nu.78.non tamẽ inducit irregularitatem,quæ in iure talis dicitur, vt tenet Hoſt. Archid. Ange. & alij quos refert Sylue.ſup.in verſi.Quintum. Armill.

irregularitas.

irregularitas.nu.22. Specul.ſupra. tradit latè Couar. in Clem. Si furioſus.2.par.§.1.nu.4. Nicol.Plou. de irregularit.Reg.29.

AD Contraria autem eſt Reſp. Primo.Quod procedant, quã do mutilatio, vel homicidium factum fuit nomine illius qui poſtea ratum habuit,quia tunc præſumitur mandaſſe, omnes ſupra.

300 *Ex vi ratihabitionis an ſit reſtituendum.*

SEcundo,Reſp.Quod quamuis in foro exteriori obligetur q̃s ad reſtitutionem, propter ratihabitionem, quia præſumitur mandans,vt ait Nauar. Ang.Sylu. ſupra.& latè Anto.Gab.to.1.Commun.opinion. pag.628.verb.Facere,& mãdare, & melius pag.941. col.2.verb.Ratificans. Placa.lib.1. Delictorum.ca.18. In foro tamen conſcientiæ nihil tenetur reſtituere ex vi ratihabitionis. Ratio eſt: quia ratihabitio ſubſequuta,nihil influxit in damnum prius illatum.

301 *Duo requiſita in ratihabitione.*

TErtio,Reſp.Reſolutiue,quod ad hoc vt irregularitas ratum habêri imputetur;oportet vt duo concurrant. Primum,quod homicidium nomine meo ſit factum. Secundum quod factum ſit ab illo, cui ante præcipere poteram. Quæ ratihabtio, his duobus concurrentibus, mandato comparatur.text.in c.Ratihabitionem. Iuncto.c.Ratum. de regu.iur.lib.6.& c.Cum quis. de ſent. excom.eod. lib.Facit gl.in c. Omnes.17.q.4.& aliàs non: vt reſoluit Nauar.d.nu. 233.Armil.d.nu.24.& in hoc inclinat Maiol. ſup. & eſt communis opinio,quam ex Aret. Conſi. 163. nu.3.refert, & ſequitur Emanuel Soarez.ſupra nume. 13.Theſauro litera.R.

302 *De occultãtibus, vel ceptantib. homicidã.*

QVæritur.V.Occultas, & receptans, vel defendens homicidas incurrat irregularitatem hanc ratihabitionis? Reſp. Diſtinguendo, quod homicidæ duobus modis conſiderantur, Quidam enim ſunt homicidæ, qui in rixa, odio, vel alio caſu proximum interfecerunt.Et tales homicidas defendẽs, occultans, vel receptans conſanguinitate,amicitia, vel charitate; ne ab aliis occidantur, vel à miniſtris Iuſtitiæ capiantur, nullã incurrit irregularitatẽ. Alii ſunt homicidæ,quos Latini, & Itali Aſſaſſinos(Hiſpani. Salteadores de Caminos) vocant, & tales etiam ſi nullum occiderint, quocunq; colore,etiam charitatis acceptantes, occultantes,vel defendẽtes, incurrunt irregularitatem. vt ex tex.in c.Pro humani.de homic. lib. 6. & Spec.tit.de diſpenſat. §.Iuxta. verſi.duodecimo,tradit Maiol.ſupra. nu.7.Ratio,quia Aſſaſſini ſunt diffidati; ideo illis omnis pietas interdicta.Et de his ſatis.

De Aſſaſſinis.

DE QVINTA Specie irregularitatis, quam ex defectu, vel ob defectum perfectæ lenitatis,appellant.

303 NE per ignota ꝓcedamus, vt aliqui hanc irregularitatẽ ſcribentes, nec cauſam declarãtes fecerunt? Quæritur.Quid ſignificent hæc verba: ob defectum perfectæ lenitatis? Reſp. Quòd cũ omnes teneamur Chriſtum

Chriſtum imitari, vt Paul. 1. Corint. 4. faciebat. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti; Qui Matth. 11. dicebat: Diſcite à me, quia mitis ſum, &c. Quotienſcunque quis perfectè lenis non fuerit & mitis, dicitur hanc irregularitatem contrahere. Noxius, & crudelis ille dicitur, qui proximum ob vindictam, vel quocunq; alio culpabili modo occiderit, vel mandauerit &c. vt ſupradictum eſt, Qui autem in morte alicuius conſentit, Iudicando, ſcribendo, teſtificando, &c. etiam iuſtè, & cum merito, & zelo Dei, & Iuſtitiæ; Ille dicitur perfectam non habere lenitatem, miſericordiam, & manſuetudinem, quo ad hunc ſenſum, quod promoueri ad Sacros Ordines nequeat.

Defectus perfectę lenitatis qd.

304 ET quia ſupra multos caſus huc pertinẽtes tetigimus, ſcilicet, De Inquiſitore tradente reũ brachio ſæculari; De Iudice, Domino, Prælato, & aliis perſonis publicis, non defendentibus; ligna, & alia ad Hæreticum comburendum portantibus. De aſſiſtẽtibus iudicio ſanguinis, &c. pro aliis ſimilibus caſibus poteris conſulere Nauarrum. c. 27. nu. 206. Sylue. Armil. & alios, maximè Epiſcopum Scalenſem. de irreg. c. 9. ſpecie. 2.

De caſibus in quibus datur defectus perfectæ lenitatis.

305 DE irregularitate, quæ contrahitur recipiẽdo Ordines ante legitimam ætatem, Extra tempora, vel ſine dimiſſoriis, habes ſupra in 1. par. de Sacram. Ordinis. nu. 37. Vbi latè. Et de exercente illos in excommunicatione, vel ſuſpenſ. ſupra. de excommu. nume. 33. 34. & 35.

306 DE ordinato à non ſuo Epiſcopo, vide ibid. nu. 38.

DE ordinato cum titulo ficto, An ſit ſuſpenſus, uel irregularis &c. vide ſup. in 2. parte de ſuſpenſ. vbi latiſſime, & melius omnibus. 307

DE Vltramontanis, vel Citramontanis ordinatis a nõ ſuo Epiſcopo, diximus. ſup. de Sacramento Ordinis. nu. 38. 308

ET reſolutiuè in quibus caſibus (communiter loquendo) incurratur irregularitas, uide qnquaginta, & vnam regulas poſitas a Nicolao Ploue. & caſus, quos ponunt Summiſtæ. maximè Armill. nu. 85. & Nauar. c. 27. 309

DE ABSOLVTIONE A peccato homicidii, & diſpenſatione in eius irregularitate.

QVæritur. Quis poſſit homicidam abſoluere, & ſuper eius irregularitate diſpenſare? Reſp. In homicidio duo inueniri, peccatũ, ſcilicet, & pœnam irregularitatis, inde ſequutam. De primo, ſ. de homicidii peccato, talis ſit concluſio quilibet Parochus, vel alius ſacerdos ad audiendas confeſſiones approbatus, poteſt (niſi Epiſcopus ſibi reſeruauerit, vt ſemper ſolet) à peccato homicidii, etiam voluntarij, abſoluere. Patet hoc de iure Diuino: Quorum remiſeritis peccata &c. vt ſupra diximus. Secundo, quia quilibet Sacerdos, iure Diuino, habet auctoritatem ab omnibus abſoluendi; niſi talis auctoritas ſibi a Prælato impediatur. vt ſup. de abſolutione diximus. Tertio, quia quemadmodum ibidem diximus, ab omnibus Papæ reſeruatis, ſublata cenſura annexa, poterit

310 In homicidio duo inueniũtur, &c.

Homicidij peccatum a quo abſoluatur.

De peccatis Papę reſeruatis.

terit ſacerdos quilibet abſoluere ita hic, ab omni homicidio ſublata Epiſcopi reſeruatione, vide de hoc text.in c.Omnis. de pœnit.& remiſ. & omnes communiter. verbo: Abſolutio.

311 DE Secundo autem. ſ. de diſpenſatione in homicidii irregularitate; pauca dicemus quibus omnem rem neceſſariam tãgemus; vt tandem vniuerſo operi finem imponamus irregularitatum.

Omnes irregularitates diſpẽſabiles, &c.

Primo, De hac, & de omnibus aliis irregularitatibus Nota; quod quacunq; quis ſit cenſura innodatus, atq; irregularitate inuolutus, poterit (vt infra dicemus) remediũ à Sancta, ac Pia Matre Eccleſia expectare, ſalua vna irregularitatis ſpecie, quæ omnino indiſpenſabilis eſt: illa, ſcilicet quæ ſurgit ex impoſſibilitate, vt in Cœco, Muto, Surdo, manibus carente &c. in quibus non eſt ſperanda Eccleſiaſtica medela. vt ait S.Tho.3.par.q.82.ar.vlt.ad 3.& in 4.ſent. diſt.25. q.2.in fi.quem refert, & ſequitur Maio.lib.5.c.51.nu.1.

DE DISPENSATIONIBUS Papæ reſeruatis.

312 V. Papa poſſit in homicidio uolũtario diſpẽſare.

DVbiũ principale in hac materia erat, V. Papa poſſit cum homicida diſpenſare voluntario, q videtur contra Apoſtolum: Tamẽ quia idem iudicium eſt, ac de Bigamia (vt ſupra. de Bigamia declarauimus) Reſolutiue dicendum Papam in hac homicidii voluntarij irregularitate, ſicut in omnib⁹ alijs, diſpenſarẽ poſſe. Spec.tit.de Diſpenſatione.§.iuxta. verſi.Papa autem in omnibus. gl.in c.1.de cõſec.diſt.1. Sylu. Homicidium.3.q. 8.verſi.Secundum. Glo. in c.Sicut dignum.de homic. vbi Abb & eſt Communis opinió per Sylue.ſup. Anchar. in Clem. 1.de homic.vbi Cardi.col.6. Abb.in c.Ego. de iure iur.& omnes. verbo. Papa. Turre Crem.Aug.de Anchona.Victoria. & alij. in tractatu de poteſtate Papæ.Nauar.c.27.nu.240.

313 Vox irrecuperabiliter &c.

QVod in tantum procedit; quòd etiam ſi in aliquo Cõcilio, Decreto, vel ſedis Apoſtolicæ deciſione inueniretur verbum: irrecuperabiliter? Nihilominus tamen Papa diſpenſare poterit, ſecundùm communem, quam refert, & ſequitur Abb.in c.Super eo.de Schiſm.Borgaſ.de Diſpenſatione.2.p.tit. De different. nu. 13. Ratio eſt, quia Papa plenariam habet poteſtatẽ ſuper omne ius poſitiuum.tex.in c.Propoſuit. de Conceſ.Præb.Spec.ſupra.Sylu. verbo. Irregul.verſi.ſi.Et nota quod quãuis Papa in omnibus diſpenſare poſſit, aliquæ tamen certæ irregularitates ſibi reſeruantur, quæ Epiſcopis non conceduntur: nam irregularitates Illegitimitatis, Bigamiæ, publicæ, vel ſolemnis pœnitentiæ, infamiæ, Illiteraturæ, ætatis, Neophitorum, & aliarum ſimilium Papæ ſoli reſeruantur, vt ſupra in diuerſis locis patet, & eſt Gl.in c.Miror.50.diſt. & ita ſerua in Curia, ſecundum Arch.in c.Nõ confidat.50.diſt. vbi bonus tex.& alius in c. Cum æterni. de Iudiciis in 6.vide.Tabien. Diſpenſatio. num. 13. verſic. 17. Maiol.li. 5.c. 51.nu.3.

Papa ſuper omne ius Canon.

DE

DE DISPENSATIONIbus Epiſcopo reſeruatis.

314 QVemadmodum Papa in omnibus irregularitatibus quomodolibet incurſis pōt diſpenſare; ſic Eps poteſt primo in omnibus irregularitatibus, ex delicto occulto prouenientibus (excepto homicidio voluntario etiā occultiſſimo,) dummodo talia delicta non ſint deducta in iudicium: per Concil. Trid. ſeſſ.24.de refor.c.6.& Seſſ. 14.c.7. de refor.& tradūt oēs illi, qui poſt dictū Cōc.ſcripſere. Naua. Maiol. Epiſco.Scalenſ. Ledeſ. & tandem Cordu.in ſum. q.41.fol.97.& 99. quod fallit hodie in caſibus contētis in bullā Sixti V. de q̄bus infra.

315 Occultum quid. OCcultū autem, (vt ſupra diximus) in hac materia, illud eſt, de iure cōi, quod opponit̃ notorio, & manifeſto; adeò quod delicta nō notoria, nec in iudicium deducta, etiam ſi ſint nota multis poſſunt dici occulta, vt tradit apertè Sylu. verb. Lex. q.13. verſi. Decimotertio in fi. quem refert, & ſequtur Maiol. lib.5.c.51.nu.4. probat Nauar.c.27.nu.241.§.1.& melius. nu.250.§.10.& 11.vbi ait non ſufficere, vt actus ſit publicus, niſi ſit notorius per maiorem partem viciniæ, in qua ſaltem reperiuntur decem viri.

316 Eps diſpēſat in oib. nō prohibitis. SEcundo, Epiſcopi abſolute diſpenſare poſſunt in omnibus illis caſibus in quibus expreſſè diſpenſatio non eſt illis prohibita vt probat Gloſſ. in c. At ſi clerici. §. De adulteriis. uerbo: Diſpenſare. de Iudic. Hug. in capit. Si quis presbyter. 50. diſt. Io. Laurē. Tancred. Bern. & Spec. in tit. de Diſpēſat. §. iuxta. verſi. Nunc de Epōrū. Archid. in c. De promiſſis. 50. diſt. Hoſti. & alij, quos refert, & ſequitur. Nicol. Ploue. de Irregul, ad finem. verſi. Circa diſpenſationem. & Sum. Confeſ. lib.3. tit. 19. de lapſis. c.4. qui dicunt hanc eſſe Communiorem. Ange. Sylue. Armil. & alii; verbo, Irregularitas. & verbo: Epiſcopus, & Diſpenſat. Nauar. c. 25. nu.74. Maiol. lib.5. ca. 51. nu.4. Quāmuis contrarium tenuerint alij, quos refert, & reprobat Plou. & Sum. Confeſ. ſupra qui dicebāt Epiſcopum tantum poſſe diſpēſare in omnibus iis caſibus, qui expreſſe ſibi à iure conceduntur, inter quos erat Io. de Deo. Gulie. Nazon. Inno. & Goffredus.

317 Diſpenſat quoad minores ordines. TErtio, Epiſcopis cōceditur diſpenſatio ſuper quacunq; irregularitate, quo ad ſolos minores ordines obtinendos: iuxta notata per Doct. in c. Ad audientiam de Homic. excepto cū homicida voluntario, etiā occulto, per Cōc. Trid. ſeſſ.14.c.7. de refor. & tradit Nauar. infra. Nā, etſi cuiuſlibet ordinis executio indebita propter ſuſpenſionem, vel excommunicationem inducat irregularitatē per ſolum Papam diſpenſandā; tamen ſi fuerit ex adminiſtratione indebita Ordinum minorum, ab Epiſcopo diſpenſari poſſet, ſecūdum Spec. tit. de Diſpenſatione. Iuxta. verſi. Quid ſi Diaconus. quem refert, & ſequitur Maiol. l.5.c.51. nu.4. Nauar. c.27. nu.240. in fin.

318 Epiſc. diſpēſat in homicid. caſuali. QVarto, Poterit Epiſcopus diſpēſare in homicidio caſuali, vt patet clare in Concil. Trid. ſeſſ.14.c.7. & tradit optime Nauar. c.27. nu.240. Epiſc. Scalenſ. de irregul. in fine. Maiol. & alij.

319 V. Diſpẽſet in homicidio facto indefenſionem.

QVæritur. Quid ſi aliquis alium occidit, non quidem ſimpliciter voluntarie, ſed vim vi repellendo, excedens moderamen inculpatæ tutelæ, vel caſu aliquo culpabili; Vtrum Epiſcopus poſſit cũ tali diſpenſare? Reſp. Quod aut talis eſt Laicus, vel Clericus; Si laicus eſt poterit cum tali diſpẽſare ad minores Ordines, & vnũ beneficium ſimplex. Si autem clericus eſt, & Curatum habet, poterit diſpenſare vt retineat Curatũ cum fructibus, quo priuari poterat. Ita ſentit Nauarr. c. 26. nu. 240. tenet Couar. Clem. Si furioſus. 2. par. §. 3. num. 5. cùm Panor. Soc. & alijs.

320 Homic. diſ q̃no dicať uolũtariũ.

FAcit etiam, Quia homicidiũ voluntariũ in iure non dicitˊ, niſi directè fit volitũ, & de induſtria, vt ex ipſius voce, volũtariũ, patet. & tradit Nauar. ſup ex Cõcil. Trid. Seſſ. 14. c. 7. de refor. & facit lectura Didaci Perez. in rubr. tit. 13. de Homicidio lib. 8. Ordinamenti. pag. 256. Anton. Gabr. to. 1. communium opin. pag. 895. col. 1. Couar. lib. 2. Variarum. ca. 2. nu. 7. Cord. in Quæſtionario. q. 43. dub. 3. Minchac. lib. Controuerſiarum Illuſtrium. c. 19. nu. 22.

321 QVibus non obſtantibus, valde probabilem, & in praxi tutã arbitrantur aliqui Moderniores contrariã ſententiã, Immò ꝙ Epiſcopus diſpenſare poſſit in dicto homicidio, & quocunq; alio non ſimpliciter voluntario. Probatur, quia Concil. Trid. Seſſ. 24. c. 6. generaliter concedit Epiſcepo omnem irregularitatem, quæ procedit ex delicto, dicens: excepto homicidio volũtario, ſed hęc ita ſe habent, ergo? Probatur minor, quia qui caſu occidit, non ob aliud fit irregularis, niſi propter culpam. Si. n. prorſus excuſaretur à culpa, eſſetq; mere caſuale: nullam incurret irregularitatẽ: Confirmatur Primo. Quia Conc. Trid. ſupra, tantum excipit homicidium voluntarium; exceptio autem firmat regulam, ergo cõcedit circa reliqua homicidia ex culpa. 322 Exceptio firmat regulã

Confirmatur Secundo, In eo qui caſu occidit non eſt defectus perfectæ lenitatis, neq; dicitur crudelis, quia voluntariè nolebat occidere; At Iudex, qui iuſtè occidit, habet defectũ perfectæ lenitatis, quia voluntariè, & directè vult occidere: vt tenet expreſsè Didacus Perez. ſup. & colligitur ex Nauar. c. 27. nu. 194. §. 7. & nu. 217. in fin. 323 V. Qui caſu occ dit habeat defectum perfectę lenitatis.

TErtio, Quòd ante Conc. Triden. Epiſcopus diſpenſabat cum homicida voluntario occulto, vt miniſtraret in Ordinibus ſuſceptis, etiã ſacris. vt tenet Archi. Federicus, Anch. & Angelus, quos refert Syl. verb. Homicidium. 3. q. 8. verſi. Quarto. inſinuat Panor. cũ quibus tranſit Couar. ſupra. nu. 4. col. 1. & 4. inſinuat. nu. 5. ad fin. idẽ tenet Vincen. de Laud. ergo ſatis bene poteſt dici, poſſe Epiſcopum cum tali diſpenſare. 324 Ep. qd oli cũ homicida uoluntario.

QVæritur Vtrum nunc, ſtante Sacro Trid. Concil. Seſſ. 14. c. 7. de refor. ſeſ. 24. c. 6. poſſit Epiſcopus diſpenſare cum homicida omnino occulto, immò occultiſſimo, vt ſacris poſſit initiari Ordinibus? Reſp. Primo, Ante Concil. ſupra, Diuerſa erat inter Doctores ſententia. Vincentius enim. Laud. & alij, quos refert. & ſequitur Ange. verb. Homicid. 5. num. 1. & Alfonſus à Caſtro. l. b. 2. de Lege pœnali, & alij, quos referr Cõuar. in Cle. Si furioſus. 2. pàr. §. 3. 325 V Nũc poſ lit in occultiſſimo.

nume.

numer. 6.& Corduba.in Summa, quæſtione 41.& in Quæſtionario Theologico. q. 35. affirmant. Faciunt fortiter multa tradita à ſumma Confeſſor.libro 3.titu.29.quęſtione 4.

Contrariam ſententiam tenet omnis alia Doctorum Schola, ut ex d.Concil probat Nauarr.capit. 27.nume.192.§.7.& nume.240.& dicit communem, & veriorem Corduba.ſupra.

Secundo. Reſpon.tentari poſſe primam ſententiam (ſub Sanctæ Eccleſiæ correctione) practicari poſſe; ſi dicamus quod Cōcilium nihil ſubtrahere voluit ex ijs,quę Epiſcopus antea habebat, ſed tantum exprimere, ne in hac noua cōceſſione extēdatur ad homicidiū ſibi non conceſſum, ſed tene communem.

DE DISPENSATIONE Quo ad Fratres.

326 Religionū ſuperiores qd poſſint circa irregularitates &c.

De qua materia licèt pauca dicemus, ſubſtantialia tamen omnia his concluſionibus declarare non omittemus.

Prima Concluſio. Superiores Religionum Mendicantium, & omnes alij ſuis priuilegiis fruentes poſſunt cum ſuis fratribus profeſſis,in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, & Bigamia diſpenſare. habetur in Cōpendio Priuileg.verbo.Abſolutio, quo ad Fratres. & verb.Diſpenſatio; Indulgentia; interdictum; & & Priuilegia; & tradit Corduba, in Quæſtionario,libro primo,quęſtione 30.

Ex qua Concluſione Infertur ad Quæſtionem: ſcilicet, V. Prælatus Religionis poſſit diſpenſare cum Nouitio, vel profeſſo, qui alium occidit,non tamen dicetè voluntariè? Reſpon. Quod, quamuis Sylue. verb. Irregularitas.§.28.neget; & Villadiego, & alij, quos refert, & ſequitur Couar.in Clement. Si furioſus. 1.parte §.2.numero ſexto,in fine,dicat: Irregularitatem profeſſione non tolli,niſi à iure concedatur; ſed fauore religionis facilius concedi; Alijs tamen videtur tutum, & in praxi ſeruandum, quod ſi fuit occiſio iuſta,vt à Iudice,vel à Milite in bello iuſto, & ſimilibus,poſſit talis Religionis Prælatus diſpenſare,tenet Caiet. verb. Irregularitas.Nauar.in Manual. Hiſpano.c. 27.nu.240.Cordu.in ſum.q.34.Armil.verb.Irregularitas, nu. 13.& Polanco in Directorio, titulo de irregularitate, & ſic fuit in facti contingentia reſolutum in Sacra pœnitentiaria Romæ. 327 V. Poſſit cum homicida nō voluntario &c.

Ratio eſt. Quia tale non dicitur abſolutè homicidium,vt trad't S.Th.1.2.q.88.ar. 6.ad 3.Caiet.Nauar.& alij,& Magiſter Penna 2.2.q.40.art.1. 328

Nec mirum ſi in tali homicidio iuſto poſſit diſpenſare; cū etiam poſſit cū Religioſo caſuale homicidium ex aliqua culpa committenti diſpenſare, ut tenet Caiet.2.2.q.65.artic.3.ad 3. quem refert,& ſequitur Didacus Perez. in Rubricà de Homicidio.titu.13. lib.8.Ordinam.ſupra.ſecunda parte.§.in fin Cordub.Summa. q.34. S.Anton.lib.de Cenſuris,c.95.quā refert,& ſequitur Maiol. lib.5.capitul.51.num.12.& tangit Nauar. c.26.nu.13. 329 V. Cum homicida caſuali?

330 Conſilium pro diſpenſatione facienda per Bullã &c.

QVando autem diſpenſatio Irregularitatis facienda ſit ratione Bullæ Iubilæi,uel alicuius Cõfraternitatis, unuſquiſq; uiros conſulat doctos,atq, prudẽtes,qui, quando caſus occurrerit, uidebunt ad quid ſe talis Bulla, Iubileus,uel priuilegia extendant.

331 V. nomine pœnarũ veniat;Irregularitas?

QVapropter illud eſt Notandũ, quod quotieſcunque apponitur in Bullis, Priuilegijs, Iubileis,& aliis Apoſtolicis conceſſionibus,quod per illas poſſit quis ab ſolui ab omnibus Cenſuris, & pœnis,nunquam ſub tali generali cõceſſione intelligitur diſpenſatio Irregularitatis; niſi talis Bulla id clarè exprimat,ut ex Domi. Alex. Villa Diego,& aliis,probat latè Nau. c.27.nu.194.& 250.Ledeſ.2.par.q. 26.arti.2.ad fi. & colligitur ex Soto,lib.5.de Iuſt. & iur.q.1.art.4.& tenet Communis Canoniſtarũ, & generalis Curiæ Romanæ ſtylus.

332 Sub generali diſpenſatione nõ uenit Irregularitas homicidij, &c.

IMmo, quod etiam ſi in tali Bulla,vel Iubileo concedatur facultas diſpenſandi in omni Irregularitate (ut Anno 1566. conceſſit S. D.Pius Papa V.his verbis,& a quibuſuis Irregularitatibus quomodolibet incurſis) non intelligitur conceſſa Irregularitas homicidij uolũtarij,& Bigamię, Quia in generali conceſſione nõ ueniunt ea, quæ Papa ſibi ſolet tantum reſeruare,ut ſup.in prima parte,De Abſolutione ab Hæreſi probauimus, & tenet ſtylus Curiæ Romanæ,& (me præſente in facti contingentia) fuit ſic a grauiſſimis Doctoribus determinatum Salmanticæ, quamuis alij Doct.contradicant.

333 Conſilium pro te. porte Iubilei

ERit autem tempore talis generalis conceſſionis optima cautela, Si unuſquiſque fecerit ſe abſoluere,& diſpenſare ſecũ in quacunque Irregularitate, etiam ſibi ignota, quia ſi tranſacto illo tempore Bullæ, uel Iubilæi,recordaretur alicuius irregularitatis; poterit a ſuo ordinario Confeſſore directè diſpenſari in illa. Nauarr.c.26. nu.16.Couar.in c.Alma de Sentẽ. Excom.in 6.1.par.§.11.nu.12.Cor dub.lib.5.q.39.

Finis de Irregularitate.

DE CESSATIONE a Diuinis reſolutio.

CEſſatio a Diuinis eſt ſuſpenſio organorum Diuinæ laudis, in aliquem locũ decreta ex cauſa ardua, donec ſatisfiat. c.Irrefragabilis.§.Cæterum,de Officio Ordin.cap.Dilectis, verſicul. verum, de Appellat.c.Non eſt vobis, de ſponſal.c.Si Canonici,cap. Quamuis,de Offic.Ordin.lib.6.& ubique Communis, Sot.4.diſt.22. q.3.arti.2.nu.1.Silu. & alii,uerbo, Ceſſatio,& omnes. 1 Ceſſatio a Diuinis qd

CEſſatio dicitur de Diuinis Officijs,& Miſſa.c.Presbyter.c. Dolentes,de celebr.Miſſ. nec intelligitur de omnibus contentis in Miſſali,& Breuiario, ſed de ijs, q̃ ſolemniter celebrãtur.Margallus, de Horis Can.fol.19. pag.1.contra Silu.Interdictum.5.q.3. 2 Ceſſatio, quæ cõprehendat?

CVm ceſſatio ſit tantum ad tẽpus,eo tranſacto non erit neceſſaria abſolutio poſt ſatisfactionem, quia cenſura poſita ad tempus expirat tranſacto tempore,ſine Iudicis relaxatione. capitu.primo.verbo.Per menſem. de Sententia Excommunicat.6. vbi Gloſſ.& in Clementi.prima,uerbo.Donec; de Decim.Communis per Couar. cap.Alma. prima parte.§.vndecimo, 3 V. ſit neceſſaria Abſolutio, &c.

mo,num.5.Nauar.c.27.num.163. Idem de ſuſpenſione.

4 *Ceſſatio duplex.* CEſſatio eſt duplex, generalis, vt quando in vniuerſo Regno, Prouincia, vel Ciuitate Ceſſatur a Diuinis, facit cap.Non eſt vobis.de ſponſ.Peruſin. in c.ſi Canonici, in principio ſuper Glo.verb. Ceſſare de Offic.Ordina. in ſexto. D.Anton.3.parte,titu. 26.cap.2.in princi.& §.1.adeò, quod ſi in tota vna Ciuitate, vel municipio tantum ſit vna Eccleſia, dicetur generalis Ceſſatio.Cald. in tit.de Eccleſiaſt. interdict.num.12. Alia dicetur ſpecialis, ut quando in una Eccleſia tantum, uel in duabus Diuina interdicuntur. facit Clementina prima, verſic. in Ceſſationibus cum Gloſſa,ibi,verbo,in generalibus, de ſententia Excommuni. De qua diſtinctione vide Domini.Prępoſ.Francum,& alios, in dicto capitulo,ſi Canonici. Silu.verb. Ceſſatio.nu.1. Nauarr.c.27.nũ.188.& omnes moderni.

5 *Ceſſatio, & interdictum olim confundebantur.* CEſſatio, & Interdictum olim confundebantur, probat tex. cap.Non eſt vobis. de Sponſal.vbi Abb.Innoc.num.8.Sotus.4. diſtin. 22.q.3.arti.1.Hodie tamen in multis differunt, poſt text.in c.Alma. de Sententia Excommunic.6.quarum aliquæ differentiæ ponuntur ab Abb.in c.Dilectus,num.1.Ioan. And.nu.6.de Eccleſ.interd.Nauar. c.27.nume.188.Couar. in c.Alma. 2.par.§.2.Sot.4. diſt. 22.q.3.arti.1. Siluestr. Interdictum. 1.q.1.Gloſſ. in.Pragmat.Sanction.titu. de Ignorantibus cultum Diuinum,verbo, Ceſſetur.

6 *V. Tempore Ceſſation. generalis liceat celebrare, &c.* VTrum tempore Ceſſationis generalis a Diuinis, liceat celebrare, ſicut in generali Interdicto,ſeruata forma.c.Alma. de ſenten.Excom.6.Reſpõ.quod etiamſi Archid.in d.c.ſi Canonici, in prin. & Summa Conſeſſ. titu.33.q.221. Villa Diego de Irregul.c. de Interdicto,col.5.Silu.verb.Ceſſatio, in princ.Palud.4. diſtin.18.q.8.art.3. D.Antou.3.par.tit.26.c.3.& alii.& Nauar.Manual.c.27. num.189.teneant quod ſic: Contraria opinio eſt verior, & probatur ex c. Non eſt vobis.de Sponſal.ibi:nulla Diuina Officia, & in c.Irrefragabili. §.Cæterum.de Offic.Ord.cap. Dilectus, verſiculo; Verum iuncto, uerſiculo:Præterea. de Appell.c.ſi Canonici, c.quamuis, de Officio Ordi.in 6. tenet dicens ueriorem, & communi uſu receptã, Couar. in c.Alma.de ſentẽt.Excom.2.par. ca.4.nume.7.Curiel in tractatu de Ceſſation.Collat.5.& fol.11.Margallus de Horis Canonicis, fol.17. & ita fuit reſolutum ab uniuerſitate Doctorum Salmanticæ,anno. 1523.& 1533.& 1484.ut ait Anto. Campo. de Ceſſatione a Diuinis. nu.19.contra Margallum.

VTrum Qui habet priuilegiũ audiendi Miſſam tempore Ceſſationis a Diuinis, poſſit ibidẽ communicare? Reſpõ.quod puto non extẽdi de caſu ad caſum,quia lex correctoria, & exorbitans extendi non debet, lege, Quod uero contra.ff.de Legibus.c.Quæ a iure communi.de Reg.iur.in 6.Gloſ.& Communis in Authen.Quas actiones.C.de ſacroſanct.Eccle.vbi Iaſ. num.21.dixit communem Imol.in c.1.nume.9.de Locato.adeò ut nec Clericis,nec Religioſis ſanis extra actum celebrationis Euchariſtia concedatur, quamuis ſint priuilegiati.Calder.titul.de Eccleſiaſt.interdict.nume.6.verſic.uiſo. Anch. in c.Alma.num.6.Couar.ibidem; 7 *V. habens priuilegiũ audiendi Miſſã poſſit communicare.*

2.par.

2.parte.num.1.Nauarr.c.27.num. 178.Campos.num. 45.& diximus ſupra de Interdicto.

8 Ceſſatio generalis V. Suſpendi poſſit, &c.

VTrum Ceſſatio generalis ſuſpendi poſſit ad tempus? Reſpon. quòd licèt ex c.Dilectis,verſiculo:quia vero, iuncto verſi. Verum.de Appell. & ex multis alijs, & Couar.c. Alma.2.par.§. 5.nu.3. probet eſſe ſuſpendendam Antonius Campos,ſupra, num.47.Ipſe tamen, nu.48. cum Sot.4.diſt.22. q.3.art.1.Borgaſio.de Irregular.6. parte,num.17. Villa Diego, de Irregular.nume.25.& Margallo. de Horis Canon.fol.17.& 23.contrarium tenet.

9 Quid de feſtis priuilegiatis in interdicto.

VTrum, Si durante Ceſſatione, venerit aliquod feſtum ex priuilegiatis quo ad interdictum in cap. Alma mater, ſit celebrandum,quemadmodum tex. dicit de Interdicto? Reſpond. quòd quamuis Campos,nu.50.ex capit. Non eſt.de Sponſ.cap.Irrefragabilis.§.Cæterum. de Officio Ordin. & alijs, & ex Couarr.2 parte.§.5. num.3.& alijs, probet non eſſe ſuſpendendam Ceſſationem in dictis feſtis:ipſe tamen,num.53.contrarium bene probat. Vbi ait ſic fuiſſe Salmanticæ determinatum, & practicatum in facti contingentia anno 1584.

10 V Ponens ceſſationẽ poſſit alicui concedere licentiam, &c.

VTrum Iudex ponens Ceſſationem, poſſit alicui concedere licentiam celebrandi? Campos.nume.61.ait,quod non,nec vllum citat.

11 Quid ḋ cogente celebrare tempore Ceſſationis.

Corpus S.Catherinæ virg.& mart.ab angelis ſepultum in monte Sina.ibidem
Concilia ſacra venerationem reliquiarum commendantia. num.13
Traditio Diuina de ueneratione reliquiarum.num.14
Quidam dicunt Eccleſiam poſſe errare in canonizatione.nume. 15
Contrarium verius, & tenendum. num.16
Canonizatio ſanctorum pertinet ad fidem. ibidem,& nume. 24
Chriſti D.N.promiſſio de Spiritu ſancto,&c. num.17
Honorare ſanctos & proteſtatio fidei.num. 18
Vbi duo,vel tres in nomine Domini congregantur,&c.nume.19
Papa ſapit naturam Dei,cuius Vicarius eſt,&c.nume.20
Deus canonizat in cœlis,quem Papa in terra.ibidem
Auctores partis negatiuæ, ſcilicet, quòd non poſſit errare.nume.21
Dicens Papam poſſe errare,&c. temerarius,& punitur. num. 22
Probationes Ambroſii Catharinæ,quòd non poſſit errare.nume.23
Aurea ſententia D.Turrecrematæ,contra negantes. num.24
Quatuor modis ſcimus aliquem eſſe in cœlo.nume.25
Ioan.de Neapol.dicit hæreticum eum,qui contradicit.num.26
Hæreticus dubitans de canonization. B. Cathar. de Senis. nume. 27.& melius.nume.28.& 29
S.Bonauentura canonizatus à Sixto IIII.nume.30
S.Bonauentura à Sixto.V.inter Doctores Eccleſiæ, &c. ibidem
S.Bonauentura ſcripſit contra Guillielm,Pariſ. dicentem male circa canonizationem,&c.num.31
Si vnus ſanctus vocatur in dubium,omnes etiam,&c. ibidem
Infidelitas eſt orare pro ſancto,& quare.num.32
Abominabile eſt dicere ſanctum eum qui non eſt,uel non eſſe,qui eſt.nu. 33
Præſumi debet pro ſententiis prælatorum,&c. num.34
Papæ ſententia timenda,ſeruanda,&c.nume.35
Vnum eſt conſiſtorium Chriſti,& Papæ.nume.36
Auctoris ſententia de canonizatione ſanctorum,&c.num. 37
Sancti canonizati venerandi,colendi,&c.nume.38
Oratio & conuerſio Auctoris ad S. Didacum,&c. nume.39
S.Didacus nouum luminare Ordinis S.Franciſci,&c.num.40

Index Cap. XVIII. Vtrum vſus laruarum,uel incedere laruatus, de ſe, ſit peccat. mortale,

CArnis priuium quid ſignificat,&c.num.1
Carnis priuii tempus mouit Auctorem hæc ſcribere. ibidem
Omnis homo dicitur mendax.num.2
Omnes homines laruati dici poſſunt,& quare.ibidem

Laruarum uſus a diabolo capit,& quare.nume.3
Laruatus incedere nil aliud quam alterius perſonam repreſentare. ibidem
Laruæ inuentæ ſecundario ab hominibus,& quare.num.4
Laruis vtente, ad malum, quibus ſimiles.ibidem
Larue nomen multa ſignificat.nume. 5
Laruarum vſus periculoſus,ac receptus nimis in Italie.num.6
Auctores pauca de laruarum materia ſcripſerunt.ibidem
Nil tam facile quod ſi inuitus facias,non fiat difficile. num.7
Nil tam pium, ac ſanctum, quod ſi malo animo fiat,&c.ibidem
Ludus recreatiuus de ſe non eſt malus.num.8
Ludus licitus virtus Eutrapeliæ dicitur. ibidem
Ludorum tres ſunt ſpecies,& qui ſint. num.9
Ludus turpis qualis dicatur. ibidem
Ludus deuotus qualis ſit. ibidem
Ludus recreatiuus,quis dicatur. ibidem
Tria cauenda in ludis recreatiuis,&c.ibidem
Ludus recreatiuus multiplex eſt.num.10
Ludus Hiſtrionalis,qualis dicatur.num.11
Ludus haſtiludialis qualis dicatur.num.12
Ludus baliſtaris, qualis. num. 13
Ludus pilearis, uel pilæ, qualis.nume.14
Ludus ſchacalis,qualis dicatur.nume.15
De laruali ludo,qualiter ſit licitus, &c.num. 16
Omnia tempus habent. nume. 17
Quod officium,vel exercitium erit mortale peccatum.nume.18
De ijs,qui lanceas,cartas,& ſimilia uendunt.ibidem
Laruarum uſus dirigitur ad Quadrageſimam.num. 19
Duodecim dies ieiunii quatuor Temporum ſunt decimæ,&c. nume. 20
Summi Pont. laruarum uſum permittunt.nume.21
Tantorum agitatio prohibita per S.D.N. Pium. V. ibidem
Torneamentum prohibitum. num. 22
Laruarum uſus non tantum permiſſus, ſed conceſſus.ibidem
Vtrum ſit prædicandus mortalis abſolutè laruarum uſus..num. 23
Verba Pauli Gryſaldi de ludo.ibidem
Homo duplici indiget recreatione, &c. num. 24
Ceſſandum interdum eſt à labore, &c. ibidem
Ludus delectabilis conceſſus,& quando.num. 25
Verba Pauli Gryſaldi, de clericis laruatis.num. 26
Laruarum uſus iam conſuetudine conceſſus,&c.num.27
Conſuetudo derogat iuribus,& quibus.ibidem
Conſuetudo ualet etiam in ſacramentis,&c. ibidem
Concluſio quæſtionis principalis.nume.28

Laruas

Laruas aſſumere quando ſit peccatum mortale.ibid.
Actus humani regulantur ſecundum finem,& intentionem. num. 29
Exponens ſe periculo peccandi mort.qualiter peccat.nu. 30
Laruam aſſumens cum periculo mortis.&c.nu. 31
De dante ſcandalum cum laruis.nu. 32
Væ homini illi per quem ſcandalum venit. ibid.
Vnicuique Deus mandauit de proximo ſuo. ibid.
Deficiens in neceſſarijs ſuæ familiæ propter laruas.&c.nu. 33
De laruatis procurantibus alios inducere &c. num. 34
De Fœmina induente ſe habitu virili.nu. 35
De homine induente ſe veſtem fœmin.ibid.
De veſtimentis tranſparentibus. &c.nu. 36
Autor incipit tractare in particulari.&c. ibid.
Clerici incedentes laruati,quando peccent.mort.num. 37
Qualiter loquantur Doctores de Clericis.&c.ibidem
Bononiæ Luci inducunt clericos ad laruas.ibid.
Epiſcopi laruis vtentes,quando peccent mort.nu. 38
De religioſis profeſſis laruis vtentibus.num. 39
De religioſo occultante habitum.num 40
Religioſus factus Epiſcopus an teneatur portare habitum. nume. 41
Figuram,vel laruam dæmonis portantes.&c.num. 42
Laruarum vſus periculoſiſſimus omnibus.num. 43

Index Cap. XIX. De Blaſphemia.

Blaſphemiæ grauitatem nullus explicare valet num. 1
Proximorum ſaluti incumbendum.ibid.
Authores principales tractantes de Blaſphemia.num. 2
Author non dedignatur Doctorem Catholicum, de verbo ad verbum referi-re.num. 3
Blaſphemia magis Deum offendit quàm alia crimina.ibid.
Blaſphemum nullus carnis appetitus allicit ad.&c.ibid.
Monetam falſans,& alii puniuntur.&c. num. 4
Latronibus aures abſcinduntur.&c.ibid.
Blaſphemi Iudæis ſunt deteriores. &c. num. 5
Maiora bona concedit nobis Deus nunc, quàm olim &c.num. 6
De audiente blaſphemare & non corrigit.&c.num. 7
Blaſphemia,eſt peccatum contra naturam. ibid.
Animalium officia circa dominos.num. 8
Quare in Scriptura non exprimuntur blaſphemiæ.num. 9
S. Michael Archangelus, etiam ipſi Diabolo noluit inferre blaſphemiam &c.num. 10

Iudæis erat mos ſcindere veſtes, audita blaſphemia. ibidem
Blaſphemia repugnat iuri naturali, Diuino, &c. num. 11
Blaſphemiæ materiam concludit auctor. 12. quæſtionib. num. 13
Vbi declarat intentum.
Blaſphemia, vel Deum blaſphemare quid ſit. num. 13
Blaſphemiæ ſpecies quot ſint. nume. 14
Blaſphemia hæreticalis qualis dicatur. ibidem
Blaſphemia ſimplex qualis dicatur. ibidem
Blaſphemiæ aliquot hæreticalis in ſpecie. num. 15
Quorundam audacia horrendis blaſphemijs vtitur. num. 16
Quinque verba blaſphemiæ communia Hiſpanis. &c. num. 17
Verba blaſphemiæ ſimplicis contra. 2. præceptum. num. 18
Per corpus, vel ſanguinem Dei, dicere, quid. num. 19
Deus corpus habet, & ſanguinem ab incarnatione. ibidem
Alijs authores aliter blaſphemiam diuidunt. num. 20
Vtrum Blaſphemia ſit mortale peccatum. num. 21. & quando non.
Blaſphemia quando veniale peccatum. ibidem
De Blaſphemia calore iracundiæ dicta. num. 22. & 33
Blaſphemia cui virtuti opponatur. num. 23
B. Paulus qualiter prius blaſphemauerat. ibidem
Blaſphemia cui præcepto opponatur. num. 24
Blaſphemat in Spiritum ſanct. derogans ſacris Canon. num. 25
Blaſphemia. v. grauiſſimum peccatum. num. 26
Blaſphemia hæreticalis cui opponitur. ibid.
Vtrum Periurium ſit grauius blaſphemia. num. 27
Et quare Blaſphemia peccatum grauius. num. 28
Blaſphemia. V. maius peccatum homicidio. num. 29
Homicidium quæ mala inferat. ibid.
Cognitio veritatis ſeipſum cognoſcere. num. 30
Excuſatio peccatorum an grauius ipſa blaſphemia. num. 31
Multa mala procedunt ex ignorantia ſui ipſius. num. 32
Si ignoras te ò pulcherrima. &c. declaratur. ibidem
Excuſatio peccati eſt circunſtantia aggrauans omne peccatum. ibid.
Vtrum Blaſphemans calore iracundiæ peccet mort. nu. 33
Iraſcimini, & nolite peccare; declaratur. num. 34
De ebrio blaſphemante. num. 35
Vtrum Peccatum blaſphemiæ ſit irrimiſſibile. num. 36
Dicere blaſphemiam irrimiſſibilem, eſt hæreticum. &c. num. 37
De Dei miſericordia vide aureas ſententias. nume. 38. quas omnino (Prudens Confeſſor) notabis.
Quis poſſit abſoluere blaſphemum. num. 39
Quæ pœnitentia imponenda pro blaſphemia. num. 40

Concilium Lateran.declaratur.num.41.
Conc.Lateran.omnino ſeruandum.num.42.
Concluſio omnium.12.quæſtionum.num.43.
Blaſphemantes Imperatorem.&c.qua pœna &c.num.44.
Blaſphemos punire conuenit ibid.
Quibus flagellis puniti olim blaſphemi à Deo.num.45.
Exempla Sanctorum quibus patet blaſphemos eſſe punitos.num.46.
De puero quinque annorum,quem refert.D.Greg.ibid.
Mirabile exemplum contra blaſphemos.nu.47.Nota.
Alfonſus.10.Caſtellæ Rex punitus pro blaſphemia.num.48.
Blaſphemię quales.& qualiter puniuntur per D.Inquiſitorem.num.49.
Blaſphemia hæreticalis atrox in plebeio,qualiter &c.num.50.
De Nobili blaſphemo,qualiter puniendus.num.51.
De leuioribus blaſphemiis hæreticalibus.num.52.
Clericus blaſphemus qualiter puniendus.num.53.
De Blaſphemia Clerici,in tribunali Epi.num.54.
De pœna Laicorum,in eodem tribunali Epi.num.55.
Pœna antiqua pro Clerico blaſphemo.num.56.
Conc.Lateranenſis pœna pro clerico blaſph.num.57.
Applicatio eleemoſinæ pro Clerico blaſph.vt facienda.ibid.
Diſtributio fructuum qualiter facienda.num.58.
Exemplum Toletanæ Diœceſis.num.59.
Blaſphemus qua pæna puniatur iure communi.num.60.
Blaſphemus qua pæna puniatur lege partitarum.num.61
Qua pœna puniatur per leges Regni Caſtellę.num.62
Mitius agitur hodie cum blaſphemis.num.63
Qualiter uerberatur aliquis in Regno Caſtellæ.num.64.
Miniſter iuſtitię,& inſtrumentum quomodo,&c.ibid.
Qualiter amputatur lingua in Caſtella.num:65
Iam non fit talis lingua amputatio in Caſtella.num.66
Vtrum Qui fuit iam blaſphemiam confeſſus Confeſſori.ſit pęna extraordinaria puniendus,&c.num.67
De Blaſphemantibus ter,vel quater ſimul &c.num.68
Iudices non punientes blaſphemos,puniendi,&c.num.99

Index Cap.XX.De quoddam iuramento.

Vtrum Qui debet quinquaginta poſſit illa negare petentẽ ſibi centũ &c. nume.1
Prima communi opinio quòd teneatur fateri partem.nu.2
Contraria communis quòd poſſit negare omnia.numero.3
D.Couarruuias ambus concordat opiniones.numero.4
Replicatio quædam autoris.nume.5

Index Cap.XXI. De filio nato ex adultera in domo mariti.

Quæſtio olim Saonæ ventilata ab auctore.num.1
Vtrum filius natus ex illa quæ adulterauit, ſit cenſendus &c.nu.2
Aliter iudicandum in foro interiori, atque in exteriori.num. 3
In foro conſcientiæ quomodo iudicatur.num 4
Conſcientia qualiter doceat? num.5
Diſtinctio quæſtioni.num 6
De illo qui uxorem ſuam non tetigit.nu.7
Quid faciet mulier quæ ſecreto concepit ex adulterio.nu.8
Vtrum ſit ſtandum confeſſioni matris in articulo mortis.num.9
Vtrum Mulier commiſcens ſe cum pluribus poſſit ſcire.&c.nu.10
Quando mulier dubitat præſumitur pro matris.num.11.
Filius præſumitur ex marito in foro exteriori etiam ſi &c.nu.12.
Quid ſi mulier cohabitet cum adultero.num.13
Quid ſi talis mulier uiuat in proſtribulo? num.14
Vtrum ſit ſtandum dicto Confeſſoris &c.num.15
Quid ſi maritus aliquando abeſſet.num.16
Quid ſi filius natus ſit in loco ſuſpecto? num.17
Quid ſi mater conuicta ſit de adulterio, num.18
Quid quando adultera ſterilis concepit.num.19
Quid ſi uir eius eſt valde ſenex, & adulterauit? num.20
Quid ſi maritus adulter ſit impotens? num.21.
Quid ſi maritus & ſi præſens, non coibat? num.22
Quid quando filius alicui aſſimilatur? num.23
Qualiter ſit alicuius probanda filiatio? num.24

Index Cap.XXII. Vbi tractatur Vtrum Peccatum ueniale fiat mortale.

Vtrum Peccatum veniale, uel multa faciant unum mort.num.1
Fundamentum aliquorum dicentium quòd ſic.num.2
Similitudo de naui in naufragio explicatur.num.3
Abb.Pan & alij tenuerunt, quòd ſic.&c.num.4
Peccata uenialia conſtituere vnum mort.qualiter.&c.ibid.
Frequentia peccatorum uenialium, quid faciat.nu.5
Infinita venialia qualiter unum mortale non faciant.nu.6
Peccata uenialia timenda, & quare.num.7
Peccata venialia Charitatem obnubilat.num.8
Venialia aliquando fiunt mortalia, & quando.num.9
Gratiarum actio pro fine totius operis, &c.num.10

FINIS INDICIS.

AVREA APPENDIX SIVE PARS TERTIA AD CANDELABRVM AVREVM ECCLESIAE SANCTAE DEI.

PROOEMIVM.

QVONIAM (vt audiuimus, & vidimus, & manus noſtræ contrectauerunt) in multis, tam Hiſpaniarum, quam Inſularum, Indiarum, atque Italiæ Catholico Regi ſubiectis regionibus; præter Prælatos, ſuperiores, vel iudices ordinarios in ſpiritualibus; videlicet, Archiepiſcopos, Epiſcopos, &c. alij iudices, vel ſuperiores inueniuntur, qui ratione officij, Commiſſarij Sanctæ Bullæ Cruciatæ dicuntur, & à S. D. N. Papa, eliguntur: Ideo (Diuino implorato auxilio Patris, Filij, & Spiritus ſancti, & ſub correctione eiuſdem S. D. N. Sixti Papæ V. vt ſemper fecimus) in hoc capite, uel tractatu 1. (in quo multa ſcitu digniſſima reperies) præter materiam Simoniæ; fructuum beneficiorum, &c. quid circa cenſurarum, irregularitatum, ac diſpenſationum materias, dicti Domini Commiſſarij præter Epiſcopos, poſſint, & ad quæ eorum iuriſdictio extendatur, tractare curauimus, quod omnibus gratiſſimum, atque vtiliſſimum fore iudicauimus.

CAPVT I.

1 PRO quorum maiori intelligentia ac declaratione, tenorem Bullæ Cruciatæ Latinæ, quam non ſemel atq; iterum legimus, in huius primi capitis principio adducere voluimus: quij talis eſt in eo, quod Dominos Commiſſarios tangit. Commiſſarius habet facultatem diſpenſandi, & componendi ſuper irregularitatem, cum eo, qui cenſura ligatus celebrauit Miſſam, & alia officia, ſeu aliàs ſe immiſcuit diuinis, & ſuper Clauſulæ Bullæ Cruciatæ.

alia quomodolibet irregularitate.

2 Vtrum poteſtas commiſſarij ſit eadẽ Epiſcopi?

Pro cuius clauſulæ ſic generaliter dictæ declaratione: Nota 1. Quod licèt hæc poteſtas conceſſa Commiſſario, videatur eſſe eadem cum illa, quam Reuerendiſs. Epiſcopi, & eorum Vicarij ſpecialiter deputati, habent à Concilio Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. Liceat Epiſcopis. longe tamẽ diuerſa eſt. Nam

Epiſcopi, & commiſſarij qualiter diſpenſent.

Epiſcopi, & eorum Vicarij deputati ſpecialiter ad id, tantum poſſunt diſpenſare, & abſoluere in foro pœnitentiali; Commiſſarius autem, id poteſt facere in foro exteriori, & extra confeſſionem; & præbendo bullam diſpenſationis in ſcriptis. vt Matriti vidimus, Anno 1577.

3 Commiſſarius an poſſit in confeſſione?

Sed quæritur, vtrum talis Commiſſarius poſſit (ſi eſt ſacerdos) ſua auctoritate vti in Sacramentali confeſſione? Reſp. meo iudicio; quod ſi talis commiſſarius, in illa confeſſione gerat ſe vt merus tãtum confeſſor, non poterit diſpenſare: quia habet auctoritatem diuerſam ab illa, quã habent confeſſarij electi ratione Bullæ Cruciatæ, ſcilicet abſoluendi ab omnibus caſib. & cenſuris, &c. Si autem in confeſſione gerat ſe, vt commiſſarius, & licèt caſum audierit in confeſſione (ſi opus eſſet, de licentia pœnitentis, vt diximus in Candelabro in materia ſigilli) extra confeſſionem diſpenſet, vera erit diſpenſatio.

4 Inquiſitor q. d. poſſit in foro conſcientiæ?

Simile iudicium erit de Dominis Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis: qui, & ſi ſint ſacerdotes confeſſarij, ratione tamen officij inquiſitoris, & ſi habent auctoritatem abſoluendi ab hæreſi, in foro conſcientiæ confeſſionis, illam tamen exercere non debent, in tali foro confeſſionis, nec exercent niſi rariſsime, vt ſupra in Candelabro aureo retigimus 1. p. tit. de abſolutione. nu. 15. & dixit mihi ore proprio R. admodum P. Magiſter F. Ioannes Florianus Inquiſitor Bonon. anno 1588. & tradit iuditiale inquiſ. verbo abſolutio.

5 Commiſſarius, & confeſſor in quo differant?

Nota 2. Quòd hæc auctoritas, & poteſtas diſpenſandi in dictis pęnis & irregularitatibus, conceſſa commiſſario Bullæ Cruciatæ, diuerſiſſima eſt ab illa, quam ipſamet Bulla concedit vnicuique confeſſori approbato, & idoneo ſecundũ Conc. Trident. ſeſſ. 23. cap. 15. & declarauimus ſupra in Candelabro. 1. p. tit. de confeſ. nu. 25. Nam, & ſi talis confeſſor poſsit Bullam habentem abſoluere ab omnibus caſibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſemel in vita, vt in ea patet; non tamen talis confeſſor poterit diſpenſare in omnibus, ijs irregularitatibus, in quibus poſſunt commiſſarij.

6 Homicid. & Bigamia nõ conceduntur, &c.

Nota 3. Quòd quamuis poteſtas diſpenſandi in quacunque irregularitate videatur generaliter conceſſa commiſſario, quia Bulla dicit: Super alia quacunque irregularitate; Non tamen poterit diſpenſare cum homicida, etiam occultiſsimo, & Bigamo, quia eæ irregularitates, etiam in generali conceſsione non includuntur, nec intelliguntur conceſſę niſi ſpecialiter exprimantur. vt ſupra in Candelabro diximus. in fine materiæ de irregularitate, nu. 343. Non quidem, quia Papa nõ poſſet, quia nec Apoſtolus dixit quin diſpenſari poſsit, (vide infra in c. 12. diſpenſ. nu. 14.) Quæ ratio quamuis vera ſit, & tenenda; alia etiam aſsignatur à ſacris canonibus, Gloſſis, Sanctis, ac alijs Doctoribus, quæ maximè hodie, dum Summi Pont. auctoritas ab Hæreticis impugnatur, in Romani Pont. auctoritatis

confir-

confirmationē conducit, uidelicet, Papā diſpenſare poſſe cōtra Apoſtolū in his q̄ ſunt iuris diuini, aut naturalis, quia in his quæ ius tangunt canonicum, & in adminiſtratione, S.Petrus, & alij Chriſti Vicarij maiores fuerunt, & ſunt Apoſtolo: tex. cum Glo. in c. presbyter. 32. diſt. tex. & Glo. cap. Lector. 34. d. (vbi in margine approbatur à Gregor. 13.) tex. cum Glo. in fina. verbis. in c. In illis. 80. diſt. tex. cum Glo. in c. Sunt quidam. 25. q. 1. tenet Archid. multa adducens. in c. Si Subdiaconus. d. 34. vbi eius additionatores. tenet expreſsè S. Tho. in 4. diſt. 28. & expreſſius. quol. 4. ar. 14. quem refert, & ſequitur Turre Crema. de auctorit. Papæ. q. 62. & 63. & citatur in margine. c. Lector ſupra. tenet Aluarus Pelagius de planctu eccleſiæ. lib. 1. c. 11. Albericus in dictionario. verb. papa. in Additione verb. Papa poteſt diſpēſare ex cauſa. Speculator, & eius additionator. 1. par. tit. de diſpenſatione. § 7. nu. 2. Rota deciſione 447. in nouis. Syluest. & alij quos refert, & ſequitur Maiolus de irregulat. lib. 1. c. 29. nu. 26. Sacramentale Neapolitan. in proœmio. verſi. Notandum primo. S. Ambr. relatus à ſumma confeſſorum Ioannis de Friburgo. lib. 3. tit. 3. q. 12. ſic dicit: Petrus, & Paulus pares fuerunt merito, & conſecratione, & ordine, ſicut & omnes Epiſcopi, etiam ipſi Papæ, in hoc pares ſunt, tamen Petrus, cuius auctoritatem habet Papa, maior fuit in adminiſtratione, &c. & (vt complures Theologos, & Iuriſtas omittamus) vide latè apud Paulum Gryſal. in libro deciſiones. ver. papa. nu. 20. quas auctoritates retulimus in præſentiarum, eas, & nos, & noſtra omnia (ſicut ſemper fecimus.) S. R. E. correctioni ſubmittendo: quia ſunt quidam viuentes qui nolebāt quæſtionem hanc approbare.

7 Imò nota 4. Quòd etiam ſi talis commiſſarius cruciatæ habeat ampliſsimam poteſtatem in diſpenſando, non tamen poterit diſpenſare. Primò in irregularitate homicidij voluntarij. Secundò hæreſis. Tertiò Simoniæ. Quartò apoſtaſiæ a fide. Quintò cum illo qui malè ordines ſuſcepit, & in eiſdem malè ſuſceptis miniſtrauit. Quia ſi tantum malè ordines ſuſcepit, ſed non miniſtrauit, tantum incurrit ſuſpenſionem latam in Extrauag. Cum ex ſacrorum Pij 2. quam adduximus, & declarauimus ſupra in Candelabro. de ſuſpenſione. nu. 110. cum ſeq.

Quæ non poſſit commiſſarius.

De ſuſcipiente male ordines.

8 Nota 5. Quòd commiſſarius non diſpenſat, niſi in irregularitate, quæ eſt pœna ratione delicti, ſicut Epiſcopus. Quia illa quæ eſt pœna delicti, multum differt ab alia quæ dicitur irregularitas inhabilitatis. Quia illa quæ eſt pœna delicti habet ſemper culpam mortalem, vel venialem annexam: Altera autem quę inhabilitas potius nuncupatur, & ſine vlla culpa, vt in cæco, giboſſo, claudo, illiterato, &c. ita tenuerunt multi Magiſtri doctiſsimi Salmanticæ. Et patet clarè, quia cum Papa rariſsimè diſpenſat cum Bigamo, cuius irregularitas ex delicto non procedit, vt diximus in Candelabro proprio titulo de Bigamia, non eſt credendum illius diſpenſationem commiſſario concedere. Secundo patet, quia cum in dicta Bulla videantur minores aliquæ irregularitates ex delicto venientes exceptæ: non videntur conceſſæ maiores, & grauiores. Vnde videbis manifeſtè, quòd in quibuſdam plus poteſt Epiſcopus, quam commiſſa-

Irregulatitas pęnæ, & inhabilitatis, &c.

Papa raro diſpēſat cū Bigamo &c.

Epiſcopus pōt plus in aliquibus

miſſarius. Quia Epiſcopus diſpenſare poteſt in Bigamia ſimilitudinaria, & etiam commiſſarius, quia talis Bigamiæ irregularitas prouenit ex delicto: ſed cum illegitimo ad quoſdam ordines, & ad beneficia, diſpenſat Epiſcopus; & non commiſſarius.

9 Nota 6. Quòd Epiſcopus, & commiſſarius non æqualem habent poteſtatem: nam aliqua poteſt commiſſarius, ad quæ minimè ſe extendit Epiſcopi iuriſdictio. Commiſſarius enim diſpenſare poteſt, quando irregularitas incurſa eſt ex delicto publico, quia Bulla generaliter loquitur nihil limitando. Vnde aduerte, quòd ſi excommunicatus, ſuſpenſus, uel interdictus, etiam publicè celebrauit, vel ſi publicè violauit interdictum, atque adeo fiat irregularis, poteſt commiſſarius; Epiſcopus vero non, niſi id proueniat ex delicto occulto, ut patet in Conc. Trid. ſeſſ. 24. De reformatione, capit. 6.

Epiſcopus, & commiſſarius quo differant.

Eps non abſoluit de publicis de quibus commiſſ.

10 Nota 7. Circa quinque exceptiones ſupra Notab. 4. relatas, quod propter illa delicta abſolutè, excepto homicidio, non incurritur irregularitas propriè: ſed vel excommunicatio, vel ſuſpenſio; & tamen illato vocabulo dicitur irregularitas, quia priuat vſu ordinis in perpetuum: præſertim ſi ſymoniacus, vel apoſtata ante abſolutionem excommunicationis celebret.

Propterque delicta incurratur irregularitas, &c.

¶ Qualiter autem Epiſcopus non poſſit diſpenſare in homicidij voluntarij irregularitate, & quid ſit homicidium voluntarium, habes ſupra in Candelabro Aureo. De irregularitate. in 4. ſpecie. §. 1. nume. 199. & poteris videre Cordubam in quæſtionario. lib. quinto, quæſt. 43. Et quòd commiſſarius non poſſit, patet per exceptionem.

Homic. voluntarium quid, & nō diſpenſat Epiſcopus.

Ex quo 7. notabili infertur primo, quòd quemadmodum commiſſarius non poteſt diſpenſare in homicidio voluntario, vt dictum eſt, ita nec in irregularitate contracta ex mutilatione iniuſta membri principalis, quia quomodo in iure prohibetur homicidium, ſub eadem irregularitatis pœna includitur mutilatio membri, ideſt, priuare vita partem hominis principalem, vt ait Ang. & Syueſt. Homicidium. 5. q. 3. & probat Couar. in Clement. Si furioſus. 3. par. in princip. 11

Homic. voluntarij, & mutilatio ſimul prohibentur, &c.

Infertur 2. Quod quemadmodũ Epiſcopus diſpenſare poteſt in irregularitate ex homicidio caſuali, vt ſupra in Candelabro Aureo diximus, ita etiam commiſſarius. 12

Commiſſarius ꝗ quo homic. diſpenſet?

Nota 8. Circa ſecundam exceptionem, in qua non poteſt commiſſarius diſpenſare, ſ. circa hæreſim, quòd licèt Syluester nec multi alij dicant inducere irregularitatẽ, id tamen reperitur in Canone antiquo, quem refert Sotealus. verb. Clero adſcribi. §. 10. & 11. maxime ſi hæreſis eſſet publica, quę facit infamem iure, & vide quæ diximus ſupra in Candelabro Aureo. de irregularitate. §. 3. maximè. nu. 73. cum ſeq. Quod indico (ſaluo meliori iudicio) ſic eſſe intelligendum; ſcilicet, quod ſi hæreſis ſit ſecreta, etiã verbo ſigno, vel aliter expreſſa exterius, non inducat irregularitatem, ſi autem ſit publica, tunc talis fiat irregularis. 13

Commiſſarius nō diſpenſat in hæreſi.

Hæreſiſque licet inducat irregularitatem?

Quod primo confirmatur, quia hæreticus, etiam exterioribus hæreſibus innodatus, non amittit ſuorum bonorum temporalium dominium antequam damnetur, per ſententiam ſaltem declaratoriam. vt tenet Sotus lib. 1. de Iuſtitia, & iure, quæſt. 6. 14

Hæreticus quomodo amittat dominium, &c.

quæſt.6.ar.6. Simancas, de Cathol.c.inſtit.cap.9.à num.157. in additione,& c.13.nu.22.vbi alios citat. vide Armil.verb.Hæreſis.nu 5.& 6. & alios Summiſtas.eod. verbo.

Beneficiat' Hereticus quō amittat titulum.

15 Confirmatur 2.quia, (& ſi aliqui contradixerint) Beneficiatus hæreticus etiam exterius, non amittit titulum ſui beneficij, donec condemnetur, vt tradit Caſtro.lib.2.de lege pœnali. cap. 2. & 16. & facit lib.1. cap.4.& 8.& in lib. 2. de iuſta hæreticorum punitione.c. 6. vbi multos citat, ſcilicet, Turre Crematam, Canum, Conradum. de contractibus. quæſt. 7. Directorium Inquiſitorum.lib.3.tit.9 De quo etiam vide Simancam ſupra. Ratio huius eſt, quia ſi Epiſcopus, vel Parochus per hæreſim ſecretam perderet beneficium, vel iuriſdictionem, cederet in magnum periculum populi Chriſtiani, qui ab illo bona fide abſoluitur, & cætera Sacramenta recipit.

Et quare nō.

Eccleſia qualiter puniat hæreticum, &c.

16 Sed quæro. Qualiter Eccleſia priuare poteſt beneficio illum qui non eſt iam de Eccleſia, ſcilicet, hæreticum, vel apoſtatam à fide? Et quòd non ſit de Eccleſia probant Cano. lib.4. de locis Theol. cap. 2. Sotus. 4.diſt.22.quæſt.2.ar.2. Simancas.c. 23.29. & 30. Corduba. lib. 4. quæſtionarij.quæſt.1.dub.1. ad finem. Reſp. quod etiam ſi verum ſit, tamen ab Eccleſia puniri poteſt, & etiam priuari omni beneficio, & ordinum executione, ſecundum ſupra dictos, & alios.

17 Nota 9. circa 3.exceptionem, ſcilicet, Simoniæ irregularitatem, ꝙ. Simoniacus ante abſolutionem excommunicationis ſi celebret, fit irregularis, & tunc non poteſt diſpenſare Commiſſarius. Ab excommunicatione vero Simoniæ completæ in ordine, vel beneficio, poteſt abſoluere non ſolum Commiſſarius, ſed quilibet alius Confeſſor approbatus, & electus à pœnitente per Bullam cruciatæ, vel aliam quę eandem clauſulam habeat, ſemel tantum: eſt enim caſus Papalis, nec tamen reſeruatus in Bulla Cœnæ Domini. Secundò etiam ſi Commiſſarius magnam habeat auctoritatem, non tamen poterit diſpenſare in Simonia completa, ad hoc vt beneficiatus retineat beneficij titulum, & fructus, vt in Bulla.

Quæritur hic; Quæ differentia 18
inueniatur quo ad cenſuras incurrendas inter Simoniacum in ordine, & Simoniacum in beneficio? Reſp. (omiſſis multis, quæ adduci poterant,) quòd Simoniacus realis in ordine, tam occultus, quàm publicus eſt ipſo iure ſuſpenſus quo ad ſe, & quo ad alios, per tex.in hoc omnium optimum in Extrau. 2. de. Simon. & c. Tanta. eod. titu. & per Innoc.& communem, quam refert, & ſequitur Nauar.Manuali.cap. 23. nu.111.verſi.Ad decimum, & videbis in Candelabro Aureo. 2.par.tit. de ſuſpenſione.nu. 41.& nu.37.vbi ſecundum alios, diximus Simoniacum ſecretum, non eſſe ſuſpenſum quo ad alios, ſed hæc eſt verior, & communior opinio.licet contrariũ omnino tenuerit.S Tho.2.2. quæſt. 100.art.6.ad 1. & ſecundum, cuius opinio poterat ſuſtineri ante conſtitutionem Pij V. incipit: Cum primum.fol.9. ſuarum conſt. quam citauimus d.nu.37. Simoniacus vero in beneficio non fit ſuſpenſus, ſed tantum excommunicatus, vt bene notat Nauar.ſupra.& c.27.nu. 106. & in relectione de Simonia.nu. 29. cum Innoc.in d.cap. Tanta. Et licet Silu.verbo Simonia nu.19. Couar.

in clem.

in clem. ſi furioſus. de homicid. 1. par. §. 1. nu. 7. & vterque Thom. 2. 2. q. 100. ar. 6. Sotus lib. 9. de iuſt. & iure. q. 3. ar. 2. & alij quos refert Corduba lib. 1. quæſtionarij. quæſt. 35. & opinione 4. dicunt non tantum eſſe ſuſpenſum, ſed etiam irregularem; Intelligendum tamen eſt; quando Simonia fuit publica, & cum infamia, tunc enim Simoniacus dicitur irregularis ratione enormis criminis notorij, vt latè probat Nauar. Manual. cap. 27. nu. 248. & declarauit Gregor. IX. in cap. fin. de tempor. ordin. tenet etiam Caſtro. lib. 2. de lege pœnali. cap. fin. Cord. ſupra: De qua Simonia publica poterit verificari illud, quod dicitur, ſcilicet, Simoniæ crimen proxime accedit ad hæreſim, imo quòd dicitur hæreſis. in cap. præſentium. 7. quæſt. 1. tex. & glo. cap. quicunque. 1. quæſt. 1. Iacobatius de concil. lib. 4. art. 4. tit. de Simoniaco: vide Maiol. de irregul. lib. 5. c. 45. & melius Aluarum Pelagium de planctu Eccleſiæ. lib. 2. c. 9. & vide tex. in c. per tuas. i. de Simon. Quod confirmabis ex ijs, quæ diximus latè in Cãdelabro Aureo. 2. par. titu. de ſuſpenſione. numero 172. ſcilicet ſodomitam ſecretum non eſſe, ipſo iure ſuſpenſum, nec irregularem.

19 Quæritur vtrum commiſſarius poſſit abſoluere ab illa ſuſpenſione quam Simoniacus in ordine incurrit? Reſp. Negatiuè, & à fortiori, nec confeſſario conceditur abſolutio ratione d. Bullæ. Patet ex litera Bullæ, & quia iſte ita inhabilitatur ad vſum ordinis, ſicut Simoniacus in beneficio, ad retinendum titulũ beneficij, & fructus. Quod confirmabis ex eo, quia hæc ſuſpenſio, vel irregularitas incurritur propter malam ordinum ſuſceptionem. Scilicet commiſſarius non poteſt diſpenſare cum eo, qui male ordines ſuſcepit, vt dicemus infra, ergo, nec cum Simoniaco.

Vtrum commiſſari' poſſit abſoluere à ſuſpenſione Simoniæ in ordine.

Sed quæritur vtrum Epiſcopus poſſit in hoc diſpenſare? Reſp. Aliqua circa hoc dicta fuere in Candelabro Aureo. 2. par. tit. de ſuſpenſione. à nu. 35. cum alijs. 2. Reſp. Quod Silu. verbo ſuſpenſio. §. 7. ver. 3. dicit primo: quòd quando quis ſcienter per Simoniam initiatur, Sacerdotio, ſed nondum miniſtrauit, poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt miniſtret in aliis ordinibus, ritè ſuſceptis, at non in ordine Simoniacè accepto: nec verò in aliis quos fortè ſuſcepit, poſt illum ordinem Simoniacum. Secundò dicit, quòd ſi, ignorante me, facta eſt Simonia; vt quia pater, vel amicus, me inſcio, dedit Epiſcopo, vel mediatori pecuniam, vt me ordinaret; poſſet Epiſcopus diſpenſare. Tertiò dicit, quòd ſi, huic proprio Epiſcopo data eſt pecunia, nõ poteſt ipſe diſpenſare, quia fuit particeps criminis, benè tamen ſucceſſor eius, vel Metropolitanus. Quæ omnia dicta iure procedebant antiquo iure; Hodiè autem, per Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de Refor. poteſt Epiſcopus, etiam criminis particeps, diſpenſare cum ſibi ſubditis in prædicta ſuſpenſione Simoniæ, dummodo ſit occulta. Nec mirandum, quod in hoc plus poſſit Epiſcopus cum male promotis, vel abſque dimiſſoriis. Expedit enim, vt ordinarius in hac re cognoſcat proprias oues, & diſpenſet cũ illis, non item commiſſarius. 20

Vtrum poſſit Epiſcopus, & quare cũ ſuſpenſo Simoniæ in ordine, & quando nõ.

Eps particeps criminis non põt diſpẽſare iure antiquo, hodie ſic.

Et quare.

De Simonia autem, quæ frequentius in beneficiis reperitur, aliqua notare deſiderans aduerto primo, aliquem eſſe, vel dici Simoniacum, vno ex tribus modis cõtingere poſſe. Pri- 21

Simoniacus triplex.

ſe. Primus namque Simoniacus, dicitur mentalis, eo quòd pacto nullatenus exterius expreſſo, mentaliter ſub intellectu, datum eſt beneficium, & recepta pecunia. Et rurſus hoc pactum, & obligatio interuenire poteſt, vel ex parte dantis tantum, vel ex parte recipientis tantū, vel ex parte intentionis in vtroque cum opere vtrinque ſubſequuto.

Simonia mētalis quæ.

Simonia exterior incōpleta.

Secundo modo. Simonia exterior, incompleta, vel conuentionalis, ſcilicet, quando data eſt pecunia, ſed nondum beneficium, vel datum eſt beneficium, ſed nondum pecunia.

Simonia cōpleta.

Tertio modo. Quia expreſſo pacto, quod ex iuſtitia obligat, eſt Simonia vtrinque completa, & perfecta, quia iam recepit pecuniam, vel aliquid pecunia æſtimabile pro beneficio, quod alteri iam de facto collatum eſt.

22 Vtrum accipiens beneficiū Simoniacè, ſit iure diuino incapax.

Circa horum trium modorum intelligentiam, varię ſunt grauiſſimorum Doctorū ſententiæ, & opiniones. Quidam enim dicūt, quòd ſi quis recipit beneficium, dato pretio, etiam abſque pacto exterius expreſſo, eſt iure diuino incapax, & tenetur reſignare beneficium. ita tenet Adrian. quolibet. 9. quæſt. 3. Ioannes Medina. C. de reſtitu. q. 4. ad 2. fol. 140. Armacanus. lib. 10. cap. 13. 23. & 25. Henricus. quolibet. 6. q. 26. Sotus. lib. 9. de iuſt. & iure. q. 8. artic. primo, ad 6. tenuerunt etiam multi grauiſſimi magiſtri in publica lectura.

Alij, contrariam ſententiam, extremam ſatis tenentes, dicunt, ꝙ Simonia, etiam vtrinque completa, & expreſſa non facit incapacitatem, vt retineat beneficium, ſicut nec Simonia mentalis. hanc opinionem tenent multi Canoniſtæ, quos refert Ludouicus Gomez. in Regula. de triennali poſſeſſore. q. 12. tenet expreſſè Couar. in clement. ſi furioſus. 1. par. §. 1. nu. 7. & 2. par. § 3. nu. 4. colum. 3. & 4. & in Regula: peccatum. 2. par. §. 8. nu. 7. in fin. Idem colligitur ex Caſtro. lib. 2. de lege pœnali. cap. fi. Vbi, cum multis habet, quòd nullum crimen ſecretum, ſcilicet, quod nullo teſte probari poteſt, facit irregularem, vel inhabilem beneficij. Nec enim Eccleſia (inquit ille) poteſt punire crimina niſi quæ probari poſſunt.

Eccleſia nō punire poſſit occulta.

23 De accipiente beneficiū per Simoniā mentalem.

Quibus opinionibus non obſtantibus tenendum eſt omnino, quòd ſi quis beneficium aliquod per Simoniam mentalem obtinuit, etiam dato pretio, quamuis peccatū mortale commiſerit, poterit nihilominus, & beneficij titulum, & fructus ſimiliter retinere, & eodem modo collator poterit pretium ſibi datum retinere. tenet S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad 6. vbi tenet, & communis Theologorum, & Iuriſtarum, quam refert, & ſequitur Nauar. in Manuali. cap. 23. num. 103. & in relectione de Simonia. nu. 11. & 28. tenent ex antiquis Theologis Ricard. 4. d. 25. quæſt. 5. ar. 3. in fin. Palud. q. 5. col. 1. Maior. quæſt. 5. Gabriel. q. 11. dub. penul. Silueſt. verbo Simonia. §. 20. & melius, & latius omnibus Victoria. in relectione. de Simonia. 2. par. nu. 5. vbi multa tradit, tradit etiam Viguerius. cap. 5. §. 5. verſ. 9. Ludouicus Gomez. in Regula. de trienali. quæſt. 1. leg. 12. Caſſiodorus deciſ. 2. ti. de Simonia. qui duo peritiſſimi curiales dicunt ita iudicari in Curia, & Rota Romæ. tenet etiam Armilla. uerb. Simonia. & verb. dolus. & alij multi, quos refert, & ſequitur Couar. ſupra, & ad contrarium tenentes reſpondit Nauar. ſupra.

Sed quæritur. Quid ſi aliquis per 24

Simoniam

De recipien te beneficiũ ꝑ Simon. cõuentionalẽ.

Simoniam conuentionalem recepit beneficium, ſed nondum tradidit pecuniam promiſſam, nec aliquid pretio dignum? Reſpon. quòd verè recepit titulum beneficij in ſoro conſcientiæ, nec incurrit excommunicationem, nec alias pęnas. Illæ enim pœnæ tantum ſunt contra Simoniam completam, vt habet Nauar. & Couar. ſupra citantes Gomezium, & Caſſiodorum ſupra, & idẽ tenet praxis, & curia Romana. Idem tenet Viguerius, & Armilla ſupra, & multi alij, quamuis oppoſitum habeant, non ſolum Doctores citati ſupra verſic. Circa horum, ſed etiã Caiet. Opuſc. 1. de Simonia. q. 10 Rebuffus in Practica beneficiali. tract. de pacifico poſſeſsore. num. 140. & citat Concilium Conſtantienſe, vbi annullat, & damnat promiſſiones ſimoniacè factas, ſed hoc non eſt ad rem. Facit Paulus Pariſius. conſi. 11. col. 4. & conſi. 29. tenet Duarenus. lib. 8. de ſacris Eccleſiæ miniſterijs. cap. 6. vbi refutat Gomezium, & Caſſiodorum ſupra. Fatetur tamen Nauar. cap. 23. num. 103. quòd iudex poteſt, in pœnam, & debet priuare beneficio, propter Symoniam conuentionalem.

25 Pro cuius materiæ maiori declaratione, ſequentes nota concluſiones.

Simonia vtrinque cõpleta etiam occulta punitur, &c.

Prima cõcluſio. Simonia, ſi ſit vtrinq; cõpleta, cum expreſso pacto, inducit omnes pœnas iuris, quamuis ſit occulta, videlicet nullitatem tituli, atque excommunicationem ipſo facto: Quod apertè colligitur ex extrauag. Cum deteſtabile. de Simon. & tenent omnes Doctores ſupra. præter Couar. probatur: quia excõmunicatio incurritur pro delicto, etiam occulto, eo quòd non requirit nouam iudicis exequutionem, ſcilicet, quia per illam Eccleſia priuat bonis communibus: ergo ſuſpenſio & inhabilitas ad beneficium, & irregularitas incurri poteſt propter delictum occultum: quamuis Caſtro concedat antecedens, & neget conſequentiam: illud tamen conſequens concedit communis, quam refert, & ſequitur Lambertinus de iure patron. 1. par. diſt. 2. q. 9. ar. 18. nu. 4. Couar. in Clem. ſi furioſi. 1. par. §. 1. n. 6. & 2. par. §. 3. nu. 4. col. 4. Iulius Clarus, loquens de Simonia ſecura, & Ant. Gabriel. to. 2. pag. 914. verſic. Simonia. Nauar. cap. 27. num. 194. & 201. Cord. lib. 1. quæſtion. quæſt. 35. & 36. & in ſumma. q. 142.

Excommunicatio incurritur pro delicto occulto

26 Secundo probatur quia (vt diximus ſupra in Candelabro Aureo, 2. par. titu. de irregularitate. in 1. ſpecie, ſcilicet de Bigamia) qui occultè duxit eam, quæ reputabatur virgo, nec erat, eſt Bigamus, & irregularis. Caſtro. lib. 2. de lege pœnal. c. 14. cum Palud. 4. diſt. 27. quęſt. 4. ar. 4. & reſoluit Nauar. ſupra. nu. 194. Homicidium occultiſſimum inducere irregularitatem, quod & nos latè probauimus in Candelabro Aureo. 2. par. titu. de homicidio voluntario. num. 208. cui adde Nauarrum ſupra.

Bigamia & homicidiũ etiam occultum, &c.

27 Sed, vt tam Confeſsoribus, quàm pœnitentibus, aliquo modo, adiutorio ſimus. Quæritur quid poterit facere Confeſsor cum illo pœnitente qui beneficium ex tali Simonia obtinuit. Vtrum poſſit interim illum abſoluere, dum reualidationem tituli procurat, & compoſitionem? Reſp. Poſse talẽ pœnitentem abſoluere imo debere, dummodo duo concurrant: Primum, quòd iſta fuerit prima cõfeſſio, in qua confitetur hoc peccatum, vel ſecunda, vel tertia, &

Quid faciet Confeſſor cũ beneficiato Simoniaco? Vtru ſit abſoluendus, vel non?

tia,& reperit Confeſſor talem pœnitentem omnem adhibuiſſe diligentiam ad impetrandam reualidationem. Secundum, quòd Confeſſor vrgeat talem pœnitentem, ut quàm citius id faciat. Colligitur ex Nauar. cap.27. num. 194. Et probatur, per regulam communiter approbatam circa reſtitutionem faciendam, quòd illi qui reſtituere non poteſt ſufficit animus reſtituendi, cum poterit.

Reſtitutio quomodo ſufficiat.

Secundo etiam ille qui eſt in aliqua peccati mortalis occaſione, ab ſolui poteſt, ſi proponat abſtinere, & uitare occaſionem, cum commodo fieri poterit, ut diximus ſupra. 1. par. de confeſſione, & de abſolutione. Tertio, quia quando duo ſunt in facie Eccleſiæ coniugati, & poſtea agnoſcunt occultum impedimentum, & ex ſeparatione ſequeretur graue incommodum, poſſunt manere in eadem domo, facta thori ſeparatione, & abſque periculo, dũ expectatur diſpenſatio. Nauar. ca. 3. n. 5. ad fin. Cord. in ſummo. q. 4. fol. 26. §. 5. & nos reſoluimus. ſupra in Candelabro. 1. par. tit. de matrimonio, nu. 249.

Exiſtens in occaſione pecca. ſi quã abſoluendus.

De coniugatis reperto impedimento.

28 Secunda concluſio. Obtinens beneficium ex illicita cõfidentia, & ſimoniaca, non tantum carebit beneficij titulo, ſed etiam excommunicationẽ incurrit. Cuius beneficij collatio ſedi Apoſtolicæ reſeruatur. vt tradit Nauar. c. 23. nu. 9. in declaratione Bullę. verſ. Tertio nota nouã. quã Pius IIII. & Pius V. in proprio motu quo prohibet confidentias beneficiorum, nihil prohibet quod antea non eſt illicitum, & ſimoniacum, addit tamen pęnam inhabilitatis, & excommunicationis cõtra tales confidentias.

De pœna ſimoniaci in confidẽtia.

29 Quęritur utrum ille qui recipit beneficium ex ſimonia conuentionali, teneatur illud reſignare danti? Reſp. quòd uidetur quòd ſic, quia alter non dedit niſi propter pecuniã ſperatam, ſed hęc cauſa non eſt ſequuta, imo, nec ſequi poteſt. ergo debet reſtituere alteri damnum quod intulit ex beneficio accepto?

De recipiẽte beneficiũ ex ſimonia, conuẽtionali.

Hæc quæſtio & materia, concluſione 3. finitur, quæ ſic habet. Ille qui ſic habuit beneficiũ, poteſt ſibi illud retinere. Ratio huius concluſionis eſt, quia collatio, & renunciatio gratis facta eſt, & ualet in vtroque foro, ut tenet Nauar. c. 23. numero. 103. & 111. & in relectione de ſimonia. numero. 11. & 16 & ca. 25. nume. 112. Et quamuis idem dicat Nauar. de eo qui recipit pecuniam ex ſimonia mentali, nec dedit beneficium, quod poteſt retinere, quia in pari turpitudinis cauſa, melior eſt conditio poſſidentis, quando lex non facit incapacem. Sed Reſp. probabilius eſſe, & communiorem ſententiam, quòd tenetur reſtituere eam pecuniam domino danti, ſicut & in vſura mentali, quia non datur gratis, ſed ex cauſa turpi non ſubſequuta. Quod de pecunia per ſimoniam completam recepta eſt duplex ſententia practicè probabilis: in qua datur optio. Prima ſententia communis tenet reddendam eſſe Eccleſiæ, in cuius iniuriam hęc ſimonia facta eſt. tenet S. Tho. 2. 2. quæſt. 32. artic. 7. & melius, q. 100. artic. 6. ad 4. & cõmunis cum gloſſ. in reg. peccatum de reg. iur. in 6. ubi Couar. 2. par. §. 8. numero. 9. quod videtur etiam ſentire F. Franciſcus victoria in relect one de ſimonia. in 2. par. de pœnis Simoniacorum. numero ſexto. tenet etiam Adrianus in ſumma. verb. ſimonia. in. fin.

Et an teneatur pecuniam reſtituere.

Et cui eſt reſtituẽda?

Silu.§. 20. in fine. & verbo reſtitutio.8.nu.1.Nauar.c.25.nu.14.

Altera opinio eſt illorum qui dicunt, quòd ante condemnationem iudicis deberet potius pecuniã reſtituere domino, qui dedit, & non Eccleſiæ.ita Sotus,lib.4.de iuſtit.& iure.q.7.ar.1.ad 2.& lib.9.q.8.ar.1. & multi Doctores moderni. quorũ ſententiam dicit probabilem Victor. Quod vero dicit S. Thom.d. artic.6. ad 4. loquitur de illis pecunijs quæ ſunt redditus beneficij Simoniaci, hos enim fructus non debet reſtituere, ei qui dedit beneficium ſimoniacè, ſed Eccleſiæ, vel pauperibus. Et cum his ſatis de Simonia, quia Deo volente latius de ea acturi ſumus in alio opere,vel tractatu.

Nota 10. Circa vltimam exce-
30 ptionem, ſcilicet, circa irregularitatem contractam propter malam ordinum ſuſceptionem. Quòd ſi quis excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus ſuſcipiat ordines, fit irregularis, & quia hæc diſpenſatio ſoli Papæ reſeruatur,vt probat Couar.in c. Alma mater.de ſent.excom.lib.6.1.par.§.6.nume.6. col.4. ideo commiſſarius non poterit cũ hoc diſpenſare.Secundò.Si aliquis ab Epiſcopo nominatim excommunicato,hæretico, vel apoſtata ordines accepit,ita ligatus eſt, vt minime queat per commiſſarium diſpẽſari. vt tradit Couar. ſupra. & optimè Nauar.Manuali.cap.27.nu. 241. verſi.Quarto.Tertio,ſi quis per falſum promotus eſt;non poterit cum eo commiſſarius diſpenſare, poterit tamen Epiſcopus, quia eſt mala receptio ordinum. Quartò. Si quis abſque literijs dimiſſorijs, vel extra tempora, vel ante legitimam ætatẽ ordinaretur, eſt ipſo iure ſuſpẽſus.

De excõica to ſuſpẽſo, vel interdi cto ordines accipiente, &c.

De epiſcopo hæretico, &c.

De ordinato per falſum.

De ordinato ſine literis dimiſſorijs.

per extrauagan. Cum ex ſacrorum Pij II. vt diximus ſupra in Candelabro.de ſuſpenſ.num.110. In quibus, & in omnibus irregularitatib. q̃ ex delicto non procedunt,non poterit cõmiſſarius diſpenſare, vt ſi in excõmunicatione q̃s celebret, &c.

Et qualiter non poteſt commiſſa-

Nota 11. Circa id quod Bulla Latina cruciata concedit commiſſario, ſcilicet, vt poſſit diſpenſare in retentione beneficiorum, & fructuũ ex illis perceptorum; Qđ ſi beneficiarius nõ recitauit horas Canonicas,abſque iuſta cauſa excuſante, tenetur reſtituere fructus pro rata temporis. ita tenet communis opinio omnium tam Theologorum, quam Canoniſtarũ. per tex.in Concil.Lateran. citatum à Sot. infra, & Nauar.cap.25. num. 122. Et aduerte,quòd licet Sotus. lib. 10. de iuſt. & iure.quæſt. 5.artic.6. verſi.At vero dubium,& Anto.Cord.in Quæſtionario.lib.5.quæſt. 43. dub. 1. & alij dicant, quòd ſi quis omitteret dicere Diuinum officium vno, aut duobus diebus, non teneretur reſtituere: Hodie tamen Pius Papa V. (vt ait Nauar.capit.25. num.122.& in Apologia, de redditibus,in fine) decreuit proprio motu aliqua,quibus rem omnem declarauit, atque ſine dubitatione reliquit. 31

De fructib. male perceptis ex omiſſione horarum.

Qualiter teneatur reſtituere.

Quorum primum,quod ſi beneficiatus, tranſactis ſex menſibus à dicto Concilio Lateranen. conceſſis, & ab ipſomet Pio V. confirmatis, omittat vnam horam, teneatur reſtituere. Videlicet, Si omittat matutinum cum laudibus, medietatem fructuum illius diei. Si autem vnam ex alijs horis, reſtituat ſextam partem, qui omnes alias horas, matutino excepto, medietatem. 32

Beneficiatus, quãdo peccet,& teneatur reſti tuere.

Secundò, quòd ille qui habet præſti-

Præſtimoniũ habens tenetur.

præſtimonia (Hiſpani Præſtameram vocant,) vel qualecunque beneficium non requirens ſeruitium, vt Capellania collatiua, ſi omittat recitare officium, ſimiliter teneatur ad reſtitutionem.

De penſionario, quãdo teneatur recitare.

Tertiò ſtatuit, teneri ad eandem fructuum reſtitutionem eos, qui penſiones, fructus, vel alias res Eccleſiaſticas, vt clericus percipit; ſi prædicto modo non recitauerit officium paruum Beatæ Mariæ. quamuis Sotus ſupra dixerit oppoſitum. Nec mirum quia ſcripſit ante Pium V.

Dicitur autẽ, in dicto motu proprio Pij V. illud verbum: vt clericus, vt excludamus (meo iudicio) nobiles complures, & milites, qui ob rem aliquam in defenſionem Catholicæ fidei bene geſtam, penſione aliqua quaſi pro ſuorum pręmio laborum, ſuper aliqua dignitate ſunt præmiati, quod non tetigit Nauar. in expoſitione dicti motus proprij.

Pẽſio an redimi poſſit?

33 Quarto, decreuit penſionem ſuper beneficio impoſitam, minimè pecunia redimi poſſe abſque ſedis Apoſtolicæ licentia. Quod ſi contrafactum fuerit, non obſtante redemptione, poterit pẽſionarius repetere fructus, & venditio illius eſt Simoniaca; licet non inducat excõmunicationem, vt probat Nauar. c. 23. num. 121. & probat latè F. Ludouicus de Beia, in libro dicto: Reſponſiones caſuum conſcientię. fol. 119. Et probatur, quia illa penſio eſt quid ſpirituali annexum, communiter, vt ius patronatus, annectitur communiter, & ideo Papa obligat ratione illius ad horas Beatæ Mariæ Virginis. tenet etiam Maior. in 4. diſt. 15. q. 5.

Confirmatur, quia penſionarius, ſicut & beneficiarius in minoribus, mox vt contrahit matrimoniũ, perdit penſionem, & beneficium. Nauar. cap. 25. nu. 120. vbi citat communem opinionem. latè Couar. in 4. de ſponſ. 2. par, c. 6. §. 3. nu. 6.

De penſionario contrahente, &c.

Ante hanc autem nouam Pij V. conſtitutionem non defuerunt auctores qui dicerent penſionem poſſe redimi in foro conſcientiæ propria auctoritate, tenuit Nauar. Manuali Hiſpano. c. 25. num. 114. Gigas de Penſion. q. 9. nu. 7. Sotus. lib. 3. de iuſtitia. q. 6. ar. 3. & lib. 9. q. 7. artic. 2. concluſ. 3. Victoria in relectione de Simonia. q. 47. Caiet. Opuſ. 27. quæſtion. quæſt. 10.

De compoſitione ſup fructibus.

34 Quæritur vtrum commiſſarius poſſit compoſitionem facere cum ijs qui (vt dictum eſt) ratione omiſſi officij tenentur ad reſtitutionem fructuum ſuorũ beneficiorum malè perceptorum? Reſp. in Bulla Latina conceſſam eſſe hanc facultatem commiſſario componendi cum eis, ita vt quantitas compoſitionis pro medietate Eccleſiæ, vel alijs pijs locis, quorum, vel quarum ratione horas prædictas recitare debẽt: Et pro altera medietate detur in ſubſidium Bullæ. in qua compoſitione ſic ſe habet, vt plurimum, commiſſarius, vt exigat decimam partem rei debitæ, verbi gratia, teneor reſtituere centum ſcuta, exigit decem. Sufficit autem, vt reliquam partem compoſitionis reſtituat beneficiarius pauperibus, vel quibuſcunque operibus pijs, vt dicit Nauar. capit. 25. num. 122. latè etiam cap. 17. nu. 93. & in Apologia de redditibus Eccleſiæ. quæſt. 1. monito. 77. num. 3. & 4. & quæſt. 3. monit. fin. ita enim habet conſuetudo, legum interpres, quòd beneficiarius, & Epiſcopus, extra loca beneficij degens, ſolent

Qualiter facienda compoſitio?

Cui reſtituendi ſint fructus?

B 2 eleemo-

eleemoſynam, vel reſtitutionem facere; propter horas non recitatas, &cæt. Et ſic poteris limitare Concil. Trid. ſeſſ. 23. capit. primo, dum iubet, quòd non reſidens reſtituat fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus loci.

35 Reſtitutio vtrum faciēda in alio loco.

Item, quamuis ſurripiens aliquid ab hoc oppido, & facta diligentia ignoratur dominus, licèt expediat reſtituere in eodem loco, ſufficit in pauperibus alterius loci, vel Regni reſtituere. Syluest. reſtitutio. 8. §. 5. Sotus lib. 4. de iuſt. & iure. q. 7. ar. 1. ad tertium. Caiet. 2. 2. q. 68. art. 5. ad tertium, & Clarius in ſumma, verb. Reſtitutio. cap. 4. Ledeſma. 2. par. q. 18. artic. 3. fol. 266. Nauar. capit. 17. num. 93. & ſupra faciunt multa quæ adducit Duennas, regula 366. ampliatione 6.

36 De excōicato, vel ſuſpēſo recipiēti fructus.

Quæritur, quid ſi excommunicatus in mora exiſtens, vel ſuſpenſus recipit fructus beneficij? Reſpon. Quòd quamdiu excommunicatus eſt in mora, & per eum ſtat, ne abſoluatur, fructus ſui beneficij minimè poteſt percipere; quia hic eſt vnus de actibus, qui principaliter prohibentur excommunicato, vt tenent communiter Doctores in cap. paſtoralis. de appellat. vbi Abb. nu. 18. Hoſtien. Henricus, Collectarius, Francus, Maranta in ſpeculo aduocatorum 6. par. §. tactus. nu. 168. Gragas. de Penſion. q. 64. Couar. lib. 3. variarum. cap. 13 num. 8. verſicu. 2. Adrian. de clauibus. q. 3. Syluest. verbo, clericus. 4. quæſt. 24. Armilla. §. 28. & verb. ſuſpenſio. §. 4. facit Victoria in ſumma, quæſt. 345. & ita eſt tenendum, quamuis tex. quos prædicti allegant, non apertè dicant eſſe priuatum fructibus, ſed priuandum.

37 Quæritur vtrum cū talibus poſſit compaſſio fieri per commiſſariū ſuper fructibus in dicta excommunicatione, vel ſuſpenſione perceptis? Reſp. quod ſic, quia ſic colligitur ex dicta Bulla.

Quid poſſit cum talib. commiſſarius.

Item quæritur vtrum ille qui per Simoniam completam recepit beneficium, & poſtea à Summo Pont. obtinuit riualidationem tituli, poſſit cum commiſſario compoſitionē facere de fructibus male perceptis? Reſpon. quòd non, quia hoc expreſſe reſeruatur Papæ. Idem erit iudicium, ſi Epiſcopus, vel Parochus aliquis non reſideret perſonaliter, priuatur abſque vlla declaratione fructibus pro rata, & minimè poteſt cum commiſſario compoſitionem facere. vide Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. primo. 38

Quid cum illo qui obtinuit diſpēſationemē.

Quæritur opportunè, quid ſignificat Bulla per illud verbum, cum beneficij retentione? Reſpon. ſecundum aliquos, quòd poſſit commiſſarius cum Simoniaco diſpenſare: vel cum eo qui excommunicatus, vel irregularis recipit beneficiū vt retineat titulum, & fructus, reualidando titulum in foro conſcientiæ. ſic enim clarè olim concedebatur in antiqua Bulla de confraternitate, uel confraternitatis SS. Petri, & Pauli. 39

Verbum cū beneficij retentione, quid ſignificet?

Quæritur item vtrum concedatur commiſſario, vt poſſit facere nouam collationem beneficij, reualidando titulum? Reſp. Quod nō, ſed tantum vt ille, qui iam habebat verum, & legitimum titulum, & tenetur propter delictum in conſcientia dimittere beneficium, poſſit retinere titulum & fructus. In quo poteſt ſimiliter diſpenſare Epiſcopus, Vt ſi parochus facit homicidium, vel aliud graue crimen, propter qđ inhabilitatur perpetuo, ad vſum beneficij, 40

Commiſſarius nō reualidat titulum.

De beneficiato cōmittēte homic.

neficij, non amittit titulum, ſed tenetur illud dimittere, vel reſignare ita Couar. in cle. ſi furioſus. 2. par. §. 3. nu. 6. & tradit Nicol. Ploue. de irregularit. regula. 44.

41 Quæritur vltimo, quid ſi beneficiatus ſacris initiatus, de facto contraxit matrimonium? Reſp. Secundum Couar. 4. de ſponſal. 2. par. c. 6. §. 3. nu. 4. in fine, quòd talis perdit titulum beneficij. Sed contrarium eſt tenendum, imò quòd tantum ſit priuandus à iudice, ſicut homicida, ſecundum gloſſam, communiter approbatam. in cap. 1. de cleric. coniug. quam refert, & ſequitur Nauar. capit. 25. num. 120. & colligitur ex Ant. Gabr. tom. 1. pag. 304. col. 2. & cum hoc poterit etiam diſpenſare commiſſarius. Et hæc circa auctoritatem commiſſarij Bullæ cruciatæ dicta ſufficiant.

De beneficiato in ſacris contrahente matrimoniũ, vtrũ ſit priuatus?

CAPVT, VEL TRACT. II.

De Illegitimis.

1 QVIA, vt in materia de Irregularitate, nu. 1. diximus, impoſſibile ferè eſſet omnes irregularitatis caſus numerare: quia vt ait Aluar. Pelag. de Planct. Eccl. lib. 1. c. 48. irregularitas cõtrahitur modis quodammodo indicibilib. & inexprimibilibus. Et quia poſt huius noſtri Candelabri Aurei impreſſionẽ emanauit Bulla S. D. N. Sixti Papæ V. incipit: Cum de omnibus. Dat. 6. Cal. Decemb. 1587. cõtra illegitimos non admittendos ad Religionem: Ideo quæritur ſuppoſito, quòd aliquis diſpenſationem obtineret ſuper dicta Bulla, & maximè hodie, quæ dicta Bulla modificata eſt à S. D. N. Greg. XIIII. ad quid cenſeretur habilis, vel inhabilis in Religione? Ad quam quæſtionem aſſertionibus quibuſdam breuiter reſpondemus.

Prima, quamuis omnis ferè irregularitatis macula Religionis ingreſſu, & profeſſione aboleatur, vt tradit gloſ. & Abb. in c. 2. de Apoſt. vt habetur in Auth. de monachis. in prin. & gl. in c. cum deputati. de iudic. Non eſt tamen ita abſolutè intelligendum vt ſonat, imò melius dices, quòd religio hoc operatur, vt plurimũ in irregularitate, ſcilicet, ꝙ operatur diſpẽſandi facultatem. ita tenet glo. in capit. in quibuſdam. de pœn. Silu. verbo, Irregularitas. q. vlt. verſi. Secundum. Abb. ſupra. Doctores antiqui aliqui, quos refert & ſequitur Simon Maiolus. de irregular. lib. 5. cap. 51. num. 11. verſi. tolletur, & num. 12. 2

Quæ irregularitates tollantur profeſſione, & qualiter hoc fiat?

Secunda, per ipſam Religionis profeſſionem cenſentur ſublatæ irregularitates aliquæ, quæ in iure exprimuntur, quarum aliquas refert Abb. & Sylu. ſupra, & Doctores. in q. ſeq. Inſuper ingreſſus ipſe Religionis æquiualet omni pœnitentiæ. vt colligunt Doctores. ex tex. in c. admonere. 33. q. 2. 3

Ingreſſus Religionis æquiualet omni pœnitentiæ.

Quo ad noſtram autem quæſtionem, ſ. de illegitimo, quãuis S. Ant. 3. par. tit. 29. cap. 4. dicat, ꝙ non videtur poſſe efficere, vt Religionis profeſſio tantum habilitet illegitimum ad ſacros ordines, nam ſi fratres Prædicatores hoc habent ex priuilegio ab Alexandro III. & Ioanne II. vt cum illegitimis profeſſis poſſint diſpenſare ad ſacros ordines, conſequens eſt, ut id eis ipſo iure non competat, quod tradit idem S. Anton. in tract. de excom. & cenſuris. capitulo 99. §. diſpenſatus: Nihilominus tamen commu- 4

Profeſſio qualiter legitimet illegitimos?

communis eſt omnium ſententia, quòd Religionis profeſſio legitimat quo ad ſacros ordines. Gl. in c. fin. de filijs presb. vbi Abb. & alij. Arch. in c. 1. per tex. illum. diſt. 56. Syl. verb. illegitimus. Tabiena. verb. ordo 4. probat latè Sot. 4. diſt. 25. q. 1. ar. 3. tex. in cap. 1. de fil. presb. quē refert, & ſequitur Nauar. c. 27. num. 201. Armil. verb. irregul. nume. 88. Inno. Hoſt. Goffred. & alij, quos, cōtra alios, refert & ſequitur. Summa confeſſorum. lib. 3. tit. 19. q. 2. & Maiolus lib. 1. c. 10. nu. 1. & 2. & multi alij communiter.

4 Tertia. Quamuis dicti illegitimi videantur, ſecundum communem, diſpenſati quo ad ordines per profeſſionem; non tamen ſunt diſpenſati, & legitimati, vel habilitati ad obtinendas prælaturas religionis, ſcilicet, quòd nō poterit eſſe Prior, vel Guardianus, Prouincialis, vel Generalis, vt tradit S. Ant. 3. par. tit. 29. cap. 4. verb. Tertius modus, & eſt tex. expreſſus. in cap. 1. de fil. presb. vbi Abb. Sylu. Armil. Tabien. & alij ſupra.

Ad quid ſint diſpenſati?

5 Quarta. Etiam ſi ſic legitimati per profeſſionem, exponi poſſint ad ſacras confeſſiones, etiam ſecularium, audiendas, & ad alia ſacramēta, & ſacramentalia adminiſtranda; quia ad hoc nullo iure prohibētur: Non poterunt tamen aſſumi ad curam animarum, in eodem, vel alio quocunque monaſterio, vel alia quacunque Eccleſia Parochiali, vel Abbatia. probat optimus tex. D. Auguſtini in cap. legi. 16. q. 1. & tradit Abb. & alij. in d. cap. 1. de fil. presb. Tabien. verb. Diſpenſatio. num. 21. Illuſtriſs. Cardin. Gabr. Paleot. primus Bonon. Archiepiſcopus, & literis, & virtutibus inſignis, in lib. de nothis, ac ſpur. c. 57. nu. 4. Summa. confeſſ. lib. 3. titu. 19. quæſt. 2. Maiolus lib. 1. cap. 10. num. 3. Palud. & alij. quos refert, & ſequitur Nauar. ſupra.

Illegitimi legitimati ad cōfeſſiones non cenſentur, &c.

Quinta. Similiter etiam illegitimus talis per profeſſionem legitimatus, non poterit, abſque Papæ diſpenſatione, vel alterius poteſtatem habentis, eſſe Epiſcopi Vicarius, vel prouiſſor. tradit Abb. in d. c. 1. & Glo. in c. fin. de fil. presb. Felin. in cap. Meminimus. de accuſat, num. 6. Illuſtriſs. Paleot. ſupra. 6

Nec poſſunt fieri Vicarij Epi.

Sexta. Quamuis talis illegitimus fuit diſpenſatus à Papa ad Rectoriam; non tamen poterit admitti ad eadem rectoriam, vel perſonatum, ad quam per electionem procedi conſueuit. tex. in cap. fi. de præben. Goffred. & Raim. quos refert & ſequitur Sylu. verb. legitimus. quæſt. 7. verſi. Primum. & in verb. illegitimus. quæſt. 5. Papa enim non cenſetur voluiſſe præiudicare electoribus, vt tradit Fel. quem refert, & ſequitur Tabien. verb. beneficium. 2. numero 20. 7

Quid de rectoria p electionem.

Poſt quæ omnia ponam concluſionem generalem, quam ponit Sotus 4. diſt. 25. quæſt. 1. arti. 3. in hæc verba: At vero mos nunc in religionibus ſeruatur, ſiue iure communi, ſiue conſuetudine, vel priuilegio fuerit obtentus, vt per profeſſionem omnis irregularitas, quantum ad ordinis ſuſceptionem aboleatur, præter illam, quæ vel ex homicidio voluntario, vel ex Bigamia contrahitur; non autem quantum ad prælationem. ita habetur in libro. Compendium priuilegiorum. in multis locis, maximè verbo abſolutio, & diſpenſatio quo ad fratres. 8

Concluſio generalis Soti.

CA-

CAPVT III.

De Mulierum irregularitate, vel inhabilitate in communi.

1 Canones agũt de mulieribus.

DIXIMVS multa in noſtro Aureo Candelabro, de hominum tã laicorum, quàm ſacrorum irregularitatibus; Ratio dictat, vt aliqua de mulierum irregularitate dicamus, ſiquidem & Canones, & Doctores non dedignãtur de illis agere.

2 Mulier, & Angeli incapaces ad claues, & ſacramenta.

Et quamuis ad explicandam fœminini ſexus incapacitatem, & inhabilitatem, eſſet ſatis cõſiderare Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Apoſtolos ſuos, non ſacratiſſimam eius Matrem omnibus hominibus, & Angelicis choris digniorem ordinaſſe, & claues regni cęlorum tradidiſſe. vt eſt tex. expreſſus. in cap. Noua. de pœnit. & remiſſ. & tradit Hoſt. in c. dilecta. de maior. & obed. quem refert & ſequitur Summa cõfeſſ. lib. 3. tit. 23. q. 1. immo, nec Angelis congruit hæc poteſtas, vel alia ſacramentalis in aliquo ſenſibili. vt ait S. Tho. 4. diſt. 24. art. 1. ad 2. & 3. & Sot. 4. diſt. 25. q. 1. ar. 2. conclu. 1. Nihilominus tamen aliqua in particulari dicamus oportet.

3 Dico 1. Mulieres multis ex cauſis vituperari, vel laudari poſſe, ſed vincentes in bono malum, te, (lector pie) remitto ad librum curioſiſſimum, quem de laudibus mulierum compoſuit Illuſtriſ. D. Ioannes de Eſpinoſa Hiſpanus, impreſſum Mediolani anno 1580. vbi multa reperies ſcitu digniſſima, & ad Officinam Rauiſſij Textoris, qui multa etiam congerit.

4 Si autem mulierum vitia vis ſcire, vide mirabilem auctorem ſummis laudibus celebrandum, Aluarum Pelagium de planctu Eccleſię. lib. 2. capitu. 45. vbi, præter vitia omnibus communia, centum & duo vitia numerat particularia mulierum.

Dico 2. Tantam eſſe inhabilitatem, & incapacitatem mulierum quo ad ordines, ſexu, & Eccleſię cõſtitutione prohibente, quòd ſit de eſſentia Sacramenti ordinis de iure diuino virilis ſexus, vt diximus in Candelabro de Sacram. ordinis. nu. 23. In tãtum quòd multis viſum eſt vſque adeo mulieribus ordines non cõgruere, vt eæ nec irregulares quidem dici poſſint. Tabien. verb. irregularitas. 4. in principio. Soc. in cap. ſententiam. 5. par. principali. q. 14. ad fin. ne cleric. vel monachi. eſt enim incapax cuiuſcunque ordinis maioris, vel minoris, natura ipſa repugnante, vt ait S. Thom. in 4. diſt. 25. quæſt. 2. arti. 2. & omnes ibid. & Glo. in cap. Diaconiſſam, 27. quæſt. 1. notat Abb. in cap. Noua, de pœnit. & remiſs. & in cap. dilecta. de maior. & obed. tex. in c. mulieres. & c. ſi. d. 32. tradit Simon Maiolus lib. 1. cap. 28. nu. 1. 5

Vtrũ mulier dici poſſit irregularis.

Mulier incapax cuiuſuis ordinis.

6 Quod intantum eſt verum, quod contrarium aſſerere eſt hæreſis Cathafrigiorum, qui nominabantur Montanus, Priſca, & Maximilla anno 181. tempore Sotheri Papæ, & Commodi Imper. vt tradit Euſeb. Cæſarienſ. libro 7. cap. 19. S. Thom. opuſ. 5. Summa confeſſ. lib. 3. tit. 23. quæſt. 1. Paul. Gryſal. in principio. de hæreſibus. litera C. & Sotus in 4. diſt. 25. q. 1. ar. 2. Quam hæreſim tenuit etiam Lutherus, vt ait ipſe Paul. Gryſ. in libro Deciſiones verb. mulier. num. 2. Vnde infertur, quòd ſicut caracteris incapax eſt, ita nullũ quodcunque officium ad ipſos ordines

Hæreſis eſt dicere mulierem capacem ordinis.

dines

Mulier incapax caracteris.

dines ſpectans, adminiſtrare poteſt, Gloſſ.in d. c. Diaconiſſam & tex. in c. ſacratas, diſt. 23. Maiolus ſupra. Summa confeſſ.ſupra.

Et quare.

7 Sed quæritur quæ ſit cauſa huius incapacitatis, & impedimenti? Aliquas rationes adducunt Doctores: Quarum prima eſt. Quia (inquiunt) mulier ad imaginem Dei creata nō eſt, mouentur aliqui ad hoc tenendum ex illis D. Pauli verbis 1. ad Corin.c.11. quæ ſunt: Vir non debet uelare caput, quoniam imago, & gloria Dei eſt, mulier autem gloria uiri eſt. ita tenet D. Ambroſius. & habetur in c. mulier debet. 33. q. 5. & D. Auguſtinus. & habetur in c. hęc imago. ibidem & Glo. 1. in c. dilecta. de maior. & obed. quos glorioſos ſanctos, & gloſam refert, & ſequitur abſque ulla controuerſia, & dubitatione Simon Maiolus lib. 1. c. 28. nu. 2. Contrarium omnino tenet, dicēs contrarium hæreticum, Paulus Gryſaldus in libro, deciſiones catholicæ, uerb. mulier. num. 1. nec citat D. Aug. nec D. Ambroſium. Diuus autem Thomas 1. par. q. 93. art. 4. ad 1. hanc ſoluit (vt ſemper ſolet) difficultatem dicens, quòd tam in viro, quàm in muliere inuenitur Dei imago quantum ad id in quo principaliter ratio imaginis conſiſtit, ſ. quantum ad intellectualem naturam. Vide Gene. 1. cum dixiſſet, Ad imaginem Dei creauit illum, ſ. hominem, ſubdit, maſculum & fœminam creauit eos. Et dixit pluraliter, eos (ut Aug. dicit) ne intelligatur in uno indiuiduo uterq; ſexus fuiſſe coniunctus. Et ſic procedit Paulus Gryſ. & communis, ſ. quòd ſit mulier etiam, imago Dei. Sed quantum ad aliquid ſecūdariū imago Dei inueniē in uiro ſecundum quod non inuenitur in muliere. Nam uir eſt principium mulieris, & finis, ſicut Deus eſt principium & finis totius creaturæ. Vnde cum Apoſtolis dixiſſet, quod uir imago & gloria eſt Dei, mulier autem eſt gloria uiri, oſtendit quare hoc dixerit, ſubdens, non enim uir ex muliere, ſed mulier propter uirum. Hæc ille. Et ſecundum hoc procedit D. Ambroſij, & Auguſtini ſententia, ſ. quòd mulier non ſit ad imaginem Dei creata.

Mulier an fuerit ad imaginem Dei facta.

Soluitur quæſtio.

Vir principium & finis mulieris.

Secunda cauſa & ratio, quare mulier ſit incapax, eſt quia ordines illi ſoli competunt, qui uice Chriſti ad Altare miniſtret, ita D. Ambr. 1. ad Thim. c. 5. Summa confeſſ. lib. 3. tit. 23. q. 1. Gloſ. in c. dilecta. de maior. & obed. Maiol. ſupra. Sotus 4. d. 25. q. 1. ar. 2. concl. 1. &c. Merito ergo eos mulier exercere nō poteſt, quum nec uicem, nec perſonā Chriſti referre poſſit, ſicut enim per uirum peccatum intrauit in mūdum, & non per fœminam, ut tradit S. Th. 3. ſent. diſt. 12. ar. 4. ad fin. & omnis catholicorum ſchola; & Chriſtus ideo aſſumpſit ſexum maſculinum, ut perfectum, & actiuum; ita quicunque uicem Chriſti uult repreſentare, debet eſſe proportionatus perſonæ Chriſti, quæ proportio tantum in uiris eſt. 8

Ordines illi ſoli competunt, qui uice Chriſti miniſtrat.

Peccatum originale per uirum.

Tertia ratio. Quia pulchritudinem Eccleſiaſticæ hierarchiæ maximè ſexus fœmineus dedecebat. Quia ſicut Apoſt. 1. Cor. c. 11. ait, Chriſtus caput eſt uiri, ita & uir caput mulieris, quia non uir ex fœmina primò, ſed fœmina ex viro ſumpta eſt. Sot. ſupra. 9

Pulchritudo eccleſiaſticæ hierarchiæ.

Quarta ratio. Quia ordo Eccleſiaſticus eſt quædam medicina non propter ſeipſum, in quo eſt, ſed propter alterum, quia collatus eſt non in remedium perſonę, ſed Eccleſiæ; ideo mulieri hoc non congruit, vt ſit ca- 10

Ordo eccleſiaſticus medicina.

ſit capax ordinis,ne uideatur eſſe caput in Eccleſia contra naturæ ordinem. vt eſt tex.in c.Eſt ordo 33.q.5. & mirabilis tex.quem ad hoc nemo citar,in c.in apibus.7.q.1.ubi nota quod ibi,vbi inquit,grues unam ſequuntur ordine literato. i. ſemper procedunt litteram Pithagoræ ſeruantes,videlicet.Y.ut clare patebit in tuentibus.

Nota obedientiā in grauibus, & apibus.

11 Quinta ratio.Quia ordines Eccleſiaſtici inter alia officia ad docēdū ſūt iuſtituti,mulier autē, ut Apoſtolus ait 1.Corin.c.11.in ſilētio diſcat cum omni ſubiectione, docere autem mulieri non permitto, Semel enim mulier docuit, & totū ſubuertitmundum.ut ait D.Aug.

Litera Pitbagoræ. Ordo eccleſiaſticus ad docendū.

12 Sexta ratio,quia qui ordines ſuſcipit,eo ipſo habilis fit,ut fieri poſſit Epiſcopus,qui quidem eſt Eccleſiæ ſponſus: mulierem autem non decet ſponſum eſſe Eccleſiæ Chriſtum repræſentantem.Atque hac de cauſa non ſolum maiorum ordinū non eſt capax,uerum neque minorum,neque primæ tonſuræ: quas rationes poteris colligere ex S.Tho. Sot.Maiolo.Summa confeſſ.& alijs ſupra & multis alijs.

Eps Eccleſiæ ſpōſus.

Mulier incapax ad 1. tonſuram.

13 Quæritur. Quid ſi fœmina de facto ordinaretur?Reſp.Nil exeq, poſſe,quum nec ordinis character imprimatur,ut (ultra communem quā adduximus ſupra in Candelabro,de Sacram. ordinis.nume. 23.)probat Gloſſ.in c.Diaconiſſam.27.qu.1.& S.Anton.3.part.tit.29.c.6.uerſi.Hermafroditus.& omnes communiter, ut referr,& ſequitur Maiolus.lib.1. cap.28.num.5.

Quid ſi de facto ordinetur.

14 Quæritur,ergo, cum hoc uerum ſit,quare multoties mulier appellatur presbytera,Diaconiſſa &c.Reſ. 1.ſecundum Eneam Siluium. hiſt. Boemicæ.cap.16.quem refert & ſequitur Maiol.ſupra, q hoc nihil ad ordinē ſacrum ſpectat.tex.in d.cap. Diaconiſſam.nam ideo dicitur quia presbyteri,uel diaconi ſocia eſt,uel quia præpōſita eſt ad homilias legēdas in choro mulierum,ut ait Gloſ. in d.c.Diaconiſſam.Socin.in c.ſententiā.5.part.principali.q.14.ad fin. S.Anton ſupra tex.expreſſus in ca. presbyter.&c.fin.d. 32.uide etiā Sūmam confeſſorum lib.5.titulo.23. q.1.Sotum.4.diſtin.25.q.1.art.2.& latè Decium.in l.fœminæ.ff. de reg.iuris.num.41.

Mulier, quare appellabatur, Diaconiſſa presbytera, &c.

Sed licet dicta reſponſio non ſit reijcienda,melior tamen mihi uidetur 2.reſpondere ex doctrina Soti ſupra.Diaconiſſas appellari illas ſāctimoniales quæ inter cæteras aliqua forſan benedictione etiāt lectionibus homiliarum,& Euangeliorū deſtinatæ in choro ; nam Diaconiſſa nihil aliud eſt quā miniſtra.Presbyteræ autem erant matronæ uiduę nam presbyter,idē eſt quod ſenior, quæ forſan apud Græcos eligebantur ut curam haberent aliquam de rebus Eccleſiæ.Sed in d.c.Diaconiſſam cauetur,ne tanquam ordinatæ conſtituantur.

Presbyter q ſenior.

Quæritur utrum illa quæ ex rei natura,mulieri non competunt,ſcilicet.ordines accipere, &cę t. poſſint ſaltem ,ex Apoſtolicæ ſedis diſpenſatione illi conferri ? Reſponſ. Simon Maiolus libro.1. capitulo. 28.numero.7.citans Paul.1.ad Corint.14.& 1.ad Timotheum. capitulo.2.ſic ait: Quibus Apoſtolicis locis conſtat mulieres diſpenſandas non eſſe ad prædicationis munus , quum nec Virgini matri Mariæ hoc a domino fuerit diſpenſatum,ut dicitur in d.capit.Noua.de pœnit. & remiſſ. Nam quæ mulier prohibentur ob incongruentiam 15

Vtrum Papa diſpenſare poſſit cum muliere &c.

riam ordinis, ad hunc ſexum nec per diſpenſationem concedi debent.

16 Vtrum mulier ſi orditur, benedicat, excommunicet, &c. de facto incurrat cenſuram?

Quæritur item, cum mulier ordinari, alios benedicere, excommunicare, interdicere &c. non poſſit, vt tradit Abb. Socin. & communiter Canoniſtæ. Aluarus Pelagius. lib. 2. c. 45. Angel. Sylu. Armil. verb. fœmina, & mulier. Nauar. Sot. & Maiol. ſupra. Quid ſi illa de facto fecerit, vtrũ incurrat aliquam cenſuram, vel irregularitatem? Reſp. Irregularitatem ueram in muliere minime conſiderari poſſe, etiam ex homicidio uolũtario, quia licèt mulier ſicut & homo alium interficiens puniatur omnibus alijs pœnis ſpiritualibus. ſ. pro peccato mortali pœna æterna, niſi conuertatur, & confiteatur; & pœnis eccleſiaſticis, ſ. excommunicatione, ſi occiſus erat clericus. per tex. in c. Si quis ſuadente. 17. q. 4. & pœnis etiam corporalibus, ſ. ultimo ſupplicio, niſi aliqua iuſta cauſa illã excuſet; non tamen punitur illa pœna irregularitatis, qua homo interficiens, uel mutilans alium, punitur, quia priuatio ſupponit habitum, ut apertè docet Soc. in d. c. ſentẽtiam. q. 145. par. ne cler. vel monach. quã refert & ſequitur Maiol. ſupra. numero 18.

Mulier ex homicidio, an incurrat irregularitatem, cum aliàs puniatur, &c.

17 Irregularitatis effectus poſsũt in fœmina cõſiderari.

Dixi: Irregularitatem veram, quia effectus alij irregularitatis bene poſſunt in fœmina conſiderari, vt ſunt excluſio, & depoſitio. Nam ex prædicto abuſu iuriſdictionis, poteſt priuari ſuis facultatibus, & prærogatiuis, quia cum habeat aliquando ius conferendi beneficia, uel ius patronatum præſentandi, & ſubditos habeat clericos, cum plena iuriſdictione vt in c. dilecta. de maior. & obed. vbi Abb. & omnes, poterit hæc mulier quo ad hoc fieri irregularis.

CAPVT, VEL TRACT. IIII.

De Sacrarum mulierum irregularitate.

1 Status religionis perfectus.

QVAMVIS, ſecundum omnium Catholicorum ſententiã omnibus alijs ſtatus religionis perfectior ſit, vt ex S. Th. & alijs probat S. Anton. 3. par. ti. 16. c. 1. & Glo. fin. in c. Agite pœnit. diſt. 1. quia, ſecundum Bernard. ſuper illud: Bonum eſt nos hic eſſe: in religione homo cadit rarius, ſurgit velocius, purgatur citius, incedit cautius, uiuit quietius, irroratur frequentius, moritur confidentius, & remuneratur copioſius, quas omnes particulas ſigillatim declarat S. Anton. ſupra cap. 10. Nihilominus tamen in particularibus religionis perſonis aliqua (nec miror) inueniuntur correctione ac cenſura digna. Et quia in noſtro Candeladro Aureo, tetigimus abunde ſatis irregularitates homines tãgentes, tam ex culpa, quam abſque ea prouenientes, & ſupra de irregularitate, vel inhabilitate fœminei ſexus generaliter aliqua diximus, oportet ut nunc ad monialium (non culpas) ſed aliquas iuris pœnas, ac irregularitates ſermo noſter dirigatur.

2 Mulieres ſunt leuis ſententiæ ut pueri.

Mulier defendit ignorantia.

Et quoniam, vt ait Simancas. de Cathol. inſtit. tit. 17. num. 18. & Paulus Girlandus tract. de relaxatione carc. num. 7. Mulieres (maximè moniales) fermè vt pueri leuis ſententiæ ſũt; facilius ergo excuſari poſsũt & mitius puniri debent, quam viri, & ignorantia defendi ſolent, in ijs præcipuè, quæ explicata fide ſcire non tenebantur; in cæteris enim excuſationem

cuſationem non habēt.ideo de mo nia ium irregularitatibus, illa tantū adducemus, quæ neceſſaria uidebuntur, alia multa, quæ ex diuerſis auctoribus colligi poterant, miſſa facientes.

Pro cuius materiæ intelligentia in medium primo afferre procuraui quæ à ſacro Concilio Tridentino ſtatuta ſunt.ſeſſ.25.de Regularibus.

Ordinationes Concilij circa moniales de cōfeſſione & confeſſore,&c.

Quorū primum eſt, quòd moniales ſingulis menſibus confiteantur, ſeſſ.24.de Regular.c.10. Et qualiter hoc ſit conſilium,& non præceptum ad mortale, diximus latè, & clarè contra Nauar.in noſtro Candelabro Aureo.de confeſſione. nu. 51.concl.4.Concilium enim tantū dicit eſſe hortandas.

Secundum monialibus ter in anno offeratur confeſſor extraordinarius,qui omnium confeſſiones audire debet.c.10.Pro cuius munere clam & cum omni religionis pace, & bono exemplo exequendo,huius eſſem ſententiæ,ut poſtquam Reuerendiſſimi Epiſcopi tales, ut conuenit ad tale miniſterium, inuenerint confeſſores,omnes ſuos caſus,poteſtatemque largiantur.

De Eucharistia.

Tertium eſt,moniales, Sacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum intra chorum ſeruare non poſſunt. ibid.

De ætate.

Quartum,Monialium habitum puella,ante duodecimū annum ſuſcipere non poteſt.ſeſſ.25.cap.17. Quod ut optime,diuino ſpirāte flamine,ſtatutum eſt, vtinam factū fuiſſet decretum alterum,quo pueri ante uigeſimum quartum annum ueſtiri non poſſent,multa enim euitarentur inconuenientia,quæ cōſultò omiſſorem tacitus conſiderātibus.

Volūtas explorāda.

Quintum, Monialis profeſſioné facere non poteſt, niſi eius uoluntas prius cognoſcatur ab Epiſcopo vel eius Vicario.ibid.

Sextum,Monialis ſi faciat profeſſionem ante decimum ſextum annum expletum , & ſi per annum in probatione non ſteterit ante profeſſionem, non admittatur , & profeſſio nō obligat, eſſetque irrita. c.15. Quo caſu,ſi poſt profeſſionem taliter factam,aliqua monialis,de facto nuberet,teneret matrimonium , ut in ſimili caſu probat Sylu. uerb.monialis.n.16. ex c.periculoſo.de ſtat. Reg.lib.6.

De renūciatione.

Septimo , Monialium renuntiatio debet fieri per duos menſes ante profeſſionem,profeſſio aliàs eſt irrita.ibid.c.16.

Octauo,Monialis debet eſſe liberè,non coactè ingreſſa,immo cogētes aliter ingredi,anathematizantur ibid.c.18.

De clauſura ſeruāda.

Nono,Quicquid olim fuerit de hoc,ut tradit Angel.Syl.& alij,verb. monialis,hodie autem,poſt profeſſionem à monaſterio exire non poſſunt,quocunque prętextu, niſi ex legitima cauſa ab Epiſcopo approbāda.ibid.c.5.

De ingreſſu in monaſterium.

Decimum,Monialium monaſteria nemo poteſt,cuiuſcūque ſit ætatis,gradus,vel cōditionis, ſine Epiſcopi licentia in ſcriptis data ingredi,quam tantum in caſibus neceſſarijs poteſt concedere, & qui ſine licentia ingrediuntur,excommunicantur.d.c.

de proprio

Vndecimum,Moniales bona mobilia,vel immobilia poſſidere , vel tenere non poſſunt cu uſcunq qualitatis,uel conditionis fuerint. ſeſſ. 25.c 2.uide Candelabrum.de excō. excommunicat.60.

Duodecimum , Moniales nihil recipere poſſunt ante profeſſionem

 præter

præter uictum, & ueſtitum, & excommunicantur dantes, & recipiẽtes quouis prætextu, ſine licentia Epiſcopi.ſeſſ.25.c.16. De quo vide Candelabrum tit. de ſuſpenſione. nume.4.

De datis, uel acceptis muneribus.

Vltimo nota, ꝙ ultra approbationem d.Concilij, fuerunt moniales approbatæ in multis Conciliis, maximè in Concilio Pariſienſi.4.c.Aurelian c.5.Hiſpalenſi.2.c.11.Ex quibus, & multis aliis ſacris locis reprobata manet impia Lutheri hæreſis dicentis, iniquum eſſe moniales inſtituere, quam hęreſim damnat, & confutat Paulus Gryſal.uerb.moniales, uirginitas, & caſtitas. Ad rẽ ergo deueniendo.

Monialiũ ntu. in q bus Concilijs approbatus. Reprobatur Lutheius.

4 Nota 1.Quòd quamuis fœmina directè (ut ſupra diximus) irregularis dici nõ poſſit? reſpectu tamẽ Religionis ſuſcipiendæ, uel ſuſceptæ, moniales, uel ſacratæ mulieres irregulares dici poterunt. poſſunt enim inhabiles reddi ad aliqua officia obeunda, vel miniſteria exercenda. vt tradit Armilla. uerbo. Interdictum. numero 57. Et quoniam impedimenta ferè omnia monialium, maximè uerſantur circa earum velamina:

Moniales qualiter dicantur irregulares.

Nota 2.Virginum conſecrationẽ non eſſe nouum inuentum, nec ſophiſticum figmentum, ſed eſſe ſanctiſſimam Apoſtolorum traditionẽ, teſte S.Ignatio.Epi.12.ad Antioch. quem refert, & ſequitur Paul. Gryſal.lib.deciſiones Catholicæ. verb. Traditio.litera V.& Martinus Ayala.de diuinis traditionibus: Traditione de cœlibatu.fol.199.

Virginũ cõſecratio antiqua.

Nota 3.Quin que genera uelorũ in Ecleſia reperiri, quibus moniales uirgines, uel uiduæ uelari conſueuere. de quibus Pal.4.q.38.Glo. in c.illud.20.q.1. poſt Hug. Syluest. verb.conſecratio virginum. Sũma confeſſ.lib.3.tit.3.q.14.& c.cum Innoc.Hoſt.& alijs, quos ibidem allegat Armilla.verb.virginum conſecratio.Maiolus lib.5.c.28.n.2.S.Anton.quem refert, & ſequitur Tabiẽ. verb.uirginis conſecratio. Sotus uerò 4.d.27.q.1.ar.1. aliud velamen mulieris coniugatæ ponit. de quo infra.

Velorũ quinque genera.

Primũ uelum dicitur illud quod profeſſionis uocamus, quod puellis prima uoti aſtrictione imponitur, tam uiduis, quam uirginibus cõmune, & hoc eſt factum, ut ultra. tex.in c.Puella.20. quæſt.1 probant Doctores ſupra.

Velũ profeſſionis.

Secundum uelum conſecrationis appellatur, quod ſolis uirginib. iã profeſſis imponitur tex.in c.placuit.20.q.1.cum c.iuuẽculas.& tex. in c.placuit.diſt.77.Glo.in dicto c. illud. uerb.uelamen. Doctores ſupra

Velũ conſecrationis.

Tertium olim erat uelum ordinationis, quo in Diaconiſſa creãda utebantur Epiſcopi, qui diaconatus ordo longe diuerſus eſt ab ordine ſacro Diaconatus, qui homini datur, erat enim genus nudi officij, qđ per benedictionem, & Breuiarij traditionem Prælati uirgo ſuſcipiebat ad legendas in choro Homelias. (ut ſupradiximus) Quod iam non eſt in uſu, ſed communiter, cum uelum conſecrationis imponitur, hoc etiã officium accipiunt ſine ulla alia ueli impoſitione, quod uelum Diaconiſſæ difficile datur uiduis profeſſis ut habetur in Concilio Conſtantinop.6.c.48.

Velũ ordinationis.

Velũ Diaconiſſa nõ datur uiduæ.

Quarta ueli ſpecies eſt Prælationis, quod ob antiquam, atque laudabilem profeſſionem, ac diuturnam conuerſationem, morum probitatem, atq; uitam ſine querela tranſactam,

Velũ Prælationis.

ctam, quaſi prudentioribus, ac monaſterij columnis confertur, in qua re nullum ſpeciale velum imponitur ſed ſimplex Prælati datur benedictio. tex. in capit. indemnitatibus. verſic. ſanè. de elect. libro ſexto, vt in Abbatiſſis inſtituẽdis tradit Hug. & poſt eum Glo. in d. cap. illud. Maiolus ſupra.

Velum continentiæ.

Quintum eſt velum continentię, & obſeruationis, quod viduis tantum imponitur, præter illud quod habuit ab initio, quando ingreſſa eſt. de his duobus velis viduæ eſt tex. in c. vidua. 27. q. 1.

7 Docetur cõfeſſor monialium.

Quibus ſuppoſitis, vt Prælati, & qui monialiũ confeſſiones audiunt, ſciant quæ circa earum adminiſtrationem ſunt neceſſaria, impedimenta, quæ circa dictas moniales velandas contingere poſſunt, & ſolent, adducere curauimus.

Impedimẽta monialium duplicia.

Pro quo 1. Not. impedimenta, quibus aliqua admitti non debet, vel admiſſa, ante profeſſionem expelli debet, in duplici eſſe differentia, vel ſunt ſpiritualia, uel corporalia. De impedimentis ſpiritualibus talem damus concluſionem.

8 De uitijs animæ ĩ monialibus.

Prima concluſio. Omnis mulier, quæ irrepræhenſibilis non eſt, ſed repræhenſione digna, vt puta ſcandaloſa, petulans, ualde iracunda, vino dedita, &c. minime admittendã iudicat tex. Ciuilis iuris. in Auth. Quomodo oporteat Epiſ. §. Quanta. Sed quia iura ciuilia, mittentia falcem in meſſem alienam, Eccleſiaſticas perſonas non ligant, ideo totum hoc negotium Epiſcopi arbitrio relinquendum, uel ordinum ſuperioribus.

9 De mulierib. excõicatis, hæreticis, &c. non admittendis.

Secunda concluſio. Quemadmodum hæretici, excommunicati, ſchiſmatici, atque alij facinoroſi, ac flagitioſi, ab ordinibus ſuſcipiendis ſunt omnino arcendi, ſic omnes illæ, quę talibus vitijs erunt coinquinatæ, ab ingreſſu monaſterij ſunt abigendæ, immo tanto magis, quanto periculoſius reliquæ uirgines corrũpi poſſunt, ut concludit D. Baſilius lib. de inſtitutione Monachorum, ne modicum fermentum totam maſſam corrumpat, ſecundum Apoſt. 1. Corin. c. 5. & ſecundum illud vulgare: una ſola pecus inficit omne pecus.

10 Fęminæ morboſæ, &c. pelluntur, &c.

Circa impedimenta corporalia, tertia conſtituitur concluſio. Quẽadmodum omnia iura (ſicut in Candelabro Aureo diximus) contagioſos, morboſos, dæmoniacos, furioſos, & ſimiles ad ſacros ordines, irregulares iudicant, ita fœminas eiſdem morbis laborantes, inhabiles ad ingredienda Monaſteria, merito iudicamus.

11 Fęminæ rudes, ſtolidæ &c. admittuntur ad Religionẽ.

Quarta concluſio. Quamuis viri ſtolidi, rudes, hebetes, & ſimiles ſint omnino ab ordinibus repellendi; fęminæ tamen, etſi ſimilibus defectibus naturalibus laborent, poterunt ad Regularem vitam admitti. Cuius ratio eſt, quia clerici non tantum ordinantur ſibijpſis, ſed etiam ad alios fideles iuuandos, & regendos: Moniales autem hac cura carent, quia tantum debent ad perfectionem propriam, & obedientiam aſpirare. Vt docebat S. Florentius, vt tradit Thomas kempis ĩ vita Florentij. Monachi officium eſt ſecum in ſolitudine mundum, & purificatum à vitijs conſiſtere, & Chriſtum ſuper omnia dulciter amare: Scopus enim Monachorum, ad quem regularis inſtitutio dirigatur, Chriſtus eſt, quem imitari quiſquis recuſat, nec Monachus quidẽ, nec Chriſtianus eſt. vide tex. c. placuit. 26. q. j.

Monachi officiũ quale.

De ſurdis aſit, cęcis, claudis, mutis, vel gibboſis fœminis, quamuis, 12

Surda, mutæ, claudæ, &c. an admittendæ?

uis aliqui, (vt Maiolus lib.1.cap.29. num.7.) abſolutè dicant admittendas eſſe, quia in ijs maior, & religio, & ſubiectio futura eſt. Ego autem, non ſic indiſtinctè concedo; immo ſic iudico diſtinguēdum, videlicet, quòd ſi cęcitas, vel gibboſitas (vt ſic loquar) aut ſurditas, &c. ita ſe habēt vt tales fœminæ, omnino ſint inhabiles ad aliquod myniſterium faciēdū, minimè admittantur; eſſet enim alias onerare, & illis cauſas ludibrij præbere. Si vero tales poſt profeſſionem, in infirmitates inciderint, charitatiuè retinendæ, ac tractādæ ſunt.

De omnib. defectibus.

Reſolutiuè ergo, & generaliter concludēdum eſt, defectus omnes, qui alijs virginibus obeſſe poſſunt, vel ratione mali exempli, vel ratione imitationis delicti, vel ratione ſcādali, vel ratione infectionis, tam animi, quàm corporis, vel impedimento eſſe debere, ne inter moniales recipi poſſint, vel retineri. vt eſt tex. in c.1. de ſtat. Regul. lib. 6. Alij aſit defectus, qui propriā ipſius patientis perſonam attingunt, nec ad alias tranſeunt (dummodo non ſint notabiles, vt ſupra diximus) nullo iure impedimētum afferre poſſunt Canonicum; ideoque quaſcunque alias deformitates habeat monialis, non æque excludi debet, ut maſculus ſolet excludi ab ordinib. quia, vt tetigimus,

Claritas maſculi requiritur ad ordines, & quare.

claritas perſonæ, quæ requiritnr in maſculo, eſt principaliter propter ordinem ſacrum, ad myniſterium corporis Christi. vt tradit S.Thom. in 4. diſt. 24. quæſt. 2. art. fi. & 3. par. q. 82. ar. fi. ad 3. Vbi Caiet. & alij ſcribentes.

Quibus concluſionibus generalibus ſic poſitis, vt particularia impedimenta, vel irregularitates illarum, quæ Religionem ingredi deſiderant, ponamus neceſſe eſt.

CAPVT V.

De electione Abbatiſſæ, &cæt.

Abbatiſſa qua ætate olim eligebatur, & qua hodie.

QVAMVIS diuerſa, 1 in Eccleſia Dei fuerint, circa diuerſa tempora, ſtatuta decreta circa electionem Abbatiſſæ, vt patet de Sancto Leone I. qui ætatem. 40. annorum requirebat, vt in ipſius vita, & hiſtoria quæ die 11. Aprilis legitur, & de S. Gregorio I. lib. 3. Epiſtola 11. qui ſic ait: Abbatiſſas fieri, quæ iuuenculæ ſunt, vehementiſſimè prohibemus: nullam igitur fraternitas tua, niſi ſexagenariam virginem, cuius ætas atque mores hoc exegerint, velari permittat. Et quāuis Iuſtinianus Imperator (mittens falcem in meſſem alienam) quinquagenariam eſſe voluerit, vt patet in Authent. Quomodo opor. Epiſc. §. quanta. & in l. nullam. C. de epiſcop. & cler. Et quamuis noniori iure tex. in c. Indemnitatibus. de elect. lib. 6. trigeſimus requirebatur annus: Hodie tamen à ſacro Trident. Conc. (ſeſſ. 25. de regularibus, cap. 7. nouiſſimè ſtatutum eſt. Primo nullam monialem in Abbatiſſam (quo ad ordinem D. Franciſci,) vel Prio-

Abbatiſſa fit annoū 40.

riſſam, Præfectam, uel præpoſitam (quo ad alias Religiones) eligi poſſe, minorem annis quadraginta. Secundo requiritur in dicto concilio, illam habere, ad minus octo annos poſt expreſſam profeſſionem. Diſpēſari tamen poterit ex neceſſaria cauſa, ad annum trigeſimum, & ad annum à profeſſione facta quintum, vt in d. cap. 7.

Sunt ergo reſolutiuè hodie, tria a

nece-

Tria requiruntur i Abbatiſſa. neceſſaria præcipuè, quod quadragenaria, quòd à profeſſione octo anni lapſi ſint, & quòd laudabilis, vel irreprehenſibilis hos annos prçterierit. vide Angel. Silu. Tabien. Armil. & alios verbo Abbatiſſa. Sũma confeſſ. lib. 3. tit. 23. q. 1. Alual. Pelagium de planctu Eccleſiæ. lib. 2. cap. 83. Summ. Pontificalium, & Synod. conſt. verbo Abbatiſſa. tangit Paul. Gryſal. lib. Deciſiones catholicç verbo Abbas. num. 9. Panorm. in capit. 29. num. 18. tangit Sotus (citans aliqua ex D. Thom.) in 4. diſtinct. 20. quæſt. 1. ar. 4.

3 Forma qualiter ſeruanda in electione. Secundum impedimentum, vel irregularitas, quæ in Abbatiſſæ, &c. electione inueniri poterit eſt, ſi forma electionis non fuerit ſeruata, quæ habetur in d. c. indemnitatibus. & in c. quia propter. Vbi Gemin. & alij quos citat Piſanella. verbo electio. §. fi. Armil. verbo Abbatiſſa. nu. 8. & hodie renouata, & adiuncta in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 6 Vbi præcipuè ſtatuitur, vt uota ſecreto expetantur, quod ſi contra factum fuerit, non ſolum electio ipſa irrita eſt, verum etiam, quæ aliter ſe eligi permiſerit, cenſetur inhabilis ad omnia Religionis officia obtinenda.

4 Monialis alia ui acceptando fit inhabilis. Tertius caſus, uel irregularitas, quæ Abbatiſſæ, &c. electionem impedire poteſt, eſt, ſi monialis aliqua uirginem aliquam per uim ad Religionem admiſerit, uel adiumentum aut præſentiam, conſenſum, auctoritatem ſcienter præſtiterit uim talem inferenti, vel etiam conſilium, vel fauorem. Nam in quolibet horum caſuum non tantum eo ipſo, excommunicationem incurrit per Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 18. ſed etiam fit inhabilis ad officia ratione excommunicationis, & eſt omnino deponenda, ſi in eadem uoluerit perdurare.

Sed obiter quæritur. Quid velit Conc. ſupra. ſignificare, in illis uerbis: præterquam in caſibus a iure expreſſis? Reſp. quòd cogentes aliquam ingredi Monaſterium, in ſuorum peccatorum pœnitentiam, ut faciunt Epiſcopi, & eorum Vicarij condemnantes aliquas ad detruſionem in Monaſterio, tunc nec ipſi iudices, nec auxilium, fauorem, conſilium dantes incurrunt excommunicationem aliquam. uide tex. in capit. De lapſis. capit. Epiſcopo. 16. quæſt. 6. cap. impudicas. capit. ſi homo. 27. quæſt. 1. 5 Concilium Triden declaratur.

6 Qualiter in electo, vel electa requiratur cõfirmatio, & q fit irritum antea factũ &c. Quartus caſus eſt, circa Abbatiſſam, uel Prioriſſam iam canonicè electam, ſed nondum confirmatã; Nam hæc eſt generalis doctrina quo ad omnes ſuperiores, quibus poſt electionem, eſt neceſſaria confirmatio, quòd nõ poterunt in ſuſceptis officijs miniſtrare, ante dictam confirmationem, aliàs irritũ eſſet quicquid ante factum fuiſſet, ut patet in cap. qualiter. cap. Noſtri. cap. Bonæ memoriæ. de electione. cap. cum iam dudum, de præben. & omnes Doct. utrobique. Sed cum omnis Regula, communiter aliquam habeat exceptionem, hæc etiam limitanda eſt, in hunc modum, quòd procedat, & habeat locum, niſi electus longe eſſet a confirmante, quia tunc geſta per illum uim habent, & robur. tex. ad hoc cum glo. in c. nihil. §. fina. de elect. Vbi Doctores alios tres caſus ponunt, quos omitto. uide Maiolũ lib. 1. cap. 29 nu. 24. Omnis regula habet exceptionẽ

7 Quæ uitia, vel imperfectiones impediant. Quintum impedimentum, uel irregularitas, uerſatur circa Abbatiſſam, uel Prioriſſam promouendam, uel promotam: Nam ſi Abbatiſſa, vel Prioriſſa inobediens, uel inob-

ſeruans

ſeruans regulæ ſit (vt ita dicam) nec conſtitutiones, ac reliqua ad Ipſam Religionem ſpectantia obſeruet, vel obſeruari faciat, indigna eſt, quæ ꝑ moueatur, & quæ promota toleretur: nam ex tex. claro, in capit. ſi quis Abbas. 18. q. 2. ibi: Diuina præcepta. cum multis alijs, & hodie ex Cõcil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 1. de regular. ad hæc omnia ſuperiores tenentur. Immo iure diuino omnis ſuperior peruigilare debet ſuper gregem ſuũ quaſi rationem pro eo redditurus, vt patet clarè ex D. Paul. ad Hebræos. cap. 13.

Superior qualiter tenetur vigilare.

Alia etiam impedimenta in Abbatiſſa inueniri poterunt ne permaneat, quæ habentur in d. cap. ſi quis Abbas, cum gloſſa, ſcilicet, ſi ſit incauta, ſuperba, non caſta, immiſericors, indiſcreta, ebria, &c. quæ, licèt de Abbate ibidem dicta ſint, nihilominus ad fęminas ſuperiores ſunt extendenda.

Quemadmodum extendendum eſt impedimentum Bigamiæ: nam ſicut maſculus Bigamus Religionẽ ingredi poteſt per tex. in cap. Seriatim. Vbi glo. 32. diſt. & omnes Doc. in tract. de Bigamia, tamen ad Prælaturam admitti non poteſt ſine diſpenſatione, ita nec Bigama Abbatiſſa fieri poteſt, vt eſt tex. expreſſus in Auth. de ſanctiſs. Epiſcop. §. Diaconiſſam. & in Authen. Quomodo oporteat Epiſ. §. quanta, & in capit. Nemo. 78. diſt. & in auth. diaconiſſam. C. de epiſ. & cler.

9 In qua materia Prælaturæ, etiam dicetur Bigama illa, quæ poſt votũ caſtitatis præuaricata eſt, ut eſt tex. in capit. quotquot. 27. quæſt. 1. vbi gl. inquit cum tali Epiſcopum non diſpenſare.

10 Sextum, vel ſeptimum impedimentum erit illegitimitas, vel natalium defectus: Nam quamuis illegitimæ fœminæ ad Religionem admittendæ ſint, ſicut & illegitimi maſculi, vt ſupra diximus. tit. Appendix ad materiam irregularitatum, & tradit glo. & Abb. in cap. fi. de fil. presb. per tex. ibi. Tabrena. verbo Ordo 4. Archid. in cap. 1. diſtinct. 56. Vbi omnes hoc probant, ita eodem modo dicendum eſt de illegitima, quæ omnino a Prælatura arcẽda eſt, vt probat tex. cum glo. & ibi Abb. in c. in quibuſdam. de pęnis. glo. in cap. Indemnitatibus. §. 1. verbo Canonica. de elect. in 6. & poſt eam Gemin. quos refert & ſequitur Maiol. lib. 1. cap. 29. nu. 10. Summa confeſ. lib. 3. tit. 23. quæſt. 1.

Fœmina illegitima ad quid admittatur in Religione.

11 Octauum impedimentum, vel irregularitas ad Prælaturam inuenitur in Moniali aliqua, filia clerici in ſacris conſtituti, quæ infamis eſt, vt eſt tex. in c. cum multa. 15. quæſt. 8. quemadmodum ignobilis ſcenici, vel hiſtrionis filia, à prælatura excludi debet, niſi diſpenſetur, argumento. d. c. in quibuſdam, & probat Maiol. ſupra. nume. 12. Vbi vide aliam infamiam, quam, quia rariſſime contingit, omitto.

Filia clerici in ſacris infamis eſt ad Prælaturam.

12 Vltimum impedimentum in electione Abbatiſſæ cenſetur, ſi virgo, quantumuis pœnitens, & vitæ irreprehenſibilis ſit, ſit tamen corrupta, minime eligi poteſt abſque Summi Pont. diſpenſatione. vt tradit Ioan. And. in clem. attendentes. de ſtatu. regul. verbo. Rationabiles. & ibi Paul. Eleaz. & Ioan. Immol. deciſio Toloſana. 295. & Borgaſius de diſpenſat. par. 3. conſt. 4. nu. 40. in fi.

13 Electa Abbatiſſa canonicè, multa poteſt officia exequi, quæ in authoribus inuenies: (noſtri enim inſtituti non eſt hic illa ſpeciatim recenſere) vide maxime tex. in c. dilecta. de maior.

Quæ officia poſſit exercẽ Abbatiſſa, &c.

maior.& obed. cap. de monialibus, ubi Abb.de ſent.exc. Decium in l. fęminæ.ff.de reg.iur. Angel. Silu. Piſſan.Tabien.uerbo Abbatiſſa, fœmina,& mulier. Summ. Confeſſ.lib.3. tit.3. Armil. verbo Abbatiſſa. Maiolum.lib.1.cap.29.nume.15. S.Anto. 3.par.tit.16.cap.7.§.2 & alios.

Abbatiſſa non eligit Confeſſorem.

14 Not. tamen, quòd quamuis Abbatiſſa multa iura Epiſcopalia exerceat, non tamen poteſt eligere ſibi Confeſſorem, ſicut Epiſcopus, niſi ex particulari priuilegio hoc habeat S.Ant.3.par.tit.18.c.2.§.2.

De impedimentis ad uelum.

15 Dicto, quantum ſufficit de impedimentis ad Religionis ingreſſum, atque ad Abbatiſſæ, vel prioriſſæ electionem pertinentibus, congruum erit ut aliqua, quę virgines uelari impediunt, in medium afferamus.

Quam in materiam, licet S. Tho. 4. diſt.38.& alij maximè Albertus ibidem Hoſt.in Sum. lib.1.rub.11.§.2. Goffred.eod.li.1.& ti. Albert.in c.1. quod metus cauſa. Sum.Conf.lib.3. tt.3.q.14. Silu.Ang.Tabien.Armil.& alij Summiſtæ. uerbo conſecratio uirginum; Aluarus Pelagius, de planctu Eccleſiæ.lib.2. per multa capita, & aliqua Nauar. in tract. de tribus uotis.& melius & clarius in Manuali.cap.16.nu.3. & Michael Medina. lib.de ſacrorum hominum cōtinentia.S.Ant.3.par.tit.18. c.1. §.1. Maiol.lib.1.c.29. & alij, variè inordinatè proſequantur. Nos tamen quatuor capitibus circa quatuor defectus, illam abſoluemus.

Impedimēta quatuor ad uelum.

16 Quatuor ergo impedimenta, vel defectus in iure reperiuntur, quibus virginum conſecratio impeditur, vel uitiatur, uidelicet circa cōſecrandam, uel circa conſecrantem, uel circa formam conſecrationis, uel circa tempus.

17 Primus defectus communiter iudicatur, ſi monialis ſit uidua, talis enim ſi corrupta fuit (nam de alia quæ ante copulæ conſummationem ad Religionem tranſiuit, poſtea dicemus) minime velari, ut uirgo poterit. multa de hoc ſunt iura, maxime tex. in c. uidua.& c. virgines 20.q.1. c.viduas autem. 27.q.1. Poterit tamen uelum continentiæ, etiam à puro Sacerdote accipere. tex. in d.cap. uidua, cum gloſ. ibidem, & alia in cap.deuotis.eadem quæſt.1.

Vidua non uelanda.

Quæritur utrum vidua poſſit conſecrationis uelum accipere, de Epiſcopi diſpenſatione? Reſp. quòd non. ut habetur in d. c. deuotis, & cap.viduas autem. S. Thom.in 4.di. 38.& Doct. communiter. 18

Vtrum Epiſcopus hoc diſpenſet.

Quæritur quomodo ergo inuenimus in iure in d.cap.uidua quidem. 27.q.1. ibi. Sacrum uelamen, & c. puella.20.q.2.ibi: Sacrum, & multis alijs, uiduas ſacro uelamine uelari? Reſp. Iura illa minime de uirginum conſecratione intelligi: ſed de illo profeſſionis uelo, & continentiæ, quod ipſamet uidua, de ſe ſumit ab altari. ut d.cap. uidua 20.q.1. Silu. uerbo, conſecratio uirginum. Summa Confeſſ. ſupra. Quia uelum conſecrationis nulli corruptæ materialiter concedi poteſt. 19

Vidua accipit uelum continentię ab Altari.

Offert ſeſe nobis hic tractanda quæſtio, quam uellem ab authoribus diffuſius fuiſſe tractatam: Vtrum illa quæ occulte uirginitatem amiſit debeat, ut uirgo conſecrari? Ad quam quæſtionem 1.Reſp. Virginitatem duplicem eſſe, una dicitur mētis, uel animæ tantum; alia dicitur materialis. Materialis rurſus duplex eſt; una quæ in apertione clauſtri uirginalis conſiſtit, altera in ſeminis reſolutione, abſque ſignaculi uirginalis apertione. Quibus ſuppoſitis. Reſp.2. aliquibus concluſ. 20

Vtrum corrupta occultè ſit conſecranda?

Virginitas quotuplex.

21 *Virginitas animæ qualiter amittatur.*

Prima concluſio. Virginitas,& integritas animæ perditur, quotienſcunq; uirgo in aliquod peccatum carnis mente tantum, uel tactu quodã abſque pollutione incidit. S.Thoma. Alber. Scot Argen.& omnes cõmuniter tam Theologi, quàm Canoniſtæ.

22 *Vtrũ ſit recuperabilis,& qualiter.*

Secunda concluſio. Virginitas animæ ſic deperdita, recuperabilis eſt, Recuperatur uero, quando anima cum, uel ſine ſacramẽto pœnitentiæ in actu, ſed tantũ in uoto, in gratiã reddit ſui conditoris. oẽs ſupra.

23 *Vtrũ poſſit uelari.*

Tertia concluſio. Quocunq; modo uirgo in talem corruptionem animæ inciderit, facta pœnitentia, uirginali, uelo cõſecrari, uel uelari poteſt.

24 *De materiali perdita.*

Quarta concluſio. Quocunque modo uirginitas materialis cũ peccato mortali amittatur, irremediabiliter, uel irrecuperabiliter amittitur uel perditur.

25 *Qualiter amittat materialis. De fluxu ſeminis.*

Quinta concluſio. Perditur autem per quamcunque ſeminis uolũtariam & mortalem pollutionem, uel clauſtri uirginalis cum peccato mortali apertionem, etiam non ſequuta pollutione. Vnde infertur primo illam quæ ſeminis fluxum patitur, non amittere uirginitatẽ. Sanctus Thomas. 2.4.q.152 & omnes alij.

26 Secundo infertur, illam, quæ dormiendo uiolata fuit, aut dum ebria erat, non amiſiſſe uirginitatem, niſi tali animo, ad dormiendum fuiſſet. S.Thom. 4.diſt. 33.

27 *Vim paſſa qua dicit.*

Cuius occaſione ſcire oportebit, quando dicatur uirgo uim paſſa, ut uirginitatem non amittat? Reſp. Reſolutiuè, illam eſſe, quæ per totum tempus quo, impius actus durauit carnis, omnino diſſenſit, alioquin, ſi per uim adducatur ut metu adducta conſentiat, uolens ſtuprata eſt, non inuita, uoluit enim illud, quod in ipſa agitur, ut uiuere poſſet.

28 *Virginitas infirmitate nõ amittit.*

Tertio infertur, quocunque alio euentu, medicinæ arte, uel caſu, alicui clauſtrum uirginale fuerit fractum, uirginitatem non amitti.

29 *De pollutione naturali.*

Quarto infertur, pollutionem naturalem, quæ in ſomnijs accidit de qua in Hymno Completorij dicit Eccleſia:

Procul recedant ſomnia
Et noctium phantaſmata,
Hoſtemque noſtrum cõprime,
Ne polluantur corpora.)

Tam in uiro quàm in fœmina nõ tollere uirginitatem. Perderetur tamen uirginitas, ſi placeret pollutio poſtea, quia complacentia illa peccatum mortale eſt, licet pollutio fuerit primo in ordine ante complacentiam: quamuis alij negent.

30 *de pollutione propter alleuiationem.*

Quinto infertur, uel ſubinfertur, illum, uel illam cui nocturna pollutio placuit propter naturæ alleuiationem, uel alium iuſtum finẽ abſq; alia delectatione carnali, non amiſiſſe uirginitatem, cum hoc fine peccato mortali deſiderari poſſit. ut ex S. Thom. 4.diſtin 9. Summ. Confeſſ.& alijs probat Silueſt. uerb. pollutio. capit. 16.num.7.cũ S.Ant.2.p.ti.6.capi.5. Caiet. 2.2.q.154.art.5.& Pal. quem, cum S.Thom. refert,& ſequitur Armil. uerbo pollutio. nu.3.& alij, & ita tenendum eſt, licet Sotus, cũ alijs 4.diſt.12.q.1.art.7 uerſ. Nõ deſunt, contrarium credat tenendum. *Vtrũ poſſit deſiderari.*

31 *Vtrum talis cõſecranda ſit.*

Sexta concluſio. Quocunque modo publico, uel ſecreto, pollutione ſequuta, uel non, uirgo ſuam amiſit uirginitatem corporalem, uel materialem peccãdo mortaliter, minime eſt conſecranda, uel uelo conſecrationis uelanda.

32 Septima concluſio. Quamuis per uim, uel dormiẽs corrupta materialiter, uirginitatem animæ non perdiderit

derit

derit nec aureolã, nihilominus tamen conſecranda non eſt, quia Eccleſia non iudicat de occultis, ſ. de ſua mentis renitentia, tenent oẽs ꝑ tex.in c.illæ.32.q.5. Quas conclu.ex ijs quæ colliguntur à Doctoribus citatis.ſupra.uerſic. Quã materiã, collegi, & ordinaui, licèt multa addiderim, q̃ illi nõ tetigere, ut uidere eſt. Quẽ defectũ, uel irregularitatẽ melius omnibus tradit uno uerbo, Aluarus Pelagius.lib.1.c.48.col.21.ſic dicẽs Fœmina qualitercunque corrũpatur, inter uirgines non cõſecratur.32.q.5.Illę 15.q.1.c.ul.26.d.acutius.& Nauar. Manual.c.16.num.3.

33 Supereſt nobis in hac quæſtione tractate dubium illud tactum ab Auctoribus, quod nobis aliquam affert difficultatem, uidelicet. Vtrum uirgo quæ occultiſſimè uirginitatem amiſerat, per quandam forte pollutionem uoluntariam, teneatur peccatum ſuum extra Confeſſionẽ aperire, & ſic reuelato, ſit conſecranda tanquam uirgo? Quibuſdam concluſionibus ad quæſt. Reſpon.

Prima. Quamuis occultiſſima ſit huius uirginis uiolatio, uel uirginitatis amiſſio; peccat grauiſſimè conſecrationem petens. ita concludunt omnes cum S.Tho.in 4.diſtin.38.& 2.2.3.par.q.152.An.Sil.Piſan. Tab. & Armil.uerbo, uirginum conſecratio. Sotus & alij ſupra.

Secunda concluſio. Virgo quocũ-
34 que modo corrupta, etiam ſecretiſſime, minimè eſt conſecrationis uelo uelanda. Omnes communiter.

Tertia concluſio. Quamuis Silu. Albet. Hoſt. Goffred. Piſan. & alij quos refert Maiolus.lib.1.c.29. nu. 32. dicant, poſſe Epiſcopum deludere hanc monialem quæ conſecrari uult, ut ſcilicet omnia externa cere monialia fiant, omiſſis ſolis ſubſtantialibus uerbis, ac factis mutãdo uerbum uirginitatis, in uerbum caſtitatis, &c. Nihilominus tamen Doctores communiter tenent cum S.Tho. ſupra, & alijs fieri non poſſe talem cautelam etiam ob ſcandalum uitandum: quia oportet ſcandalum pati, ante, uel priuſquam ſacramenta, uel ſacramentalia uarientur. *Quæ cautela ſeruãda incorrupta, &c.*

Nos autem (non ut à communi 35
recedamus, ſed recreãdi animos gratia) ex multis, quæ adduci poterant probantia, talem ſecreto corruptam eſſe omnino cõſecrandam facta pænitentia, aliquas ex ſacris Canonibus ſententias afferemus.

Primo, Maria ſoror Aaron, ut habetur numer.12.& in ca.hoc ipſum 33.q.2. poſtquam lepra percuſſa eſt, quia in Moyſem murmurauerat, facta pœnitentia, a peccato mundata, & ſanata eſt, & priſtinam gratiam prophetandi recepit. *De Maria ſorore Aaron.*

Secũdo, Aaron, ut habetur Exod. 36
32.& in capit. Diſciplina.45. diſtin. poſt conflatum uitulum, etiam in ſummum ſacerdotem conſecratus eſt. *Aaron aſſumitur.*

Tertio, David, ut habet.2. Regũ. 11.& 12 & in §.itẽ Balaã.2.q.7.poſt adulteriũ, & homicidiũ ſpiritũ prophetiæ recepit, & in proprio gradu permanſit. quæ exẽpla & multa alia ex nouo Teſtamento poteris colligere.ex.§.econtra.50.diſt. *De Dauide pœnitente.*

Quarto. Per conc.tertiã, quã ha- 37
bes ſupra in Candelabro.de pęnitẽtia.n.39.q̃ ſic ait: Peccator, per uerã pœnitentiã, redit ſẽper ad illã priſtinã dignitatẽ, qua inter filios Dei per gratiã cõputabatur. Imo, ſemper ad maiorem reddit, quia ſemper ad maiorem gratiã reſurgit, ut tradunt copiosè eruditi Ticinenſes. i. Patauini uulgo Pauia ex ciuitate.in 4.d. 22.& refert & ſequit Nauar.d.nu.6. *Peccator qualiter resurgat ad gratiã ꝑ pænitentiam.*

D 2 Quinto.

re, nec illã, modo aliquo, detegere.

44 Quid de Vidua uirgine iudicandum.

Huc pertinere uidetur quæſtio, quæ ſæpè contingere poteſt, vtrũ ſit vidua, vel uirgo iudicanda illa, quæ poſt matrimonium ratum, & non conſummatum ingreſſa eſt religionem? vel ſecundo illa quæ uirgo vidua remanſit, mortuo ſponſo ante matrimonij conſummationem? An ſit conſecranda vt uirgo? Reſp. cum diſtinctione, quòd ſi eſt notorium talem uirginem cum ſponſo dormiſſe, amplexus & oſcula fuiſſe inter ipſos, etiam ſi corrupta non ſit, conſecranda non eſt, propter illam publicitatẽ, & conſenſum in actus venereos. Si autẽ ſecretum eſt talia inter ipſos extitiſſe, poſt pœnitentiã factam ſi aliquod fuit peccatũ, cõſecrari dẽt tex in c. Nec putet. 27. q. 1. & c. Nec ſolo. 32. q. 5. S. Th. 2. 2. q. 152. Et hæc quo ad primum defectum.

45 Quis poſſit uirginẽ conſecrare?

Secundus defectus cõtingere poteſt circa conſecrantis perſonam; nam quemadmodum ſacramenta peculiarem habent miniſtrum, ut in Candelabro, in unoquoque ſacramento diximus, ſic in hoc ſacramentali propria eſt perſona determinata conſecrantis, ut ſi alius ab illo, conſecraret uirginem, nihil faceret: Eſt autem huius conſecrationis miniſter Epiſcopus proprius. tex. in c. Deuotis. 20. q. 1. S. Th. 4. d. 37. q. 1. art. 5. Abb. & alij in c. 1. de tempor. ordin. Alberic. uerb. uelum. Summa confeſſ. lib. 3. tit. 3. q. 14. S. Anton. 3. par. tit. 29 c. 7. §. 2. Angel. Silu. & Tabien. uerb. conſecratio uirgin. Armil. uerb. uirginum conſecratio. Piſanel. uerb. virginum, & alij. Maiolus ſupra. num. 38.

46 Vtrum Epiſcopus poſſit hoc committere ſacerdoti.

Quæritur utrum Epiſcopus poſſit hanc auctoritatem conſecrandi virgines ſimplici ſacerdoti delegare? Reſp. negatiue: vt probat Gloſſ. in c. Omni tempore. de conſecrat. d. 4. ubi probat prohibituui eſſe Epiſcopo delegare conſecrationem aliquam Eccleſiarũ, Altarium, Virginũ.

47 De miniſtro in profeſſione.

Vnde infertur, quòd quamuis ſimplex ſacerdos, (prout moris eſt) Abbatiſſa, Priòriſſa, vel alia Præpoſita poſſint profeſſionis uelum, uel habitum concedere; minimè tamen poterunt uelum conſecrationis imponere. Doctores ſupra.

48 Quæ forma.

Tertius ordine ſequitur defectus, ſ. ſi forma debita omittatur, uel mutetur. Quæ autem ſint neceſſaria formæ, uide in Pontificali: quo utendum eſt in iſtis. uide tex in c. Presbyteri. 68. p. diſt. Tabien. & Sylu. uerb. conſecratio uirginum. q. fin.

49 Quibus tẽporibus uirgines conſecrandę? & qua ætate?

Quartus & finalis defectus eſſe poteſt circa tempora, quæ dupliciter conſiderantur: uel loquimur de tempore, uel ætate conſecrandæ, & tunc in uelo conſecrationis annus uigeſimusquintus præſcriptus eſt. in c. Placuit. 20. q. 1. & c. Placuit. diſt. 77. Gloſſ. & Hug. in c. illud. 20. q. 1. S. Th. S. Ant. Abb. Alber. Ang. Silu. Tabien. Summ. confeſſ. & omnes ſupra. & declarat Maiolus ſupra. numero 40.

Vel ſecundo loquimur de tempore, ſ. de diebus, quibus conſecrari debet uirgo: & tunc, reſolutiuè dic, ex ſupradictis Doctoribus. per text. in c. Deuotis. 20. quæſt. 1. quòd non debet conſecrari, niſi in die Epiphaniæ, Dominica in Albis, feſtis Apoſtolorum, & in omnibus Dominicis. cap. 1. de tempor. ord. & per totam octauam Reſurrectioni. Tabien. uerbo. uirginis. num. 5.

50 Nuptiæ unde dictæ & de uelo Nuptiarum.

Quia diximus in principio huius materiæ, aliud uelum eſſe cõiugatæ mulieris; idcirco uerba ipſa formalia poſita à Soto. in 3. diſt. 27. q. 1. ar. 1. ponere decreui, quibus materiam,

ſignifica-

ſignificationem, atq; deriuationem ueli couiugalis intelligas,qui ſic ait in uerſic.Nuptiæ:Nuptiæ uerò à nubendo dicuntur, eſt enim nubere ꝓprium ſœminæ, cui antequam tradatur uiro caput obnubitur:hoc eſt, uelatur,nubere enim eſt quaſi nube tegere,in ſignum obedientiæ,quam debet uiro.Inde enim & nuptæ dictæ, ꝙ pudoris gratia ſe puellæ obnuberent, ut ait Ambr. & habetur can.Nec illud. 30.q. 5. Quapropter uelamen, quod ſponſæ caput tegit, non niſi humeris ſponſi imponitur: quippe q̃ onera matrimonialia ſuſtinere debet.Et Paul.1. Corin.11.uiro dat mulieri caput nō uelare.Pręterea uelatur caput ſponſę in ſignū uerecundię, & pudoris, quem præ ſe fert officium illud coniugale, quo mulier uiro ſeruit. id quod Rebecca,ut legitur Geneſ.23. documentū monſtrauit, quippe quæ uiſo Iſaac pallio ſe operuit.Hæc Sotus.Et cum his mulierum irregularitatibus, uel impedimentis finem imponimus.

Qualiter velandi ſpōſi

CAPVT VI.

Ad Candelab.2.par.tit.de Irregul. ex homic.nu. 146.

1 AD quæſtionem illam, uidelicet, Vtrum Domini Inquiſitores incurrant irregularitatem tradendo hęreticum brachio ſæculari; libuit ſequētem addere quæſtionē: Quid ſi poſt quam Inquiſitor reum damnauit,& tradidit bracchio ſæculari comburēdum;iudex ſæcularis eum, aliqua miſericordia, uel malitia motus in vinculis detinuit,& carcerib.ſæcularibus, & Inquiſitor talem iudicē redarguat,& increpet, quare hæreti cum illum non combuſſerit, & ille ſit combuſtus, utrū talis Inquiſitor aliquam irregularitatem incurrat? Reſp. 1.uidetur abſolutè dicendum quòd non. quia cui cōceditur quod eſt plus,conceditur & quod eſt minus.tex.in Regul.cui conceditur.de reg.iur. 6. Sed Inquiſitori conceditur hæreticum iudicare,condemnare,omni priuilegio priuare,atq; illū iudici ſæculari comburendum tradere; ergo conceſſum erit quod eſt minus, ſcilicet facere ſententiam ſuam exequi.Item, Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.Reg. Acceſſorium. de reg.iur.6. Cum ergo principale ſit hęreticum condēnare, & comburendum tradere, ꝙ poteſt facere Inquiſitor; ergo poterit acceſſorium,ſ. facere ſententiam ſuam effectum habere.

2 Inquiſitor circa hæreticum.

3 Cui conceditur quod plus &c.

Et quamuis prędicta ſufficere uideantur: Tamen, quia Fylinus in c. vergentis. de hęreticis,dubitauit de hoc;afferamus alios oportet dicentes irregularem non fieri. & primo ipſe Fylin. in c.ad abolendam.de hęret. in ultimis uerbis dicit non fieri irregularē.idem tenet Tabien.uerb. irregularitas 2.num.9. & 15. & hoc eſt uerius & tenēdum, vt ait Simon Maiol.lib.2.c.10.num.5.tenet etiam Socinus in c. ſententiam. Ne cleric. uel monac. Armil. verb. irregularitas. num. 30.

Probatur, quia ad tollendam hāc dubitationem Paul. Papa IIII. die 29.Aprilis 1557.decreuit,quod qui cunq; Clericus, uel Regularis,Epiſcopus, uel Cardinalis, aut quiuis alius, qui intereſſe ſolet in congregationibus ſacri officij Inquiſitionis, ubi tractatur de aliqua cauſa,in qua veniat imponenda pœna ſanguinis,nec ex conſilio,nec ex voto, aut ſuffragio dato in dicta congregatione

4 Bulla Pauli Papæ IIII. pro Inquiſitoribus.

gatione fiat irregularis. ut refert Iuditiale Inquiſit. Decreto. 4.

CAPVT VII.

De irregularitate in non ſeruandis cęremonijs, vel ritibus S. R. Eccleſiæ,

1 SOLET in dubium verti apud curioſos ſacerdotes, ſuarum animarum & aliorum ſalutẽ deſiderantes; Vtrum in non dicendo officium diuinum, uel celebrando diuinum ſacrificiũ ſecundum ritum, & conſuetudinẽ S. R. E. poſſit aliqua excommunicatio, uel irregularitas interuenire.

2 Pro cuius reſolutione Nota primo, ut colligitur ex c. Dolẽtes de celebr. Miſſ. officium diurnum atque nocturnum dicendum eſſe deuotè, pariter, & attentè. vt notant omnes & Gloſſ. ibi. Ang. Sylu. Armil. & alij uerb. Horæ. canonicæ. Summ. conſ. lib. 1. tit. 7. q. 18. Aluarus Pelagius, de planctu Eccleſiæ lib. 2. cap. 27. Paul. Gryſald. uerb. Horæ canonicæ. Nauar. latiſſimè in tractatu de Horis. Tractatus Sacerdot. tit. de Horis. & optimè Sot. lib. 10. de iuſt. & iur. q. 5. ar. 1. S. Th. Gerſon. Ioan. Medina, Gabriel, & alij quos refert & ſequitur Couarr. in c. Alma mater. de ſententia excom. lib. 6. 1. par. 5. 5. nu. 7. S. Anton. 3. par. tit. 13. c. 4.

3 Not. 2. Ritus, quos Eccleſia Sancta Romana in diuinis faciendis, & Horis Canonicis dicẽdis obſeruat. non eſſe Papiſtarum inuentum, ut filius ille diaboli Lutherus dicebat; ſed ab ipſo mundi primordio traxiſſe originem, & figuram, ut (ſanctũ Abel, & Alios Patriarchas, atq; Prophetas omittendo) uidere poteris de S. Dauid, qui, ut ſummam erga omnium ſactorem oſtenderet deuotionem, ac reuerentiam, non ſolũ ipſe diuinis laudibus incumbebat, ſed inſtituit ſacerdotes, Leuitas, ac Cantores, cæteroſq; Templi miniſtros in tãta copia, ut unicuique hebdomadæ uigintiquatuor eſſent aſſignati per uices ſuas. vt patet 1. Paral. c. 24. & uide etiam c. 23. cum multis alijs locis ueteris teſtamenti.

Ritus eccleſiæ antiqui. *Deuotio Dauid.* *Dauid eligit miniſtros tẽpli.*

4 In nouo etiam uidua illa. Luc. 2. apud omnes commendatur eo, quòd non diſcedebat de templo ieiunijs, & obſecrationib. ſeruiens nocte, & die.

Vidua Euangelii laudatur.

5 Doctor etiam gẽtium Paul. Epheſios hortabatur. cap. 5. inquiẽs: Nolite inebriari uino in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spiritu ſãcto, loquẽtes uobiſmetipſis in Pſalmis, Hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes, & pſalentes in cordibus ueſtris Domino.

D. Paulus hortabatur Epheſios &c.

6 Cuius ueſtigia ſequutus diſcipulus ille D. Diony. Areop. (cuius diſcipulus fuit S. Eugen. martyr, primus Toletanæ gentis Antiſtes, in cuius feſto, quod 15. Nouembris agitur, hoc ſcribitur) Epiſt 7. ad Demophilum, de viſione Carpi, inquit hanc eſſe ſanctorum Apoſtolorum traditionem. uide etiam S. Clementem de conſtit. SS. Apoſt. uarijs in locis. maximè, lib. 7. c. 27. Vide etiam Martin. Ayalam. de diuinis, Apoſtolicis & c. traditionibus in multis locis. maxime. 4. par. ad principes, & 5. habet. ubi ſic ait: Habet Eccleſia Dei per mundum uniuerſum diſperſa, quæ uerè Chriſti nõ ſolum politia, ſed ſponſa eſt, præter ſcripturam ſacram & ſacramenta, traditiones ſacroſanctas, ritus uenerandos, conſuetudines laudabiles, ab ipſis primordijs per Chriſtum dominum & Apoſto-

S. Eugenius diſcipulus S. Dionyſii. *Ritus Eccleſiæ ex traditione Apoſt.*

Apoſtolos, aliosq; patres ipſorum ſucceſſores introductas,atq; ab om nibus uniuerſali conſenſu receptas, quibus ſalubriter regitur, prudẽter ordinatur, rectè in uiam regni cœle ſtis dirigitur.&c. uide etiam Cõcil. Agat.c.30 & Turon. Can.14.& ul-
7 tra D.Baſil.de exercitatione.Caſſianum.Chryſoſt. Hieron. & alios,uide hodie Conc Trid.ſeſſ.7. can.13. & ſeſſ.23.can.5. & ſeſſ. 24. can.11. Debent ergo omnes orbis Eccleſiæ conformari ritibus Romanæ Eccleſiæ tanquam matri, ut habetur in c. Neceſſe de conſec.diſt. 1. & Sotus latè ſupra, Albert. Pighius. Eccle. Hier.lib.1.cap.6.litera C.

Omnes Eccleſiæ conformari cũ Romana.

8 No.3 Periculum eſſe ritum Eccleſiæ non tantum in magnis rebus & horis canonicis mutare; ſed etiã in una minima alicuius ſcripturæ punctuatione,uel accẽtu, una enim dictio,uel ſyllaba, diuerſa punctuatione,uel accẽtu, diuerſam ſortitur ſignificationem. Abram. n. ſine,h, aliud ſignificat quam Abraham, cũ ea;& aliud Sarai,cum,i,& aliud Sara ſine,i,ut patet Geneſ.c. 17.Et,palàm,cum illa uirgula aliud ſignificat quàm ſine ea.Et aliàs, cum illa aliud quam ſine ea.Et uita,cũ uno,t,aliud quam cum duobus,tt.Et tex.in cap. A quodam.de conſecr. diſtinct.4.di uerſimode interpretatur à Doctoribus propter vnam comam., .quidam enim dicunt ſic: A quodam Iudæo, Alij vero, A quodam, Iudæo neſcimus&c. Et Dominicus de Soto, repræhenditur ab aliquibus eò quòd per malam pũctuationem corrupit ſenſum cuiuſdam legis. Et dominus N.Ieſus Chriſtus: Iota unũ, aut unus apex non præteribit à lege.Accedit quòd in Canon.32.pęnitentiali,ſic habetur: qui in dicen dis horis canonicis, & alijs officijs diuinis diſcrepat à cõſuetudine propriæ Metropolitanæ Eccleſiæ,ſex menſibus priuatur communione,ſi hoc ac cidat ex contemptu.uide tex.in c.de
9 his 17 diſt. Tandem Pius Papa V. in Motu proprio impreſſo in principio Miſſalis præcipit ſub pœna æter nę indignationis,nihil mutare,addere, uel tollere.Nec mirum,quidem, cum obſeruantibus ueteris legis cæremonias ingentes ſint benedictiones à Deo: non ſeruantibus autẽ,in finitæ maledictiones & mala promittãtur,ut patet Deut. 28. Et quid mirum,ſi tantus Pontifex Pius tantam impoſuit pœnam, ſi additio,uel abſtractio unius literæ diuerſum faciat ſenſum? Pondera quam uaria ſignificent agnus,annus,& anus.Et quid mirum ſi(ut alios taceamus) S. Bernar.in tractatu de ordine honeſtæ uitæ dicebat, nec in una litera eſſe deficiendũ? Multa alia conſulto omittimus curioſa.

Periculoſũ ritus nõ ſeruare.

Punctuatio uera quam neceſſaria.

Tex.in ca.A quodã.qualiter legendus.

Sotus repręhenditur.

Nil mutãdũ uel minuẽdum in Miſſali.

Benedictio pro cęrimonis &c.

Agnus, annus, & anus differunt

10 Sed quia eccleſia ritus ſuos ſeruat, & ſacras conſuetudines circa Horas,Miſſam,Veſtes,&c.operępretium eſt inueſtigare primum, Quo ritú,& ordine ſint horæ Canonicæ dicendæ? Reſp.1.Horas canonicas, ad quas omnes in ſacris conſtituti, & beneficiati, licèt non ſint in ſacris, & omnes Religioſi choro dedicati tenentur, eſſe numero ſeptem, ſecundum omnem opinionem per text.mirabilem in c.1.de celebr.Miſ. ubi unaquæque hora ſuo nomine appellatur,ſ.Matutinum,Prima,Tertia, Sexta, Nona, Veſpera,& Completorium:Matutinum enim, & laudes pro una hora computantur.

Horæ canonicæ,& qualiter dicendę

11 Secundo Reſp.ex eodem.c. 1.Horas dicendas eſſe ſuis ſtatutis tẽporibus. Matutinum enim dicendum eſt media nocte, qua hora ſecundũ aliquos, Verbum caro factum eſt, per

Horæ ſuis tẽporibus dicendæ, & qua hora.

per illam auctoritatem, quam Eccleſia canit, Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu iter medium perageret, omnipotẽs ſermo tuus à Regalib. ſedibus uenit &c. Prou 8. Alij aliter dicunt, ut eſt Gabriel ſuper Miſſus eſt, ſcilicet, eſſe incerta horā incarnationis Domini noſtri; ideoque (ait) ter in multis regionibus pulſatur: Aue Maria. Primò, ſummo mane, propter quoſdā dicentes illa hora contigiſſe. Secundo, in meridie, propter alios de illa hora affirmantes, Tertio, in occaſu Solis, propter alios tenentes, uerbū diuinum illa hora carnem noſtram ſumpſiſſe. Dicitur etiam matutinū media nocte, quia media nocte Chriſtus natus eſt, & quia Dauid ait. Pſ. 118. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. & Pſalm. 133. In noctibus extollitẽ manus ueſtras in sā cta, & benedicite Dominum. cum multis alijs. Et hinc eſt, ꝙ eccleſia catholica in matutino canit Hymnū illum celebrem Diui Gregorij.

Incarnatio uerbi qua hora.

Qualiter pulſatur ter ad Aue Maria in auro ra meridie &c.

12 *Matutinū qua hora.*

Hymnus Nocte ſurgentes a S. Gregorio.

Nocte ſurgẽtes uigilemus oẽs,
Sẽp ī Pſalmis meditemur, atq;
Virib. totis Domino canamus
Dulciter hymnos.

Alius à S. Ambroſio.

Qui Hymnus cantatur fere in omnibus dominicis per annū. Et in feria 3. cantaẽ Hymnus ille d. Amb.

Somno refectis artubus,
Spreto cubili ſurgimus:
Nobis Pater canentibus,
Adeſſe te depoſcimus.

13 Quod confirmatur ex omnibus hymnis qui in officio omnium aliarum feriarum dicuntur ad Matutinum. Confirmatur præterea ex illo Actuum Apoſt. c. 16. vbi Paulus, & Sylas media nocte adorantes, laudabant dominum, &c. Et hinc eſt ꝙ in Eccleſijs Cathedralibus, ubi ordinatẽ dr̄ diuinum officium congruenti bus horis (prout fit in celebratiſſima illa Toletana, in qua ſacratiſſima illa Virgo Maria perſonaliter apparuit media nocte diuo Illefonſo Archiepiſcopo uenienti ad matutinū celebrandum, illique donauit cæleſtẽ illum theſaurum. ſ. caſullā qua in ſacrificando uteretur, dicens illi Accipe de theſauris filij mei, ut habetur in eius feſti hiſtoria, quæ habetur in officijs nouis pro Hiſpania confirmatis à S. D. Greg. XIII. Et in loco, uel petra ubi ſacratiſſimi ſteterunt pedes eius, ſic habentur uerſus Hiſpano ſermone ātiquo ſcripti

Paulus, & Silas media nocte &c.

Sacratiſſima Virgo deſc dit [illegible] in ſacra Eccleſia Toletana & quare.

Quando la Reyna del Cielo
puſo los pies en el ſuelo,
en eſta piedra los puſo,
de beſarla tened uſo
para mas ueſtro conſuelo

Et ſic adoraẽ atque collitur ab oībus Chriſtianis, & adimpletur illud Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes eius Pſalm. 131. Quam caſullā nunc poſſidet Ouetenſis Diœceſana Eccleſia) Et in omnibus Religionibus bene ordinatis, matutinū dicitur media nocte. Nec per hoc reꝓhẽdere uolumus conſuetudinẽ uel priuilegium illarum eccleſiarum, in quibus matutinum alijs horis dicitur.

14 Prima dicenda eſt in ortu Solis, ex illo Dauid Pſal. 9. Mane aſtabo tibi, & uidebo, &c. & Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Et hinc eſt, quòd Hymnus qui cantatur in prima dicit: Iam lucis orto ſidere. &c.

Prima qua hora dicendaẽ

15 Tertia dicitur tranſactis regulariter tribus horis poſt primam, quia eadem hora in Penthecoſte Spiritus ſanctus miſſus fuit. & ideo in Hymno Tertiæ petimus nobis Spiritum ſanctū concedi. Confirmatur, quia Daniel. c. 6. tribus horis præces fundebat

Tertia qua hora, & quare.

Daniel quā orabat.

E

fundebat hora tertia,ſexta,& nona.

16 De Sexta habetur inſtitutũ, quia in paſſione Domini,ut patet ex omnibus Euang.circa horam ſextã tenebræ factæ ſunt per uniuerſam terram.Quæ hora ſexta, regulariter cõputatur, ut ſit tribus peractis horis poſt tertiam.Et ideo quia meridies dicitur ſexta hora, ſecundum hanc computationem, dicitur in Hymno Sextę:Extingue flammas litium &c.

Sexta qua hora,& quare

De Nonæ celebratione dicimus:
17 hora nona dñum ĩ cruce expiraſſe, ideſt,tribus horis poſt meridiem,& ideo. quia Daniel ſupra. horã nona orauit,& Petrus & Ioannes aſcẽderunt in templum ad horã orationis nonam,ideo Nonam eſſe dicendam illa hora.Quod patet,quia iam in hymno Nonæ petimus clarum
18 ueſper.&c.

Nona, qua hora,& quare

Veſperę celebrantur poſt Nonã, quia ea hora Chriſtus cęnauit cum Apoſtolis,& inſtituit ſacroſanctum Euchariſtię ſacramentum.Matt.26. & Dauid Pſal.140. Eleuatio manuũ mearum ſacrificium ueſpertinum.

Veſpæ, qua hora,& quare

Cõpletorium,dicitur in fine diei,
19 quia illo compleãtur omnes horæ, & quia illa hora Chriſtus fuit ſepultus.ut patet Marc.15.Cum iam ſero eſſet factum &c.

De cõpletorio.

Et iſte eſt ritus,quem ſancta Romana Eccleſia per totum mundum ſeruat in choris eccleſiarum.Particulares autem perſonæ,tanto perfectius officium diuinum recitabunt, quanto huic ritui ſe conformauerint.Sin minus ſatis erit dicere horas ſecũdum pręceptum tex.in d.c. 1.de celebrat.Miſſ.ſcilicet,ut prima tertia,ſexta,nona,& ueſperę. in mane dicantur.

Particulares, qb. horis debent horas recitare

Et quamuis dicta conceſſio dicendi Horas ſimul,facta ſit pro clericis pauperibus, vt ex tex.& Gloſſa patet:Nihilominus tamen ſi hoc modo alij clerici dixerint,non incurrũt mortale peccatum; erit autẽ ueniale,ſine iuſta cauſa non dicere ſuis proprijs temporibus.per text.illum. 20

Quod peccatũ nõ recitata debitis tẽporibus.

Circa alios ritus quos Eccleſia ſãcta Romana quo ad Miſſæ celebrationem ſeruat,eſt Not. quòd quamuis olim, una quæque Cathedralis Eccleſia ſuum particulare haberet Miſſale,atque cæremonias.Nũc autem, ex decreto Concilij Tridentini omnes Eccleſiæ & Monaſteria (priuilegiatis dũtaxat exceptis)uno Miſ 21
ſali,ac breuiario uti debent.

Olim quęlibet Eccleſ particulare hẽbat Miſſale.

Quis autem inſtituerit cæremonias,& ritus in Miſſa facere, uide de unaquaque particula Miſſæ, ab introitu uſque ad finem,Paulum Gryſaldum.in lib.Deciſiones Cath. uerbo Miſſa.nume.8.& Rationale,Diuinorum Officiorum,& cęremoniale Romanum.cum multis aliis. 22

Quis inſtituerit cęremonias.

Vnde,ex ſupra dictis, & Motu proprio Pii V.poſito in principio Miſſalis,patet, Miſſam cum aliis cæremonijs,nel alio Miſſali celebrari nõ poſſe.

Celebrãd eſt cũ Miſſali nouo.

Sed quæritur utrum , Celebrans 23
cum alio Miſſali,uel non ſeruãs cæremonias huius noui, incurrat aliquam cenſuram,uel pœnam ? Reſpond.Per ſequẽtes cõcluſiones.Prima . Faciens contra præceptum ſummi Pont.uel alterius ſuperioris poteſtatem habentis,ſi ſit in re graui peccat mort . Et idem erit ſi non ſit in re graui,ſi adſit contemptus.ut ex Abbate S.Ant.Ioanne de Neap . & aliis probat Silueſt.uerbo præceptum.Caietan.& alij,quos refert,& ſequitur Armil.eod. verb. numero. 5.S.Thomas.S.Auguſtin.Adrian.,& communis,quam refert, & ſequitur Nauar.Manual.c.11.nu.4.

Quãdo mortale nõ obedire ſuperioribus.

Secunda concluſio.Celebrare hodie 24

Vtrum in alio celebrate. ſit mortale. & quare. dũ e Miſſam in alio miſſali, quàm in Romano nouo, iudico peccatum eſſe graue, me tamen ſaniori iudicio remittendo. Primo, Quia omnia alia Miſſalia ſunt omnino reuocata, & annullata. vt patet in dicta Bulla Pij V. Secundo. Quia ibidem apponitur grauiſſima pœna, ſcilicet indignatio Dei, ut ibidem patet, & tradit Simon Maiol. lib. 3. c. 24. nu. 7. Tertio. Quia quotieſcunq; alicui præcepto apponitur talis pœna, inducit peccatum graue ſecundùm S. Tho. S. Ant. Silu. Armil. & alios ſupra. Quarto. Nam Anathema dicitur cuicunque diuerſos ritus habenti, circa Diuinorum Sacramentorum adminiſtrationem, per inobedientiam, vel contemptum, ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. Can. 13. & ſeſſ. 23. Can. 5. & ſeſſ. 24. Can. 11. ut tradit Simon Maiol. lib. 3. c. c. 26. n. 1. Nam ſecus eſſet, ſi per inaduertentiam, uel obliuionem aliquid omitteret, uel in leuibus adderet cæremonijs, quæ non ſint de ſubſtãtia, uel eſſentia Sacramentorum. Quapropter ſi quis ob aliquam inobediẽtiam cõtra dictos Canones, uel Motum proprium, incidat in excommunicationem, impedimentũ habet Canonicum, ne ordinari poſſit, & ſi eſt ordinatus ſi adminiſtrauerit in aliquo ordine fit irregularis, vt ſæpè diximus in materia irregularitatis. & habetur in c. is qui. de ſent. excom. lib. 6. & omnes communiter.

Quid ſi excommunicatus celebret.

25 De celebrãte ſine aliquo paramẽtorum. Tertia concluſio. Sacerdos celebrans ſine aliquo ſacrorum paramẽtorum ſcienter, excommunicationi ſubiacet. vt habetur in Conc. 3. Bracar. c. 3. & in c. Eccleſiaſtica. 23. diſt. Quid ſi per negligentiam omiſerit? Reſp. 1. in hoc erraſſe Maiolum. lib. 3. c. 26. nu. 1. allegando falſo Syluestrum, & Archiepiſc. Floren. quia nec Silu. uerbũ ullum facit de negligentia, ſed de ignorantia craſſa. Nec citat Archiepiſc. ſed Archidiac. Reſpon. ergo 2. quòd ſi talia omiſit ex negligentia nõ culpabili, ſed ex quadam naturali obliuione, uel impetu aliquo, uel alia iuſta cauſa, non iudico peccaſſe mortaliter. Imo raro iudicarem in hoc caſu peccare mortaliter, quod probat Silu. uerbo Negligentia, cum S. Tho. S. Anto. & alijs. Armil. verbo. Negligentia. Aluar. Pelagius. de planctu Eccleſ. lib. 2. c. 75. aliud eſt per ignorantiam craſſam. Quid ſi per negligentiam.

26 De conſecrante unã ſpeciem tãtum. Quarta concluſio. Sacerdos conſecrans corpus Domini noſtri, ſimul cum calice, uel ſanguinem ſine pane, extra Miſſam, efficitur uerè irregularis. per tex. in c. 1. de cleric. excom. miniſt. quem ad hoc citat S. Anto., in tract. de cenſur. & irregul. c. 87. uerſ. Tertio nota. & refert & ſequitur Maio. ſupra. n. 5. & tetigimus in Candelabro. de Euchar. nu. 78.

27 Pœnæ non ſeruantibus neceſſaria. Multa alia peccata, cenſuræ, irregularitates, ac Canonica impedimẽta accidere poſſunt non ſeruantibus ritus, ac cæremonias ſolitas, & præceptas, uidelicet ſi ſine ueſtibus benedictis, ſine lumine, ſine aqua, ſine ara, ſi ſine pane Azimo, & c. quis celebraret, nã omnes iſti eſſent, & officio, & beneficio priuandi depoſitionem ſignificat. Bernard. Diaz in Practica. cap. 31. quem refert, & ſequitur Maiol. ſupra. n. 5. Imo ſine iſtis, uel uaſis ſacris aſſerere poſſe celebrare, hæreticum eſt. ut probat Paul. Gryſ. uerbo. Miſſa p aliquot numer. Hæreticum eſt hoc negare.

CAPVT VIII.

De Irregularit. quæ contrahi poteſt in conceden. dimiſſorias.

1 QVIA in noſtro Candel. 1. par. de ſigillo Confeſſ. n. 3. &

Literæ dimiſſoriæ in quotuplici ſint differẽtia.

1.par.de ſuſpenſione. numero 12.& 13 mentionem fecimus aliqualem de literis dimiſſoriis a ſuperiorib concedi ſolit.s; Quæritur hic primo quotuplex ſit litera dimiſſoria? Reſp. Literas dimiſſorias principaliter à Prælatis concedi duabus de cauſis,vel ad duos diuerſos effectus Primo enim ſolent dimiſſoriæ literæ concedi illi, qui aliquem ordinem Eccleſiaſticum uult recipere (quas Reuerẽdas Hiſpani dicimus) & proprius Epiſcopus, alijs negotiis occupatus,ordinationes celebrare non poteſt, & tunc remittit ordinandum alij Epiſcopo, cum literis, quibus fidem facit eſſe idoneum ad talem, uel tales ordines ſuſcipiendos.Et de his literis aget hæc noſtra additio.

Literæ dimiſſoriæ uarie appellãtur.

2 Secundo, & proprio modo, dimiſſoriæ;uel commendatitiæ literæ dicuntur illæ, quas ſuperiores tam Epiſcopi, quàm religionum Prælati concedunt ſuis ſubditis in aliam Prouinciã, uel Diœceſim proficiſci uolentibus,quæ pacificæ, uel forma tę c. in Lateranenſi, de præben. & in capit.fin.71.diſtin.vel etiam Apoſtoli appellantur.l. Dimiſſoriæ. ff.de uerbor. ſignific.quibus fidem faciũt tales, nec excommunicatos eſſe, nec aliqua alia cenſura, uel irregularitate irretitos. De quibus literis

De literis pro regularibus.

3 quoad Regulares trãſeuntes de vna in aliam Prouinciam, ſtrictiſſimè agit,multis impoſitis pœnis,S.D.N. Sixtus PP. V. in Bulla illa, qua prohibet inceſtuoſos, uel ſacrilegos filios admitti ad Religionẽm, uerſi. ſed & quia interdum, & de his agit Aluarus Pelagius,de planctu Eccleſiæ.lib.2.cap.23.

Literæ dimiſſoriæ an nouum inuentum.

4 De prima ergo ſpecie literarum, ſcilicet de ijs,quæ conceduntur ordinando. Quæritur utrum ſit nouum inuentum, uel fuerit in Eccleſia olim talis conſuetudo? Reſp Harum dimiſſoriarum uſum, eſſe in Eccleſia antiquum: Nam etiam temporibus D. Auguſtini obſeruari conſueuerat, ut ipſe ſcribit ad clerum Hipp.Epiſt.137.uerſi.cum enim iſta me cauſa. & tempore Conc. Niceni.ut infra not. 5. dicam.

Quare introducta hæc conſuetudo?

Quæritur. Quare inuenta hæc literarum conſuetudo? Reſp. Ob id in uſu fuiſſe, quia concedere ſolent ſubditis Epiſcopi, uel ordinarij, vt ab alieno ordinatore promoueri poſſint. Vnde patet per has literas, non ſolum fieri ordinandi recõmendationem, ſed etiã per eas in alium Epiſcopum propriæ iuriſdictionis delegationem. Videntur enim Epiſcopi, per eas, officium ſuum aliis Epiſcopis concedere, vt habet text. in c.primatus 71.diſt.& tex.in c.clericum.diſt.72.gloſ.notabilis. in cap. fraternitati. de cleric. non reſiden. & multa alia iura quæ ad hoc citat gloſ. uerb. ſine literis.in dict.capitul. priuatus. 5

Epiſcopus delegari alium per dimiſſoria.

De Epiſcopo excommunicato, ſuſpenſo, &c. concedẽte dimiſſorias.

Quapropter circa eas concedendas multa poterunt occurrere impedimenta: Quorum primum eſt; ſi Epiſcopus ſuſpenſus, excommunicatus, vel interdictus ſit, vel aliqua alia cenſura,vel pœna Eccleſiaſtica innodatus,literas has dimiſſorias ad ordines concedere nõ poteſt, quòd ſi ſic ligatus eas conceſſerit irregularis efficitur. Cuius ratio eſt, quia omnis auctorizatio facta ab eo, qui ſupradictis cenſuris eſt inuolutus illum reddit irregularem,eo quòd Eccleſiæ clauibus abutatur. 6

Quid ſi talis conferat beneficia.

Nam & ſola beneficiorum collatio redderet irregularem. per tex.in cap.fin.de exceſ prælat.& tradit Speculator.tit.de diſpenſation.§. iuxta. verſic.Quarto.quẽ refert. & ſequtur 7

Simon

Simon Maiol. lib.4.c. 5.num.1. ſecũdum quos, non eſt abſolutè intelligendum de omni ſuſpenſione, ſed Epiſcopo ſuſpenſo ab Epiſcopatu, vel ordinibus ſuis, quia tunc cenſetur etiam ſuſpenſus, & interdictus ab iis, quæ pendent à dictis ordinibus.

8 Sed quid ſi ſuſpenſus Epiſcopus à dimiſſoriis alicui particulari, uel omnibus generaliter concedendis, illas concederet de facto contra talem prohibitionem? Reſp. quòd licet grauiter peccaret, non tamen fieret irregularis, quia dimiſſorias concedere eſt actus iuriſdictionis, quæ poſſet exerceri, etiam ab ipſis Vicarijs Epiſcoporum. Simon Maiol. ſupra nume.2.

De Epiſcopo ſuſpenſo a dimiſſoriis.

9 Quæritur. Quid de illo Epiſcopo qui alienum ſine talibus dimiſſoriis ſui Epiſcopi ordinauit? Reſp. Talem fieri ipſo iure ſuſpenſum, in cuius pœnam ſui ſubditi poterunt, dũ ipſe eſt ſuſpenſus, ab alio Epiſcopo vicino ordinari, ſine proprii dimiſſoriis. text. in ca. eoſ. de tempor. ord. li.6. vbi Doct. notant, & Silu. uerbo irregularitas q.9. & alii. maiori pœna punit hodie per Bullã Sixti. V. cõtra. male pmotos. q̃ uide ĩ fine huius li.

De Epiſcopo ordinante alienum ſine dimiſſoriis.

10 Circa ſupradictas dimiſſori s cõcedendas, ut res clarior fiat, aliqua ueniunt notanda. Primo, quòd tales literæ dimiſſoriæ, non debent abſque expreſſione cauſæ concedi, nã debent continere, ad minus, alicuius excuſationis cauſam, ob quã ipſe proprius Epiſcopus ordinare nõ poſſit. tex. in c.1. de temp. ordi. lib.6.

Dimiſſoriæ concedẽdæ cum cauſa.

11 Secundo. Nota, tales literas dimiſſorias minimè eſſe cõcedendas, ad examinandum (vt dicunt) ſed poſt factam approbationem, præuio examine debito. ut habetur in Concil. Carth.3.c.22. & opimè in Cõc. Tridẽt. ſeſſ.14. de Refor. c.3. & ſeſſ.23. de Refor. ca.3. & 10. Quia aliàs multa interueniunt damna, & ſimoniæ peccata in ordinibus ſuſcipiendis, multa vidi arcana hominum, quæ non licet homini loqui. qua propter omnino eſſet ab Eccleſia Dei repellendus ſtylus ille periculorum plenus concedendi tales dimiſſorias, uel Reuerendas (ut diximus) ante dictã examinationẽ, & approbationẽ.

Litteræ dimiſſoriæ nõ examinãdũ.

Et quæ nõ

12 Maximè, quia clauſulã illa, quam ſolent Reuerendiſſimi Epiſcopi ponere, quaque putant ſe excuſari, ſcilicet in quo ordinatoris conſcientiã oneramus, tanquam non appoſita cẽſetur, nam per talem clauſulam, cõcedens dimiſſoriat non uidetur excuſari, ſi indigno, & non idoneo cõceſſerit, quia ipſe maiorem culpam contrahit, quam ordinator. tex. in c. ſi Epiſcopus. de præbẽ. li.6. Et quòd ſit paris effectus ordinare per ſe, uel dimiſſorias concedere. eſt tex. in ca. accedens. de Purg. Can.

Concedens tales dimiſſorias nõ excuſatur.

13 Tertio. Not. quòd licet olim omnes Prælati Epiſcopis inferiores, ut puta Abbates, capitula, collegia, &c. poſſent literas dimiſſorias concedere, hodie autem per Cõc. Trid. ſeſſ.23. de Reform. c.10. ablata eſt illis omnino poteſtas illas concedẽdi clericis ſecularibus, ſub pœna ſuſpenſionis. Vnde infertur, quòd ſi in tali ſuſpenſione poſiti, immiſcerent ſe diuinis, fierent uere irregulares, ſicut omnes alii ſuſpẽſi adminiſtrãtes, ut diximus in Candelabro Aureo.2.par. tit. de ſuſpenſione. n.132. cum ſeq. & tradit Diaz. in praxi Canonica.22.

Quis poſſit cõcedere dimiſſorias ad ordines.

14 Quarto. Nota, quòd etiam mortuo alicuius Eccleſiæ Epiſcopo, capitulum, ſede illa uacante, dimiſſorias ad ordines concedere non poteſt, uel alius quilibet in iuriſdictio

Capitulum ſede uacante nõ concedi illas niſi. &c.

nem

nem ſuccedens, niſi in duobus caſibus. Primus eſt, ſi ſedes Epiſcopalis vacauerit vltra annum. Alter eſt ſi quis ratione obtenti, uel obtinendi beneficij ſit arctatus ad ſuſcipiẽdos Ordines. aliàs capitulum extra dictos caſus, Dimiſſorias concedens, ipſo facto ſubiacet Eccleſiaſtico interdicto. per Conc. Trid. ſeſſ. 7. de Reform. cap. 10. Si uero alius particularis in iuriſdictionem ſuccedens, illas conceſſerit, ipſo iure erit ab officio, & beneficio ſuſpenſus. per dict. Conc. ſeſſ. 23. cap. 10

15 Quinto nota. quòd quamuis Simon Maiolus. de irregul. lib. 4. c. 5. & nos. ſupra. notab. 2. dixerimus (& benè) ordinandum non eſſe mittendum hodie ab uno ad alium Epiſcopum abſque præuio examine, olim tamen, ad examinandum mittebatur, ut patet in literis dimiſſorijs factis in Cõcilio Niceno. 318. Epiſcoporum, cuius tenorem inuenies in c. 2. 73. diſ. & de ijs, multa iura ſunt. diſt. 71. §. Sexto. Nota. quòd tales dimiſſoriæ (quas Reuerendas appellamus) non expirãt mortuo Epiſcopo concedente, ut probat Cardin. communiter receptus in clemẽ. final. de elect. q. 5. & Nauar. in Apologia de Redditibus eccleſ. q. 3. monito. 8. n. 2. Rebuff. in praxi benefic. tit. de forma dimiſſoriarum. n 39. & 43. Et reſolutiuè, quis poſſit dare dimiſſorias ad ordines, uide Conc. Trid. ſeſſ. 7 de Reform. c. 10. & 11. & ſeſſ. 23. c. 3. 8. & 10. Syluest. uerbo irregularitas. §. 9. Nauarr. c. 25. nu. 70. & c. 27. num. 155. Et hæc de dimiſſorijs quo ad ordines.

16 De ſecunda autem ſpecie dimiſſoriarum, quæ clericis iter facere volentibus conceduntur, Dico primo non eſſe nouum inuentum, ſed eſſe Sanctorum Patrum iuſtiſſimum inſtitutum in Conc. Niceno. 318. Epiſcoporum, quarum literarum ſeriem & formam uidebis. in c. 1. 73. diſt. Item, in Conc. Antioc. 7. c. & Laodic. 41. & Chalced. 11. c. 46. & Aquiſgran. ſub Ludouico Pio Imp. ſic habetur: Quiſquis peregrinatur, literas habeat commendatitias, vel teſtimoniales.

Secundo. Dico, clericum ſine talibus literis dimiſſorijs, nuſquam eſſe recipiendum ad Miſſam celebrandam, vel alia miniſteria Eccleſiaſtica exercenda, ob multa pericula, quæ breuiter tanguntur in d. c. 1. 73. diſt. & ita præcipitur in Conc. 1. Carth. c. 5. Laodic. c. 41. Agath. c. 38. & 52. Mileuitan. c. 20. Venetici. c. 5. Epaun. c. 6. primo Anglic. cap. 5. 1. Turon. cap. 12. cum multis alijs & nouiſſimè Conc. Triden. ſeſſ. 23. cap. 16. 17

Clerici non admittendi ſine literis dimiſſoriis.

Tertio. Dico, dictas literas dimiſſorias, non ſolum eſſe concedendas clericis iter facere uolentibus, ſed etiam Metropolitanus debet illas cõcedere Epiſcopo longiorem ſuſcepturo profectionem, ut habetur in Conc. 3. Carth. c. 28. & in Cõc. Calced. c. 11. Sed neſcio qualiter hoc ſit in uſu. 18

Metropolitanus cõcedit illas Epiſcopo.

Quarto. Dico, dictas dimiſſorias non tantum eſſe concedendas Sacerdotibus, ut dictum eſt, Miſſas celebraturis, ſed etiam diacono, ſubdiacono, & alijs clericis in minorib. ut probat expreſsè tex. in capit. 2. 72. diſtin. 19

Cuicũque in factis cõcedendæ.

Quinto. Dico, cum tex. & gloſſ. ibi in cap. 1. 72. diſt. Epiſcopum non debere eſſe facilem in concedendis dimiſſoriis, maximè ijs clericis, qui ſibi adiumento eſſe poſſunt, immo talibus negandas eſſe ad longum tẽpus, uel abſolutè ſecundum ſuam uoluntatem, ne derelinquatur (ut dicitur) 20

Epiſcopus non ſit facilis concedẽdo dimiſſorias.

dicitur) Domus eius deſerta, & vinea remaneat abſque debitis, & neceſſarijs operarijs.

21 Sexto. Dico, ſæpè clericos dimiſſorias quærere, non ut neceſſitatem habeant aliò ſe transferre, ſed ut aliquorum ſuperiorum indomitas, immites, agreſtes, atque elatas conditiones fugiant, ut aliquando, nõ ſine graui ſcandalo vidimus. Debent ergo boni Epiſcopi, ſi bonos miniſtros, & coadiutores habere uoluerint, eſſe formam gregis. & (ut alias auctoritates, illis relinquẽdo, taceamus) debent illud Eccleſiaſtici. c. 32. conſiderare, ſcilicet Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis quaſi ũnus ex ipſis, curam illorum habe, & conſidera, & omni cura tua explicata recumbe, ut lęteris propter illos, vt ornamentum gratiæ accipias coram, & dignationem conſequaris congregationis.

Epiſcopi aliquo modo fugant ſuos clericos.

22 Quæritur. In hac materia dimiſſoriarum, quanta fides dicto Epiſcopi ſit adhibenda? Reſpon. Literas dimiſſorias epiſcopi (ſi uerę ſint eius, & non falſificatæ, vt ſæpe uidimus) eſſe authenticas, & magnam fidem illis eſſe adhibendam, ut colligi poteſt ex tex. in cap. primatus. 71. diſt. cui concordat tex. in l. monumentorum, & ibi gloſ. & Doctor. C. de relig. & ſumpt. fun. notat Bal. Petrus de Bellapert. & Cyn. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſcop. & cleric.

Qua ta fides adhibẽda dicto Epiſcopi?

23 Quęritur. Quid ſi clericus literas dimiſſorias amiſit? Reſpon. Poſſe tunc per teſtes probari, ut habetur expreſsè in cap. tuæ. de cleric. peregrinis. & ſecundùm Vincen. Goffred. & Hoſt. quos refert & ſequitur Ioan. Andr. in gloſ. cap. fraternitati. de cleric. non reſ. tex. in Auth. de fide inſtr. §. ſi uero. col lat. 6. tex. in l. exercendis. C. de fide inſtr. Raim. & alijs. quos refert & ſequitur Summa Confeſ. lib. 3. tit. 21. q. 6.

Quid ſi clericus literas dimiſſorias amiſit?

Pro quo Nota, quòd aliud iudicandum eſt de clerico uolente in aliqua ciuitate moram facere, uel habitare. Aliud uero quando tantum cum clerico uiatore trãſeunte, quia talem non oportet ſic ſubtiliter examinare. ut ait Innoc. & alij, quos refert, & ſequitur Summ. Conf. ſupra. q. 4. vide Silu. verbo peregrinus. ad fin. uide tex. in cap. cum olim. de priuil. Armil. uerbo peregrinus. nn. 3. Ang. & alios.

Diſtinctio de clerico tranſeunte, uel moranti.

CAPVT IX.

De Irregularit. non reſidentium in proprijs Eccleſiis.

DICTO, quantum ſufficit de clericis à patria ſua proficiſcentibus, optimo iure ſe offert de illis tractare, qui Eccleſias ſuas deſerũt, nec in illis reſidẽt.

1 *Plorandum eſt quia Epiſcopi abſũt.*

Pro cuius introductione notandum, & (cum dictis. illo Hiſpano, Aluaro Pelagio. lib. 2. cap. 8. de planctu Eccleſiæ) plorandum eſt conſuetudinem illam, uel potius corruptelam, qua Epiſcopi proprias oues deſerentes, per Curias, & palatia uagantur Principum, & Regum, non eſſe ab heri, & nudius tertius, inuentam, ſed etiam tempore eiuſdem Aluari Pelagij, qui floruit anno. 1320. ſub Ioan. Pap. XXII. & Ludouico IIII. Imperat. in vſu fuiſſe. Cuius capituli. 8. (quia liber rarus eſt, & paucis notus propter eius antiquitatem) pauca, ipſaque formalia uerba ponemus, quibus apparet qualiter ipſe Epiſcopus Pelagius, ſuorum fratrum Epiſcoporum deplorabat errores, qui ſic ait:

Vitium antiquum.

2 *Aluarus Pelagius, quo tempore floruit?*

Notum

3 Notum eſt hodie ꝙ rarò prælati-
Qualiter ploꝛabat Epiſcopoꝛũ abſentiam.
maximè Epiſcopi reſident in Eccle-
ſijs cathedralibus, ſed nunc per cu-
rias principum, contra iura vagãtur
maximè cum ab eis temporalia nõ
tenent. 23.q.8. Quo auſu.& §.ecce,
& extra de Ap.cũ parati. vbi de hoc
& eorum tractant negotia tempora
lia, & procurant contra iura. 89.diſt.
c.1.c.Epiſcopus. c. prælatum.& ex-
tra ; ne cleric. uel mon. per totum.
Aut in laribus paternis habitãt ꝓpe
ſanguinem & carnẽ ; dicentes. Pa-
ter & mater noui uos. quum contra
Epiſcopi ex dominis ſe faciunt ſeruos.
deberent dicere Deut. 33. 93. diſtin.
Diaconi. V. Aut in curia Romana
trottãt poſt equos Cardinalium, ſer
Epiſcopi nõ ſunt contẽti terminis ſuis.
ui ibi effecti, & mercenarij; quum in
ſuis Epiſcopatibus eſſent liberi Do
mini, & maiores: ut ambiãt amplius,
& habeant de honore terreno, non
contenti terminis ſuis ; quum ha-
beant ultra condignum, contra iu-
ra. 1. q. 1. principatus, &c. Aut per
mundum uagantur ſuas Eccleſias
deſerentes: nec de animabus ſub-
ditorum aliquam curam habentes:
contra illa omnia iura. 7. q. 1. Sicut
uir. Hæc ille ; & multa alia, quæ pò-
terit qui illum habuerit, uidere.

Supradictis concordat dictum cu
4 Curia Regis Caluariæ locus.
iuſdam doctiſſimi Hiſpani (nec mi-
hi tribuo) dicentis curiam Regis eſ-
ſe hodie quo ad hoc tanquam Cal-
uariæ locum, qui plenus eſt Calua-
rijs, uel capitibus hominum, abſque
corporibus: cum Epiſcopi.ſ.ſint ſem
per in curia ſeparati ab Eccleſijs
ſuis. Qui Epiſcopi abſentes ab Ec-
cleſia comparantur meretrici, quæ
filios alijs nutricibus educandos tra
dunt, ut luxuriæ liberius uacent. ita
eos comparat S.Dam. Epiſt.4. quem
refert & ſequitur. Sot. lib. 10. de iuſt.
q.3. artic.2. verſ. His namque.

Sed quid dicerent hodie ij duo
doctiſſ. Hiſpani cum alio tertio ſan-
ctiſſimo Damaſo, ſi uidiſſent quod
ego minimus omnium uideo, non
quidem in Hiſpania, ſed in Italia,
ſponſam quandam pulcherrimam,
quatuor habere uiros adhuc uiuen-
tes, & à tribus primis (neſcio qua-
re) fuiſſe derelictam. Scio (non men-
tior, Dominus ſcit, & omnes qui cõ
ſiderauerint) Epiſcopalem Eccleſiã
quatuor habere Epiſcopos adhuc
uiuos, quorum tres primi, (neſcio
an ut ditiores inuenirent ſponſas,
quã iam habent) dictæ primæ ſpon-
ſæ renunciarunt. In quorum confu
ſionem, & condemnationem facit
optimè Canon. 33. SS. Apoſt. in hęc
uerba : Epiſcopo, qui parochiam
ſuam dereliquerit, alteri inſilire ne-
fas eſto, licèt à pluribus ad hoc cõ-
pellatur, niſi rationabilis aliqua cau-
ſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere ui
adigat, nempè ꝙ plus lucri & utili-
tatis his, qui illic conſtituti ſint, uer
bo pietatis conferre poſſit. Neque
hoc tamen à ſe ipſo, ſed multorum
Epiſcoporum iudicio, & exhortatio
ne maxima. facit etiam Canon. 14.
& 15. De qua Eccleſia ſic derelicta
poſſet quaſi illud dici, quod Redem
ptor N. dixit Samaritanæ: Quinque
uiros habuiſti, &c. ut habetur Ioan.
c. 4. Ad rem ergo propoſitam:

Quæritur 1. Circa illam tam con
trouerſam quæſtionem. ſ. quo iure
teneantur prælati Eccleſiarum ad re
ſidentiam in ſuis Eccleſijs ? Reſp. 1.
Non eſſe nunc noſtri inſtituti, quæ-
ſtionem hanc pro utraq; parte uen-
tilare. Reſp. 2. Aliquos ante Conc.
Trid. partem tenuiſſe contrariam. ſ.
non teneri ad reſidentiam iure diui
no, cuius opinionis fuit Ambroſ. Ca
therin. & alij in opuſculo de hoc.
Sed contrariam, ut ueriorem tenue-
runt multi grauiſſ. Doctores & pri-
mo Fran-

mo Franciſ.Torrenſ.contra Cather. tenuit.Caiet.Carrāza. Naclanto.Domin.de Sot. latiſſime lib.10. de iuſt. & iure.q.3. ubi probat: reſidentiam paſtorum in proprijs Eccleſijs eſſe, de iure naturali, diuino, & canonico inſtitutam; quem refert & ſequitur, dicens contrariam erroneam, Paul. Gryſal.in lib.deciſiones Cath. uerb.Epiſcopus.num.14.

7 Quod, etſi olim in dubium uerti poſſet, cum omnia cōcilia, quorum magnam partem congerit Paul.Gryſal. ſupra.non tam clare loquantur; Hodie tamen à Conc. Trid.ſeſſ.6.c. 1. de Ref. & melius, & clarius. ſeſſ. 23. ſic incipit: Cum præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarum curam commiſſa eſt, oues ſuas cognoſcere &c.& ita tenet Summa Pontiſical. & Synod.conſt. verb. Epiſcopus.numer.28. & optime Nauar.c.25.num.121. facit Bulla Pij PP.IIII. quæ habetur in fine Conc. incipit: Motu proprio &c. cum iam per ſacroſanctum.

8 Sed not.1.non eſſe noſtræ intentionis de illis paſtoribus agere q iuſta exiſtente cauſa cum legitima ſuperiorum licentia abſentiam faciūt, ſed de illis qui abſq; legitima cauſa & licentia diſcedunt; talis enim Epiſcopalis officij ſpontanea deſertio ſine mortali peccato, & apoſtaſia, ſi omnino Eccleſiam deſerat, fieri poſſe non uidetur, vt tradit S.Th.quodlib.3. art.17.verſ. Reſpondeo.in fin. quem refert, & ſequitur Maiol.libro 3.cap.5.num.2.

Quid ſi paſtor Eccleſiam deſſerat ſine cā?

9 Quapropter in Conc.Calci. cap. 6. ſtatutum fuerat; & nunc à Trid. ſeſſ. 23. c.16. confirmatur; vnicuique ordinato certū deſignari titulū, quem ſi deſeruerit, uel non eidem inſeruiret, officio, & beneficio eſſe priuandum, quamuis reſtitui poſſint, peracta pœnitētia. vt eſt tex.in c.Cōtumaces.50. diſt.cum Gloſ. ibidem. Nam axioma notum eſt & vulgare, q quotieſcunque reſidentia in beneficio requiritur, non reſidenti imminet beneficij priuatio. per text. in c. Præſentium. 7.q.1.c. Peruenit.2.de Appellat. vbi Gloſſ. & Doct.plenior Gloſſ.in c. quoniam.§.ſi uero. vt lit. non conteſt.& Glo. mirabilis. verb. Dignitatem.in d. c. contumaces, & Conc. Trid. ſeſſ.23.c.1. facit tex.in c.Ex geſtis.de Cler.non reſid.

Sed quæritur. Quid ſi talis animarum paſtor Epiſcopus, vel parochus præſens ſit in parochia, tamen nec Eccleſiæ, nec parochianis deſeruit, ſed potius ſuis vitijs ſcādalo eſt omnibus? Reſp. Talem abſentem eſſe iudicandum, ac pœnis abſentium, vel non reſidentium eſſe puniendum. quia ſatis abūde abeſſe uidetur, qui officium ad quod tenetur, non implet, & obſequia non præſtat. ut patet ex d.c.cōtumaces.tex.in l.Nullus qui nexu.C.de Decurion. Abb.in c. Quia nonnulli.de cler. non reſid. 10

De Epiſcopo.uel parrocho præſenti & nō attendenti.

Abeſt, q oſſiciū nō adimplet.

Confirmatur, quia clerici exiſtentes in choro, ſi officium non dixerint cum alijs ad mandatum Epiſcopi, arbitrio illius puniendi ſunt uſq; ad priuationem. ut probat tex. in c. penul.& fin.91.diſt. 11

De nō dicēte offic: ū in choro?

Supradicta tamen intelligenda ſunt quando tales paſtores abſq; legitima cauſa, & licentia abeſſent, ſunt enim aliqui caſus, qbus datur facultas abſentandi ſe; quos poteris uidere in Sylu.& alijs.verb. Abſentia.& in alijs Doctor.ſupra, & maxime hodie in Conc. Trid. ſup. S Th. Tabien.& alios, quos refert & ſequitur Maiol.lib 3.c.5.n.10.& 11.quas omnes cauſas ad quinque reducit Nauar.c 25.n.121.& nu 58. ubi citat Felin. quarum quatuor omiſſis, 12

Paſtores ai i marū quib. caſib.abeſſe poſſunt.

 vltimis,

ultimis, primam ponemus hic, concluſionibus ſequentibus explicãtes.

13 Prima cõcluſio. Beneficiatus quicunque, ad audiendam ſacrã Theologiam poteſt abeſſe per quinquennium. Ad docendum autem eandem facultatem, perpetuo poteſt abeſſe, & hoc unicuique illorum cõceditur à iure, ſine Epiſcopi licẽtia. c. fin. de Magiſ. Conc. Trid. ſeſſ. 5. de

De bñ ficiato audiẽte Theologiã.

14 Reform. c. 1. in fin.

Secunda concluſio. Idem erit de auditione, & prælectione iuris Pontificij. ſecundum Archid. in ca. 5 de Priuile. li. 6. & Abb. in d. c. fin. de Magiſ. quos refert, ſequitur, & defendit Nauar. ſupra. & in c. Licet. de Præb. Quæ doctrina, ultra tantorum Doctorum auctoritatem, mihi placet. 1. Quia nec Concilium Trid. neque tex. in d. c. fin. de Magiſ. id negent. 2. Quia priuilegium largiſſimè eſt interpretandum, maxime vbi nullum ſit præiudicium tertio. Regula. Odia de Regul. iur. libro. 5. 3. Quia omne ius canonicum, ferè nihil aliud eſt quàm concluſiones Sacræ Theologiæ ventilatæ, & in lucem miſſæ.

Vtrum ex eo dẽt ad canones.

15 Notare tamẽ in hac materia oportet, cauſas oẽs prædictas, ac conſimiles abſẽtiæ, examinãdas eſſe ab Epiſcopo, & approbandas in ſcriptis. per Conç. Trid. ſeſſ. 23. c. 1. & Cõc. Conſtantin. 6. c. 18. & tradit Maiol. lib. 3. c. 5. nu. 12. & maximè per Motũ propriũ Pii IIII. vt habet in fine Concilii Trid. incipit Sanctiſſimus.

Cauſæ a . . p . . le ab Epiſcopo.

CAPVT X.

De Infamibus, uel de irregularitatibus quæ ex infamia procedunt.

1 QVAMVIS in noſtro Candelabro Aureo 2. part. tit. de irregularitate, nihil de infamiæ irregularitate dixerimus, conſiderãtes cõplures eſſe infamiæ caſus, q. nõ ſunt in vſu, tamen, quia ſæpe ſæpius viſum eſt Prælatos, ad ſacros ordines de ſtercore erexiſſe pauperes ſcienter, uel ignoranter: Ideo aliqua de infamiæ irregularitate, ſupradictis addere curauimus, vt paſtor Eccleſiæ poſſit cũ Redemptore noſtro dicere, ſcio quos elegerim. Ioãnis. 13. c.

Quare agimus hic de infamibus

2 Multa poterant in præſentiarum adduci de infamia, quæ colligunt doctores ex toto corpore iuris, maxime Aluarus Pelagius, de planctu Eccleſiæ lib. 1. capit. 48. & 49. Hoſt. Raym. & alij, quos refert, & ſequit. Sũma Confeſſ. lib. 3. tit. 245. q. vnica. An. Silu. Tab. Armil. & alii. uerb. infamia. Sotus maxime li. 5. de iuſt. & iur. q. 6. pauca. S. Th. 2. 2. q. 33. art. 7. multa. Speculat. in diuerſis locis. maxime tit. de diſpenſ. §. iuxta. uer. 17. Abb. Archi. Hug. & alii quos refert Simõ Maiol. de irregul. li 3. c. 1.

Multa tradunt auctores de infamia.

3 Ex quibus omnibus cõcluſio hæc generalis vt ueriſſima deducitur. Omnis infamia tam de iure, quã de facto repellitur à promotione, quia portæ dignitatum. uel ordinum infamibus, & ſuſpectis perſonis patere non debent. tex. in c. Dictũ. diſt. 81. cap. Querelam. de iur. iur. cap. inter. de Exceſ. Prælet. cap. Qui in aliquo 51. diſt.

Infamis qualiter impediatur?

4 Secundo deducitur, & notatur quis ſit infamis de facto, & q s de iure. Infamis enim de facto ille eſt, cuius apud bonos, & graues grauata ẽ opinio ſuper aliquo caſu, uel crimine. Infamis autem de iure illum dicimus, quem ius dicit eſſe infamem, ut qui infamatus eſt de furto, & ſimilib. De qua infamia facti eſt tex. in c. omnipotẽs, de Accuſat. & c. hic colligit. 2. q. De illa aũt quæ eſt iuris eſt tex. in c. q ĩ alieno. 51. d. cũ aliis,

Infamia iuris, & facti, & quæ?

Tertio

Notatus de delicto infamis.

5 Tertio colligitur illum, qui in iudicio ex aliquo delicto per ſententiam fuit notatus, minime ordinandum, quia infamis ſit. Nec ordinato adminiſtrare permittitur, etiam peracta pœnitentia. tex. in c. ſi quis hęreticè. §. Ecce. 1. q. 1. & §. Hinc colligitur. 2. q. 3. tradit Specul. ſupra. Abb. in c. Licèt Heli. de ſimon. iudicial. In quiſ. verb. infamia. nu. 5.

Infames ex iudicio ſæculari non ordinandi.

6 Quarto colligitur; ita infames ab ordinibus ſuſcipiendis eſſe arcendos, vt nec ij infames ordinādi ſint, qui ex ipſo ſæculari foro infames effecti ſun t. Eadem enim infamia eos ſequitur in foro eccleſiaſtico quo ad ordines, & eccleſiaſticas dignitates, ut tradit Archid. poſt Hug. in c. Omnes verò. 6. q. 1. Quod procedit tam in infamia iuris, quàm facti.

Verum reſtitutos per iudicem ſæcularem &c.

7 Quinto not. quod quamuis ille qui iure ciuili eſt infamis, à Principe ſęculari reſtitutus ad famam; non cenſetur reſtitutus in foro Eccleſiæ ad honores, & ordines. ſecundum Archid. in c. Lege 10. d. poſt Hug. & Laur. ibid. Non tamen eſt abſolute intelligendum de omni infamia. ſed limitandum eſt de illa maximè, quæ prouenit alicui ex facto, vel delicto alieno. ut v. g. deſcendentes uſque in quartam generationem, ab eo, qui cōmiſit crimen lęſę maieſtatis, ſunt infames ex facto alieno, hos ſi princeps ſęcularis reſtituerit ad famam, uidentur etiam reſtituti in foro Eccleſiæ, etiam quo ad ordines. ſecundum Archid. in c. 1. 101. diſt. & in d. c. Si quis cum militibus. ad medium. 6. q. 1. Quibus ſuppoſitis, breuiori modo quo potuerimus diuerſos ſtatus, atque hominum officia quibus infamia adſcribitur, adducere procurabimus.

Infames ex facto alieno qui?

8 Et primo nota generaliſſimam hanc cōcluſionem. Omnis cuiuſcunque ignominioſæ artis profeſſio; & quæcunque perſonæ uilitas nata ex quacunque arte, infamiam parit. glo. in c. nihil, uerbo. ſuſpendatur. de elect. cum iuribus ibi citatis.

Infamia ex arte.

Vnde patet primo hiſtriones, mimos, ſcenicos, ioculatores, & conſimiles ab ordinibus eſſe omnino excludendos ob vtilitatem & ignominiſſum uiuendi modum.

De hiſtrionib. & alijs.

Secundo infertur, Aurigas, gladiatores, curſores ſtadij (corſori del palio,) ludi olimpij, coraules, liriſtres, ſaltatores, caupones & ſimiles. quamuis non ſint tam infames, ut priores, eſſe omnino arcendos. quoniam publicis quæſtibus, immo & nefandis aliquādo, & miſerrimis inſeruiunt. de quibus omnibus ſupra dictis tractat egregiè. S. Clemens Pap. libro. de inſtitutionibus, quē refert, & ſequitur Maiol. lib. 3. c. 1. n. 5. quamuis falsò, quia S. Clemens, nullum librum fecit inſtitutionum, teſte Sixto Senenſi. in Bibliotheca ſancta. lib. 1. litera. C. in uita. S. Clementis, ubi omnia eius ſcripta recenſet, inter quæ nullus tractatus inſtitutionum inuenitur. Sed credo, quòd fuit error, fortè, Impreſſoris. quia omnia ſupra dicta inuenies in libro. S. Clementis, de conſtitutionibus Apoſtolicis. lib. 8. cap. 38. 9

De Aurigis gladiatoribus, &c.

Tertio inter prædictos etiam, duplici de cauſa, bigamiæ, ſcilicet & ignominiæ annumeratur meretricis maritus, quia uilis, & ignominioſus eſt: Vilem etenim vxorem ducēs, uilis ipſe efficitur. text. in capit. ſi quis uiduam, & eiectam. vbi gloſ. 34. diſti. ubi alios etiam infames, & ideo irregulares facit. vide Archid. ibidem. & Alberic. verbo Ordinatus. 4. Speculat. tit. de diſpenſation. §. iuxta. verſic. Item qui contraxit. Sil. uerbo irregularitas. uerſicul. 16 10

11 Quarto.cum ſupradictis computantur ii omnes infames,viles, & ignominioſi,quos tex.cum gloſ.in clem.1.de uita,& hon.cler.receſet. ſcilicet Carnifices(Italicè Boia, Hiſpanicè,Verdugo)qui duplici ex capite ſunt irregulares,propter ſãguinis effuſionem,& officii uilitatem. Et quamuis gloſ.verbo,carnificum. in d.clem 1.intelligat pro iis qui carnes uendunt, melius mihi uidetur exponere pro illo miniſtro iuſtitiæ ſupra dicto prout exponit Maiolus. lib. 3.cap.1.nume.6.& Soarez.litera C.nu 25.Ex quo in admirationẽ uenio,quare deficiente publico carnifice,quiuis liber homo ſit creandus ad exequendam iuſtitiam,ut probatur ex communi,& Iulio Claro, in practica §.ult q 99.verſ.ſed pone cũ per talem exequtionem talis liber ad hoc creatus fiat Infamis,& irregularis.Macellarij , Tabernarii,Balnearii , Cloacas emundantes, Pelles expurgantes(Bononienſes,pelacan,Hiſpani curradores,y curtidores,apppellant)fullones,& alii ſimiles,de quibus omnibus, ultra dictũ tex.& gloſ uide ibi Cardin.& alios, & latius Bernar.Diaz.in praxi.c.61.

12 Quæ infamia taliter eos impedit ab ordinum ſuſceptione,quòd etiã, ſi ſemel tantum eas exercuerint,ſiũt omnino infames.

Vnicus actus facit infamem.

13 Quintò. Infamis , ab Eccleſia ad ordines ſuſcipiendos,indicatur aleator.Alcatores enim tanto odio proſequitur Eccleſia,vt eos,ab omni ob tinendo beneficio excludat.per tex. in c.inter dilectos.de exceſ.Præ. cũ gl.ib & tex.in c.clerici.uel.ad aleas ḋ vit.& honeſ.cler.uide Ab.in d.c. inter dilectos.Caccialup.de ludo.q. 12.Paris ḋ Puteo de ludo colu.11. nu.44.& Silu.uerb.ludus.ver.Quarto quæritur Diaz de Ludo. cap.64. Sum.Confeſſ.lib.2.tit.8.q.23.Armil verb.ludus.num.4.Aluar. Pelag.de planctu Eccleſiæ.lib.r.c,49. Nauar. Man.c.25.nu.111.tangit Sotus lib. 4.de iuſt.& iur.q.5.ar.2.apud quos & alios multos,inuenies infamiam & alias pœnas aleatorum.

De aleatoribus & qualiter impediãtur à beneficio obtinẽdo &c.

Sũt ꝑtereà multi alij ĩfames,quos ex diuerſis iuribus collectos,poterat lector in Simone Maiolo . lib.3. cap.1.à num.9.inuenire,ſed quia liber non eſt ita communis,vt omnes eius notitiam habeant, uel copiam, illos de uerbo ad uerbum,ut ipſe ponit,nihil nobis tribuendo,niſi laborem addere curauimus.Notando tamen,quòd in verſ.Ad huius igitur, ubi ait.6.q.4.infames,debet legi.6. q.r. 14

Infames.in c.infames. 6.q.1.

Sunt ergo infames iſti,per textũ. in d.c.infames.6.q. r.

Apoſtatę à fide Chriſtiana.Eccleſiaſtica ſtatuta contemnentes.

Fures, Sacrilegi. Capitali crimine irretiti.

Sepulcrorũ uiolatores.Sumentes arma cõtra eccleſiaſticos patres.

Inceſtuoſi. Homicidæ. Periuri. Raptores, Malefici,

Venefici, Adulterii. Belli deſertores.

Poſtulantes dignitates per ambitionem,quibus ſunt indigni.

Auferentes iniuſtè Eccleſiaſticas facultates, Calumniatores.

Accuſatores Deficientes in probatione. Prouocantes animum principis ad iram contra innocentes. Omnes excommunicati.

Expulſi ab Eccleſia pro crimine. 15

Vtrum fiãt infames ipſo iure?

Quos omnes lex ciuilis reddit infames,& licèt ſecundum Ioannẽ de Deo videantur non aliter effici infames,niſi poſt ſententiam.Tamẽ verius eſt ipſo iure effici infames, ut tradit Specul.in ſuo Aureo Repertorio.

pertorio. tit. de pœnis. §. ante omnia. Pro quo uidetur conſtitutio Euſeb. Papæ, qui eos expreſſim infames eſſe dicit. habetur in c. Conſtituimus. 3. q. 5, per quam conſtitutio-
16 ne, alij quoque declarantur infames præter ſupradictos, videlicet.

Infames q' dā ipſo iure

Domeſtici crimino ſorum. Suſpecti de crimine.

Qui conſilium petunt à ſortilegis, aut diuinatoribus.

Quos ipſo iure infames eſſe probat tex. in c. conſanguineorū. 3. q. 4. ex decreto Caliſti Papæ, in illis uerbis, infames efficiuntur, quo loco non ſolum inceſtuoſi ipſo iure infames eſſe declarantur, verum etiam

Conſentientes, Approbantes,
17 Defendentes,

Ex Speculatore.

Patrociniū præſtantes, ut expreſſim Gloſſ. ibi dicit.

Sunt præterea alij infames, quos uariis locis Gul. Duran. annumerat: nam in Specul. tit. de ſenten. lib. 2. §. ſpecies autem, hos ponit, videlicet.

Quiſquis mulctat in iudicio criminali, in quo infamia irrogatur.

Qui de crimine paciſcitur cū accuſatore, l. Athletas in fin. ff. de iis qui notantur inf.

Quiſquis eſt ſimpliciter damnatus in crimine famoſo. etiam ſi de pœna nil fuerit dictum. C. ex quib. cauſ. in fam. irrog. l. furti & l. ſi te.

Quiſquis dānatur ex crimine famoſo, etiam ſi in ſententia minor pœna impoſita fuerit.

Quiſquis damnatur ex crimine famoſo, etiam ſi in ſententia, pecuniaria pœna aucta fuerit.

Iſtis enim caſibus, ſiue ordinariè iuditiū agatur, ſiue extraordinariè ſēp infamia irrogat. Specul. ubi ſup.

Alij infames ab eo. Speculatore.

Sunt autem longe maiori in numero infames illi, quos idem Spec. retulit in ſuo Aureo Repertorio. ti. de pœn. §. Ante, omnia, uidelicet.

Compellentes aliquem ad peierādum aut iniquum iuramentum faciendū. c. Inter cætera, 22. q. 4. Imò ſi ſo lum ſolicitent ad tale iuramentum. vt c. ſi quis conuictus. 22. q. 5.

Rumor de inceſtu.

Solus rumor de inceſtu reddit hominem infamem, ſaltim apud vulgus. c. Notificamus, 35. q. 6. & c. ſeq.

Inceſtuoſi, & illis conſentientes.

Na ti ex inceſtuoſis omnes ſunt infames. 3. q. 4. c. conſanguineorum & 35. q. 3. c. coniunctiones.

Inceſtuoſi.

Iniuriam de facto inferens, de facto ē infamis. c. inter cætera. 22. q. 4.

De Matrimonio ſine dote.

Matrimoniū cōtrahēs ſine dote, & ſine benedictione ſacerdotali, fit d facto infamis. 3. q. 4. cōſāguineorū

Duas uxores ſimul habens, uel poſſas. de Bigamis. c. Nuper. C. de inceſtis nupt. l. 2.

Qui duo contrahit matrimonia nomine eius, quem, quamuis in poteſtatem habet ibid. & in l. 1. in fin. ff. de iis qui not. infam.

Increpatus à patre in teſtamēto; fit de facto infamis, ſ. increpatus, ut ſe reformet ad frugē melioris uitæ.

Increpatus à iudice cauſa cognita, fit de facto infamis. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. ea quæ. & ff. eod. l. ob hæc. Sodomita. C. de Adulteriis l. cum vir. Locans operas ſuas ad pugnandum cum beſtiis, c. Infames 3. q. 7. Improbus aduocatus. ff. de poſtul. l. 1. & 3. q. 7. c. 2. Rei læſæ maieſtatis. c. ſi quis cum militibus. 6. q. 1. & intercedentes pro eis, ibidem.

Homagium faciens pro beneficio ſpirituali. de Sim. c. Ex diligēti. Il legitimi. C. d inofficioſo teſtamēto. l. fratres, uel ſorores. Famoſū libellum dictans, & inueniens, ſi illū inuentum non ſtatim corrupetit, &

Qui quouis modo cōſenſerit facienti, infames ſunt. 4. q. 3. c. 2. §. ob carmen.

carmen.& 5.q.1.c.1.2.& vlt.

Condemnatus iniuriarũ, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter eſt infamis,& eget diſpenſatione. cap. cum te.vbi etiam Abb. de re iud. Quod procedit etiam in iniuria uerbali,dicta cũ ueritate, ut ibi ; Diaz in praxi. Canon.cap.60.

Hæretici, Fautores,
Receptatores,
Defenſores, de hæret.c.ſi aduerſus. & cap. Excommunicamus. §. credentes.
Sciſmatici, Iudæi, Pagani,
Omnes infideles infames ſunt.c. alieni.2.q.7.& 4.q.1.c.definimus.

Ille,cum quo mulier nubit tẽpore,uel infra tempus luctus. Ille etiã, qui ipſam nuptui tradidit.

Sed iſti duo poſtremi,licèt iure canonico nõ uideãtur infames, de ſecund.nupt.c.vlt.& 2.q.3.c.Euſemiũ tamen id uerum eſt, quo ad infamiã canonicam, & iudicialem, uel quæ dicitur iuris, & facti; at quo ad infamiam facti tantum, nulli dubium eſt eos labefactos eſſe apud honeſtas perſonas,quę res ſufficit,vt quis facile promoueri non poſſit, Ideo benè dicitur in tex. dicti.c.vlt.legalis infamiæ,quaſi dixerit iuris, & facti infamiam eos non pati, ſ. vt nec iure ciuili,nec iure canonico puniãtur,ſed non ceſſat illa famæ ſugillatio, & diminutio,quæ ſurgit ex illis acceleratis nuptijs apud graues uiros,Gloſ.d.c.Euſemium.cui rei tex. in d.c. vlt.prouidere nõ potuit. Princeps enim nõ poteſt tollere infamiã facti;Iudic.Inquiſ.verb. infamia.nu. 7.Vnde concludimus, quòd de facto fama illorum integra non ſit.

Crimina illa cõmittentes, quibus lex capitalem pœnam comminatur, fiunt infames,ut.

Turbantes diuinum officium in Eccleſia. C. de Epiſcop. & cler. l. ſi quis cum ſuo auth.

Omnes excommunicati ſunt infames,c.illi.6.q.1.

Omnes illi de quibus loquitur S. Paul.Gal c.5.uidelicet,

Fornicatores, immundi,
Impudici, Luxurioſi,
Idolis ſeruientes, Venefici,
Inimicitias nutrientes,
Contentioſi,Æmulatores,
Iracundi, Rixoſi,.
Diſſenſiones nutrientes.
Inuidi, Sectas nutrientes,
Homicidæ, Blaſphemi,
Ebrioſi & Commeſſationibus incumbentes.

Nam hos omnes eſſe infames ſtatuit Fabianus I.Papa habetur.6.q.1. c.illi.Sed multi iſtorum ſola Sacramentali pœnitentia ab infamia purgãtur,ut ipſe idem Fabianus docet. 19 Multi infames purgantur tantum pœnitentiæ ſacramẽto.

Illi etiam, cum quibus S. Paulus 1. Corinthiorum. cap. 5.dicit non eſſe cibum ſumendum,infames sũt, uidelicet,

Fornicari, Auari, Rapaces,
Idolis ſeruientes. Maledici,
Ebrioſi.

Quos eſſe infames idem Fabianus, eodem loco dicit,ſed ſola Sacramentali pœnitentia purgari aliquando poſſe. Omnes exiſtentes in crimine notorio, ſunt infames. Glo. in d.c.illi. iuncto tex.6.q.1.

Corruptus, & corrumpens ad falſum teſtimonium reddendum. cap. Si quis conuictus.22.q.5.de quo ſupra diximus. Contrauenιens pacto, uel tranſactioni iuratæ. l.ſi quis maior.C.de tranſactіon.

Leno.ff. de ijs.qui notantur infamia l.1.& l.3.§.2.Pecuniam dans ne actione famoſa conueniatur. ff. de ijs qui not.infam.l.1. ibi:pactus &c. & l.Athletas.§ vlt.Epiſcopi, & alij

Prælati

Prælati, qui procurationes exigunt, pro uiſitatione, quum tamen non vitēt.10.q.1.c.Relata. Monachus, uel Monialis impudici, & filios procreātes, 27.q 1.c.impudicas.

Corruptores morum bonorum, & detractores contra pias perſonas, infames ſūt ex decreto Anacleti Papæ.habetur 6.q.2.c.deteriores.

Omnes inobedientes Epiſcopo proprio, ſiue Præsbyteri, ſiue clerici, ſiue Principes ſint, infames fiunt, ex Clementis I.Papæ decreto.habetur.11.q.3.c.Si autem.

Aduocatus paciſcens de quota litis.3.quæſt.7.c. infames.§.arcentur.

Aduocatus qui probris, non ratione cauſam defendit.d.capit.infames.§.arcentur.

Conſules, & Rectores ciuitatum, in qua Papa moritur non ſeruantes conſtitutionem Greg. 10. quæ habetur in cap. ubi periculum. de elect.lib.6.

Conſpirantes contra proprium prælatum, & ipſis conſentientes.c. conſpirationum. 11. quæſtio.1.

Inſidias ſtruens proprio Epiſcopo, & illi infeſtus, infames fiunt.ca. ſtatuimus.11.quæſtio.1.

Occupantes Epiſcopatum, beneficium, uel quemlibet locum viuentis.3.quæſt.2.cap. audiuimus

Balneatores, vel qui in balneis vtuntur miniſterio mulierū. I. Athletas.ff.de infam.gloſ.cap.non oportet.diſt.81.Hiſtriones, Mimi, & omnes in ſcena ludentes. ff. de ijs qui notantur Infam.l.1.& 2.§.vltimo.

Ludibria facientes. ibidem. & 4. quæſtio.1.cap.1.

Miles remiſſus ignominioſè ab exercitu.ff.de ijs.qui notantur infamia.l.1.& 2.§.ignominioſè.

Appellans malitioſè, ut iudicem fatiget, & diffamans iudicem, fiunt infames de iure, & de facto, ſequuta ſententia declaratoria. C. de appellat.l.à Proconſulibus. in fin. Simoniaci, dantes, & recipientes, emētes, & vendentes, & mediatores ſimoniæ incurrunt infamiam per text.in cap.vltimo.1.quæſt.3. & c.ſane 15. quæſtio.3.

Apoſtolicæ Sedis præcepta ſcienter tranſgrediens.c. alieni.2.q.7.

Confitens contra ſe aliquod delictum, quod non commiſit, licèt non incurrat ueram iuris infamiā, ſi metu id fecit; tamen incurrit infamiā facti, ſi metus fuit leuis, & ita intelligitur text.cum gloſſ.in uerbo. erroris.15.quæſtio 6.

Exigētes uſutā: uſurarum etenim iure ciuili fiunt infames. C. ex quibus cauſis infamia irrogatur. l. improbum.

Miles aliena prædia conducens, & multo magis clericus. leg. ultim. C.locat.

Senator contrahens matrimoniū cum muliere ſcenica. C. de Natur. lib.l.1.gloſ.& text.in cap. ſi quis uiduam.34.diſtinctio.

Aleatores publici, & pro ludo mutuātes, cap.inter dilectos.de prel.

Iudex iudicans, uel aliquid aliud faciens contra conſcientiam, per gratiam, uel ſordes in præiudicium alterius partis.cap. cum æterni.de ſent.& re iud.lib.6.

Condemnatus interdicto unde vi, vel actione furti, ff.de ijs qui not. infam.l.1.ff.de furt. l. non poteſt.

Condemnatus actione ui bonorum raptorum,

Iniuriarum, Sepulchri uiolati.

Doli mali. ff. de ijs, qui notant. infamia.l.1. & ff. de ſepulchro violato.leg.1.

Condemnati in publicis Arenghis, ſeu mauis pro roſtris, licèt non

ſint

ſint ſemper infamia iuris affecti, ut probat Speculat.in titu.de ſentēt.§. ſpecies.poſt medium verſ.Quid de iſtis.Tamen de facto ſugillatur eorum fama,pro quauis leui cauſa, ſi tam publicè condemnatur, & ideo inter infames annumerantur, qui ſolo facto ſunt infames.

Cōdemnatus ſuo nomine actione directa pro ſocio,& actione tutelæ, mandati,depoſiti, infamis eſt. ff.de ijs q not.in fam.l.furti.§.ſi qs. Inſtit. de ſuſpect.tutel. §.ſuſpectus. C.ex quibus cauſis.inſam.l.vlt.inſti. de pœn.temp.litig.§.ex quibuſdam.

Interpretans ſubdolè priuilegia Principis.C.de leg.l.1. Tutor, uel curator,qui pupillam ſibi uel filio maritauit.C.de interd.ma.l.ſi tutor.

20 Quid ſi princeps tollitur pœnam. Quiſquis condemnatus infamis effectus fuit,ſi Princeps pœnam abſtulerit,ipſa tamen adhuc infamia manet.C.de gener.abolen.l. ultim. habetur.2.q.3.cap.ſi quem. uerſic. indulgentia. Accuſator accuſationē non proſequens,& in vltimo termino non comparens,ſequuta ſētētia fit infamis.C.vt intra cert.temp. l.1.& C.ad Turpil.l.2.

Reus latitans in cauſa criminali, ſequuta ſententia eſt infamis. C.de requir,reis.l.vltima. Præuaricator condemnatus, ſemper eſt infamis. tex.& gloſ.in cap.Euſemium.§.fin. iniuncto.cap.ſeq cum gloſ.in verbo legibus.2.q.3.& ff.de ijs q not. infam.l.1.Abolitione ſequuta ſup quauis cauſa criminali,ex qua ueniret infamia,& ſi omnes pœnæ uideantur ſublatæ,tamen infamia nō eſt ſublata.1.q.quæſt.3.cap.ſi quē.§. abolitio,Senator,qui propter turpitudinem à Senatu remotus eſt,fit infamis.ff.de ſenat.l.1.& 3.q.7.cap. 1.uerſic.lege.Tutor,uel curator remotus ab adminiſtratione propter dolum.C.de ſuſpect.tut.l. vltima. Tutor.uel curator vt ſuſpectus remotus forte,quia iniuriarum nō fecit.C.arbitr.tut.l.ueteris.in fine.Iudex,uel Dominus ſubiiciens tormētis nobilem.uel decurionē.C.de decurionibus.l.omnes iudices, libro decimo.Condemnatus in perſona ſui procuratoris, in illis iudicijs, quæ infamare ſolent,effectus eſt infamis,ſaltem de facto. Specul. in Aureo Repert.de pœn.§.ante omnia.in fin.Ex quo loco pleríque caſus ſupraſcripti per nos deſumpti ſunt. Duelantes ſunt tam de iure. quàm de facto infames, ex Concil. Tridentino.ſeſſ.17.cap.19.de reformatione.Raptores mulierum eod. Conc.Trid.ſeſſ.24.c.6.de reſor.matrim.Tabelliones quoque rogantes inſtrumēta uſuraria,ſimoniaca, uel aliter contra ius,ſunt infames,quia fiunt periuri.c.quicunque. 6.q.1.argum. S.Thom.2.2.q.98.artic.2. Et quòd ſint infames uidetur probari in c.Imperialem.§.Scriba. de prohib.alienat.in feud. Et nec poſt pœnitentiam purgatur hæc infamia.vt ſcribit Silu.in uerbo.Tabellio. quæſtio.7.Huc uſque ex Maiolo ſupra.

21 Proniores ad abſoluendum. Sed cum proniores eē debeamus ad abſoluendum,quàm ad condemnandum,tex.l.abſentem.in princ.ff. de pœn.Barb.lib.3.conſi.51. incipit:Illud.ad fin.& refert & ſequitur Silua.Nupt.lib.6.nummer.47.ad medium;ne omnes ſupradictos ſic abſolute condemnemus, aliqua proponamus oportet, quibus aliquo modo eos iuuemus.

22 Vtrū infamia omnis tranſeat ad prolem? Primum ſcire oportet ferè omne infamiæ genus, maximè quādo infamia procedit ex ignominioſa arte,minime extendi ad eorū prolē, quæ eadem non exercuerit, nā ignobilitas parentum,in hoc caſu, nihil

hil obeſt proli. quo ad ordines, ſi ipſa laudabilis exiſtat.gloſ.in c.quoniam uetuſto.uerbo, inuidia. 24.q. 1.quam refert, & ſequitur Felin.in c.cum deputati.in fin.de iudic. De uili enim ligni materia Sanctorũ effigies formantur.Et potẽs eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.Et ex uili & humili maſſa, clariſſima atque excellentiſſima ad Regum menſas uitrea uaſa fabricantur.Et ex humili humo uaſa fiunt multa in honorem,& alia in contu-
23 meliam. Nam ut quidam dicebat, uirtute decet, non ſanguine uti. Et alius.Si modo non cenſus,nec clarũ nomen auorum, ſed probitas magnos,ingeniumque facit.Sed,ut infinita ferè Sanctorum,ſcripturarum,& patrũ teſtimonia taceamus, pauca in medium afferre liquit,quibus afflictum aliquem animũ, fortè conſolabimur.Diuus enim Aug. & habetur in cap.undecunque. 56. diſt. ſic ait. Vndecunque homines naſcantur,ſi parentium uitia non ſectentur,honeſti,& ſalui erunt. Semen enim hominis ex qualicunq; homine,Dei creatura eſt, &c. uide cap.ſponſus, & cap. Iſmael.eod. di. & maximè.cap.Dominus noſter.S. Hieron.in Epiſt.ad Celantium.Sola apud Deum libertas eſt,non ſeruire peccatis.Summa apud Deum nobilitas eſt clarũ eſſe uirtutib. S. Amb. & habetur in cap.illud.40.diſt. Illud autem aduerte,quòd extra paradiſum uir factus eſt,intra paradyſũ mulier,ut aduertas, quòd non loci,non generis nobilitate, ſed uirtute unuſquiſque gratiam comparat ſibi.

Virtute decet.nõ ſanguine uti.
Probitas & ingeniũ faciũt magnos.
Quæ uera nobilitas.

24 Item tex.in cap.illa cauenda. 15. q.1.Cæterum paupertatem,& ignobilitatem,ægritudinem,& mortem nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numerauit.S. Ioan. Chryſoſt. & habetur in c.Nunquã. 56.diſt.Nunquam de uitijs erubeſcamus parentum, ſed illud unum quæramus,sẽper amplectamur, uirtutem uidelicet. Idem.Homil.5.Nobilitas,uel bonitas cognatorum nõ ualet,niſi fuerimus nos ipſi boni.

Paupertas. &c.nõ mala.

Et ultra multa alia quæ colligere 25
poteris ex diuerſis auctoribus ſacris ac prophanis, quos cumulat Polyanthea,uerbo, nobilitas, & ultra multos qui de nobilitate hucuſque ſcripſere,uide Syluam Nupt.lib.4. nu.133.ubi dicit multorum Regũ parentes fuiſſe ſeruos,& ſeruorum progenitores quandoque regnaſſe, & adducit teſtimonia quibus ꝓbat Reges Franciæ originem duxiſſe ex quodam Macellario. quẽ omnino uide.Quid plura, Apoſtolicus ipſe ordo hoc probat,ac tot Pontificũ,& Epiſcoporum numerus, qui uilibus parentibus nati, digniſſimè ſacerdotio functi ſunt.

Origo Regis Franciæ

Secundum.Sciendum eſt ac me- 26
moriæ commendandum,quòd ſi aliquis infamis,uel uilis perſona, abſque diſpenſatione,de facto ordines acceperit,uel in eiſdem miniſtrauerit, non propter hoc efficitur irregularis, ſecundum Archi.in c.Apoſtolica.diſt. 56.quod non eſt ſic abſolute omittendum,nec ſicco pede admittendum, ut ait Maiol.lib.3.c. 1.nu.6.Sed erit(meo iudicio) cum grano ſalis intelligendum propter temerariam promotionem, & magis temerariam ſuſcepti ordinis ad miniſtrationẽ.Quapropter in hoc caſu,quotienſcunque infamis aliqs tam de iure, quàm de facto initiari voluerit,ad Epiſcopos,eorumve Vicarios ſpectabit cauſam cognoſcere,atque examinare, & quos uiderint cõuenire,admittere, alios autẽ

Apoſtoli humiles.
Infamis ordinatus de facto nõ incurrit irregularitatẽ.
Epiſcopus iudicat qs ſit infamis.

ab ordinibus arcere,& taliter temeratiè promotos caſtigare,ac ſuſpēdere. Quia qui ſemel eſt infamis,ſēper manet talis,donec cum ipſo diſpenſetur, uel reſtituatur, ut tradit Bald.in ſuo Peculio.uerſic.infamis, quem refert & ſequitur Maiolus.ſupra ad fin.verſic.illud uero.

CAPVT XI.

Adtit.De Suſpenſ.num 45. Ibi Neſcio tamen.cxc. Candelabro. Aureo.

1 NOTA pro huius quæſtionis maiori declaratione, ꝙ quamuis, aliquo modo, uideatur tenere contrariũ Nauar.in Manual.c.27.nu. 106. quia poſtquam ponit excommunicationem latam.in extrauag.1.de ſimon, contra eos qui dant, aut accipiunt aliquid ob ingreſsũ in aliquod monaſterium,ponit quaſdam declarationes,quarum prima eſt, quòd nō incurritur talis excommunicatio per acceptionē, uel largitionē abſque pacto,aut ob conſuetudinē,uel antiqua iura,aut ſine præſumptione bono animo, ꝗa his repetit illa uerba:Eos qui præſumunt.Neque ꝑ acceptionem cum pacto in uictũ eius qui ingreditur ob neceſſitatem, iuxta Caiet.ubi ſupra.caſu.71.

Dare aut recipere aliquid pro ingreſſu Monaſterii.

2 Secunda declaratio Nauar.quòd Innocentius VIII. declarauit moniales non incurrere hanc, niſi ob receptionem cum pacto, aut alicuius non idoneæ,ob largitionem.Et quòd S.Antonius.3.par.tit.24.c,70. quē referunt Silu.ubi ſupra. caſu, 44.& Fely.in cap.quoniã. de ſimō. ait quòd Martinus.V.dixit ſe nolle hac teneri moniales.Cætera patēt; Quibus uerbis Nauar.pēſatis,& noſtris,patet me idē dicere ꝙ ille:quia ego tantū dico non poſſe excuſare illas,ꝗ talia extorquent.verbũ enim extorqueo,quaſi uim inferre ſignificat.

Moniales quãdo icurrũt ſimoniã

Verbũ.extorqueo, ꝗd ſignificet.

CAPVT XII.

De diſpenſationibus.

1 QVIA in multis materię irregularitatis,& aliarũ cenſurarũ, locis diximus,quãdoque irregularitates ꝑ Papam, quandoque ꝑ Epiſcopos diſpenſari poſſe,nec diximus quicquã de diſpenſationibus cũ cauſa,uel ſine ea, ideo hic opere pretium duximus quærandum generaliter de diſpenſationibus ſine cauſa an ualeant.

Papa, & Epiſcopi diſpenſant.

2 Pro cuius introductione quærit̄ primo.Quid eſt diſpēſatio?Reſpōd. Diſpenſatio eſt iuris cōmunis relaxatio cũ cognitione cauſæ ab eo ꝗ habet poteſtatē.Colligit̄ ex S.Th.2.2.q.99.art.4.& q.88.ar. 10. Raym. Hoſt.& alij,quos refert,& ſequitur Sum.Confeſſ.lib.3.tit.29.q.1.Ang. Silu.Tab.& Armil.uerbo,diſpenſatio.Abb.in c.fraternitatis,de ſchiſmat.gl.ſolēnis.in §.niſi rigor.1.q.7. ꝗ refert,& ſequit̄ Nauar.in p̄ludio. 9.Manualis.nu.15.Pau. Gryſ.in lib. Deciſiones Cathol.uerbo, diſpēſatio.Sotus.lib.1.de iuſt.& iur.q.7.ar. 3.ſic ait. Diſpenſare eſt quēpiã ſub ditorũ à lege excipere,cōceſſa illi licentia,& facultate, ſine qua legi eſſet obnoxius.Vnde diſpenſatio dicitur uulnus(quia uulnerat ius commune. text.in c.ipſa pietas.23.q.4. Silu.Summ.Confeſſ.& alij ſupra.

Diſpēſatio quid? Diſpenſare qu d ſit?

Quæritur

Diſpẽſatio quotuplex? Debita, prohibita, & pmiſſa.

3 Quæritur ſecundo. Quotuplex
ſit diſpenſatio? Reſpon. Tres eſſe di
ſpenſationum ſpecies, quia diſpen-
ſatio quædam dicitur debita, alia
prohibita, alia permiſſa. Debita diſ-
penſatio dicitur illa, cum multorũ.
ſcandalum timetur ſi non fieret. ut
in c. ut conſtitueretur. 50. diſt. Debi
ta & eſt ratione temporis, perſonæ.
uel pietatis, uel neceſſitatis, Eccle-
ſię ve utilitatis. de ſingulis ponunt
exempla. in d. §. niſi rigor. 1. quęſt. 7.
cum ſeq.

Prohibita diſpẽſatio eſt illa quæ
minimè fieri poteſt, abſque maniſe
ſta Eccleſiæ declaratione, uel quan
do non eſt iuſta cauſa diſpenſandi,
eſt text. in cap. Tali, & cap. ſi illa. 1.
quęſt. 7. ca. innotuit. §. multa. de ele
ctione. Permiſſa & aliquando uide-
tur diſpenſatio in caſu. ut in cap. ſi
quis presbyter. 50. diſt. uide Hoſt.
Raym. & alios, quos refert. & ſequi
tur Summa Cõfeſſ. ſupra. quęſt. 10.

Hæreſis negare diſpẽſationem.

Ex qua diuiſione infertur hæreti
4 cam eſſe illorum ſententiam, qui di
cebant non eſſe in Eccleſia diſpen-
ſationem. quam hæreſim reprobat
Paul. Gryſ. ſupra.

Diſpenſans ſine cã, &c.

5 Ad quæſtionem ergo generalem
utrum diſpenſatio facta ſine cauſa
ualeat, & utrum peccet illam cõce
dens ſine tali cauſa? Reſpondetur
ſequenti bus concluſionibus ſeu aſ
ſertionibus.

Prima aſſertio, Multę ſunt diſpẽ
ſationes (generaliter loquendo) Pa
pæ reſeruatæ, in quibus nihil poſ-
ſunt Epiſcopi, quas ponit egregius
tex, in c. Huic ſedi. de tranſlat. Epiſ.
& tradunt Doctores, uerbo, Papa,
& uerbo diſpenſatio. maximè Paul.
6 Ghryſ. ſupra. ex S. Thom. Pal. Ricar.
Biel. Turrecrem. Tab. Armil. & aliis.

papa ſi diſpẽſet i lege poſitiua ſine cauſa.

Secunda aſſertio, Papa diſpen-
ſãs in lege poſitiua, in re graui, ſine
cauſa, peccat. S. Thom. quem refert,
& ſequitur Summ. Confeſſ. lib. 1. ti.
8. q. 81. Aluarus Pelagius. de plãctu
Eccleſiæ. lib. 2. c. 15. poſt medium,
uerſic.. Nec appellant, qui ſic ait:
Sed etſi Papa cum aliquo ſine cau-
ſa diſpenſat, etſi habeat exceptionẽ
quantum ad Eccleſiam, tamen quã-
tum ad Deum ſecurus non eſt. ut
no. extra. de uoto, & uoti redemp. c.
Non eſt. in gloſ. cap. quod & no. per
Hoſt. in Summa: extra. de voto. &
voti redem. §. Vtrum. Hæc ille, alle-
gando ad id. D. Bern. in diuerſis lo-
cis. tenet Silu. uerbo Diſpenſatio. §.
2. Armil. nu. 13. Abb. in c. De multa.
de præben. & ultra alios probat la-
tè Victor. in relection. de poteſtat.
Papę & Concilii. nu. 7. & eſt com-
munis opinio. ſecundũ Couar. de
ſpõſ. 2. par. c. 6. § 8. nu. 9. quẽ refert,
& ſequitur Soarez. litera D, nu. 81.
& tangit Corduba. lib. 4. quæſtiona
rij. q. 9. Paul. Gryſald. d. uerb. diſpẽ-
ſatio. nu. 2. Sot. lib. 7. de iuſt. in fine.
Quia Papa in omnibus ratione du-
ce, diſpenſare poteſt, ut debet. ut in
c. Domino ſancto. c. pondere. c. con
ſiderandum. cap. Fidelior. 56. diſt.
cap. quia ſimpliciter. 56. diſt. c. Niſi
cum pridem. de renunc. Quæ com-
munis confirmatur ex Cõcil. Trid.
ſeſſ. 6. c. 2. ibi. Diſpenſationibus, ex
ueris, & rationabilibus cauſis, &c.
& ſeſſ. 24. c. 5. in fin cauet ne Papa
diſpenſet in 1. gradu niſi inter prin
cipes, & ob publicã cauſam. & ſeſſ.
25. c. 13. ibi, cum iis ex cauſa uiſum
fuerit diſpenſare. & melius, cap. 18.
eiuſ. ſeſſ. Ex quibus omnibus.

Tertio deducitur aſſertio, ſcili- 7
cet Papam poſſe diſpenſare in om-
nibus illis quæ ſunt iuris Pontificij
uel poſitiui. cõmunis omniũ. ex S.
Th. quol. 4. art. 13. & ex tex in c. ſi-
gnificaſti. de electione. quia de iure

poteſt ſupra ius diſpenſare.c.propoſuit.de conceſ.præb.

Quarta aſſertio. In lege poſitiua, ſi Papa, etiam ſine cauſa, iam diſpenſauit, utentes tali diſpenſatione, nix uel nunquam peccant, niſi quando tales Papam induxiſſent ad ſic ſine cauſa diſpenſandum, ita colligitur ex omnibus ſupra. in ſecunda aſſertione adductis.

9 Quid quando diſpenſatio eſt in eo quod partim pendet &c.

Quinta aſſertio, Quando diſpẽſatio eſt in eo quod partim pẽdet à iure naturæ; ut in uoto, uel iuramẽto, diſpenſatio, abſque eo ꝙ cauſa præſumatur rationabilis, non ualet & tam petens, quàm concedens aduertẽs nullam ſubeſſe cauſam, peccat. vt tenet S. Thom. & communis quam refert, & ſequitur Nauar. capitu. 12. numer. 57. & in prælud. 9. numer. 15. Sot. libr. 7. de iuſt. & iure. ad fin.

Quid ſi ſequatur ſcãdalũ ex diſpenſatione

Item, ſi ex diſpenſatione ſequatur graue ſcandalum in Rep. peccat diſpenſans & petens, vt ſi diſpenſaret, quòd uxoratus, in Eccleſia Latina fieret Epiſcopus. Couar. & cord. ſupra.

10 Qualiter Papa poſſit in iure naturæ, uel diuino diſpẽſare?

Occaſione huius aſſertionis uenit in dubiũ, an, & quomodo Papa poſſit in iure naturæ, vel diuino diſpenſare? Reſp. Multa de hoc dixiſſe. S. Tho. quol. 4. ar. 13. & in 1. ſent. diſtin. 47. & 3. ſent. diſtin. 30. & 1. 2. q 97. ar. 4. ad 3. & q. 100. art. 8. Sotus lib. 7. de iuſtit. Victoria. in relect. 2. de poteſtat. Papæ, & Conc. à nu. 1. Specula. tit. de diſpenſ. §. 7. Turrecremat. de poteſtate Papæ. Silu. uerbo Papa. nu. 16. Armil. uerb. diſpẽſatio. Couar. & Corduba. ſupra Aluar. Pelagius, ſupra. Soarez. litera D, n. 82. Nauar. prælud. 9. à nu. 15. & c. 12. n. 57. Abb. in cap. ex publico. de conuerſ. coniu. S. Anton. 2. par. titu. 11. cap. 21.

Ex quibus dico primum, differẽtiam dari inter abrogare, diſpenſare, & interpretari. Abrogare, vel reuocare eſt tollere obligationẽ vniuerſaliter, ideſt, quo ad omnem hominem, & omne tempus. Diſpenſare eſt relaxare obligationẽ quo ad hunc hominem. vel quo ad hoc tẽpus. Interpretari verò eſt dare intellectum præcepti, uel præcipientis ſtante obligatione, etiã quo ad hũc, & nunc. ita tenet Heruetus. libro. 1. ſent. diſtin. 47. quem refert Silu. & Victor. ſupra. Sot. lib. 1. de iuſt. quæſtio. 7. artic. 3. 11

Diſpenſare interpretari & abrogare differant & qualiter?

Dico ſecundo. Diſpenſare dupliciter intelligi: propriè. prout ſonat relaxationem obligationis, & impropriè, prout dicit declarationẽ. vt notat Armilla. 12

Diſpenſare dupliciter, &c.

Quibus ſuppoſitis, dico tertiò, Papã, (loquẽdo proprie de diſpẽſatione) non poſſe diſpenſare in præceptis primæ uel ſecũdæ tabulæ neque in articulis fidei, neq; in Sacramentis, neque in præceptis moralibus q̃ ſunt de lege naturæ, quia hoc non eſſet poſſe pro veritate, ſed contra. Omnes ſupra. maximè. S. Th. q. ar. 13. Turrecr. Abb. Armil. n. 4. & 6. 13

Papa an diſpenſet in p̃ceptis 1. tabulæ & articulis, &c.

Si autem loquamur de diſpenſatione prout dicit declarationem, Papa poteſt diſpẽſare in omnibus quãdo oritur dubium aliquod circa Articulos, Sacramenta, &c. S. Tho. 1. 2. quæſt. 100. arti. ad 4. S. Anto. d. c. 21. Armil. nu. 2. Silu. verb. Fides. §. 7. & verb. Papa. n. 16. verſ. quartum. 14

Et quando poſſit.

Vel ſecundo, quòd illa cõcluſio, quam ex S. Thom. in d. quol. 4. artic. 13. adducunt omnes maxime Silu. ſupra, ſ. quòd Papa diſpenſare non poteſt in præceptis diuinis, aut naturalis iuris, tres pat ẽ fallentias. Prima erit, quantum ad ius naturale quo ad particulares applicationes

iuris

iuris naturalis, aut diuini, quia hodie non habent uigorẽ niſi ex lege poſitiuã, ideoq; Papa in oppoſitũ poteſt. Secundo fallit quo ad ius diuinum, quando aliquid dicitur de iure diuino, quia continetur in doctriba Apoſtolorum, licèt non ſit ſtatutum à Deo, ſed ab Apoſtolis, ſicut, quòd non promoueatur. 1. ad Tim. 3. Tertio fallit, ſecundùm Rica. quantum ad vtrunque, quando diſpẽſatio ſumitur largè, & impropriè pro interpretatione. vt ſupra dictum eſt, & ita reſoluit Silu. ſupra dicens.

15 In iure diuino qualiter diſpẽſetur.

Vnde dico, quòd in uotis poteſt propriè diſpenſare, hoc eſt, ius relaxare, (intelligetur cum cauſa, q̃ præſumatur rationabilis, vt ſupra affert. 5.) in diuinis autẽ præceptis hoc nõ poteſt, ſed poteſt ea interpretari in dubio authoritatiuè, ſcilicet utrum in aliquo determinato caſu habeat locum ratio diuini, aut naturalis ſtatuti, vel non. puta, utrum iſta ſubſtractio huiuſmodi rei, ſit furtũ, uel non. Quibus omnibus addo ſatis mihi placere opinionem Abb. in ca. Non eſt. de vót. ſcilicet, quod Papà, & Epiſcopus tenent locum Dei, cuius authoriate, & non hominis diſpenſant in iure diuino.

16 Decreta Canonica in duplici differentia, & in qbus poſſit Papa.

Dico quarto. Quantum ad diſpẽſationem in ſacris canonibus tam Conciliorum, quàm ſanctorum patrum, quòd duplex eſt genus dictorum Canonum & Decretorum, ſiue ſint ſanctorum patrum, vel Conciliorum, uel non, quia quædam decreta uel canones (quod eſt primum genus) ſunt re uera, de iure diuino, ſicut quæ pertinent ad articulos fidei, aut ſubſtãtiam ſacramentorum, vel habent neceſſariam connexionem ad legem diuinam, ſeu naturalem, uel ſunt pertinentia ad bonos mores. De quibus talis ſit concluſio. In dicto genere decretorum, aut canonum. Papa nihil poteſt immutare diſpẽſando, & multo minus abrogando. ita S. Tho. multis locis, maximè. quol. 4. arti. 13. quem refert, & ſequitur Turrecremat. de auctoritate Papæ. q. 25. Speculat. d. §. 7. & reſolutiuè eſt cõmunis opinio omnium Theol. quam refert, probat, & ſequitur Victoria ſupra. nume. 1. & 2. ultra quam communem, ita eſt determinatum in cap. ſunt quidam. cum ſeq. 25. quæſt. 2.

Alterum canonum & decretorũ genus eſt, quæ omnino ſunt extra ius naturale, & diuinum, ſed ſpectant, & ſunt utilia & neceſſaria ad cõſeruationem iuris naturalis, & diuini. Pro quibus nota ſequentes cõcluſiones. Prima, Papa poteſt diſpẽſare in legibus, & ſtatutis Concilij generalis, ut ſupra diximus. Secũda concluſio. Non tantum Papa poteſt in ſtatutis Conciliorum diſpenſare, ſed in partem, uel aliquando in totum abrogare talem legem, uel ſtatutum. 17

17 In Conc. generali pot Papa diſpẽſare, & abrogare.

Tertia concluſio. Imo ſi in tali Concilio decretum eſſet irritans abrogationem, nihilominus Papa poteſt illud abrogare: quæ concluſiones colliguntur ex. Victoria ſupra. 18

18 Etiam contra decretũ, &c.

Quæ mihi maximè placent, licet omnino diſpliceat uerbũ illud pijs omnibus auribus offenſiuum, maximè ab Hiſpano, & Fratre Dominicano dictum, tractãdo enim utrum Papa poſſit errare, ait ante 7. concl. Vtinam liceret dubitare de hac cõcluſione: ſed videmus quotidie à Romana curia tam largas, imo omnino diſſolutas diſpenſationes profectas, vt Orbis ferre non poſſit. Parcat, parcat mihi Reuerendus pater, quia in hoc illum reprehendo, ſum & ego, ſicut & ille, florentiſſimæ Salma-

19 Reprehenditur immodeſtia F. Franciſci à Victoria.

Doctores Salmantini modeſtiſſimi.

Salmaticenſis Academiæ filius, nec tale uerbum à modeſtiſſimis meis magiſtris, nec ab alijs audiui.

Concilium gene ale nõ ligat m.nus Papæ.

20 Sexta aſſertio. Concilium quantumcunque generale, & legitimè congregatum condens canonem aliquem in materia grauiſſima, dummodo non ſit de ſupradictis tangentibus res fidei, non ligat manus Papæ. Nam cùm tale Concilium ab eodem Papa ſit confirmandum, ſemper intendit, poteſtatem ſedis Apoſtolicæ eſſe exceptam. Nam Papa, tanquam generalis Chriſti Vicarius habet eodem capite Chriſto ſupremam diſpenſandi poteſtatem, quæ non poteſt per Concilium limitari.

Papa habet à Chrõ poteſtatem.

Conuenit in eccleſia eſſe poteſtatem diſpenſandi.

21 Secundo. Quia expedit in Eccleſia eſſe poteſtatem diſpenſandi, propter varios caſus in quibus deficit ratio legis. & de hoc uide latius in Candeſabro, in explicatione Bullæ Cęnæ, in caſu.2. nume.15. & tractat latiſſimè Caiet. in tract. de comparatione auctoritatis Papæ, & Cõcilij, & optimè, & eruditè Illuſtriſſ. Præſes Regius Couarr. lib.4. variar. cap.16. nume.6. verſic. Item Decretales. vbi ſic ait In litium diffinitionibus diſcernendis ac diiudicandis non minor eſt Papæ poteſtas, quàm Conciliorum uniuerſaliũ, imo maior, ſicuti tradidere gloſſ. in cap. ad Apoſtolicæ. de re iudi. lib.6. Innoc. & Imol. in cap. graue. de præbend. Turrecremata in tractatu de Eccleſ. lib.3. cap.37. Anton. de Roſellis, de Conciliis. q.12. Aegid. Bellamera, cõſ.99. q.16. latè Iacobatius in tract. de Concilio. lib.5. artic.8.

Maior poteſtas Papæ quam Concilij in &c.

Qualiter Papa debeat derogarẽ Cõ aliis generalibus nouis, & antiquis.

22 Septima aſſertio. Quãdo Papa diſpenſat in iure Canonico: vel diſpenſat in Concilio generali nouo, vt eſt Trident. vel in aliis Conciliis generalibus antiquis: vel tertio, in alijs decretis à ſe, vel à ſede Apoſtolica factis. In Concilij generalis modernì diſpenſatione, oportet vt ſpecialiter exprimat ſe derogare tali decreto Concilij. ita habet praxis, & refert Doctor Henricus Salm. in publica lectura,

De alijs vero Concilijs generalibus ſic ait expreſsè Couarr. li.4. variar. reſol. c.16. nu.6. col.3. Diſpenſatio aduerſus Concilij decreta, & canones ſufficiens non cenſetur, niſi in ſpecie fiat eorũ derogatio ijs quidem verbis: Non obſtante aliqua lege, vel conſtitutione, etiam in Concilio generali ſtatuta. Archid. in c.1. de conſt. li.6. tex. c. Ex parte, & c. vltimo. de Capellis monac. c. Eam te. de ætat. & qual. c. Nonnulli. de reſcrip. vbi ſcribentes maximè Felin. col.4. Alex. conſi.187. lib.5. Iacobatius, de Concil lib.5. art.18. Tamen in derogandis decretis, aut cõſtitutionibus ſolius ſummi Pont. non eſt neceſſaria mentio iſta per uerba prædicta ſpecialis. iuxta communẽ omnium reſolutionem. Hæc Couarr. vide etiam Alabam. de Concil.1. par. c.2. Cord. lib.4. q.8. par.3.

Octaua aſſertio. Si Papa in dictis legibus poſitiuis commmunibus diſpenſat ſine iuſta cauſa· Primo grauius peccat diſpenſando quã petẽs diſpenſationem. Secundo, Diſpenſatio ualet, vt illa vti liceat ſine peccato, quando nõ ſequitur ſcandalum. Tertio, nec petens, nec concedens, regulariter peccat mortaliter. ita colligitur ex Doctor. ſupra. maxime Victoria. in relect.3. de poteſtate Papę. propoſitione. 6. & 15. Corduba. li. 4. Quæſtionarij. q.8. col.3. Nauar. c. 12. nu.57. & 76. & c.23. nu.42. & c. 25. nu.74. Sotus lib.1. de iuſt. q.7. ad 3. contra Couar. ſupra. 23

De diſpenſatione Papa ſine iuſta cã & de petẽti illam.

Quæritur quid ſi Epiſcopus ſine cauſa diſpenſet? Reſp. primo, Di- 24

ſpenſatio-

Quid ſi Epiſcopus ſine cauſa diſpēſet? & q̄bus

ſpenſationem Epiſcopi in Conſtitutione ſynodali, ualere etiam ſine cauſa, tradit Sotus ſupra verſ. Poſtremum, & alij.

Reſp. 2. Diſpenſationem factam ab Epiſcopo in legibus Papæ, ſine cauſa, non ualere. Sylu. verb. Diſpenſatio. §. 3. Nauar. c. 25. nu. 74. & in relect. de ſimonia. nu. 4. & in c. Si quando. de Reſcrip. ſol. 29. Caiet. 1. 2. q. 96. ar. 5. in fin. Sotus. d. q. 7. ar. 3. & 4. Sent. diſt. 21. q. 2. art. 3. fol. (mihi) 981. Couar. in 4. de ſponſ. 2. par. c. 6. §. 9. n. 8. & 11.

25 Quod peccatum erit tali diſpenſatione.

Quæritur deinde, Quod peccatum erit uti diſpēſatione in iure mere poſitiuo, ſine cauſa data? Reſp. vti tali diſpenſatione iuris poſitiui data ſine cauſa, eſſe peccatum ueniale; quamuis deſit ſcandalum, & grauamen. Nauar. c. 12. nu. 57. & c. 23. nu. 42. & Prælud. 9. nu. 11. & 15 & Corduba. lib. 4. Quæſtionarij. q. 8. Lediſma. 2. par. q. 17. art. 3. fol. 204. col. 3. Caiet. 1 2. q. 96. ar. 5. Gigas. de Penſion. q. 6. num. 9. Ioan. Bapt. de Penſion. q. 19. n. 24. quia etiam princeps non ſeruando legem, peccat uenialiter. ut probat Caiet. cum S. Tho. ſupra ad 3. Et frangens Regulam alterius impottantiæ ſine cauſa, peccat uenialiter. Sotus in 4. d. 15. q. 2. ar. 1. verſi. Id. & ad hæc ſunt reducenda quæ idem Sotus dicit. lib. 1. de iuſt. & iure. quæſt. 7. art. 2.

Princeps qualiter peccat non ſeruando legē

CAPVT XIII. VEL additio.

Ad tit. De Euchariſtia. num. 115.

1 Quidam euerterunt ſententiam S. Bonifacii &c.

MIRABILE illud dictū literis aureis ſcribi dignum, ſ. Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur; nunc è contra, lignei ſacerdotes aureis utuntur calicibus: quidam euerterunt, atq; truncarunt, quos refert Couarr. lib. 4. variarum reſolut. c. 22. verſ. de ijs vero. Quem locum, vel celebre dictum Antonius Democares, Andr. Alciatus lib. 7. Parergon. cap. 23. & B. Rhenanus ad Tertulianum. de corona Militis, reſtituerunt ex ipſius B. Bonifacij Epiſtola; & poteſt reſtitui ex Conc. Triburic. c. 18. & Burcardo. lib. 3. Decretorum c. 223. & tradit Stephanus Epiſcopus Vuintonenſis. aduerſus Hæreticos. obiectione 54. Qui ex Optato, Ambroſio, Chryſoſtomo, & Theophilacto probat, ueteres etiam aureis calicibus vſos fuiſſe.

2 Poſtea reſtituta.

3

TRACTATVS XIV.

De uoto per modum Additionis ad tit. de Matrimonio. §. de tertio impedimento. ſ. uoti. nu. 128. 129. 130. *cum ſeqq. ubi agitur de voto ſolemni & ſimplici. &c. In* 1. *p. Candelabri.*

QVONIAM in noſtro Candelabro Aureo, in tit. de matrimonio à n. 128. cum ſeqq. aliena fuerūt tacta, & notata, de voto ſolemni, & ſimplici, vt ibidē uidere poteris; Congruum iudicauimus, in præſentiarū aliqua de uotis, eorumq; diſpenſationibus notare, vt copioſior, fructibusq; plenior hic noſter liber, uel tractatus appareat. 1

1 Aliqua de uoto in Cādelabro.

Pro cuius additionis pleniori intelligentia, & fundamento, Duo notanda ueniunt. Primum non eſſe noſtri hic inſtituti, & intentionis, materiā uotorum ex profeſſo, & ad longum tractare, ſed illa quæ nō ſic clarè in- 2

2 Auctoris intentio circa materiā uotorum.

rè inuenitur in auctoribus, explicare. Complura enim ſcripta ſunt de materia uoti, quæ poteris uidere apud S.Th.& alios ſcribentes. in 4. ſent.diſt.48.S.Th. Caiet.2.2.q. 88. ar.1.& 2.S. Anton.2.part.tit.11.c.2. in princ.totum titul.de uoto, & uoti redemp.in Decretal. & 6. Abb. & alios ibid.maxim.in cap. Literaturã. Archid.in c.Qui bona 17.q.1.Sũm. confeſſ.lib.1.ti.8.Ang.Sylu.Tabien. Armil.& alios ſummiſtas uerb.uotũ pauca apud Aluar.Pelag. de planctu Eccleſiæ.lib.2.c.56. multa copiosè, & eruditè Nauar.in Manual.c.12.à nu.24.& Sotum lib.7. de iuſt. & iure.per totum. Paul. Gryſal.in deciſ. cathol.uerb.uotum.

3 Diſpẽſatio, commutatio, & irritatio differũt, & in quibus.

Se cundum:Diſpẽſationem,commutationem,& irritationẽ, inter ſe multum differre. Irritatio enim non aliam cauſam expoſtulat, quam uoluntatem illius, qui ad irritandum habet facultatem. c. Paulla.20. q.2. c.manifeſta.33.q.5.Palud.4.d. 58.q. 4.S.Ant.ſupra.§.6.Diſpenſatio uerò cauſam iuſtam, & rationabilem requirit (ut ſupra diximus). Quia qui habet auctoritatem diſpenſandi, poterit omnino uotũ relaxare abſque eo, ꝙ loco uoti aliquid iniungat uouenti,& tunc tam uouens, quã qui diſpenſat manent in conſcientia ſecuri.Cõmutatio, autem uel redemptio uoti exigit, ut id, in quod uotũ eſt commutandũ, redimendumue æquè bonum ſit, aut melius, quam id ꝙ uouit.ita Nauar. c.12.num.63.

4 Vtrum qui habet auctoritatem diſpenſandi in uotis poſſit cõmutare?

Quæritur, in primis utrum ille qui habet priuilegium diſpenſandi in uotis, poſſit etiam commutare? Cui quæſtioni reſpondit. Nauar.negatiuè.in Manual.c.12. n.79.& in §. in Leuitico. notab. 27. & latius in Apolog.de redditibus Eccl. mõ. 10. & facit monito.6.n.3. & uidetur ſentire Caiet.2.2.q.89.ar.9.dicentes eũ qui poteſt commutare ex priuilegio, non poſſe diſpenſare, & è contra illum qui poteſt ex priuilegio diſpenſare, non poſſe commutare. Cõcedit tamen Nauar. Ordinariũ qui auctoritate ordinaria poteſt diſpenſare; poſſe etiam commutare.Et ita ait intelligendam eſſe regulam: Cui licet quod eſt plus, de regul. iur.lib.6.

Quibus non obſtantibus uidetur & communior uidetur mihi contraria ſententia, uidelicet, qui habet priuilegium diſpenſandi poſſit etiã cõmutare.tenet Sotus lib. 7.de iuſt. & iure q.4. art. 3. & expreſsè Sylu. uotum 4.§.3.uerſ.ſecundũ. Couarr. in c.Quamuis pactum,de pactis lib. 6.1.par.§.3. & multi Doctores Salmanticæ in publica lectura. M. Gallo,M.Sancho,&c.

Confirmatur primo hæc ſententia,per tex.in c. Odia.de regul. iuris lib.6.ubi ſic habetur, Odia reſtringi,fauores conuenit ampliari, cum alijs multis ſimilibus. 5 Odia reſtringẽda, fauores ampliandi.

Secundo cõfirmatur.Quia beneficium principis, quãdo nullum per hoc fit præiudicium tertio, latiſſimè eſt interpretandum. ex l. Beneficiũ. ff.de cõſtitut.probat ex multis Ant. Gabr.tom. 1. commun. opin. p.32. col.2. & p.803.col.2. p.805.col. 1. 6 Beneficiũ Principis qualiter interpretandum?

Tertio.Quia omnes Bullę,uel priuilegia quantum ad indulgentias, abſolutionem peccatorum, & alia ſpiritualia,ſunt amplè interpretãdę ut notant Ioan.Andr. in clem. 1. de Reliq.& uen.ſanct. Angelus uerb.indulgentia, in princ p. Sylu. eod.q.7. ver.Tertio,& q.8.uerſ.Quarto. Corduba lib.5.Quæſtionarii,de indulg. q.9.ad primam. poſt 4. propoſition. pag.372. In quorum confirmationem facit.4.illud quod Magiſtri mo- 7 Bullæ qualiter interpretandę?

derni

dermi notant cum Caiet.2.2.q.88.
ar.12.uidelicet,quod qui poteſt di-
Quj diſpenſat,expedit cõmutationẽ miſcere.
ſpenſare,expedit ut admiſceat commutationem aliquam in rem leuiorem.n.ſic enim tutior eſt diſpenſatiò.

8 Vtrum qui põt cõmutare uota,poſſit ſimilia iuraméta?

Quæritur utrum ille qui uirtute alicuius Bullæ,priuilegii, uel Iubilei,habet auctoritatem commutandi uota,poſſit etiam ſimilia iuramẽta commutare? Reſp. Quod quamuis Caiet 2.2.q.89.ar.9.& Nauar. in Manual.c.27.nu.275.uerſ.Decimoſexto,teneant ꝙ non.Contraria ſententia mihi uidetur uerior, & tenenda.ſ.ꝙ poſſit.Primo.quia Canoniſtæ omnes,maximè Abb.in c.ſi uero,de uoto,quem refert,& ſequitur Armil.uerb.iuramentum,nume.19. æqualẽ uim,atque obligationem tribuunt uoto,& iuramento. Secundo quia idẽ Abb.(ut cæteros Canoniſtas omittamus)in c.Rurſus. Qui cleric.uel non ſic ait.Non eſt uinculum fortius uoto, tamẽ contractus etiam iuratus, contra uotum non tenet.unde non ualet iuramentum contra votum,ſed eſt temerarium.

9 Iuramẽtum contra uotum nõ ualet.

Tertio. Quia S.Thom.2. 2.q.89. artic.8.ait.quòd uotum ſimpliciter loquendo apud Deũ.eſt magis obligatorium quàm iuramentum.quem refert:& ſequitur Summa Confeſſ. lib.1.tit.8.q.23.& tit.9.q.14.Sot.li. 8 de iuſt.q.1.articu.8.&.9.Silu.iuramentum.4.quæſtio.5.& omnes alij Summiſtæ.

10 Papæ uolũtas.intelligitur excepta in uoto & iuramento.

Quarto. Quia pari modo,in omnibus uotis & iuramentis intelligitur excepta Pontificis ſummi uolũtas,ut ex c.conſtitutus de reſcript. & c.veniẽs de iure iur. probat ſumma Confeſſ.d.tit.8.q.70.ſed male allegauit,quia ubi dicit.c.ueniens.debebat dicere.c.uenientes. uide etiã tex.in l.Imperatores.ff.ad municip. & tex.in c.Beatus.22.q.2.Speculat. lib.1.tit. de legato.§.nunc oſtendendum.nume.23 Silu.ſupra.

11 Votũ, & iuramẽtũ de iure naturali.

Quinto.Quis utrumque,iuramẽtum,ſcilicet, & uotum ſunt de iure naturali, ut ex cap. etſi Chriſtus. de iure iur.& ex c.Magnæ.de uoto.probat Speculat.ſupra.nume.24.

12 Votũ & iuramẽtũ caſtitatis.& hieruſalẽ reſeruatũ Papæ.

Sexto.Confirmatur,ex cap.peruenit. 2. de iure iurand. ubi quòd iuramenti fracti reus non dicitur, qui illud in melius commutauit, ubi nota, quòd ſicut uotum caſtitatis, & Hieruſalem eſt reſeruatum Papę,ita iuramentum de eadem re. Quæ omnia colligi etiam poſſunt ex allatis per Couar.in cap. Alma mater. de ſent.excom.lib.6.2.par.§.4.nume.7. ubi ex Ioan. Andrea, & alijs refert, quòd qui habet priuilegium pro interdicto,habet etiam pro ceſſatione generali,quod latè probat.

13 Vtrum poſſit quis uota propria auctoritate cõmutare. Et quot. modis fiat cõmutatio.

Quæritur utrum, Poſſit quis ſua propria auctoritate uota commutare? Reſp. uota omnia uno ex tribus modis diſpenſari poſſe, uel, ut melius dicam cõmutari. Primo, auctoritate & uoluntate propria uouentis.Secundo modo,auctoritate Epiſcopi,uel Confeſſoris.Tertio modo auctoritate alicuius Iubilæi, maximè centeſimi qui nunc eſt anno 25. Quibus ſuppoſitis:Reſpon.ſecundo perſequentes concluſiones.

14 Quãdo propria auctoritate.

Prima concluſio:Quotieſcunque quis uult commutare uotum in melius.& Deo gratius, poteſt propria auctoritate.Sotus li.ſeptimo.de iuſ. & iure.q. 4. artic. 3. Verũ:c. uerbo commutatio. Alcocer.in ſum. c.16. & eſt communis opinio quam cum Caiet.2.2.q.88. articul.12. ſequitur Nauar.Manual.cap.12. nume.63.& poteſt colligi, ex cap. ſcripturæ, de uoto,& c.peruenit.2.de iure iuran. Corduba.in ſumma.queſt.149.quod procedit quãdo nulla eſt iuſta cauſa,

ſed ſola pro ratione uoluntas, quia tũc ꝑcedit dicta cõcluſi.ſcilicet, ut
15 ſit in melius & Deo gratius, quare.

Qũdo in æquale quid.

Secunda ſit concluſio: Quando votum commutatur in æque boni tantum, requiritur iuſta cauſa, & auctoritas Epiſcopi, uel Confeſſoris
16 & ita ſunt intelligẽdi Doctores ſup.

Promiſſa uni loco pio quãdo poſſit alteri applicari?

Sed queritur. Promiſi dare centũ Eccleſiæ ſancti Petri, utrum poſſim illa centum, uel quinquaginta additis, abſque prælati diſpenſatione alteri pio loco, uel pauperibus donare? Reſpon. primo, hanc quæſtionẽ nimis ſuccincte, & indiſtinctè tractatam fuiſſe à Nauarro. cap. 12. nume. 78. Quare Reſpon. ſecundo, cũ hac diſtinctione, ſcilicet, quòd ſi uotũ meum eſt ſecretum, per quod nullam Eccleſſam ſancti Petri habet contra me actionem, poſſum tale uotum in melius commutare propria auctoritate, applicando illa cẽtum alteri operi magis pio, uel donando illa pauperibus fame morientibus, &c. Si autem uotum meum fuit iam uotum, & curatus, uel œconomus ſancti Petri illud uotũ ſciẽs, mihi gratias egit acceptando, tunc, neceſſaria eſt Epiſcopi diſpenſatio. & ita eſt intelligendus. s. Thom. in 4. lib. ſent. diſt. 38. q. 1. artic. 3. & in 2. 2. q. ult. artic. 3. Aug. uerbo Votũ. 3. §. 26. Silu. uerbo votum. 4. q. 7. Caietan. tom. 2. opuſ. 11. queſ. 1. & alij quos refert, & ſequitur Nauar. ſup. & Armil. uerbo, diſpenſatio, num. 31. & ita ſentit Couar. in d. c. Alma ſupra. §. 33. & ita, me præſente fuit reſolutum in uniuerſitate Complutenſi à grauiſſ. Doctoribus.

Et probatur, Quia quando ex uo
17 to facto in fauorem alicuius pij loci, vel Eccleſiæ, acquirit talis locus vel Eccleſia aliquod ius, uel actionẽ petẽdi, requiritur quòd talis uoti habeat aliquam notitiã, aliàs, quo modo, vel à quo petere poterit? ita colligitur ex Gloſſ. c. Scimus, uerbo, pollicitationem. 22. q. 1. Sylu. d. q. 7. uerſ. Quarto. vbi alios citat Couarr. in c. Quamuis pactum, de pact. lib. 6. 2. par. nu. 15. illatione 4. nu. 4. ad fin. pro qua re citat multos lib. 1. uariarum. c. 14. nu. 15. uſque ad nu. 16. quos ſic debes intelligere, idem latè probat & tenet Sarmiento lib. de Redditibus Eccl. 4. par. c. 3. num. 4. cum alijs, & poſt multa, fatetur Nauar. in Apolog. de reddit. Eccleſ. q. 1. monito. 81. & lib. de Redditib. quæſt. 1. num. 38.

Quãdo Eccleſia acquiſit ius ex uoto?

Diximus ſupra. vota poſſe com- 18
mutari auctoritate Iubilæi pleniſſimi, ſcilicet anni 25. quia, ut diximus in Candelabro Aureo. 1. par. ti. de indulgentijs, nu. 22. in anno Iubilæi, iuris auctoritate omnia uota poſſunt per confeſſarium idoneum commutari, exceptis Religionis, &
Hieroſolymitani. Et nota, ꝙ quam- 19
28 Quę reſolurio, & ſecunda reſponſio, intelligenda eſt, quando commutatio non fit à iure. Si enim à iure fiat cõmutatio voti, & talis commutatio non impleatur, reuiuiſcit prima uoti obligatio, vt ſi votũ Hieruſalem commutet quis in votum Religionis, & tũ culpa ſua redeat ad ſęculum, tenetur adimplere illud primũ votum. Palud. in 4. d. 38. q. 4. ar. 4. col. 3. & ex c. Scripturæ, de voto, & ex S. Th. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 1. & in 4. ſenten. di. 39. q. 1. ar. 4. in corpore art. facit Sotus lib. 7. de iuſt. & iure, q. 2. ar. 1. verſ. quod Dominus.

De expulſo à Religione quam uouerat.

29 Sed quid ſi ex iuſta cauſa expellitur à monaſterio, & tamé ipſe dolo ſecreto dedit, vel quæſiuit cauſas? Reſp. Talem non eſſe tutum in conſcientia, & teneri ad prius, vt dictũ eſt, ad quod facit tex. in c. 2. de filijs presbyter. & Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 5. & 6. & ſeſſ. 25. de Refor. c. 18.

Quomodo commutentur uota nouitiorum.

Cuius ſolutionis occaſione optimo ordine diſputandum uenit. 30 Quomodo commutentur uota Nouitij intrantis Religionem? Reſp. 1. Abſolutè uidetur colligi, ex d. c. ſcripturæ, de voto. cum Glo. & ex S. Th. ſupra, omne uotum commutatũ eſſe per ingreſſum religionis, de quo etiam vidde Summã confeſſ. lib. 1. tit. 8. quæſt. 78. Palud. 4. diſt. 38. q. 4. ar. 1. & latius per Nauar. (vltra alios) cap. 12. num. 65. vbi ait, quòd uota quæ religioſus fecit, cum eſſet ſæcularis, ipſo facto commutantur in votum ſolemne religionis. Sotus lib. 7. de iuſt. & iure. q. 2. art. 1. verſ. quòd autem, & q. 4. art. 3. Palud. ſupra ait Nouitium aliquando excuſari, non tantum à perſonali voto ieiunij, ſed etiam à ieiunio Eccleſiæ, quando ſuſtinet alia onera Religionis. Silu. verbo, votum. 4. §. 7. verſ. Tertio. Reſ. 2. Ad hoc vt Nouitius ſecurus omnino ſit, oportet ut faciat oĩa ſua vota commutari in onera Religionis per ſuum confeſſorem, de quo ultra ſupradictos, & alios Sum. verbo, votum, uide Armil. nu. 28.

De uotis factis ante ingreſſum religionis.

Sed quæritur. Vtrum dicta ſint vera & procedant in uotis realibus quæ prius Nouitius emiſerat in ſæculo, maximè ſi eſſent iurata? Pro reſponſ. Dico primo, quòd multi dicunt uota realia, etiã per ipſam profeſſionem commutari, ita Sylu. uerbo. uotum 2. §. 11. & uotum 4. §. 7. verſ. Tertio. verbo Hæreditas. 3. §. 10. & uide Nauar. c. 17. nu. 69. 31

Quid de uotis realibus Nouitiorũ?

Secundo dico: Neminem ob debita realia implenda, debere retardari ab ingreſſu religionis. S. Tho. 2. 2. quæſt. fin. art. 6. ad 3. Sylu. uerbo, Religio. 2. §. 4. 32

Debita an impediant religionis ingreſſum.

Tertio dico: Epiſcopus, uel prælatus poſt ingreſſum, poteſt commutare uota realia in onera conſueta Religionis, uel in alia; Probatur quia uotum, fit immediatè Deo, qui acquirit ius: ergo ſuperior, auctoritate Dei, poteſt commutare ut quod uoui certæ Eccleſiæ commutetur in aliam, ut ſupra latè diximus. Confirmatur, quia S. Tho. 2. 1. q. 88. art. 12. & alij ſupra abſolute dicunt 33

Vota realia qualiter, & per quẽ cõmutanda.

Vota ipſo iure commu-

omnia

tantur per profeſſion.

omnia uota, ip ſo iure, per profeſſio nem cõmutari. Quam communem ego limitarem, niſi talia uota realia, in præiudiciũ aliquod eſſent tertij.

34 Vota q̃ commutari poſſint per Bullas cõfraternitatum.

Cum per Bullã S. Trinitatis, quã refert Nauar. Manual. capit. 27. nume. 263. & Bullam ſocietatis Corrigiæ. S. Auguſtini, cuius Archiconfraternitas ſita eſt in monaſterio ſancti Iacobi Bononiæ, & per Bullã cõfraternitatis Ieſuatorũ fratrum, & per Bullam S. Mariæ in porticu conceſſam à S.D.N. Sixto V. & per Bullam cruciatam pro Hiſpanis, & ſimiles alias complures, maximè per Bullas Roſarij Beatiſſimæ Virginis, multa poſſint commutari uota, q̃ritur quæ uota poſſint, & quomodo cõmutari. Reſp. 1. ante dictam cõmutationem inſpiciendũ eſſe tenorẽ Iubilęi, bullæ, uel priuilegij, iuxta uerborum ſeriem, ita faciẽdam eſſe commutationem. Et hæc generaliter loquendo.

35 Quæ uota commutentur per Iubilæum.

Reſp. 2. licet olim non tam plena concedebatur auctoritas commutãdi uota per Iubilæum, ut patet in antiquis: Hodie autem, iuſtiſſimis de cauſis, omnia uota ſolent concedi per Iubilęum, duobus tantũ exceptis, ſ. Caſtitatis. & Religionis, put patet in Iubilæo conceſſo à S.D.N. Sixto V. hoc anno 1588. cuius tenorem impræſſum ego habeo.

Bullæ autem dictarum Confraternitatum, & Bulla cruciata pro Hiſpanis, quam Ego habeo, omnium uotorum commutationem concedunt, quatuor exceptis, uidelicet. Religionis, Caſtitatis, Petri, & Pauli, & Hieruſalem.

Inter quas Confraternitates illud habet particulare illa S. Mariæ in porticu, quòd omnia uota cõmutantur, tribus tantum exceptis, ſ. Caſtitatis, Religionis, & ultramarini, uel Hieroſolimitani, ut patet in Bulla, quam ego habeo,

Pro cuius bullę declaratione, & fidelium conſolatione notare oportet, non tantum confratres dictæ cõgregationis, uel confraternitatis eſſe participes huius gratiæ, & aliarũ dictæ confraternitati conceſſarũ ſed etiam omnes confratres Hoſpitalium S. Spiritus in Saxia, & aliorũ ſimilium, per participationẽ, & communicationẽ, quam inter ſe habent. 36 Confraternitas S. Mariæ in Porticu multa cõprehendit priuilegia.

Quæritur, utrum Per dictas bullas, poſſint commutari uota illa tantum, quæ quis emiſerat ante ingreſſum dictarum confraternitatum, uel ante acceptam bullam, uel etiam illa quæ fecit poſtea? Reſp. quòd quamuis Sotus. lib. 7. de iuſt. & iurc. q. 4. arti. 3. uerſi. poſt hæc, & Corduba. in ſumma. q. 149. clarè dicant poſſe tãtum prius emiſſa commutari, contrarium tamen eſt tenendum, ideſt omnia facta, & facienda per dictam clauſulam, & Bullas, intelligi, ut latè probat Cord. poſtea lib. 5. quæſtionarij. q. 37. propoſ. 2. & faciunt illa quæ latè diximus in Candelabro Aureo. 1. par. tit. de Confeſſ. nu. 42. 37 Vtrum commutentur uota tantum prius emiſſa, vel etiam poſtea.

Quæritur: In quid debeant talia uota commutari uirtute Iubilæi, uel Bullarum dictarum confraternitatum? Reſpon. primo. Talia uota commutanda eſſe in alia opera pia, ſcilicet ieiunia, peregrinationes, eleemoſynas, & ſimilia, ut in eis patet. 38 In quid ſint uota comutanda.

De commutatione autem facienda uirtute Bullæ cruciatæ? Reſp ſecundo commutationem fieri debere nõ tantum in dicta pia opera, ſed partim etiam in aliquod ſubſidium Bullæ, ut in ipſamet habetur, & notat Nauar. c. 12. nu. 80. & Cordub. in ſumm. q. 146. Quod uidetur clarè probari ex eo, quod dicta Bulla cruciata conceſſa eſt in fauorem Regis Hiſpaniæ pro bello iniendo contra inimicos 39 Vota in qd commutanda per Bullam cruciatam?

inimicos ſanctę fidei Catholicæ.

Vtrũ in opera ſpiritualia & quare

Nihilominus tamen, R. pater Magiſter Deca inſignis pater ſocietatis Ieſu Hiſpanæ, me audiente, dixit talia uota poſſe commutari in ſubſidium etiam ſpirituale, ut orationes, confeſſiones, ieiunia, peregrinationes, &c. pro intentione Bullæ. qa Bulla tantum dicit: in ſubſidium; & conſtat ſpirituale eſſe optimum. Quod mihi uidetur probabile hac ratione; quia daretur ſæpè caſus, in quo pauperum uota, qui non habẽt ſubſidium temporale, non poſſent per Bullam commutari, quod eſſet magnum inconueniens.

40 Vtrum Confeſſor tẽpore Iubilæi poſſit remittere alteri commutationem?

Nota unum particulare pro commutandis uotis tempore Iubilæi, ꝙ ſi Confeſſor quando eſt compluribus confeſſionibus occupatus, magna illum (ut ſolet) pœnitentium ſtipante caterua, dicat pęnitenti, tẽpore quo durat Iubilæum, uel Bulla, Ex nunc commuto tibi hoc uotum, ſed de rebus in quas fiat commutatio, conſule talem Doctorem, ad cuius ſententiam te obligo: erit optimè factum, & valida erit talis commutatio. Quod patet à ſimili, quia Confeſſor quilibet poteſt ex nunc abſoluere à caſu reſeruato, remittendo, vt de obligatione pęnitentiæ, uel reſtitutionis conſulat uirum doctũ, ut ait Nauar. c. 26. num. 13. Et quamuis uideatur obſtare Pinelus in Rubric. C. de reſcind. uend. 2. par. cap. 5. num. 4. in caſu ſimili, tene tamen cum Nauar.

Et quid de pęnitentia.

41 Quis diſpẽſat ad exigẽdum debitũ cum illo q habebat uotum caſtitatis.

Quæritur: Quis poſſit diſpenſare cum illo, qui ante, uel poſt matrimonium, uotum emiſit continentiæ, ad hoc ut abſque peccato poſſit debitum exigere? Reſpon. primo: Epiſcopum poſſe, ut ex Angel. Silu. Armil. Nauar. Sotũ, & communi probauimus in noſtro Candelabro Aureo. 1. par. de matrimon. num. 140. Reſp. ſecundo: Confeſſarium electum per Iubilæum, uel per quamcunque Bullam concedentem omnia uota, exceptis ijs, de quibus ſupra, poſſe in tali uoto diſpenſare. quod tamen non dicitur propriè diſpenſare, vt bene notat Sot. 4. diſtin. 37. quęſtio. 11. ad finem.

Quæritur: Quid de illo, qui uotũ emiſit non nubendi? Reſp. primo, quòd in hoc ſunt contrariæ opiniones. Caiet. enim 2. tom. opuſcul. 27. quæſtionum. q. 15. & tom. 3. opuſculo de uoto, ait tale uotum eſſe reſeruatum Papæ. quia S. Thom. 2. 2. q. 184. art. 6. & diſt. 38. q. 1. art. 4. quæſtiun. 2. ait, uota perpetua Papæ reſeruari. Magiſter autem F. Ioannes de Gueuara Auguſtinianus ſacrę Theologię hora ueſpertina Salman. lector inſignis, ac magiſter meus, & alij moderni in publicis lecturis dicunt, quòd ſi uouens id uouit abſolutè, non intendens finem formaliter vacandi Dèo liberius, non eſt uotũ, quia materia eſt indifferens. Quibus uiſis, Reſp. ſecundo: Epiſcopum poſſe diſpenſare in tali uoto non nubendi. Item tale uotum commutari poſſe per Iubilæum, & ſupradictas Bullas. Et (quod notabile eſt) quòd poſt tale votum contrahens matrimonium, non impeditur petere debitum. quæ concluſiones colliguntur ex D. Anto. Angelo, Syluest. & alijs, quos refert, & ſequitNauarr. Manual. cap. 12. n. 43. Roſe. Luerb. im pedimentum. 4. §. 12. Sot. in 4. ſent. diſt. 38. q. 2. artic. 1. Ad S. Thom. autem ſupra. Reſpon. quod loquitur, & procedit in uotis natura ſua perpetuis, quæ poſitiuè diriguntur in Dei cultum, ut uotum caſtitatis, & Religionis.

42 De uoto nõ nubẽdi, an ſit reſeruatum?

Quæritur: Quid de eo iudicandum, 43

De uoto faciendi ſe ſacerdotem.

dum, qui uotum emiſit accipiendi ſtatum, uel ordinem ſacerdotalem? Reſp. primo, Doctores, nihil ferè de hoc uoto agere: ſecundo Reſp. Magiſtrorum meorum ſententiam fuiſſe, Epiſcopum cum tali poſſe diſpenſare: & ſimiliter tale votum non eſt de reſeruatis. Secundo, quia ſacerdotium dignitas eſt, quam vnuſquiſq; ex humilitate refugere poteſt, & debet, potius quàm appetere. Tertio, quia nemo poteſt illuc aſcendere niſi ex ſui Epiſcopi uoluntate.

44 Quæ dicantur Beatę in Hiſpania?

Opportunè ſe offert tractanda, quæſtio illa de habitu illarum, quæ Hiſpanicè, Beatæ vocant; ſunt enim virgines quædam, quæ renunciatis mundi pompis, mutato habitu in domo ſua propria vnaquæque cum parentibus, & fratribus habitant, abſque ulla penitus regula, uel obedientia particulari. De talibus ergo

De uoto induendi illarũ habitum

quæritur: Quid ſi aliqua uotum emiſerit induendi habitum illarum Beatarum? Reſpon. primo, ſecundùm Sot in lib. 7. de iuſt. & iur. q. 5. art. 3. uerſic. Et poſtmodum, & communem omnium, non eſſe ſtatum Religionis talem habitum ſumere. Secundo, & conſequenter tale uotum per Epiſcopum, & per dictas Bullas poſſe commutari. Accedit quod de Religioſis tertij ordinis, diximus in Candelabro. 1. par. tit de matrimonio. n. 132. De quibus poteſt intelligi tex. c. dilecta. de maior. & obedië. vbi fit mentio de quibuſdam, quæ, Canonicę appellabãtur. De quibus ait Innoc. ibi, quòd non ſunt profeſſæ, & quòd poſſunt habere propriũ, & matrimonium contrahere. idem ſignificat tex. in cap vlt. 12. q. 5. quarum m gnus numerus eſt in Alemania, ſecundùm Innoc. ſupra Hoſt. Bern. & alios quos refert, & ſequitur Summ. Confeſſ. lib. 1. tit. 8. q. 19.

45 Vtrum Epiſcopus poſſit diſpenſare in uoto pœnal. adimpleta conditione.

Magna uerſatur inter Doctores controuerſia, utrum Epiſcopus poſſit diſpenſare in uoto pœnali, adimpleta conditione; ut quando quis dicit; uoueo Religionem ingredi, uel caſtitatem ſeruare, &c. ſi liſero? Reſpon. Circa dictam quæſtionem diuerſas eſſe Doctorũ opiniones. Cantharinus enim in libro contra Caietanum, ait tale non eſſe uotum obligatorium. Alij autem, ut Sotus lib. 7. de iuſt. & iure. q. 4. art. 3. uerſ. unum uero dubium. & q. 2. art. 1. in 2. impreſſione, ait: poſt impletam conditionem, fieri abſolutè uotum Religionis, in quo ſolus Papa diſpenſat. idem tenet Nauar. licèt ſub quadam diſtinctione, Manu. c. 12. nu. 43. & Reuerendus admodũ pater F. Franciſcus de Alcocer (Confeſſor meus Salmaticæ, anno Domini. 1568.) in ſumma, uel confeſſione. c. 15. (quam ſummam publicauit ſummisq; laudibus extulit in lectione primaria iuris Pont. Illuſtriſſ. D. Doctor Sandoual, me audiente,) & Caiet. 2. 2. q. 88. art. 3. & Couarr. in c. quamuis pactum. de pact. lib. 6. in 1. par. §. 3. n. 12. quos refert, & ſequitur Corduba. in ſum. q. 152. puncto. 1. quamuis in 2. puncto uideatur diſtinguere.

46 P. F. Ludouicus ſi uiſes uãſit &c.

Sed ut in hac quæſtione certa, ab incertis ſeparemus, aliqua ueniunt notanda. Primo Nota, quòd quamuis Reuer. pater Ludouicus de Beia in lib. Reſponſionum. pag. 94. tranſeat leuiter ſuper hac quæſtione, dicẽdo communem opinionem, quòd uota pœnalia, ſint adimpleta conditione Papæ reſeruata; non tamen ſic abſolutè eſt dicendum, ſed cum grano ſalis, ut ſequitur, intelligendum.

47 Votum conditionale o

Secundo Not. illud eſſe apud omnes communiter receptum, ſcilicet, quòd

bligat conditione impleta. quòd uotum conditionale obligat, impleta conditione. Communiter per S.Thom.cum Caiet.2.2.q.88.artic.3. Doctores in 3. ſent. diſtin.39. vbi agitur de iuramentis. Sot.lib.7. de iuſt.q.2. artic.3. Duran. in 3.diſt. 39.quæſtio.4.Ricar.4.diſtin. 38. artic.3.q.3.Silu.uotum.2.§. 2.ubi Angel.Tabien.& Armil.Nauarr.ca. 12. nu.42.Henricus quod.l.9. q.23.Suplem.Gabr. quæſt. 1.artic.2.

48 Epiſcopus diſpenſat ante conditionem. Tertio Not. illud etiam, appd omnes eſſe receptiſſimum, Epiſcopum, ante impletam conditionem, poſſe in tali uoto,pœnali diſpenſare. Doctores ſupra.Sotus, & Nauar.&c.

49 Vtrum poſſint cõmutari per Bullas. Quarto Nota: Vota ſupra dicta pœnalia, in quibus Epiſcopus ante adimpletam conditionem diſpenſat,poſſe per ſupradictas Bullas, uel Iubilæum cõmutari,quia ante adimpletam conditionem nõdum eſt uotum abſolutum.ita Doct. ſupra,maximè lectores Salmanticenſes.

50 Vtrum Epiſcopus poſſit adimpleta conditione diſpenſare uel per Bullas commutari. Quinto Nota. Quòd quamuis pro parte illa,ſcilicet, quòd tantum Papa poſſit, adimpleta conditione, diſpenſare,ſint grauiſſimi Doctores probabile tamen eſt, & in praxi tutum, Epiſcopum, etiam adimpleta conditione illa pœnali,poſſe diſpẽſare in illis uotis,& etiam per dictas Bullas confraternitatum poſſe commutari.Sed quia commutatio faciẽda eſſet in res magnas,melius eſt,ut petatur diſpenſatio ab Epiſcopo,tenet Caiet. 2.2.q.88. artic.3. (ut etiã refert Arcocer.ſupra,)quem ſequuntur Magiſtri Salmanticenſes, maximè magiſter meus Colendiſſ. F. Barth.Medina,in lib. qui dicitur inſtructio Confeſſariorum. in præcepto 2.§.16.& idem tenuit Alcocer. conſultus.tenet Palacios. ſuper Caietan.uerbo,uotum,uerſi.6.fauet Sotus,de abuſu iuramenti.1.par.cap.9. & colligitur ex traditis à Couar.in c.quamuis pactum.1.par.§.3. nu.12. & tenent multi alij grauiſſimi Theologi,quos tacitis nominibus, refert d.pater Ludouicus Beia, ſupra, qui aliquas rationes,in confirmationem huius noſtræ ſententiæ, contra ſuã affert,quibus omiſſis, ſic probo.

Primo ſententiam hanc noſtram tenendam cenſeo; quia antequam dicta conditio pœnalis adimpleretur non habui animũ obligandi me ad ingreſſum Religionis abſolutè, ſed talis impletio cõditionis eſt præter meam uoluntatem;ergo non facit,ut directè me obliget ad Religionem,itaque uotum per ſe,eſt non ludendi,materialiter, autem,& per accidens,Religionis, uel peregrinationis, &c. imo intendimur ut pœna, quæ eſt inuoluntaria:uotum autem, profeſſio,ſacerdotium, & matrimoniũ, omnino eſſe debet uolũtarium ut in Candelabro.1. par. tit. de matrim.n.16.probauimus. 51 Probatur ratione. Votum matri &c. uoluntaria.

Secundo confirmatur,quia talem pœnam uoto appoſui,ut odioſam,& ideo cum huiuſmodi reſeruatio habeat quandam rationem pœnæ,non eſt niſi ſtrictè interpretanda, & ad proprios actus, ac formales terminos conſtringenda. 52 Pœna apponitur uoto in odium.

Tertio,Si in grãm Dei,ut D.Petri uoui Eccleſiæ alicui,uel Titio aliquid,uotum eſt reuocabile, & diſpẽſabile,quia Eccleſia,uel Titius ſe habent materialiter,& per accidẽs,neque acquirunt actionem niſi indirectè. (ut ſupra tetigimus,) ergo cum uotum Religionis ſe habeat materialiter ad intentionem, eſt reuocabile per diſpẽſationem Epiſcopi. 53 Votũ in Dei gratiã factũ reuocabile.

Quarto,Quia, ſi Epſcopus diſpẽſat in uoto continentiæ temporali, ut per annum, ut tenet Sotus ſupra, & melius in 4.diſt.27.q. 1.artic.3.& alij: 54 Epiſcopus diſpenſat in cõtinẽtia temporali.

tij,ergo,& in præſenti. Probatur conſequentia. Quamuis utrumque, impleta conditione ſit uotum caſtitatis, non tamen meretur ſimpliciter nomen voti caſtitatis itaque Papa non intendit reſeruare ſibi, niſi id uotum quod ex affectu,& directa intentione caſtitatem ſeruandi, uel Religionem ingrediendi, in perpetuum fuit emiſſum.

Qualiter papa reſeruat uotum caſtitatis.

55 Quinto,Quia, ut aliqui dicunt, & optimè probat Doctor Bonaguida, in tract.de diſpenſationibus.nu. 26.in tom.14.tract. diuerſ.Doctorũ Epiſcopus poteſt diſpenſare in omnibus votis excepto caſtitatis, Religionis & Hieruſalem, quando, ut conuenit emittuntur.facit quod ex Abb.diximus.ſupra.eodem.num.59.

Epiſcopus I q b.uotis diſpenſat.

56 Sexto,Confirmatur,quia ordinarium ſatis eſt apud iuuenes,maximè incompoſitos,& motum corruptorum imbutos,faciliſſimos eſſe ad ſimilia vota,& ad alia ſtulta, ut genibus flexis, &c.ire Hieroſolymam, emittenda:Epiſcopus autem habet facultatem in caſibus communiter incidentibus diſpenſare, ut probat Corduba.li.1.quæſtionarii, quæſtio 11.ergo.

Iuuenes p ni ad uota pœnalia.

Epiſcopus diſpẽ at in uotis cõmunibus.&c.

57 Septimo,Probatur, quia qui ſemel baptizatum baptizat ſub conditione, non dicitur ſimpliciter baptizare,nec fit irregularis, vt probat Nauarr.Manual.capit.27.nu.246.& diximus in Candelabro Aureo, ergo qui vouit ſub conditione, ſi tale uel tale fecerim,non dicetur ſimpliciter donare,ſed ſecundum quid.

De rebaptizãte cum conditione.

Quibus rationibus,& alijs adducti Illuſtriſs.ac Reuerendiſs.D.Don Hieronymus Manrriq. Epiſcopus Salmãt.atq; illuſtriſs.ac Reuerẽdiſs. D.Dõ. Alfonſus Velazquez. Archiepiſcopus Cõpoſtellanus viri doctiſſimi, Religioſiſſimi, ac Domini mei obſeruandiſſimi,in uotis pœnalib. etiam adimpleta conditione, ſæpè diſpẽſarũt,quos,cũ alijs,ſeq placet.

Duo Illuſtriſſimi pſuli Hiſpaniæ diſpẽſãrunt,&c.

Quæritur vtrum, Confeſſor electus virtute Iubilæi,uel aliarũ Bullarum,teneatur pœnitentis uota cõmutare? Reſpon.primò, quod quamuis gloſ.magna,in extrauag.1.de pœnit.& remiſſ.dicat id ſubintelligi ex commiſſione,& conditione Papæ, iam tamen illud non eſt in uſu. 58

Vtrũ Cõfeſſor uirtute Iubilæi, teneatur cõmutare?

Quare Reſp.ſecundo,quòd ſi Cõfeſſor ſibi perſuadeat adeſſe cauſam verè rationabilem,tenetur commutare. Parua uere cauſa requiritur ad commutandum in æquale,ſi autem grauis aliqua cauſa urgeat, puto in aliquantulum minus,(ut ſupra diximus)poſſe commutari. Quia tunc Confeſſor eſt iudex delegatus in fauorem pœnitentis petẽtis ius,quod habet ex priuilegio. Vnde dicunt Doctores,quòd ſi Epiſcopus, cum ſubeſt cauſa grauis, nolit diſpenſare,dicitur diſpenſator infidelis.text. in cap.quanto.2.q.5.

Qualiter cõmutãda uota per Iubileum.&c.

Quæritur, Quid,ſi aliquis in principio Iubilæi,confitetur,uerè,& realiter,& cum uero animo & intentione adimplendi omnia requiſita ad conſequendam indulgentiam.& abſoluitur ab omnibus caſibus, & excommunicationibus reſeruatis, & commutantur ei omnia vota, & tamen malitioſè mutato priori bono animo,uel aliqua cauſa iuſta,uel iniuſta impeditus, non compleuit ieiunium,uel communionem, quæ præſcribuntur in Iubilæo,an reincidat in eaſdem cenſuras,& vota iam commutata. Pro reſponſione, vide primo,quæ diximus in Candelabro Aureo.1.part.de indulg.nu.17. ſecundo Reſp.huius quæſtionis materiam à nullo(quem viderim)eſſe tactam. Poterit tamen colligi, ex ci- 59

De illo cui uirtute Iubilæi fuerũt uota cõmutata.& poſtea nõ perfecit, q̃ neceſſaria erãt ad Iubilæũ, &c.

 tatis.

atis,d.num.17.& ex meorum magiſtrorum opinione;talem nõ reincidere in eaſdem cenſuras, uel vota.

60

Abſolutio à peccatis nõ dat ſub cõditione.

Primo probo, quia abſolutio à peccatis minime ſub cõditione,uel ad reincidentiam datur communis.

61

Confeſſor uirtute Iubilæi magnã auctoritaté.

Secundo, Quia Confeſſor electus uirtute Iubilæi habet plenam iuriſdictionem a Papa, & confert abſolutionem,uel uoti cõmutationẽ abſque ullo grauamine, uel pendenti conditione in futurum, ſed abſolutè ſecundum præſentem iuſtitiã, & ſtatum pœnitentis.

62

Subdelegatio data ad bñplacitũ delegati.qñ expirat.

Quarto, Quia quando delegatus Papæ ad tempus abſoluit aliquem, licèt expiret eius officium, talis abſolutus non reincidit,ergo,nec quando alius Confeſſor. Patet,quia Doctores communiter tenent, quòd generaliter ſubdelegatio iuriſdictionis data ad beneplacitum delegati,non expirat illo mortuo.ut probat latè Ant.Gabr.tomo.2.lib.7.tit.de præb. cõcluſ.1.§.20.& 29.pag.1576.& melius.§.33. Nihilominus ſi ſic contigiſſet alicui,crederem non in eadem peccata, quia abſolutè fuit abſolutus,ſed in eaſdẽ cẽſuras,& uota reincidiſſe.

63

Quis diſpẽſat in uoto Hieruſal. quo tñ ex deuotione, &c.

Quæritur,Quid ſi aliquis emiſit uotum Hieroſolymitanum,Compoſtellanum,uel ſimile, tantum cauſa deuotionis,& non in ſubſidium dicti loci,ut quia promiſit offerre,portare,uel aliquid facere,& poſtea petit tale uotum ſibi commutari;Reſpon. ſecundùm gloſſ.quam refert, & ſequitur Abb.in cap.Ex multa.de uoto.Armil.uerbo diſpenſatio, nume.16.tale uotum poſſe per Epiſcopum diſpenſari.facit ſumma Cõfeſ. lib.1.tit 8.quæſtio.70.

64

Votũ cõtra prius iuramẽtum nõ ualet.

Quæritur, Quid ſi aliquis iurauit alicui puellæ,ducere illam uxorem,& poſtea pœnitendo, mutauit animum,& uouit perpetuam caſtitatem, utrum teneatur ad uotum, uel iuramentum? Reſp. ſecundùm Hoſtien.libro.4.ſummæ.Rubr.6. & Gauſred.quos refert,& ſequitur ſũma Confeſſ. lib.1 tit.8.q.33.quòd tenetur ſeruare iuramentum factũ non obſtante uoto ſubſequuto. uideat tamen Concilium Elibertinũ. cap.54.

In re ſua quilibet moderator.

Ratio eſt, (licet illi non dicant)quia,quemadmodũ in re ſua, quilibet eſt moderator & arbiter, ſic à contrario,in re non ſua diſponere non poteſt, cũ autẽ talis puella per iuramentum ſibi factum,& à ſe acceptatum,actionem aliqualem acquiſierit in iurantem.(ut ſupra de uoto diximus) uidetur talẽ nõ poſſe mutare conſilium in præiudiciũ ſui creditoris.

De illo qui uiolauit uirginẽ, & poſtea &c.

Ex quibus confirmatur opinio mea,quam olim in Hiſpania in quadam concertatione defendi contra quoſdam,uolẽtes tenere illum, qui poſt dictum iuramentum etiã puellam violauit,liberari per caſtitatis perpetuæ promiſſionem:quod reputaui,& reputo falſum.

65

Quid ſi contra uotũ primũ iurauit

Sed quid ſiècontra, prius votũ emiſerat caſtitatis,& poſtea contrahere cum illa iurauit? Reſpon. in tali caſu votum prius omnino eſſe ſeruandum,& de temerario iuramento iurantem eſſe puniendum. ſecũdùm tex.in cap.Rurſus.de uoto. & Hoſtien.gloſſ.ibidem. quem refert, & ſequitur ſumm.Confeſſ.ſupra.& quæſt.20.

66

Fractio uoti,uel iurã. de re minima an ſit mortale.

Graue inter Doctores graues uertitur dubium,conſideratione & declaratione dignum:Vtrum,Ille qui fregit uotum, vel iuramentum de re minima peccat mortaliter?Reſp. In hac quæſtione, aliquid eſſe certum,& ab omnibus approbatum,& aliquid dubium & uentilabile.Illud ab omnibus eſt receptum, ut proba

ex.

ex.S.Thom. & alijs Nauar. cap.11.
Minima quãtitas excuſat a mortali. nume:4.& nos in Candelabro Au-
reo,in diuerſis locis; minimam quã-
titatem in quacunque materia reſ
pectu totius non obligare ad morta
le.Sic in hac quæſtione,oẽs conclu
dunt,quòd quando quis uouit dice
re vnam coronam,& omiſit vnum,
duo, vel tria Pater, & Aue Maria,
Exẽpla de minima quantitate. non eſſet mortale. Quemadmodum
ſi quis emiſerit uotum dandi quo-
tidie eleemoſynam unius ſcuti, &
omitteret,minimam partem. Que-
madmodum etiam ſi uouit, uel iura
uit amplius nõ furari ex tali uinea,
horto,uel domo, & tamen poſtea
furauit rem minimam.Item, ſi ali-
quis uouit,uel iurauit,amplius non
ludere,& poſtea ludit rem minimã.
In quibus,& alijs ſimilibus caſibus
non eſt peccatum mortale,quia reſ-
pectu totius eſt tranſgreſſio in mini
ma quantitate.Ita tenent omnes,ma
xime Caietan.2.2.quæſt.89. articu.
lo.4.S.Anton.2.par.titu.10.c.4.§.1.
Syluest.iuram.4.q.1.Sot.libro.8.de
iuſt. & iure. q.2.articu.1 .Nauar.in
Manual.capit.12.numero.10.& 40.
Cordub.in ſumma.quæſt.188. Ar-
milla,& alij, Quia votum, & iura-
mentum ſunt tanquam lex quædam
particularis,cui, vouens, vel iurans
voluit voluntariè ſe ſubijcere, & ſi
Votũ & iuramentũ ſunt tanq̃ lex particularis &c. bi imponere. Quæ tamẽ lex ad plus
obligare non debet quàm lata ab
ipſo Deo,& ab Eccleſia ſtatuta.Lex
autem Dei,& Eccleſiæ,in minimis.
ad mortale non obligant, ergo nec
iſta particularis quam,uouendo,ali
quis ſibi imponit.
67 Difficultas autem, & contentio
De re minima q̃ ẽ totũ verſatur inter Doctores,quãdo quis
emiſit votum rei minimę. quæ res
minima in ſe eſt totum, vt v.g.ſi qs
vouit recitare quálibet die vnum
Pater,& Aue Maria:uel facere elee-
moſynam quotidie unum quatri-
nium Vtrum omiſſio iſtius rei mini-
mę,ſit peccatũ mortale, vel non? Re
ſpo:Duas opiniones eſſe in hac quę
ſtione contrarias. Sotus enim ſup.
& Nauar. nu.40. ratione communi
de qua ſupra tenent, tantum eſſe ve
niale peccatum.Caiet. autẽ,& Cor-
duba, ſupra, partem tenent contra-
riam, ſcilicet eſſe mortale peccatũ.
Primo, quia frangere uotum vel iu-
ramentum de re minima, eſt frange
re illud in totũ, & notabiliter,que- Pecca. Adæ de re minima.
madmodum contigit parenti pri-
mo Adæ.
Secundo, Quia mortaliter delin- 68
quit Religioſus proprietatem habẽs Religioſus habẽs proprietatẽ in pauca quãtitate,&c.
etiam in parua quantitate,quam ſu-
perior petit & vult,& ipſe negat. Et
etiam inobediens in parua re,quam
ſuperior præcipit,ſub præcepto obe
dientię,vel pœna excommunicatio
nis ipſo facto.ergo idem erit de illo
qui paruam rem uouit, vel iurauit.
Quibus omnibus penſatis,licèt opi
nio Soti & Nauarri,probabilis ſit,&
meo iudicio,mitior, & conformior
diuinæ bonitati: Secunda tamen eſt
ſecurior,propter d. rationes,& tan-
torum Doctorum auctoritatem. 69
Quæritur vtrum ille qui uouit a- De eo q uouit animo uouẽdi, ſed ſine animo adimplẽdi &c.
nimo uouendi, ſed non cum animo
adimplendi votum,ſit obligatus ta-
li uoto ad implendum promiſſum?
Quæſtio eſt grauis; quamuis à Na-
uarro,Manual.c.12.nu.27.leuiter ta
cta. Reſp. tamen in ea duas eſſe Do-
ctorum opiniones.Caietan.enim 2.
2:q.88.ar.1.quem refert,& ſequitur
Nauar.ſupra, & Sotus, & alij quos
refert Corduba infra partem tenent
negatiuam,ſ.non obligari.Syl.autẽ,
verbo, Religio.3.q.6. & 9. & Sotus
lib.8. de iuſt. & iure q.1. art.2. pag.
618.quos refert,& ſequitur Cordu.
in ſumma quæſ.145.contrarram te-

nent opinionem, ſ. non tantum obligari, ſed etiam peccaſſe talem promiſſionem fraudulentam faciendo, quã dicit Cord ſecuriorem, uerioremque opinionem.

70 Helcheſeitarũ error dãnat⁹. & qualis.

Quæ mihi talis videtur, cum ex abundãtia cordis loquatur os. 2. qa videtur confirmari ex D. Fabiani p ciſione, qua damnatus fuit error Helcheſaitarum, qui affirmabant Chriſtum in tormentis negari poſſe, ſine peccato, modo corde credatur, ut habetur in Euſeb. o. li. 7. c. 38. & traditur in legenda SS. Fabiani, & Sebaſtiani die 20. Ianuarij, & tradit Paul. Grytal. in li. Deciſion. Cathol. in iudice Hæreticorum, num. 258. in principio libri.

71 Quid de uoto ieiunãdi. p totã uitã

Quid ſi iuuenis aliquis, vel puella 14. vel 15. annorũ voto ſe aſtrixit ieiunandi omnibus diebus vitę ſuę Reſp. ꝙ quamuis videatur tale votũ tanquã indiſcretum, & nimis ſernatu difficile, in totum non poſſe ſeruari, ideoque talem voventẽ ad id in totum non teneri, tenebitur tamẽ illis dieb. ieiunare, quibus, abſque detrimento corporalis ſalutis, officij, exercitii, vel aliarum rerum ſtatum ſuum, vel familiam tangentiũ, pot erit. vt ait Sotus li. 8. de iuſt. & iure q. 1. art. 3. Cord. ſum. q. 151. quapropter, ut in totũ ab hac obligatione, quæ abſque dubio periculoſa eſt, talis vouens liberetur, melius erit diſpenſationem mixtam cũ aliquali commutatione procurare, quam cõcedere poterit Epiſcopus, & Religioſi mendicantes per ſua priuilegia non reuocata, vt ait Sylu. uerbo, votum 4. q. 6. & 8. Nauar. cap. 12. nume. 79. uerſi. Vndecimo. Cordub. ſupra.

72 Qualiter diſpẽſãdũ ſit ca li uoto?

Quæritur quid de illo, qui poſtquam votũ ſimplex Religionis emiſerat, ante ingreſſũ religionis Epiſcopus creatus fuit? Reſp. de hac quęſtione agere S. Tho. 2. 2. q. 189. artu. 3. ad 1. quem refert Armil. uerbo, Epiſcopatus. num. 10. Caietan. 2. 2. q. 189. art. 3. Vict. & alij Theologi, quos refert Corduba in ſumma. q. 153. Syluest. uerbo, Religio. 2. n. 20. & alij, qui omnes ex c. penul. de uoto, concludunt talem Epiſcopum teneri renuntiare Epiſcopatui, & ingredi religionẽ, quia in d. c. ſic habetur: Nos igitur tuæ diſcretioni conſuluimus, ut ſi tuam ſanari conſcientiam deſideras, regimen reſignes Eccleſiæ memoratæ, ac reddas Altiſſimo uota tua. Quod ſi poſtmodum capitulum Eccleſiæ te duxerit eligẽdum, electionem de te factam recipere poteris. Hæc ibi. De facto Epiſcopo poſt uotum religionis.

Sed contra hanc communem ſolutionem, aliquæ poſſunt dari obiectiones 1. Qui emiſit uotũ ſimplex ingrediendi aliquam religionem in particulari, & poſtea aliam laxiorem ingreſſus ſuit, & profeſſionem fecit, ſatisfecit quidẽ voto licet peccauit, ut ait tex. in c. penul. de regul. lib. 6. S. Thom. 2. 2. q. ſin. ar. pen. Archid. cõmuniter receptus ſecundũ Nauar. c. 12. num. 48. ergo qui iam fuerat factus Epiſcopus & c 2. Epiſcopalis ſtatus, ſecundum omnes, religione perfectior eſt, ideo religioſus tranſire poteſt ad Epiſcopatum, quia aſcendit, Epiſcopus uero, ſine licentia Papæ ingredi religionem non põt, quia deſcendit, ut ex tex. in c. licet. de regular. & c. ſcias. 7. q. 1. & c. 1. 18. q. 1. patet, & probant omnes, maximè Aluarus Pelagius de planct. Eccleſiæ lib. 2. c. 21. 73 De illo qui uouerat unã religionem & profeſſus eſt aliam. 74 Epiſcopalis ſtatus dignior.

Tertia, quia ſecundum tex. in c. ſcripturæ, de uoto. non dicitur uotum frãgere, qui in melius commutauit. ergo, hic Epiſcopus, non debuit Epiſcopatui renuntiare. Docto 75 Non frãgit uotum qui in melius commutat.

res

res variè ad has difficultates reſpondent, vt Abb. & alij in d.c.penul. Caiet. & alij ſupra. Quorum reſponſionibus non obſtantibus, ex Hoſtien. reſpondit Cord. ſupra, talem Epiſcopũ fuiſſe notabiliter in mora adimplendi votum illud religionis expectando ambitioſe ſuam promotionem in Epiſcopum, quapropter Epiſcopatum per ambitionem acceptauit, vt patet (inquit ille) in d.c. Et quãuis macula illa pœnitentiæ Sacramẽto poterat aboleri, abſq; religionis ingreſſu, quia tñ publicus erat, corã Eccleſia talis defectus, ideo Papa reſpõdit talem debere religionẽ ingredi, ſicq; ſuo uoto ſatisfacere,

Quibus omnibus non obſtantibus, mihi ſic videtur eſſe reſpondendũ. ſ. ſimpliciter illum qui prius votũ religionis ſimplex emiſerat, factus Eps, non teneri ad religionis ingreſſum, vt probant obiectiones ſupra.

76 Declaratur tex. in c. penul. de uoto.

Ad tex autem in d.c.penul. ſic cẽſemus reſpondendum, ſ. hunc eſſe caſum particularem in d.c. Nec mirũ, quia ille Epiſcopus ſe Deo uouerat ſolemniter, i. publicè in fauorẽ illius Religionis, cuius uotum ſuperior acceptauerat ſtipulãdo. Et ideo cum ab illis religioſis fuiſſet requiſitus de primo voto, quod coram eis emiſerat, poſtea ſecundum emiſit votum intra duos menſes ingrediendi. Quod probatur ex eo, quod ſup. diximus de voto facto in fauorẽ alicuius pij loci. 2. probatur clarè ex ratione quam adducit Gloſ. 1. ibid. ſ. quod ideo illi religioſi tenebantur illũ recipere, quia ille tenebatur ingredi. &c. & hic mihi vr verus ſenſus.

77 Vtrum per Iubilæum poſſint commutari uota aliàs commutata.

Quæritur, vtrum per Iubilæum, vel alia priuilegia cõcedentia votorum commutationem, poſſint commutari uota, quæ iam fuerunt aliàs per poteſtatem habentem commutata. vt v.g. emiſi uotum ieiunãdi in perpetuũ qualibet feria ſexta, in pane, & aqua: fuit mihi uotum commutatum ab Epiſcopo, vel confeſſore, ut qualibet feria ſexta facerem miſſã pro defunctis celebrare. Quæritur utrum per Iubilæum. &c. Reſpon. quod quamuis prima commutatio fuerit legitimè facta in illas Miſſas ꝑpetuas, nihilominus iñ poterit per Iubilæũ, & alia priuilegia id cõcedentia, & per Bullam cruciatam pro Hiſpanis, iterum commutari. tenet Cordub. in ſumma q. 150.

Ratio mihi uidetur clara, quia cui conceditur quod eſt plus, conceditur in eadem materia, quod eſt minus. Regula cui conceditur. de reg. iur. in 6. cum ibid. notatis. Si per tale Iubilæum uel priuilegium conceditur eorum votorum commutatio, quæ omnem uim & robur ad ſui obſeruationem habebant, quare ergo eadem met uota, iam aliquantulũ per cõmutationẽ primam molificata, & modificata, non poterunt per dicta priuilegia, quæ ampliorẽ cõcedunt facultatem, iterũ commutari? 78 Cui conceditur plus, qualiter cõcedatur minus.

Ad complementum eorum, quæ de materia, uel tractatu uotorum, in principio tractatus propoſuimus notare primo oportet, quòd quamuis Doctores, ibidẽ citati, & alij omnes, complures ſcripſerunt tractatus de omnibus uotis, eorumque diſpenſatione, irritatione, & commutatione, pauca tamen de uoto paupertatis (quæ cõpluribus diſplicet, maximè illis de quibus dicitur: O mors quam amara eſt memoria tua homini pacem habenti in delitijs ſuis) apud eos reperiuntur, quapropter aliqua circa dictum paupertatis uotum adducemus. 79 Paupertas, diſplicet, & quibus.

Secundo nota, materiam ferè omnem de paupertatis uoto, eſſe in 80 Votum paupertatis tangit Concil. Trid.

Conc.

Conc. Trid. ſeſſ. 25. De regularibus. cap. 2. quo ad ipſos regulares tangit, mirabiliter tractatũ: prout ante fuerat in cap. 1. & cap. cum ad Monaſterium. de ſtatu. Regul. uide etiam de paupertatis materia. S. Bonauen. tom. 2. opuſc. in ſpeculo diſciplinæ. cap. 4. & tractatu. in Regula nouitiorus. cap. 4. & in lib. ſpeculum conſcientiæ. cap. de concupiſcentia diuitiarum. Ioan. Gerſon. 1. par. alphabeti. Thõ. de Kempis, libello de paupertate. folio, mihi. 274. Aluar. Pelagius de plãctu Eccleſiæ. lib. 1. c. 67. & lib. 2. cap. 65. & 56. S. Clemẽtem de conſtitution. Apoſtol. latè Cordub. in ſumma. q. 54. Paulum Gryſ. uerbo paupertas. Nauar. in tract. de tribus uotis Religionis.

81 Quæritur utrum Sancti Apoſtoli uotum aliquod emiſerint, maximè paupertatis, de quo loquitur? Reſpõ. primo, quo ad noſtrum propoſitum, ſanctos Apoſtolos votum paupertatis emiſiſſe, per illa uerba Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia. ſuper quæ verba illud affirmat S. Auguſt. quem refert, & ſequitur, magis rationibus defendendo Aluarus Pelagius d. c. 58. ubi ſic ait: Quoniam cõſilium conſiliorum, quod eſt forma, & perfectio, ſeu conſumatio aliorũ conſiliorum; non eſt dubium Apoſtolos præcipuè obſeruaſſe: Aliter enim Apoſtoli non fuiſſent in apice perfectionis; quod eſt erroneum: cũ de ipſis præcipuè dixit Dominus. Ioan. 17. Vt ſint conſumati &c. facit. 24. q. 2. c. 2.

Vtrum Apoſtoli fecerint uotũ aliquod.

Apoſtoli fuerunt in apice perfectionis.

82 Sed votum eſt conſilium conſiliorum, forma, & perfectio conſumatiua eorum, quia uotũ cadens ſuper quodcunque conſiliũ Euangelicum, reddit ipſum eſſentialiter perfectius, & Deo acceptius, eo quòd per liberam obligationem offertur uoluntas Deo, tantum actu; per uotum autem, offertur uoluntas Deo actu, & potentia, quod eſt multo fortius. Et ita perfectio totius ſpiritualis ædificij conſummatur in perfectione uoti: ſicut arca Noë fuit conſummata in cubitu uno. Geneſ. 6.

Votum eſt conſiliũ conſiliorum.

Reſp. ſecundo, ſanctos Apoſtolos non tantum vouiſſe paupertatem, vt dictum eſt, ſed etiam quodlibet trium conſiliorum Euangelicorum, ſcilicet, obedientiam, Matth. 19. Et ſequuti ſumus te. Et caſtitatem, 31. diſt. omnino. Et proprietatis abdicationem, ut d. c. 19. Matth. Ecce nos reliquimus omnia.

Arca Noe conſumata in uno cubito.

Cum omnes Epiſcopi loco ſucceſſerint ſanctorum Apoſtolorum quæritur utrum diſpenſetur cum religioſo profeſſo cum ſit Epiſcopus, in uoto paupertatis quod prius emiſerat? Reſp. quod quamuis Nauar. in Apologia de redditib. Eccleſiaſt. q. 3. monito. 12. num. 2. teneat quòd nunquam cum tali diſpenſatur, ſed datur ei, abſq; dominio, libera poteſtas diſtribuendi, quod prius tenuit. S. Tho. 2. 2. q. 88. ad 4. arg. & q. 185. ar. 8. quem refert Sotus infra, & Alberic. verbo, Religio. verſi. An cum religioſis. & refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3 tit. 28. q. 4. vbi dicit ſecundùm Hoſtien. & conſuetudinem Epiſcoporum religioſorum, ita eſſe ſeruandum. idem tenet Silu. uerbo, Religio. 6. num. 10. per tex. in c. officia. de uita, & honeſt. cler. Armil. verbo, Religio. n. 25. Cõcordat Paul. Gryſal. in ſi. Deciſiones. uerbo Religionis, nu. 17. Sotus tamen lib. 10. de iuſt. & iure. q. 5. art. 7. contrariam tenet opinionem, immo liberum eſſe à paupertatis uoto, quam opinionem aliqui dicunt communem: vide Nauar. ſupra q. 2. monito. 10. & q. 3. & monito. 11. 12. & 14. 83

Vtrum diſpenſetur cum religioſo facto Epiſcopo in paupertatis uoto?

Quæritur,

84 Quæritur, vtrum religioſus profeſſus poſſit aliquid alteri donare? Reſp. Talem religioſum, (cum non acquirat rerum dominium quemadmodum nec ſeruus) minime poſſe, abſq; ſuperiorum licentia tacita, uel expreſſa, aliquid donare, ſecundum communem omnium, & tradit latè Nauar. per totum lib. de tribus votis. & lib. de redditibus. q. 7. §. 7. n. 30. An autem ſit mortale peccatum, uel veniale? Reſp. quod quemadmodum in omni materia, parua quantitas excuſat à mortali, ut ſupra dictum eſt, ſic in præſentiarum donare, uel alienare paruam rem, uel quantitatem tantum erit, regulariter loquendo, ueniale peccatum.

Vtrum religioſus profeſſus poſſit aliquid donare.

Et ꝙ peccatum erit?

85 Quæritur quid, ſi aliquis religionis ſuperior, ſ. Prior, Guardianus, &c. conceſſit licentiam alicui religioſo retinendi aliquam rem, & tamen dictus religioſus illam occultat, ne ſequēs ſuperior uideat, & auferat? Reſp. talem religioſum peccare contra votum paupertatis. S. Bonau. in lib. Speculum conſcientiæ. c. de concupiſcentia diuitiarum. Dionyſ. Cartuſ. in opuſc. de reformatione clauſtrali. c. 14. citans pro hoc S. Baſilium, Hieron. & Benedictum, dicentes religioſum accipientem aliquid a parentibus, uel (quod peius eſt) recepta occultantem peccare contra paupertatem. quod S. Augu. uocat furtum, vide etiam Cartuſianum. c. 89. num. 15. & opuſc. de profeſſione monaſtica. c. 11. quia occultans aliquid ſine ſuperioris permiſſu, proprietarius cenſetur S. Anton. 3. par. tit. 16. c. 11. §. 11. Sylu. uerbo, Religio. 6. §. 7. Armil. Religio. §. 7. & alij multi.

Quid ſi rē ſibi conceſsā ab uno, alteri ſuperiori occultat?

86 Quæritur quid, ſi aliquis religioſus ſit beneficiatus, utrum poterit quicquid ſibi ſuperfuerit, de cōgrua portione, pro libito alijs donare? Reſp. poſſe, ſaltem ex conſuetudine, quæ vim habet legis. & ita colligitur ex c. cæterum. de Donation. Nauar. in tract. de redditibus Eccleſiæ. q. 1. §. 29. num. 83.

De religioſo beneficiato.

87 Quæritur, utrum quando alicuius religionis Prælatus mittit religioſum longius, deſignata, vel conſtituta ſibi certa quantitate pro quolibet die, menſe, uel anno, poſſit talis religioſus, quod ſibi reliquerit, parcius ac moderatius viuens, alicui pro libito donare? Reſpon. quod ſic. Primo quia ex eo ꝙ ſibi quantitatem certā pro victu aſſignauit, uiſus fuit Prælatus ſibi interpretatiuè indulgere facultatē donādi illud. 2. Quia gratius, atq; acceptius erit Deo, ac ab ſuperiori, vt religioſus parcè viuens, donare poſſit, quam guloſè totum conſumat. Nauar. in lib. de redditib. Eccleſiaſt. q. 1. §. 29. num. 83. & in Apologia de redditib. q. 1. monito. 30. num. 6. & in Manuali. cap. 17. num. 105.

De religioſo iter agenti & donante. &c.

88 Vnde idem iudicandum erit de monacho, quem ſuperior mittit ad Academiam, ſub certa impenſa pro quolibet anno, uel menſe. ſ. ut Nauar. ſupra q. 3. monito 11. ad fin. & Sotus lib. 7. de iuſt. & iure. q. 5. art. 3.

De Monacho in ſtudio miſſo.

89 Quòd uero cenſeatur licentia interpretatiua donandi, dum ſuperior abeſt, colligitur ex conſuetudine religionis, quòd ſciunt, & tolerant ſuperiores.

Licentia interpretatiua.

90 Sed quæritur, vtrum ſuperiores religionum ſic obligētur voto paupertatis, quemadmodum religioſi inferiores? Reſpon. eodem modo, & uoto ligatos eſſe. Ita ꝙ nullo modo poſſunt bona monaſterij diſtribuere, niſi iuxta Regulam. Ioan. Maior. in 4. d. 8. q. 2. Nauar. in Apolog. de redditib. Eccl. q. 1. monito. 61. nu. 1.

Vtrum ſuperiores obligentur ad paupertatē, ſicut inferiores?

Ex qui-

91 Ex quibus, & communi Doctorũ aſſertione infertur, ꝙ ſi religioſus aliquis appropriet ſibi rem ab alio datam,& multo magis rem conſilij, quam defert in aliquod monaſteriũ, peccat contra uotum paupertatis præter furtum in re notabili. Secus ſi paulatim accipiat ſculenta,ſ.papyrum,calamum,librum aliquem &c. Quod probatur,quia contra votum eſt non tantum habere dominium, ſed etiam liberam adminiſtrationẽ abſq; licentia. In rebus tamen parui momenti eſt conſenſus ſuperioris interpretatiuus, & debitus.

De religioſis furantibus minima.

92 Vltimo in hoc tractatu quæritur quis poſſit uota irritare? Reſpon.1. Vota dupliciter conſiderari; aut enim ſunt perſonalia, uel realia:Perſonalia ſunt, quæ propriam uouentis perſonam tangunt, ut ſunt ieiunia,peregrinatio,religiones &c. Realia illa dicuntur quæ rem familiarẽ compræhendunt, ut facere Miſſas celebrare,eleemoſynam largiri &c. Quibus uiſis, Reſp. ſecundo, quòd quamuis Pater licitè,ſine cauſa,poſſit uota perſonalia filij, uſq; ad 14. annum, Realia uerò vſq; ad uigeſimum quintum,irritare,ut ex S.Tho, 2.2.q.88.ar.8.Inno.Hoſtien. Raym. & alijs probat latè Summa Conſ. lib.1.tit.8.q.30.Sylu. Armil. & alijs, maximè Nauarrus. Manual.c.12.nu. 64. Sotus lib.7. de iuſt. & iure.q.3. art.2.& communiter omnes: Nihilo minus tamen, ſatis probabile putãt quidam moderni Doctores, quòd ſi filius maneat ſub patria poteſtate non emancipatus, licèt excedat 25. annum,uel trigeſimum, poſſe patrẽ eius uota realia irritare.pro quo uidetur facere.l. ſi quis iam. §. uoto.ff. de pollicitation.ubi Glo.quęrit:Cur hic maior poſſit obligari homini firmiter, & non Deo? Reſp quia mitius agitur cùm Deo, quam cũm homine.Cord.in ſumma. q. 133. fauet Sylu.uerbo,Emancipatus,& uerbo, uotum.3.§.6.

Quis poſſit uota irritare?

Vota perſonalia & realia.

Pater quæ uota realia filii, &c.

Quid de filio nõ emãcipato?

93 Probatur, quia uotum religioſi, vel vxoris excedentis 25. annum,irritatur à Prælato, uel marito, quia ab illo pendet voluntas inferioris. Sed uoluntas filij non emancipati, pendet à patre circa res,ergo.

Vota uxoris & Religioſi quis,&c.

94 Confirmatur, quia ſi filius faciat teſtamentum, etiam abſque præiudicio duplicatæ tertiæ partis, quæ (maximè per leges Hiſpaniæ) obuenit patri,nihil ualet,niſi ſtat ex conſenſu patris. ut probat Didacus Perez (Magiſter meus colendiſſimus in iure canonico) in l.1.tit.1.lib.5. ordinamenti Regij. pag. 62. col. 1. in initio.

De teſtamẽ. filii famil.

95 Verum tamen eſt ꝙ alij contractus iuramento firmati,ſi fiant ab illo qui maior eſt uigintiquinque annorum, ualent, tex.l. ſi quis maior. C. de actionib. tradit Couar. lib. 4. de ſponſal. 2. par. cap. 6. in initio. num. 2. Didacus Perez.leg. 1.tit.6. lib.8. ord.

Contractus iurati a maiori 25. annorum.

96 Quæritur quid poſſit tutor, uel curator circa uota ſui pupilli? Reſp. ſecundùm omnium communem, eandem poteſtatem habere,ſicut illa;quam habet pater, ut probant omnes Summiſtæ uerb. Tutor, & curator. & uerb.uotum. Aluar. Pelag. lib.1.c.49.Nauar.c.12.n.64.

Quid poſſit tutor uel curator &c.

97 Quæritur, utrum fœmina poſſit uota irritare?Reſp.quod quãuis Nauar & Sotus infra. obſcure loquantur, dicendum tamen eſt quod fœmina,etiam ſi ſit mater, non poteſt irritare uota filiorum,niſi ea quæ fuerit tutrix.Non poteſt autem eſſe tutrix niſi mater,uel auia; ut colligitur ex Soto l.7.de iuſt. q. 3. ar. 2.& clarius arti.1. col. 3. Syluest. uotum.4. §.1. in initio

Vtrum fœmina poſſit irritare?

in initio.& verbo, Rel gio.2. §.13. Summa Confeſſ.lib.1.ti 8.q.30 Nauar.ſupra.§.Tertio:ibi:Quoniam pater,& mater,quæ deficiente patre,il li ſuccedit,pondera uerbum,quæ il li ſuccedit.& ſuperius.ibi. Mater, quæ tutelam filiorum.&c.Vnde colligitur,q ſi pater eſſet in India, mater quæ habet adminiſtrationem bonorum,cenſetur ſicut nutrix, atque ideo poterit ſuorum filiorum vota irritare.

98 Abbatiſſa q̃ poſſit circa uota.

Secundo colligitur Abbatiſſam tanquam matrem tutricem, ſuarum monialium vota poſſe irritare ex formali,uel virtuali ſuorum Prelatorum conceſſione, tenet expreſsè F.Fráciſcus de Alcoce.in ſumma c. 16.fo.56.nullo alio citato Doctore.

Et vt omnia ſupradicta melius intelligantur,quia Doctores multi cōfusè loquuntur ſequentibus aſſertionibus res omnis clarior fiet.

99 Reſolutiō clarior dictorum.

Prima,Pater,& eo deficiente,vel abſente mater,tutrix,poterit irritare omnia vota realia filii vſque ad 14.annum,& filiæ uſq; ad 12.& omnia vota perſonalia quę dicto patri, vel matri præiudicant,aliàs non.

Secunda,Idem per omnia eſt intelligendum de tutore,& curatore.

100 De marito, & domino, &c.

Tertia Maritus etiam poteſt vxoris vota,& dominus uota ſeruorū, & Abbas,uel alius prælatus uota religioſorum irrita acere.c.illud. 20. q.1.c.Mulier.32.q.2.& c.puella.20. q.2.& c.Mani feſta & c.nolunt. 33. q.5.cum ſuis Gloſſ.Nam,vt rectè ait S.Th.2.2.q.88.ar.8.Nullus, qui alterius ſubditur poteſtati,poteſt emittere votū,quod ualidum ſit in eis,in quib.ille ſubijcitur,abſque eius cōſenſu,uel licētia tacita,uel expreſſa,

Pro quo eſt ponderandum uerbum illud,in quibus ille ſubijcitur, Nam dę alijs rebus uxor,filius,religioſus.& ſeruus vouere poterunt. quæ nota minimè irritari poſſunt ſecundum communem. quam refert, & ſequitur Nauar. (optimè contra alios)c.12.nu.64.§.maritus.

Sed quæritur. Quid filius ante 14.annum,uotum emiſit Religionis,quod tamē, elapſo 14.anno nō confirmauit,uel ratificauit. Vtrum pater tunc poſſit tale votum irritare?Reſp.q quamuis Sotus.lib.7.de iuſt.& iure.q.3.ar.4.& Alcocer in ſumma.fol.55.dicant q non uerius videtur q poſſit pater,vel tutor, ut probat egregie Caiet.2.2.q.89.ar.5. quem refert,& ſequitur Nauar.Manual.c.12.n.71.& ſic tenuerūt olim Magiſtri mei,quibus aſſentimur. 101 De filio qui ante 14 ānū uotū fecit religionis.

Quarta a ſeruo.Papa,ſicut & p̄latus religionis,poteſt uota religioſorum,non ſolum diſpenſare, ſed etiam irritare, non ſic autem vota laicorum.ita colligitur ex Caietano Soto,Nauarro,& communi omniū. Et cum his ſatis de uoto. Papa q̃d circa uota religioſorū.

CAPVT XV.
Vel Tract.

De Ieiunio Quadrageſimæ, & cibis prohibitis.

DIXIMVS,quaſi per tranſenam,in Candelabro Aureo de Euchariſtia. Euchariſtiam eſſe ſumēdam à ieiuno. Quamobrem quæritur.quotuplex ſit ieiunium?Reſpō.Duplex,vel(ſi altius aſcendas)triplex,Primum dicitur ieiunium naturale,quod(vt ibid.diximus)requiritur in bene ualentibus ad communicandum, vel celebrandum, & ſeruatur hoc modo, quod à media nocte præcedenti,cōmunicaturus nullum cibum, vel 1 Ieiunium quotuplex? Ieiun. naturale quod?

potum, etiam in minima quantitate ſumere poteſt. S. Th. 2. 2. q. 147. art. 1. ad 3. Sylu. ieiunium. nu. 3 Armil. Nuarr. & omnes, & rurſus S. Tho. 3. par. q. 80. artic. 8.

2 Ecclefiaſticum quod. Secundum dicitur Eccleſiaſticũ, (de quo hic noſter ſermo) quod ſeruari debet, vt infra uidebis.

3 Spirituale ieiunium. Tertium eſt, & dicitur ſpirituale (quòd ſancti ſummè deſiderant) eſt que abſtinere à uitijs, & concupiſcentiis. de quo ieiunio uide mirabilia per Aluar. Pelag de Planct. Eccleſiæ li. 2. c. 2. & 52. quod magis elegit Deus. Iſa. 58. Nonne hoc eſt ieiuniũ quod magis elegi. Diſſolue colligationes impietatis; ſolue faſciculos depriměẽtes, &c. vide tex. in c. ieiunium de conſec. d. 5. S. Th. 2. 2. q. 147. ar. 2. ad 1.

4 Quæritur, utrum ieiunare, uel à cibis abſtinere de per ſe (abſq; præcepto) ſit utile, & ſalutare? Reſp. vtiliſſimum, neceſſarijſſimumque eſſe tã quo ad corporalẽ, quã quo ad ſpiritualem ſalutem: quo ad ſpiritualem, quia habemus multos, forteſq; inimicos, qui ieiunio debellãdi sũt exemplo Chriſti, qui poſt ieiunium inimicum uicit. Matt. c. 4. & Luc. 4. Ieiunauerunt Moyſes, & Helias. Deu. 9. & 4 Reg. 19. Iudith, Samuel, Dauid, Prophetæ, & Apoſtoli, & sãcti Anachoritæ. Item ieiunium infinita habet bona quorum aliqua explicat D Auguſtin. ſermone de ieiunio, ſic dicens. Ieiunium purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum, & humiliatũ, cõcupiſcẽtiæ nebulas diſpergit, libidinũ ardores extinguit, caſtitatis uero lumen accendit. D. Baſilius: volẽti pũgnas tentationum ſuperare, ſobrietas neceſſaria eſt. D. Hieron. Sanat vulnera, ſanatosque ſanctificat ieiuniũ. Idem ad Demetriadem: Ieiuniũ non ſolum perfecta virtus, ſed cæterarum virtutum fundamentum eſt, & ſanctificatio, & pudicitia, atque prudentia, ſine qua nemo videbit Deum. Multa tradunt Sancti, maximè Bernar. ſerm. 38. S. Chryſoſt. ſuper Matt. S. Greg. in Paſtorali. S. Leo Papa, in ſermone de Aduentu, qui complura ve ieiunio tradunt cõducentia ad ſalutem animarum, virtutum augmentum, vitiorumque extirpationem. Maximè cum ieiunium inſigne medicamentum ſit contra vitium Gulæ, de quo lamentabatur S. Serapio dicens: Tribus creditoribus pater meus me obligatum dimiſit, à duob. ſcilicet à luxuria, & auaritia expeditus ſum. ſed à tertio, ſcilicet vitio gulæ continuè ſatisfaciẽdo nequeo liberari. Refert Aluar. Pelag. d. cap. 52.

Infinita ferè ſunt etiam commoda quæ ſanctum ieiunium corporũ noſtrorum ſanitati adducit; quæ videre poteris in tex. in c. Nihil enim. cum multis ſeq. de confecr, diſtin. 5. 6 Ieiuniũ cor porib. affert commoda.

Quæritur vtrum ſit præceptum de ieiunio in Eccleſia Reip. Quod, quamuis Nauar. Manuali. cap. 21. nume. 11. verſic. Nec obſtat, dicat, non eſſe legem vllam Pontificiam, vel Conciliarem, quæ per verba præceptiua, ieiunium præcipiat; In multis tñ Concilijs inueniuntur præcepta diuerſa ieiuniorum tẽpora. S. enim Calixtus Papa, & Martyr immitando Zachariam Prophetam, ca. 8. Vbi ait: Ieiunium quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiuniũ decimi erit domui Iudæ in gaudiũ, & lætitiam, & in ſolemni. præclaras &c. quatuor Tẽporũ anni ieiunia iſtituit: Verno, ſcilicet Æſtiuo Autumnali, & Hiberno tempore, in quadam Epiſtola decretali, ſic dicens. 7 Vtrũ ſit præceptũ de ieiunio? 8 Quatuor Tẽpora unde & à quo inſtituta?

ces. Quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti, conuenientius nūc poſt quatuor Tempora fieri decernimus, vt ſicut annus per quatuor Tempora voluitur, ſic & nos quater nimn ſolemne agamus ieiunium per quatuor anni Tempora. unde etiam Concilium Magun t. ſub Carolo Magno. capit 34. ubi ſic habetur: Conſtituimus, vt quatuor Tempora anni ab omnibus, cum ieiunio obſeruentur, ideſt, menſe Martio, hebdomada prima, & feria quarta, & ſexta. & Sabbato ueniant omnes ad Eccleſiam hora Nona cum Litanijs ad Miſſarum ſolemnia. Similiter in mēſe Iunio hebdomada ſecunda, feria quarta, & ſexta, & Sabbato ieiunetur vſque ad horam nonam, & à carnibus, ab omnibus abſtineatur. Similiter in menſe Septembrio, hebdomada tertia. Et in menſe Decembrio hebdomada, quæ fuerit plena, ante vigiliam Natalis Domini. ſicut eſt in Romana Eccleſia traditum. Quod confirmatur in Conc. Trid. ſeſſ. 25. in fin, de delectu ciborum.

9 Apoſtoli Canonem fecerunt de ieiunio.

Sancti quoque Apoſtoli, vt patet canone 68, ſic ſtatuerunt: Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel diaconus, vel Lector, vel Cantor ſanctam Paſchæ quadrageſimam non ieiunat, vel quartū diem, vel Paraſceuē, præterquam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur. Si ſit autem laicus ſegregetur. Cōcilium etiam Grangenſ. cap. 19. ſic ait: Si quis eorum, qui exercentur abſque corporali neceſſitate, ſe inſolenter gerat, & tradita ieiunia, quæ communiter ſeruant ab Eccleſia diſſoluat, perfecta in eo reſidente ratione, Anathema ſit, & alia cōplura.

10 Ieiunium Eccleſiaſti...

Quęſtio vertitur grauior de Quadrageſimali ieiunio: Vtrum, Sit inſtitutum iure diuino, necne? Reſp. In hoc diuerſas fuiſſe olim priſcorum Sanctorum ſententias. Quidam enim ieiuniū Quadrageſimale magni facientes, atque ad Aſtra vſque, (vt Chriſtianos decet) extollentes, cogitarunt ieiunium traditionem eſſe Dominicam, & non humanam. D. enim Ambroſius ſer. 23. & 34. de Quadrageſima, Diuinum præceptū ieiunium Quadrageſimę autumat. Et in alio ſerm. ipſius, non humana cogitatione inuentum, ſed diuinæ maieſtatis præceptum, eiuſdem Quadrageſimæ ieiunium eſſe aſtruit. Quem imitatus magnus ille Leo, ſerm. 1. de Quadrageſima, diuinam inſtitutionē eſſe apertè nobis prædicat. Qui, ante annos mille, ſic ait: Non eſt leue peccatum fratres, indictam à Domino abſtinentiam Quadrageſimæ violarē, & ieiunia ab Eccleſia conſecrata, ventris voracitate diſſoluere. Idem tenet Auguſt. Epiſt. 119. cap. 15. ad Ianuar. & ſer. 1. feriæ 4. poſt Dominicam 2. Quadrageſimæ, Beda, Theophilus, Alexandrinus, li. 3. de Paſchate, quos refert Martinus Pereſius Aiala. de diuinis tradition. in cōſideratione de traditione ieiuniorū. D. Hieron cōtra Montanum. Epiſt. ad Marcellam. S. Ignatius Epiſt. 4. S. Epiphan. contra Arrianos. Sozomones li. 1. Eccleſi. Hiſtoriæ. cap. 11. quos refert Couar. lib. 4. uariarum. cap. 20. num. 4. tenet & defendit. F. Tholoſas, quem cum alijs refert Nauarr. Manual. ca. 21. num. 12.

cum utrum iure diuino.

Alij dicunt quod ſic.

Contrariam tamen opinionem, immo tātum eſſe iure humano Pontificio inſtitutum, tenet S. Thom. & communis Theologorum, quam refert, & ſequitur Martinus Pereſius, & Nauar. & Couar. ſupra dicens eſſe communiorem. 11

Alij quod tantum iure humano.

Dicunt tamē S. Aug. quem refert 12

 & ſe-

Conco:dia opinionũ.

& ſequitur Couarr. ſupra hanc diſcordiam, & controuerſiam poſſe ſic diſſolui, dicendo, lege Euangelica à Domino, & Redemptore noſtro Ieſu Chriſto præceptum eſſe ieiunium, generali quodam pręcepto, non tamen quibus, & quot diebus ieiunare teneamur. Quam concordiam, etiam tradit Pereſius. ſupra. & Nauar. Quibus ſtandum cenſeo, ob tantorum uirorum auctoritatem.

Difficultas de institutione ieiunij.

13 Quibus omnibus ſic habitis, magna grauor difficultate, quã nullus ſupradictorum, nec alius, quem uiderim, tetigit: Videtur enim mihi ieiunium Quadrageſimale clariſſimè fuiſſe a Domino præceptum: Cum loquens. S. Petrus, (ut tradit S. Clemens. de conſtitution. Apoſt. lib. 5. cap 13.) dicat plebi: Seruandum eſt à uobis ieiunium Quadrageſimæ, continens memoriam conuerſationem, & legislationis Domini. Pondera uerbum: legislationis.

Vlterius. & quod magis vrget. eo. lib. 5. cap. 16. loquens ſup. Ioannes Euangeliſta, & narrans omnem Hiſtoriam Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini, inquit: loquẽs de Chriſto: Præcepit nobis vt ieiunaremus ſex his diebus propter Iudæorum impietatem, atque iniquitatem: admonens nos, vt eos ob interitum lugeamus, atque deploremus. Etenim ille quoque illachrymatus eſt, ignorantibus tempus uiſitationis ſuæ. In quarta feria, & Paraſceue nobis ieiunium indixit, &c. Hæc Ioannes. ibi. vbi apertè patet ieiunium, ad minus, quo ad aliquos fuiſſe à Domino inſtitutum. Relinquo Doctori ſoluendum: ne cum audacia videar à cõmuni recedere.

Qui cibi, & quo iure, p

14 Quæritur, Qui cibi, & quo iure prohibeantur in Quadrageſima? Reſpon. primo eſſe differentiam inter Quadrageſimam, & Quadrageſimalia ieiunia. Quadrageſima enim, hodie generaliter dicitur à feria quarta in capite ieiunij, vſq; ad Dominicam Reſurrectionis excluſiuè. Ieiunia autem Quadrageſimalia, tã tum ſunt illi quadraginta dies, qui, demptis Dominicis diebus: ſunt à dicta quarta feria, vſque ad Sabbatum ſanctum incluſiuè.

hibiti i Quadrageſima.

Quadrageſima, & Quadrageſimalia ieiunia differunt.

Vnde infertur diebus illis Dominicis, ſicut nec alijs Dominicis totius anni, non eſſe de præcepto ieiunandũ. poterit tamen quis aliqua iuſta cauſa motus, ieiuuare. Dixi: aliqua iuſta cauſa: quia ſi quis die Dominico ieiunat ſtudioſè, ideſt ſuperſtitione hæreticali, vel in cõtemptũ diei Dominicæ, ut notat rubrica, & gloſa. diſt. 30. in princip. & in cap. ſi quis tanquam, non eſt credendus Catholicus, ut habetur in Concil. Gangren. ca. 18. & Concil. IIII. Carthag. cap. 64. & in Concil. Cæſarauguſt. cap. 1. S. Tho. S. Auguſt. Raym. & alij, quos refert, & ſequitur ſumma Confeſſ. lib. 1. tit. 12. q. 30. & Silu. Armil. & omnes. maximè Nauar. cap. 21. nume 27. in fine. Cardin. Alexand. in cap. ſi quis tanquam. 30. diſtinct. Archid. in cap. utinam 76. diſ. nume. 3. 15

Diebus Dominic. non ieiunandũ.

Infertur ſecundo: Illos, qui olim diebus Dominicis Quadrageſimæ carnes manducabant, prout erat cõ ceſſum in quodam Concilio Græcorum, interprete Martino Bracharen. Epiſcopo. & referunt quidam Doct. non peccaſſe; Hodie autem iam abolita eſt, & merito talis conſuetudo, imò omnia quæ ſeruantur per hebdomadam, ſeruantur in Dominica, excepto ieiunio. 16

Olim veſcebantur carnibus Dominicis quadrageſimæ.

Secundo Reſpon. In Quadrageſima uniuerſaliter eſſe iure cõmuni prohibita oua, & lacticinia, quia car- 17

Oua, & lacticinia vniuerſaliter prohibita. &c.

nibus ſunt uicina, ut probat tex. in c. denique. 4. diſtin. & c. ſtatuimus. quod eſt ex Conc. 4. Tolet. cap. 9. ex quibus apertè etiam colligitur abſtinentiam carnis eſſe de eſſentia ieiunij uide Sotealium in ſumma Conciliorum. uerbo, ieiunans. Item Synodus 6. generalis Conſtantinopolitana. Can. 56. dicit: Si quis oua, uel butirum ederit in Quadrageſima, clericus depouatur, laicus excõmunicetur. & Nicephorus. lib. 12. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. c. 34. idem tenet. unde S. Tho. ſupra 1. ad Timot. 4. commẽ. 2. ubi dicit, quòd Manicheus, ſicut omni tempore prohibebat edere carnes, ita & oua, & S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 8. quem refert, & ſequitur ſũma Confeſſ. ſup. q. 33. Petrus Palud. & cõmunis, q̃ refert, & ſequitur Silu. uerbo, ieiunium. q. 15. Armil. uerbo ieiunium. n. 1. Nauar. c. 21. nu. 15. Couarr. lib. 4. uariarum cap. 20. num. 4. & omnes.

Manicheus carnes & oua ſemper prohibebat.

18 Nota tamen duo circa ſupradicta, primo. Quod quamuis in operibus, uel libris. D. Gregorij, non reperiatur Epiſtola illa, ex qua deſumitur text. in d. cap. denique; ſufficit tamen Eccleſiæ auctoritas, quæ iam canonem illum approbauit, maximè poſt correctionem, & emẽdationẽ factã a S. D. Greg. XIII.

Tex. in c. Denique ap. probatur.

19 Secundo nota, quod etiam ſi prædicta lex quo ad Quadrageſimam ſit generalis, ſi tamen alicubi uigeat consuetudo ſcita & à Prælatis tollerata, ideſt approbata. (Non enim tolerantia præcisè, Prælatorum præiudicat iuri, ut notat Caietan. in ſumula. verb. excommun. 30. per totum ſequens Adrianum VI. Papã) comedendi butirum, uel ſimilia, in Quadrageſima, non ſunt condẽnandi ad mortale peccatum, probat Silu. ſup. uer. Tertiũ. Armilla. ſup.

Cõſuetudo circa cibos an ualeat.

Illa uerba id eſt approbata, cum ſequentib. in illa parenteſi, fuerunt addita à neſcio quo, contra meam, & communem ſententiam; ſuper quo edidi in lucem libellum, qui dicit Bellum Legale, quem vide. Cuius deciſionis, & communis opinionis ſubſtantia, uel ſummarium ſe habet in hunc modum: ibi enim. n. 41. ſic ſcripſi: Pro cuius quæſtionis declaratione præmitto. Primo, quòd quemadmodum inſignis, doctiſſ. atq; religioſiſſimus D. Doctor Martinus Alpizcueta, Nauarrus, cuius memoria in benedictione eſt, in tertio Manuali ſuo Latino aliqua inuenit addita quæ ſua non recognoſcebat, ita ego circa præſentẽ quæſtionem in Candelabro Aureo meo in Aurea Appendice, Vol 3. par. c. 15. n. 19. aliqua mutata inuenio verba, quæ manus mea nunquam ſcripſit, nec lingua dictauit, nec tanquã mea agnoſco: & ideò cum Domino noſtro Ieſu Chriſto. Ioan. 7. dicere audeo: Doctrina mea, non eſt mea. Clarius dico, Tertia noſtri Candelabri Aurei pars correcta fuit, & approbata per RR. admodum Superiores S. Inquiſitionis Bonon. ad quos hoc ſpectat negotium, poſteaq; Venetiis impreſſa. Neſcio tamen quis impreſſor, corrector, Vel Compoſitor uoluit contrariam opinionem interponere illi communi, quã ego tenueram. In originali enim meo ſunt tantùm hæc uerba: (Si tamen alicubi uigeat conſuetudo ſcita, & à Prælatis tolerata) & adiuncta fuerunt ſequentia (ideſt, approbata, nõ enim tolerantia præcisè Prælatorũ præiudicaturi, ut notat Caiet. in Summula, verb. Excommunicatio. 30. per totum, ſequens Adrianum 6. Papam) Hæc ille. Contra cuius dictum, imò quod tantum requiratur

conſue-

conſuetudo ſcita à Prælato, & tolerata, tenent expreſſe Dominicani omnes, quorum Princeps. S. Th. 1.2. q. 97. ar. 3. ad. 3. in fine. S. Ant. 1. par. tit. 16. c. vn. §. 2. Sylu. verb. Conſuetudo. Tab. eo. eod. n. 2. & 3. Caiet. verb. Conſuetudo in Feſtorum obſeruatione. Armil. eod. n. 2. Domin. Sot. lib. 1. de iuſt. & iure. q. 7. ar. 2. & multi alii Thomiſtæ. Tenet etiam expreſſè multos citans Ang. Conſuetudo. §. 9. Panorm. cum multis in c. fin. de Conſuetud. nu. 13. Vbi Hoſt. Innoc. Butrio. ex alij. Gloſ. Abb. Rochus de Curte, & alij, quos refert, & ſequitur Couar. de Sponſal. 2. par. c. 6. §. 10. n. 19. Nauar. Manual. c. 13. num. 5. cum multis alijs quos in dicto tract. citauimus. Maxime tex. in l. de quibus. ff. de legibus vbi ſupra final. Vbi expreſſe hoc dicit. 1

Quare, cùm tot, tantiſq; Doctoribus ac iuribus noſtra roboretur opinio, quam vt claram prius non fundaueram, merito ille (quiſquis eſt) qui contrariam noſtræ inſeruit opinioni, ab omnibus reprehendi poterit, quamuis Nos, abſque ulla reprehenſione illæſum abire ſinamus.

Ad dictum autem Caietani, quod ille nouus ſeminator in agro ſeminauit noſtro, & adduxit pro ſe, reſp. illum (iudicium remitto legenti) non intellexiſſe dictum Caietani. Loquitur enim ibidem Papa, & ipſe Caiet. de Decreto irritante quamcunque conſuetudinem in contrarium. Quæ conſuetudo induci non valet cõtra legem prohibitiuam humanam, quæ virtualiter continet decretum irritans iuxta tex. in l. 1. & 2. C. Ne fideiuſſ. dot. dentur. Vt tradit Bald. & multi alij, quos refert, & ſequitur Nauar. in tract. de Spol. Cleric. §. 14. n. 3. Abbas, cùm Caiet. in ead. Sum. uer. Conſuetudo. ſup. te- ... ulto

neat noſtram ſententiam: uideretur ſibi omnino contrarius, quod non eſt credendum. Cætera poteris uidere in ipſo Bello legali.

Sed quæritur, vtrum conſuetudo poſſit concedere talẽ eſum ouorum & lacticiniorum in quadrageſima? Reſpon. Pro ſolutione huius quæſtionis, & ſimilium, conſuetudinem generaliter derogare poſſe legi poſitiuę. S. Thom. Innoc. Abb. Hoſt. & alij, quos refert, & ſequitur ſumma Confeſſ. lib. 2. tit. 5. q. 206. Ang. Silu. Tabiena, & Armil. uerbo, conſuetudo. Sot. lib. 1. de iuſt. & iure q. 7. art. 2. Nauar. in Manual. c. 23. nume. 59. cum multis, quos ibi citat. Couarr. lib. 4. de ſponſ. 2. par. c. 3. num. 5. & facit. c. 6. num. 18. & in lib. 1. variarum. cap. 15. Didacus Perez in Prologo ordinamenti. q. 8. latè Speculator. lib. 2. tit. de exception. §. 3. num. 37. & tit. de poſitionibus. §. 3. nu. 10. & lib. 1. tit. de diſpenſation. §. 10. nume. 6. Duenas Regul. 138. Ant. Gabr. tom. 1. commun. opin. pag. 62. & tom. 2. pag. 1553. Corduba. in quæſtion. lib. 1. quæſt. 12. optime inſtit. Canon. lib. 1. titul. 2. §. 2. Abbericus in Dictionario. uerbo, conſuetudo.

20 Vtrum conſuetudo poſſit hoc introducere.

Cõſuetudo cui legi derogat.

Quapropter, in quibuſdam terris, vrgente piſcium inopia, & communi paupertate, conſuetudo introduxit, ut in Quadrageſima liceant, ſaltem lacticinia, & buturum, ut de Britonibus, tradunt doctores ſupra, & de alijs ſimiliter.

21 Buturum & lacticinium &c.

Quæritur, Quid de alijs diebus ieiunij, extra Quadrageſimam? Reſpon. Duas eſſe contrarias ſententias. Innoc. enim in Rubr. de obſeru. ieiunior. quem refert Archid. in ca. denique. diſt. 4. nu. 12. dicit: Nõ credimus ſolui ieiunium indictum, ſi quis comedat in ieiunijs indictis, niſi in

22 Qui cibi prohibiti in ieiunijs p an num.

ſi in

ſi in Quadrageſima oua,& caſeum, ſed tamē peccat. & dicit Archid. ſic intelli.cap. denique. Alij tenent contrarium. ut ibi. Quorum opiniones ſic poterunt concordari, ſcilicet in omnibus diebus ieiuniorum,& ſextis ferijs per annum totum, non eſſe iure communi prohibita oua, uel

23 Cōſuetudo non māducandi oua in uigiliis, &c.

lacticinia. Ex longa autem conſuetudine, quæ vim habet legis, ut ſupra, in omnibus ferè Regionibus Catholicorum, introducta eſt prædicta ouorum prohibitio. S. Thom. in 4. diſt. 15. q. 3. arti. 4. q. 2. ad quartum & Caiet. cum eod. S. Thom. 2. 2. q. 147. artic. 8. in corpore, & ad. 3. Sylue. ieiuniū. 5. citans Panorm. Archi. & communem. Armilla. ieiunium. in princ. Angel. verſic. 5. & citat Innoc. & Abb. in rubr. de obſeruat. ieiuniorum. n. 5. Nauar. c. 21. n. 13. & c. 23. num. 123.

24 De cibis in ſextis feriis.

In Archiepiſcopatu autem florentiſſimo, & Religioſiſſimo Toletano, ob uitanda multa mortalia peccata, quæ quotidie in hac re fiebant, Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Cardinalis D. Gaſpar de Quiroga Archiepiſc. Toletan. & totius Hiſpaniæ generalis Inquiſitor, cum tota Diœceſana Synodo, ſtatuit, non eſſe obligatoriam abſtinentiam ab ouis & lacticinijs, ſextis ferijs totius anni. & ſic ſeruatur Bononiæ.

25 Quid liceat in Indiis ueſci?

Quæritur utrum, In Regionibus illis remotiſſimis Indiarum, vbi nōdum introducta eſt talis conſuetudo, liceat in dictis vigiliarum, & ſextarum feriarum diebus, ueſci ouis, & lacticinijs? Reſp. quòd quamuis Couar. lib. 4 variarum. cap. 10 nu. 5. generaliter neget, ex ſupradictis tamen Doctoribus colligitur licere, quia per annum nullum eſt præceptum, niſi ubi talis introducta fuerit conſuetudo, ut ex Innoc. Archid. & alijs Doctoribus probapimus ſupra.

26 Vtrum talis cōſuetudo obliget ad mortale.

Quæritur utrum, Talis conſuetudo obliget ſub mortali peccato? Reſpō. quòd quamuis aliqui doctores moderni dicant quòd non, quia non videtur populus eam conſuetudinem recepiſſe, vt obligantem ſub mortali peccato, ſic enim ieiunantur uigiliæ Beatæ Mariæ ex conſuetudine, & tamen non obligat ſub mortali communiter, præter uigiliam Aſſumptionis; contrarium tamen uidetur uerius & tenendum. Primo, quia, etiam ſi nullus teneatur emittere uotum, tamen poſtquam emiſit tenetur ſub mortali (prout ſupra diximus) uotum adimplere.

27 Recitans tenetur, deuotè, & attentè recitare.

Secundo, Quia quamuis nullus regulariter teneatur recitare coronam, Beatæ Mariæ, Septem Pſalmos, & c. tamen recitans illam tenetur attentè, & deuotè recitare ſub ueniali peccato; & talis poſſet eſſe irreuerentia, quòd ſit mortale.

28 Celebrare uolens tenetur facere per Miſſale Rom.

Tertio, Quia quamuis nullus Sacerdos (niſi aliquo uinculo teneatur) ſit obligatus quotidie celebrare ſi tamen celebrare uult, tenetur (ſi ab ipſius bulla præfixa non eximitur) per Miſſale Romanum Pij V. celebrare, & eius ceremonias obſeruare. ut ſupra diximus de ritibus.

29 Suſcipiens ordines tenetur ſeruare caſtit.

Quarto, Quia quamuis nullus ad caſtitatem ſeruandam ſub uoto teneatur, ante ordines ſacros; tamen eo, quòd illos ſuſcepit, illam ſub nouo uinculo ſeruare tenetur.

30 Viri docti ſcrupulum ſentiunt māducādo oua in uigiliis.

Quinto, Quia apud uiros doctos, & timoratos, communiter generatur ſcrupulus peccati mortalis, ſi abſque neceſſitate, uel priuilegio per annū utatur ouis, & lacticinijs. quare dicta conſuetudo uerè habet uim legis obligantis ad mortale, ut tradit Albericus in Dictionario uer

bo

bo conſuetudo. S.Thom. 1.2.q.97. articu.3. & 2.2.q.79.artic.2.ad 2.& q.100.art.2. Sum. Confeſſ.lib.2 tit. 6.q.206.cum multis alijs,quos cita uimus ſupra in quæſtione.utrum cõ ſuetudo poſſit.

De Ruſticis

31 In opidis tamen,ubi non reperitur piſcium copia,ruſtici,& pauperes procurabunt ſe fructibus,fungis ac leguminibus ſuſtentari,quòd ſi his careant.Prælatum adeant,& ſecundum eius conſilium faciant.

Quid pauperes?

32 Pauperes ſimiliter ex eleemoſynis fidelium viuentes oſtiatim,omnino Quadrageſimam ſeruare curabunt.Quod ſi ſeruare nequiuerint, Prælato miſeriam,& indulgentiam nuncient,ac ſic eius conſilium ſequentes quicquid manducauerint, cum benedictione erit.

Religioſi.

33 Religioſi nõ habentes uelle, nec nolle,in Quadrageſima ſeruabunt totius Monaſterij obſeruantiam. & quicquid(ſecundum diuinum conſilium Lucæ.cap.10.)apponetur ab obedientia,manducabunt,niſi ſuperiorum ac Medicorum conſilium aliud ſuadeat faciendum.

Nõ ẽ mortale parum oui.uel lactis comedere.

34 Notandũ prætérea,quòd(ut ſæpè diximus paruitas materiæ in his rebus prohibitis,excuſabit à mortali; ſicut in alijs rebus .vnde qui ſemel ederet unam oui bucellam , vel parum Orizæ(Hiſpani Arroz,Itali Rizzo)cum paruo lacte ,non peccaret mortaliter . ut probat Ledeſma.2. par.q.17.art.fol.204.colum.3.

Vtrum conceſſo nõ ouorum , & lacticinij cõcedat uſus Saginis?

35 Quæſtio eſt ſcitu digniſſima,vtrũ cum conceditur particulariter alicui , vel generaliter omnibus vſus ouorum & lacticiniorum,cenſeatur etiam cõceſſus vſus Saginis , vel lardi?Reſpon.primo.Quando alicui ob infirmitatẽ conceditur vſus carnis,poterit etiam ſuillam admiſcere ut tenuit quidam Doctor grauiſſimus Salmanticæ,& mihi uidetur rationi conſentaneum,quia quemadmodum priuilegia ad unum caſum, poſſunt multoties ad ſimiles caſus extendi,vt ex multis probat Alberic.verb.priuilegium obſcurum, ſic in præſenti caſu , conceſſa licentiá de carne,conceditur etiam de ſuilla(Itali carne ſalata,vel de porco: Hiſpani Tocino.)Reſpon.ſecundo.

Cõceſſa carne,cõcedet etiã ſuilla.

36 Appellatione carnium.lardum non includi, nec è contra,vt eſt tex. vbi Bart.in l.1.C.de erogat.milit. annonæ.lib.10.quem refert Albericus in Dictionario.verb.lardum . & gloſ. verbo,carnem in ca.admonere. 33. q.2.gloſ.capit.presbyter,uerbo, Et ſanguine.82.diſtin.Anto . Corſetus in ſingulari.uerbo,caro incipit:Pro ſolatio. & Ioan.Bapt.Caſt. additione ad Albericum.ſupra.Barbar.in l. 1.§.ſi quis.col.9 ff.de verbor.obli.

Vtrũ appellatione carnis ueniat lardũ.

37 Reſpond. tertio. Ad quæſtionem, quod quamuis Hoſten.in ſumm.de ieiunio,& Panorm.in capitu. conſulit de Iudęis.quos refert,& ſequitur Silu.uerbo,ieiunium.§ 5. uerſic.2.& Bertachinus in tractatu de Epiſcopo.1.par.membro.4.& Corſetus ſupra dicant,quòd ſic: Et quãuis in aliquibus Regionibus (vt in Gallecia,& Piru)mos ſit ut ſextis ferijs per annum herbæ coquantur cum ſagimine porci,quia carent oleo?Tamen ubi non fuerit euidens conſuetudo inducta,non eſt ſequenda.maximè his calamitoſis temporibus,ſupradicta ſententia. vbi uerò fuerit ſic inducta,non eſt damnanda;quia talis. conſuetudo , ut ſupra dictum eſt,uim legis obtinet.numero 1. ſecundo.Not.

Reſpõdetur ad quæſtiõ.

38 Pro quo facit(notandum ſatis) quod quemadmodum in Regno Caſtellæ in Hiſpania,ſabbatis licet edere animalium,& volucrum interiora,

In Hiſpania licet uesci extremitatibus.& inte-

ta, ſiue inteſtina, & omnes alias extremitates, ſcilicet caput, pedes, ac manus, ex conſuetudine, quę fortè cępit ex aliquo priuilegio Papę, ꝓpter piſcium penuriam, cum diſtet Regnum Caſtellę à mari ad minus 70. leucis. Ita in Gallecia, ſiue Cópoſtella, & Cathalonia iiſdem ſabbatis licet ueſci carnibus, vt referunt Silu. verbo. ieiunium. & Armil. eod. in fine. & Nauar. cap. 23. nume. 120 quod etiam nos ſeruare vidimus in ciuitate Maiorica. anno. 1683. propter Maurorum timorem, qui quotidie Chriſtianos captiuant, & ideo, quamuis ſint in mari Maiorica, & alię ciuitates, ad piſcandum exire non audent.

& inteſtinis animalium die ſabbati, &c.

Quæritur, quæ ſint neceſſaria, 39 vel ſubſtantialia in ieiunio Eccleſiaſtico ſeruanda? Reſpó. primo. Aliud eſſe de perfectione ieiunij, aliud de neceſſitate ieiunij, ut non incurratur, vel vt euitetur mortale peccatũ de non ieiunando. De primo, ſcilicet quantum ad perfectionem ieiunij, conuenit, vt in illa die fiat eleemoſyna, oratio, & c. & abſtineatur à maritali copula, & alia quæ afferunt Doctores in hac materia.

Quæ ſint eſſentialia ieiunij.

Ieiunij pfectio.

Quo ad ſecundum autem tria requiruntur, quæ inferius explicabimus, ſcilicet unica comeſtio. Secundo, Abſtinentia à carnibus. Tertio. Quod illa vnica comeſtio fiat debita hora, videlicet circa meridiem, parum magis vel minus.

Tria ſubſtãtialia.

40 De primo ergo, ſcilicet, de unica comeſtione Nota, quòd quamuis olim, ſecundum omnium communẽ, eſſet neceſſaria vnica comeſtio in diebus ieiuniorum? Hodie tamẽ, collationem ſerotinam facere licet propter communem hominum uſu & fragilitatem, etiam ſi nullam ſentiant indigentiam, (quamuis Caiet. in ſumma. verbo, ieiunium ſcrupuloſius loquatur) eſt communis magiſtrorum cum S. Thom 2. 2. q. 147. art. 8. ad. 8. & eodem Caiet. ibid. Ledeſma. 2. par. q. 17. art. 5. cõcluſio. 7. dub. 1. & artic. 6. Panorm. quem refert & ſequitur Silu. ieiun. um. q. 3. num. 10. uerſ. 1. & 3 Armil §. 12 Nauar. c. 21. nume. 12. 13. & 14. Couar. cum multis ibi relatis, in 4. lib. uariarum. cap. 20. num. 11. col. 1. in fin. Alberic. verbo, ieiunium. addit. 1.

Olim unica comeſtio. Collatio licita i die ieiunij.

Quæ autem dicatur moderata ſerotina collatio, relinquetur arbitrio prudentis, docti, atque ſpiritualis Confeſſoris, qui ſecundum qualitatem perſonarum iudicare debet, atque cum prudentia cuncta rimari. Homini enim 45. 50. vel amplius annorum, maior erit licentia concedẽda, q̃ in 25. 30. 35. annis cõſtitutis. 41

Quæ dicatẽ moderata collatio.

Et (vt dicam quod ſentio, & ne Confeſſores pœnitentium animabus laqueos iniiciant) cuilibet concedi poteſt fruſtulum panis ponderis vnius vnciæ, cum piro, pomo ue vno, uel cum paucis ficis, nucibus, uel his ſimilibus. Primo, quia hęc ẽ parua quantitas. Secundo, quia talis conſuetudo, etiam apud integerrimæ uitę uiros multis in partibus ſeruatur, quamuis Religioſi ferè omnes tantum fructum unum accipiãt quod perfectius eſt. 42

Sẽtẽtia Auctoris de collatione.

Secundo nota, quòd non tantũ in ſerotina collatione (vt dictũ eſt) licebit ſupradicta ſumere, ſed etiam licebit pluries in die collationem minimam fructuum ſumere, ne noceat potus, ita tenent Silu. & Caiet. ſupra Ledeſma concluſ. 8. Nauar. cũ aliis, quos citat. cap. 21. num. 13. qui ait fieri poſſe, etiã ſi nulla circa hoc ſit conſuetudo. 43

Sumendus fructus ne noceat pot⁹.

Nota tertio, Poſſe etiam ieiuniorum diebus electuaria, cõfectiones 44

(Hiſpani, conſeruas) & alia huiuſmodi tam liquida quàm non ſumi, cauſa medicinæ, etiam ſi nonnihil illa nutriant. S.Thom. Caiet. Nauarr. & alij ſupra. ſumma Confeſſ. lib. 1. tit. 12. q. 31. cum Innoc. Alberto, & alijs ibidem relatis.

Pro medici na quid poſ ſit ſumi in diebus ieiunii

45 Nota quarto, Quòd, quamuis aliqui antiqui contrarium dixerint, tenendum eſt cum S.Thom. recepto communiter. 2.2. q. 147. ar. 6 Innoc. & alijs quos refert & ſequitur ſumma Confeſſ. ſupra. Ric. 4. di. 15. Led. ſupra. Nauar. n. 13. potum aquę, vel vini cuiuſuis nō ſoluere ieiunium, imò quòd licet ſæpius bibere mane & veſperi, & quacūque hora totius diei, uel noctis, etiam ſi quis biberet ad ſuſtentandum ſe. ita tenent hodie omnes. Alberic. verbo, ieiunium §. an per potum.

Omnis potus licet in ieiunio.

46 De ſecundo, ſcilicet de abſtinentia carnis. Nullum dubium abſtinentiam carnium eſſe de eſſentia Ieiunij. S.Th. in 4. d. 15. q. 3. art. 2. quæſtiun. 2. & 2.2. q. 147. ar. 9. & Archi. per tex. ibi, in c. denique. 4. d. cū multis alijs. Hoſt. Innoc. & alij, quos refert, & ſequitur ſumma Confeſſ. ſupra. quæſt. 33. Sylue. verbo, ieiuniū. in initio. nume. 3. Nauarr. capit. 21. maximè. nume. 15. Couar. lib. 4. variarum. cap. 20. nume. 15. probant multi quos refert, & ſequitur Sotealus in ſumma Conciliorum. verbo, ieiunas.

Abſtinētia carnis eſſentialis.

47 Circa quod nota primo, appellatione carnium includi volatilia omnia quæ in aquis inueniuntur, quæ inter carnes, & non inter piſces numerantur. Archid. in cap. denique. 4. diſt. quem refert, & ſequitur. Alberi. in Diction. verbo ieiuniū. §. fin.

Appellatione carnis ue niunt uolatilia aquæ.

48 Nota ſecundo, Ranas, Limaces, Hiſpani, caracocles) & ſimilia inter piſces, & non inter carnes computari. vt ex Ioan. Maiori. in 4. diſt 15. q. 6. refert Nauar. d. nu. 15.

Ranæ, & Limaces ſunt piſces.

Supradictorum occaſione percōtari libet: Vtrum ob aliquam infirmitatem, uel aliam iuſtam cauſam diſpenſatus ut edat carnes in Quadrageſima, ſit liber à ieiunio, vel teneatur ieiunare? Reſpō. tres eſſe in hac quæſtione opiniones. Sotus enim, & Victoria, ſuper 2.2. q. 147. ar. 7. ad vlt. Ledeſma. 2. par. q. 17. art. 3. dub. 9. & Ioan. Medina. C. de ieiunio. tractatu 4. q. 22. & 25. & Pedraca, in ſūma. præcepto. 3. notab. 54. & Cordub. in ſumma. q. 143. tenent talem obligatum eſſe ad ieiunium. Caiet. autem. 2.2. q. 147. art. 7. & 8. & alij quos refert Cord. ſupra in princip. tenent diſpenſatū vt comedat carnes, liberum eſſe totaliter à ieiunio. Corduba citat ꝑ hac opinione. Nauar. c. 21. nu. 25. ſed idē Nauar. in poſtrema editione. c. 21. n. 22, contrarium ſignificat, immo uidetur tenere cum prima opione. Fūdatur hęc opinio ſecunda in eo, quia abſtinentia carnis eſt de eſſentia ieiunij, vt ſupra diximus, ergo qui edit carnes non poteſt ieiunare, atque ideo nō tenetur. In cuius confirmationem facit ſummorum Pontif. & Doctorum ſententia, quæ aſſeri. abſtinentiam carnium eſſe de eſſentia ieiunij, ſicut unam comeſtionem. Sed diſpenſatus vt bis comedat non tenetur ieiunare, vt tenent Durand. 4. diſt. 15. Angel. Syluest. & alij, & Nauar. d. nu. 22. ergo mādućans carnes non tenetur ieiunare. 49

Vtrū diſpenſat' ut edat carnes, ſit liber à ieiunio.

Tertia opinio duas concordans, quam ex Victoria. 2.2. q. 149. art. 4. refert, laudat, & ſequitur Cord. ſupra, eſt; quòd quando quis eſt diſpēſatus ut comedat carnem ob præsētem infirmitatem, vel ob debilitatē præteritæ infirmitatis reſarciendam 50

Vera opinio de ieiunio cū carne.

&

& recuperandam; tunc non teneat ieiunare, quia carnes tunc illi conceduntur in conſeruationem uiriũ deperditarum. Quando autẽ, alicui conceditur talis carnium eſus, in præuentionem, & ſanitatis futuræ conſeruationem, vt aliquibus ſolet magnatibus, tunc ieiunare tenẽ
51 tur. Quæ opinio & concordia uidetur mihi tenẽda. Pro qua faciũt verba Nauar. ſupra. ibi; Neque diſpenſatus ut comedendo carnes poſſit ieiunare, uidetur diſpen-

Nec põt bis in die comedere.

52 ſatus, vt bis poſſit eas comedere. De tertio principali, ſcilicet de hora mãducandi diebus ieiuniorum. Nota primo, quòd quamuis Ricardus in 4.di.43. Sylueſt. uerbo, ieiunium. §. 4. in initio, Ledeſma. 2. par. q. 17. initio nu. 6. & alij. ex c. ſolent. de conſecr. diſt. 1. & Conc. Magunt. Can. 14. quod citat S. Th. 2. 7. q. 147. art. dicant eſſe de eſſentia ieiunij certam diei horam, & quòd nullatenus credendi ſunt ieiunare, qui mãducanerunt antequam officium Veſpertinum celebratur, quia in Quadrageſima maximè, & in aliis ieiuniis totius anni cęnabatur hora Nona, qua Chriſtus expirauit, ut dicunt S. Anaſt. lib. de uirgin. S. Epiphanius. cõtra Meſalianos. S. Aug. Epiſt. 118. c. 7. S. Ambroſ. Pſalm. 118. ſermo. 8. verſ. 6. S. Greg. Homil. 17. in Euang. & communis.

Hora ad mãducandum, utrum ſit de eſſentia. Ieiunij diebus manducandum hora Nona, & quare?

53 Nihilominus tamen, communis cõſuetudo, propter hominũ imbecillitatem induxit ꝙ liceat cęnare, uel manducare in principio horæ nonæ, quæ incipit à meridie, vel parũ antea, uidelicet, media hora ante meridiem. ita tenet Palud. S. Anton. & Sylu. ſupra d. §. 4 Couarr. lib. 4. uariarum. c. 20. num. 14. Archid. in ca. ſolent. Abb. in Rubr. & c. 41. de obſeru. ieiun. quos refert, & ſequitur Additionator Alberici. verbo, ieiunium, additione fin. vbi reſoluit ſtãdum eſſe cõſuetudini, qui inquit, tãtum quo ad ieiunia quadrageſimalia, eſſe tempus ab Eccleſia præfixũ ad manducandum, ſ. poſt dictos ueſperos, in alijs autem anni diebus ſeruandam eſſe conſuetudinem, ſ. in meridie.

Cõſuetudo circa horam mãducãdi.

Albericus vero in uerbo, ieiuniũ. 54
§. An teneatur quis ieiunare die Dominica, ait ex S. Thom. 2. 2. q. 162. horam manducandi in ieiunijs eſſe horam nonam, quæ hora minimè ẽ ſtrictè conſiderãda, ſed ſufficit groſſa æſtimatio, ſcilicet, ꝙ ſit circa illã horam. ita etiam Summa Confeſſ. li. 1. tit. 12. q. 32.

Hora 9. groſſè æſtimãda

Quæritur quid ſi quis abſque 55
cauſa iuſta anticiparet horam? Reſ. peccare mortaliter ſi talis anticipatio eſſet notabilis, ſecus ſi modica, i. per quartum, vel dimidium horæ. ita colligitur ex S. Tho. Alberico. Sũma Confeſſ. Ricar. & Ledeſma. ſupra, Couar. nu. 14. ad fin. Sylu. ieiunium. p. 4. verſ. 3. Gloſ. Palud. Caietano, & aliis quos refert, & ſequitur Nauar. Manual. c. 21. nu. 23.

Quod peccatum pręuenire horam.

Diximus, abſque iuſta cauſa, quia 56
iuſta cauſa urgente, abſque vlla diſpenſatione, poterit quis horam pręuenire, ut ratione debilitatis, lectionis legendæ, uel audiendæ, itineris, & ſimilium. Inno. Angel. Sal. ſupra. §. 1. Nauar. d. num. 23.

Cum iuſta cã anticipatur?

Diximus etiam abſque ulla diſpẽ 57
ſatione, quia in hoc etiam poterit per Prælatũ, vel Parrochum diſpenſari. Nauar. ſupra. nu. 21. cum S. Th, & Caiet. 2. 2. q. 143. at. Sylu. ſupr. §. 3. uerſ. 2.

Quia diſpẽſat in horã

Quæritur, vtrum ille qui abſque 58
diſpenſatione, vel alia iuſta cauſa pͥuenit horam, teneatur implere ieiunium reliqua diei parte Reſpon. ꝙ

Vtrum q pͥuenit horã teneat ieiunare.

quamuis Palud.in 4.diſt.15. q.4. dicat quod non tenetur adimplere.qa iam ita fregit ieiuniũ ac ſi bis comediſſet:Contrarium tamen eſt tenendum, imo ꝙ quamuis preuenerit horam, teneatur ieiunium cœptũ continuare, atq; perficere. Primo quia Angel.& Palacios.ſupra dicunt prę uentionem horæ, tantum eſſe uenialem peccatum. Secundo, quia hora cęnę, vel prandij, præcipitur, nõ vt ſubſtantia, ſed vt circũſtantia præcepti, quod confirmatur ex eo, ꝙ S. Tho. Sylu.Panor.& Nauarrus, tantum ponunt duo eſſentialia ieiunij, vnam, ſcilicet, comeſtionem, & abſtinentiam carnium. Tertio, quia ita tenet communior opinio cum Caiet. ſupra.ar.4.Nauar.c.21.nu.27.

60 Quæritur, vtrum ille qui in die ieiunij ſumpſit ientaculum (Itali far collatione, Hiſpani, almorcar) peccet quotieſcũq; comederit illa die, uel ſemel tantũ, quando prima vice ieiu nium fregit? Reſpon.quòd quãuis Ioannes Maior. in 4. diſtin.15. Ioan. de Neapolis. Ioannes de Medina.c.de ieiunio ſupra. quæſtione. de numero refectionum. & Couarr. lib.4. variar.c.20. num.13.propendant in affirmatiuam, dicentes talẽ peccare quoties in die comedit, ſicut ſi ederet, ſæpius carnem:Contrarium videtur conformius, verius, atque tenendum: imo ꝙ qui ſcienter ſumpſit ientaculum cum culpa, vel ſine culpa, fit impotens ad ſubſtantiam ieiunij, vt non peccet ſæpiùs comedẽdo illo die tenet Palud. Duran.Angel. & Ledeſma ſupra. Sylu. ieiuniũ.§ 8 verſ.4.Caiet.2.2.q.147. ar.8. Armil.ieiunium. nu.14.& Nauarrus, licèt obſcurè. c.21. num.27. Quare qui putabat ſe iter facturum, vel laboraturum, & ideo inculpatè ſumpſit ientaculum animo non ieiunandi, & tamẽ poſtea cauſa aliqua impeditus eſt, non tenetur ieiunare, quia iam non poteſt eſſe unica comeſtio. Verum ſi mane comedit ex inaduertentia inculpata, debet illo die, quaſi nihil ſumpſerit, ieiunare, quia ieiuniũ non frangitur, niſi actu humano, & intentione ſaltem præſumpta frangẽdi.ita Palud.Silu.d.q. 8.uerſ.2.Pedraça.in confeſſionario. Palacios.in Caietan.Nauarr.d.num. 27.in principio.

Vtrum qui fregit ieiuniũ peccet quoties illa die manducat.

Hæc de ieiunio dicta, (ut principaliora) ſufficiant, circa alias quotidianas quæſtiones poteris uidere S. Th.Caiet.Syluest.& alios ſupra. maximè Nauarrum.

CAPVT XVI.

Vtrum liceat reo, cum iuramento mentiri.

QVONIAM, quemadmodum S.Iob.olim.c. 7.dicebat: Vita hominis militia eſt ſup terrã: ita iure optimo hodie dici poteſt uita hominis quotidiana lis eſt ſuper terram, in quibus litibus frequentiora quàm putaram inueniuntur periuria, ideo ad cuiuſdam amici inſtantiam. Queritur breuiter, utrum aliquo modo liceat reo in iudicio, maxime ſub ſolemni iuramento, ueritatem actori, maximè in poſitionibus iurandis, negare? 1

Vita hominis militia ſuper terrã.

Reſp.primo, iurare falſum, (prout omnibus patet) eſſe contra præceptum ſecundùm Decalogi. S. Th. Caiet. & omnes, Sotus in tract. de abuſu iuramentorum. 2

Iurare falsũ eſt contra ſecundum pceptum.

Secundo Reſp.(prout in Candelabro tetigimus) præcepta Decalogi in duplici eſſe differentia, quædam ſunt affimatiua, quæ obligant ſemper, 3

Præcepta affirmatiua, & negatiua.

per ſed non ad ſemper, ut unum co
le Deum; quia non tenetur homo
inceſſanter facere, uel elicere actus
dilectionis Dei.& c.alia dicunt ne-
gatiua, quæ obligant ſemper, & ad
ſemper, l. quòd nullo modo, uel ca-
ſu etiam pro totius mundi ſalute li-
cet cõtra præcepta illa facere, & ſic,
prout inquit bene quidam doctor
Pedraza in Summa, ex S.Th.& alijs,
pro liberatione omnium animarum
quæ illic ſunt, à pœnis inferni, non
eſt iuramentum falſum faciendum.
4 primo, quia eſt præceptum negati-
Iurare falsũ eſt mort. uum, & obligat ſemper, & ad ſem-
per. ſecundo, quia falſum iurare eſt
mortale peccatum, ſecundùm omni
um Catholicorum opinionẽ, quod
pro toto mundo nõ eſt committen
dum. Sot.lib.2.de iuſt.& iur.q.4.ar.
3. Imo nec ueniale ob ullam rem
eſt perpetrandum. c.1. cum ſeq.21.
q.2.Gloſſ.c ſi aliquid.22.q.4.Nauar.
c.14.nu.37.§.8.

5 Tertio Reſp.ad quæſitum.In Glo.
De fouente cauſam iuſtam. verb. criminali. in c.1.de iuram.ca-
lumniæ.ibi:& licitum eſt ei mentiri,
quaſi dicat Gloſſ. quòd nullo modo
licet. quia licèt fouens iuſtã cauſam,
poſſit malitijs ſe defendere, ut tradit
Gloſſ.in c.cupientes.verbo Malignã
tium.de electione. in 6.Iaſ.in l. cum
propones. C. de pactis. Decius in l.
Ea eſt natura.nu.2.ff de re iudicata:
Non tamen licet mendacio uti. pro
ut ſentit optime d.Gloſſ.in c.1.de iu
ram.calumniæ. & clariùs in c.1.q.4.
S.Tho.2.2.q.71.ar.3.Alberic.in Di-
ction.uerbo, iuramentum.Sylua Nu
ptialis lib.3.nu.45. & 46. late Sum-
ma Confeſſ. lib.1.tit.9. maximè à q.
18.Nauar.c.25. in Manuali. nu.35.
Sot.lib.4.de iuſt.& iur.q.4.ar.3.

6 Quod ampliatur primò, quia etiã
Iurare falsũ in re minima. ſi quis falſum iuret in minima, uel
ſuper re minima, peccatum eſt mor-
tale. Sot. ſupra, & omnes. Imo tan-
to eſt iniquius falſum iuramentum,
quanto ſuper minori re iuratur.

Secundo ampliatur, quòd nulla 7
conſuetudine introduci poteſt, quod iu- Verũ ualeat conſuetudo contra &c.
ramẽtum falſum, maximè in damnũ
proximi, non ſit mortale peccatum,
quia cõſuetudo legem diuinam abo
lere non ualet. S.Tho.1.2.q.97.ad 3.
Angel.Silu.Armil.& alij.verbo, con
ſuetudo.tex.vb Abb.& DD.in c.vl.
de conſuet. c. Flagitia. 32.q.7. Inn.
Hoſt.& alij, quos refert, & ſequitur
Sum.Conf. lib.2.tit.5.q.206.de qua
conſuetudine latiſſime uide Portiũ.
in lib.4.regu.10.& Arch.in c. Quia
ſanct..63.diſtin.Inſtit.Canon.lib.1.
titu, de iure diuino. §.3.tex.cap. Ma-
la.diſt 8. Et Nos late diximus in tra-
cta.Bellum legale.

Et nota quod quamuis in Auten. 8
de defen.ci.§.quia uero etiã, habea- Conſuetudo quando faciat licitũ quod alias eſt illicitum.
tur, quod conſuetudo facit licitum,
quod aliàs eſſet illicitũ. Et in glo.c.
cum uenerabilis.de conſuet.habea-
tur quod conſuetudo excuſat quẽ à pœ
na: intelligi debet, de conſuetudine
contra legem humanam, non uerò
contra diuinam, quam Gloſſ.ad hoc
dicit ſingularem. Lud. Roman. ſin-
gul.19.Abb.in d.c.cùm uenerabilis.
glo.1. & latè Alex. conſi.247. quos
refert, & ſequitur Addition.Alberi-
ci.uerbo cõſuetudo.tangit Nauar.c.
27. num. 106. Gloſſ. in d.regul.iur.
Hippol.ſingul.177.Alciat.in præſum
ptionib.§.3. lib.1. tit. de reg.2. præ-
ſumpt.31. & regul.3. præſumpt.27.
cum multis alijs.

Quapropter nunquam conſuetu 9
do inducere poteſt ut in collatione Cõsuetudo in collatione bene. cij &c. an ualeat.
beneficiorum collatio, & inſtitutio
de manu laici accipi poſſit propter
incapacitatem talis poteſtatis laici
in conferendo, & inſtituẽdo, per ea
quæ ſcribit Abb.poſt glo.in d.c.fin.
de con-

deconſuet.Felin.in c.cauſam. circa princ. de præſcr.cum alijs, quos citat Rochus de Gurt.in tract.de conſuetud.requiſito: 2.q.3. uerſ. Tertia ſit concluſio.quos refert,& ſequitur Simon Maiol.de irregular. lib.5. ca. 25.num.4.

10 Tertiò ampliatur, & in tantum procedit,& eſt uerum, ꝙ etiam,ſi talis conſuetudo fuiſſet iuramento firmata,nihil ualet contra legem diuinam. tex. in c. quanto de iureiur. quem refert,& ſequitur Gloſ. uerb. Appellanda in §.3.Inſtit.Canon.lib. 1.tit.de iure diuino.

Etiam conſuetudo iurata &c.

11 Quæ omnia procedunt quando iudex iuſtè, & ordine iuris ſeruato procedit.quia tunc tenetur reus iudici ſic interroganti veritatem dicere,ſecundùm omnes ſupra,ubiq;. Si autem iudex procedat ſine aliquo fide digno teſte, ſemiplena probatione,infamia, uel ſufficientibus indicijs, poterit ei reus veritatem celare, reſpondendo aliqua cautela,vt v.g.occidi hominem, quam occiſionem tantùm Deus ſcit; iudex cadauere inuento,compellit vicinos omnes iurare,inter quos,& me,qui illũ occidi,poſſum tunc iurare ſine peccato,me illum non occidiſſe,dicens in corde meo, ad dicendum tibi.vel ſimilia.Primo ,quia vt ſupra dixi,nõ procedit ſeruato ordine iuris. vt cõcludit S.Thom.2.2.q.69. ar.1.Gabr. in 4.ſent.d.15.q.6.ar. 2. & communis, quem refert, & ſequitur Nauar. Manual.c.25.n. 35. Sotus lib. de ratione tegendi ſecretum.membro.2. quæſt. 7.

Quando teneatur reus reſpondere iudici, uel non.

Ordo iuris ſeruandus.

12 Secundo , quia iuramentum de veritate dicenda,non extenditur ad penitus occulta. ut tradit Hadrian. Papa in quodl. final.fol. 46. col.ſin. & latius q. 11. per totum. Henricus de Gandauo. Inſtructio Eccleſiaſticorum. Angel. uerbo,confeſſio delicti.§.1.& ibid. Sylueſt. & alij quos refert,& ſequitur Sylua nuptial. lib. .num.46.

Iuram. de ueritate dicenda non extenditur ad pœnitus occulta.

CAPVT XVII.

Vtrum Eccleſia poſſit errare in Canonizatione Sanctorum?

AD laudem, & gloriam omnipotẽtis Dei, qui ſolus naturaliter ſanctus eſt, Eccleſia dicẽte, Tu ſolus ſanctus. & ad honorem, & commendationem S.Didaci Complutenſis Ordinis S. Franciſci de obſeruantia, in Hiſpania, quem ſecunda die Iulij, anni. 1588.S.D.N. Sixtus Papa V.ad Philippi II. Hiſpaniarum Regis inſtanſtiam ſanctorum confeſſorum numero adſcripſit; cuius ſanctiſſimum corpus Compluti. anno 1563. cum eius canonizationis, uel ſanctitatis probationes fiebãt, vidimus: & ad Catholicorum conſolationem, Hæreticorumq; cõfuſionem aggrediar quæſtionem declarare,quæ à quibuſdã olim agitata fuit. ſ. Vtrũ Eccleſia poſſit errare in canonizatione ſanctorum? 1

1 S. Didacus Complutẽſis quomodo canonizatus.

Pro cuius materiæ, uel quæſtionis declaratione Nota 1. Deum ſolũ naturaliter, & propriè eſſe, & dici ſanctum,ut infinita fere diuinæ ſcripturæ probant teſtimonia, maximè 1.Reg.c.2.Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus.Imo Deus eſt ſanctus ſanctorum. Daniel c.9.ibi.Et vngatur ſanctus ſanctorum. quod Eccleſia Catholica quotidie cantat. Quoniam tu ſolus ſanctus, &c. Omnes autem ſancti,ſunt per participationem ſancti,nam quemadmodum, ſecundùm omnes in hac re magiſtros,Luna omnem cla- 2 3

2 Deus tantũ eſt ſanctus naturaliter, &c.

3 Sãcti à Deo accipiunt.

nem cla-

nem claritatẽ accipit à Sole, ſic omnes ſancti à Dei ſanctitate deriuãtur vnde ait Ioannes 1. De plenitudine eius omnes nos accepimus. & 1. Corinth. 1. Quia in omnibus diuites facti eſtis in illo. Leuit. 20. Ego Dominus, qui ſãctifico vos. Et Paulus, ait: Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid boni a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. 2. Cor. 3. Ad hanc ergo ſanctitatem ſuam hortatur nos Dominus dicẽs, Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Leuitici 19. & 20. cum multis alijs. & 1. Petri c. 1. & habetur in ca. oportet. 81. diſt. & 1. ad Theſſal. 4. Hæc eſt uoluntas Dei, ſanctificatio veſtra.

4 Secundo Nota. Quod ſanctitas hominis in hoc mundo tres habet gradus. primus enim ſanctitatis gradus incipit in ſtatu pœnitentiæ, ſecundo, proficit in ſtatu iuſtitiæ; tertio, perficitur in ſtatu gloriæ. Aluar. Pelàg. lib. 1. de planctu Eccleſiæ. 63. cap. quos tres gradus intelligere poteris, in eo quod Exod. 19 dixit Dominus Moyſi; Vade zinquitz & ſanctifica populum hodie, & cras lauentq; ueſtimenta ſua, & ſint parati vſque in diem tertium. quos etiã gradus, omnes ſancti declarant, maximè S Bonauent. in quodam opuſ. dum ponunt tres uias, purgatiuam, illuminatiuam, & contemplatiuam.

Sanctitas tres habet gradus.

Hanc etiam ſanctitatem hominis in hoc mundo D Bernard. depingit, dicens, Si propoſueris in corde tuo declinare à malo, & facere bonum, tene quod accepiſti, & profice in melius ſemper. Sed ſi aliquid minus iuſte egeris (ut eſt humana fragilitas non in eo perſiſte, ſed pœnitere, & corrigere, & eris ſine dubio ſanctus, ſed cui interim clamare neceſſe ſit. Pſal. 35. Cuſtodi animã meam, quoniam ſanctus ſum. Et de his ſanctis huius mundi, quouſq; in patriam perueniant, dicitur illud Apoc. vlt. c. Qui ſanctus eſt ſanctificetur ad huc.

De ſancti s uiatoribus.

Tertio Nota. ſecundùm D. Bernard. lib. 1. de conſider. quem refert, & ſequitur Aluarus Pelag. ſupra; ꝙ tria ſunt quæ faciunt hominem ſanctum, uictus ſobrius, actus iuſtus, sẽſus pius. Cui ſententiæ concors eſt D. Chryſoſt. ſuper Matth. Vis apparere ſanctus? circa vitam tuam eſto auſterus, circa alios benignus, audiant te homines parua mandantẽ, & grandia facientem. Et denique quicquid dici poteſt his uerbis compræhenditur: Declina à malo, & fac bonũ. quia in primo uerbo, includuntur omnia mala, quibus homo impediri poteſt, ſ. peccata mortalia & venialia. In ſecundo autem omnia bona tam obligatoria, ut ſunt opera miſericordiæ, quàm ſupeterogationis, ut ſunt diuina cõſilia, & alia ſimilia, veniunt intelligenda. cũm quibus concordat illud Eccleſiaſt. Qui potuit transgredi, & non eſt trangreſſus, facere mala, & non fecit. 5

Tria faciũt hominem ſanctum.

Quarto Nota. quod quemadmodum ut latiſſimè probat Ioannes Ludouicus de Viualdo, in libro, dicto Opus Regale, tractatu de cognitione electorum à reprobis. multa ſunt ſigna, per quæ poteſt iudicari in dubio, uel coniecturari de aliquo homine uiuenti, an ſit ſaluandus, uel cõdemnandus: ita ſancta Romana Eccleſia complura habet ſignã, quibus iudicat aliquem mortuum, eſſe ſanctum, & tanquam talem eſſe uenerandum, reuerendum, & adorandũ; quia nullus poteſt ſine tali Eccleſiæ Romanæ approbatione canonizari, ut probat tex. in c. 1. in fin. de reliq. & uener. ſanct. 6

Signa prędeſtinationis uel reprobationis.

Eccleſia habet ſigna ad cognoſcendum, &c.

Primo enim ſancta Romana Eccleſia 7

Probāda in canonizanpo ne ſancti. cleſia de vita inquirit diligentiſſimè canonizandi. Si fuit in laboribus multis, & iuſtis, iuxta illud: ſancti, ludibria, & uerbera experti, inſuper & vincula, & carceres & c. Si moribus caſtus, actibus ſtrenuus, oportet enim præſenti teſtificatione prędicari, & bonæ famæ præconijs non taceri. vt c. Miramur. 41. diſtin. c. Quatuor. 12. q. 2. & maximè quæri debet de ſimplicitate, quia cum ſimplicib. ſermocinatio eius. Et de humilitate. vt in cap. Ex ſtudijs. de præſumpt. quia Dominus dixit Matt. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, vt ait Iacob. c. 4. Et Eccleſiaſtici. c. 11. Sapientiā humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illū facit. Item quæri ſolet, An in uita paſſus fuerit perſecutiones. ut in cap. Omnis qui gemebat. & capit. ibi adunati. 7. q. 1. Et an fuerit paſſus ex charitate. ut in cap. Vide quantū. 1. q. 1. Quærendum eſt etiam de miraculis in uita, & poſt mortē: in Martyribus autem non fit tāta examinatio, uel inquiſitio, ſed tantum quæritur de miraculis, & eā propter quia paſſi ſunt arg. c. Cathecuminum, & capit. Baptiſmi uicem. de conſec. diſtin. 4. Supra dicta, quamuis non in totum, tradunt. Goffred. lib. 3. tit. 45. de reliq. & vener. ſanct. & Hoſt. quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 1. tit. 14. q. 25. Alberic. in Diction. verb. Canonizatio. Felin. & alij ſcribētes per tex. ibi. in c. uenerabili. de teſtib. Gloſſ. uerb. ſedis. in c. 1. de reliq. & uen. ſanct. lib. 6. Troilus Maluetius, de Canonizatione ſanct. dub. 2. latè Caſſan. Catalogo glor. mun. 3. par. conſid. 49. Quæ omnes uirtutes, cū omnib. alijs, magno cū cumu-
8 lo, in glorioſiſſimo S. Didaco florue-

runt, atq; infinita ferè miracula, atq; diuina prodigia in uita, & poſt eius mortem coruſcarunt. quæ omnia illuſtres, atque fide digniſſimi teſtes iurarunt, Compluri, me præſente, coram illuſtriſs. ac Reuerēdiſſ. D. D. Didaco Couarruuias à Leyua poſtea regalis Conſilij Præſide, ac D. D. Frāciſco de Frenelda Epiſcopo Conchen. 9
30 inſt. & iur. q.2.ar.3. uer. Eſt enim. Medices in Summa ſupra. Nono, quia ſecund. Au. Manual. 26. Cognitio veritatis eſt cognoſcere ſeipſum. Et ſecund. D. Baſil. in Examerō, cognoſcere ſeipſum, ſit difficillimū omniū rerum. Et ſecundum Lactantium. Ignorantia ſuiipſius cauſæ eſt malitiæ, & ideo Apollo, ſecundū Socratem, Platonem, & Macrobium illā protulit

31 diuinā ſententiam: Noſce te ipſum, quæ ſententia habebatur affixa portæ

Cognitio veritatis eſt ſeipſum cognoſcere.

De propria cognitione.

templi Apollinis; ideo quęritur, vtrū excuſatio peccatorum, quā quis non vult ſe cognoſcere, ſed circuit quęrens palliationes, ad excuſandas excuſationes in peccatis, ſit maius peccatum quā ipſa blaſphemia. Reſp. ꝙ quamuis quis ſe excuſat, ignorat ſe, ex qua ignorantia infinita procedūt mala, iuxta illud Canti.1. Si ignoras te o pulcherrima &c. i. ſi non cognoſcis te, ibis tanquam effrenis equus poſt paſſiones tuas, & ibis in adinuētionibus tuis. i. ibis effrenis poſt greges carnalium tuarum affectionum, Et quamuis Gloſſ. ſuper Pſ.47. ibi: Nolite extollere in altū cornu ueſtrū dicat, maximum eſt uitium excuſationis peccati: Nihilominus tamē dicendum eſt blaſphemiam de ſe grauius eſſe peccatū excuſatione, excuſatio autem peccati eſt quædam circunſtātia aggrauans omne peccatū, etiam ipſam blaſphemiā, & ideo dicitur ibi maximum peccatum, quia quodlib. facit maius. S.Th.2.2.q.13. ar.3. ad 3. Decimo quæritur, utrum 33 ille qui calore iracūdię blaſphemat, peccet mortaliter? Reſp. quod quamuis aliqui (neſcio quomodo) diſtinguant inter illum qui blaſphemat ex ira quæ procedit ex cauſa iuſta, & ex illa quæ procedit ex iniuſta; Dicendum reſolutiuè eſt, ꝙ quotieſcunq; quis iratus ex cauſa iniuſta ludi, vel ex cauſa iuſta, quia ſeruum corrigit, blaſphemat aduertens ad verborum ſignificationem, peccet mort. ita poteſt colligi ex Doctoribus, quamuis Medices in Summa q.40. ſentiat cōtrarium. Pro qua reſolutione facit il 34 lud Pſal.4. Iraſcimini, & nolite peccare. & illud Apoſtoli. Nolite dare locum iræ. ubi non dicit: nolite iraſci; quia iuſtè poteſt quis iraſci corrigēdo vitia, ſed dicit nolite dare locum iræ, quæ peccatū eſt. vide Angelum. verb.

Excuſatio peccatorū an grauius ipſa blaſphemia.

32 *Multa mala ex ignorantia.*

Vtrum blaſphemās calore iracundiæ peccet mort.

Iraſci poteſt quis iuſtè.

35 verb. blaſphemia.nn.6. De illo autẽ
De ebrio blaſphemãte.
qui in ebrietate blaſphemat,dic etiã
reſolutiue, ꝙ ſi prima uice neſciens
vini furorem,quia nũquam fuit ine-
briatus, vel quia in vino aliquid ei
propinatum eſt,quo hauſto,ebrieta-
tem incurrit, tunc blaſphemans nul
latenus peccat mortaliter. Si autem
ſolitus eſt inebriari, & aduertit ꝙ
ſolitus ſit tali vino,vel quocunq; vi-
no inebriari,& inebriat⁹ ſic blaſphe
mat:peccat mortaliter,quia ſciebat,
& aduertens inebriatus eſt, vt ex c.
inebriauerũt. 15.q.1. & Doctor.ibi:
& Cotrar.& Doct.in clem. Si furio-
ſus.de homic. Poteris colligere, &
optimè tradit Direct.Inq.2.pa.q.41.
36 per totam.Vndecimo quæritur, vtrũ
Vtrum peccatum blaſphemiæ ſit irremiſſibile.
peccatum blaſphemiæ ſit irremiſſi-
bile? Reſ.uerum eſſe Domini ſniam
quę Matt.12.habetur, ꝙ blaſphemia
vel peccatum in Spiritum ſanctum
non remittitur neq; in hoc ſæculo,
neque in futuro. ꝙ ultra infinitas ſe
rè ſanctorum interpretationes maxi
me D. Chryſ. D. Aug. D.Greg.quas
adducit Paulus Gryſal.verb.blaſphe
mia.nu.2.intelligi debet de illo,qui
cum animo perſeuerandi in blaſphe
mijs ex hoc mundo diſcedit. de tali
enim poteſt dici ꝙ ſit irremiſſibile
peccatum, quia habet intentionẽ in
mortali peccato perſeuerandi.De re
liquis autem hominibus, ẽt innume
ris blaſphemijs innodatis, ſi ex toto
corde conuertantur ad Deum,& mi
ſericordiam,per Sacramentum pœ-
nitẽtiæ petierint, intelligitur illa do
mini ſnia Matt.12.Omne peccatum
& blaſphemia remittitur. quod etiã
patet in infinitis Sacræ ſcripturæ lo-
cis,maximè Ezechiel.35. ubi pęnitẽ-
ti promittitur peccatorum remiſſiõ
quod etiam latè probauimus in Cã
delab.1.par.tit.de pæniten.nu.33.Et
dicere peccatũ blaſphemiæ eſſe ir-
remiſſibile per pœnitentiam,eſt hæ 37
Dicere blaſphemiã irremiſſib.eſt hæreſis.
reſis confutata a Paul.Gryſal. uerb.
blaſphemia.nu.2. Quapp ut viſcera
miſericordiæ Dei noſtri. q nõ vult
mortem peccatorum,ſed ut conuer
38 tantur,& viuant, commẽdentur,re-
De infinita Dei miſericordia notã aureas ſententias.
uereanť,laudentur,ac ſummis enco
mijs extollantur,ſimulque peccato-
res ad pœnitentiam animentur, at-
que hæretici,cum eorum patre dia-
bolo confundantur,ponam ſenten-
tias aureas,ac diuinas. quibus ſan-
cti Doctores ad ſpem in Deo ponen
dam peccatores hortantur: Diuus
enim Chryſo.ſic ait, Si publicanus
es,potes fieri Euangeliſta,ſi blaſphe
mus es,potes fieri Apoſtolus, ſi la-
tro es,potes effici Paradiſi colonus
ſi magus es,potes Deũ adorare:Nec
eſt ulla malitia quæ pænitentia non
ſoluatur. D.Bernard.O res confuſa,
ò res monſtruoſa peccator deſpe-
rans de Dei miſericordia,cum cun
cta peccata originalia,mortalia,&
venialia ab origine mundi comiſſa,
diuinæ miſericordiæ cõparata, ſunt
quaſi una guta maris: D.Aug.& D.
Gre.quos refert, & ſequiť Rodulf.
Cartuſ.in uita Chriſti.2.par.c.9. ſic
dicunt:Si unus hõ oĩum hoĩum pec
cata ppetraſſet.& uelut Cain & Iu-
das deſperaſſet, præterea Deus illi
ueniam denegare iuraſſet, ſi miſer
ille contritus ueniã rogaſſet, Deus
pius illi ueniam non denegaſſet.Itẽ
D.Auguſt.in Enchiridio. Nullus de
ſperet,niſi ille, qui fuerit magis ma
lus,quam Deus bonus.Idem Pſalm.
54. Diaboli,& angelorum eius tan-
tum deſperanda eſt correctio.

Duodecimo quæritur, Quis poſ- 39
Quis poſſit abſoluere blaſphemũ.
ſit abſoluere à blaſphemia, & quæ
pœnitentia ſit imponenda? Reſpon.
Ad primum, quod quamuis Gloſ.
verbo,Reſeruantur in cap.2.de pœ
nit.& remiſ.lib.6.Sylueſt. Angel.Ar
mil.

nil.& alij quos ipſi citant, & cõmunis in cap. ſtatuimus, de maled. quã refert Medices. q.41. & Nauar. Manuali.cap.27.num. 261. & communis vſus Epiſcoporum, teneant blaſphemiæ peccatum Epiſcopo eſſe
40 reſeruatum; Nauarrus tamen ſupra tenet non eſſe reſeruatũ, ſed quemlibet confeſſarium poſſe ab illo abſoluere, impoſita pęnitentia arbitrio
41 ſeueri confeſſarij. quia Conc. Lateranenſe eum non reſeruat. Sed (ſalua pace tanti viri cum cõmuni opinione vſu tenendum iudico. Atque Cõcilium Lateranen. in hunc modum (ſub S. R. E. correctione) declarandum (vltra omnes) cenſeo; videlicet, quòd Epiſcopi, & alij qui ab eis facultatem habuerin, nullatenus blaſphemum abſoluant, niſi impoſita pęnitentia graui, grauiori, vel grauiſſima, ſecũdùm qualitatem, & quantitatem blaſphemi, & blaſphemiarum. nõ vero, quòd blaſphemia non ſit reſeruata, vt ipſe ait ſupra, & cap.12.nu.83. & Medices. ſupra dicens publicam tantum reſeruari, nõ
42 autem ſecretam. Ad ſecundum Reſpon. quòd quamuis Sylu. Armilla & alij, dicant iam non eſſe in vſu Concil. Lateran. quo ad impoſitionem pœnitentiæ; Nauarrus tamen abſolutè inquit. d. nu. 83. ſeruandum eſſe. Ego autem dico omnino ſeruãdum, atque grauiſſimas pœnitentias eſſe à confeſſarijs excogitandas, vt tantum malum poſſint à fidelium linguis expellere. ne de illis negligenter agentibus dicatur illud: propter vos blaſphematur nomen meum inter gentes. quapropter conſiderare poterunt pęnitentias quas canones pęnitentiales blaſphemis impo-
43 nunt, maximè Canon. 30. & habetur in ca. ſi quis iratus. 2. q. 3. cum alijs. His duodecim quæſtionibus continentur omnia ferè illa, quæ ad Cõfeſſores circa blaſphemiam pertinere poſſunt. Sed ſi, (vt habetur in 44
Canone Sanctorum Apoſt. in hæc verba: Qui Imperatorem, aut Magiſtratum contumelia affecerit, ſupplicium luito, & quidem ſi clericus eſt, deponit; ſi laicus à communione remouet. & per totum titulum de maledicis, & C. & ff. de eo q ui Imperatori maledix. & in l. 3. tit. 4. lib. 8. nouæ recopilat. in Hiſpania; & alijs multis locis) iuſtum eſt, vt ſuperiores temporales maledicens puniatur; quanto magis decet, conuenit, & eſt neceſſariſſimum illos exquiſitis pœnis punire, qui contra ſuum omniumq; Factorem, Redemptorem, ac Gubernatorem, eiuſque puriſſimam matrem totius mundi Reginam, ac ſanctos glorioſos, acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, & eſt venenum blaſphemiarum ſub labijs eorum? Si enim contra homines illatę blaſphemiæ impunitæ nõ tranſeunt, multo magis qui ipſum Deum blaſphemat, dignus eſt ſupplicia ſuſtinere? vt in Authentic. vt non luxurient contra nat. reſponſ. 1. & §. 1. collatio. 6. Directorium Inquiſit. 2. par. in declararione. cap. Vergentis per text. ibi. & Gloſ. 1. & iura quæ citat in cap. 2. de Maledicis.

Quamobrem (vt Iudices tam Eccleſiaſticos, quàm ſęculares moneamus) ſcire oportet, quibus pœnis, 45
ac flagellis, fuerint olim ab omnipotenti Deo impii, atque ſacrilegi blaſphemi puniti; & quibus in foro ſacro Inquiſitionis, & Canonico Epiſcoporũ, ac communi ciuili ſint puniendi. Et primo de Deo. qui ſæpè ſæpius vltionem ſumpſit de miſeris blaſphemis, infinita ferè ſunt ſacræ ſcripturæ teſtimonia, ac ſanctorum Docto-

Pœnitẽtia pro blaſphemia.

Declaratur Concil. Lateranen. de blaſphemia.

Seruãdum omnino Concil. Lateranenſe.

Concluſio.

Blaſphemãtes contra Imperatores qua pœnas &c.

Conuenit blaſphemos puniri.

Quibus flagellis Deus olim punierit blaſphemos.

Doctorum exempla. Blaſphemos enim lapidibus obrui, erat præceptum Leuitici.capitul.24. Et miſerri mi Core, Datan, & Abiron, à terræ deuorati ſunt, vt habetur Numeror. decimoſexto. & deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Filius Dauid mortuus eſt, quia eius pater Dauid adulterio ſuo blaſphemare fecit inimicos nomini Domini. 2. Regum.capitul.decimoſecundo. Gigas quidam blaſphemans Iſraelem, fuit occiſus à Ionata filio Samaa. 2. Reg. capitul. vigeſimoprimo. Siri propter blaſphemiam qua putabant Deum tantum eſſe in montibus, nec aliquid poſſe in planicie, trucidantur. 3. Regum.c.20. Propter blaſphemiam Nicanor, mortuus eſt ipſe, & triginta quinque millia hominum, vt habetur 2.lib.Machab cap. 15. Sed quid vltra moramur cum legamus propter blaſphemiam Regis Senacherib, centum octogintaquinque millia hominum, nocte una, fuiſſe ab angelo interfecta, vt quarti.Reg.capitul.decimooctauo & ſecundi Machabæorum. capitul. decimoquinto narrat mirabilis hiſtoria? Hæc (omiſſis aliis) ex ſacra

46 colliguntur ſcriptura. Sancti quoque Doctores, innumera nobis tradunt diuinæ huius vltionis exempla; Inter quæ illud eſt æternæ memoriæ dignum, quod Diuus tradit Gregorius (in cuius vigilia, hoc anno 1589. hæc ſcribuntur) lib. quarto Dialogorum. capit. decimooctauo. de puero illo quinque tantum annorum, qui blaſphemauit Diuinam maieſtatem, & inter ipſius pa-

Exẽplo ſanctorum de blaſphemia.

47 tris brachia mortuus eſt.

De puero quinque annorum blaſphemãte.

Habetur etiam in libro dicto Speculum exemplorum (quem anno 1565. in Bibliotheca Salmantina perlegi) quendam ſacrilegum hominem (tanquam equus & mulus, quibus non eſt intellectus, & tanquam beſtia illa Apocal.c.13.) contra omnia ſacratiſſima Domini noſtri Ieſu Chriſti membra audacia Luciferina blaſphemaſſe, ac minutatim ſpurciſſimè nominaſſe. Diſſimulauit, ac tolerauit ipſe benigniſſimus Domin. Cœpit vlterius miſerrimus ille, etiam ſacratiſſimæ Virginis matris Mariæ ſingula blaſphemare, ac dentibus caninis dilacerare membra, tolerabat mitiſſimus filius tantę matris horrendas blaſphemias. Factum eſt, vt cum ille diaboli filius voluiſſet ore ſacrilego ſacratiſſimum, puriſſimum, ac virginale illud oſtiũ ex quo mundo lux eſt orta, nominare, ac conuitiis afficere; Ecce ſecuris ignita tanquam fulgur, de cœlo deſcendit, atque blaſphemum illum interfecit, in duas partes diuiſit, ac

Mirabile exemplum contra blaſphemos.

48 igne ſuo conſumpſit. Alfonſus quoque X Caſtellæ Rex, ob blaſphemiã Regno eiectus eſt, vt Annales Hiſpaniæ narrant; & refert Marcus Antonius Nata Aſtãſis in tractatu de pulchro. lib. 2. quem refert, & ſequitur Maiolus, tractatu de Irregular. lib. 5. c. 32. Alia complura in Auctoribus

Alfonſus Decimus Caſtellæ Rex punitus ꝓ blaſphemia.

49 reperies ſcitu digniſſima, quæ conſulto omittimus. Punitur etiam blaſphemia in venerando ſanctæ Inquiſitionis prætorio, hoc modo: Si non ſunt blaſphemię hereticales, non eo gnoſcit Inquiſitor, ſed blaſphemum ſuis iudicibus remittit. vt patet in Directorio Inquiſitorũ. 2.par. q 41.

Blaſphemiæ quales & qualiter puniantur in tribunali S. Inquiſitionis.

50 nu.1. Si autem blaſphemia eſt hæreticalis, & fit atrox; punitur ab Inquiſitore hoc modo; Si blaſphemus eſt plebeius, inſigni mitra, (Hiſpani, coroza) conſpicuus, alligata lingua (Hiſpani; con mordaza ala lengua) & ſine palio in publicum ducitur ſpectaculum, (Hiſpani, le ponen en vna

Blaſphemia hæreticalis atrox, in plebeio.

elcalera, ò tabaldo; Bononienſes, ala
51 Berlina) flagellis cęditur, & in exilium mittitur. Quòd ſi nobilis ſit, & honeſtior, ſine mitra producitur, ī monaſterium ad certum tẽpus truditur, pecuniarium mulctam ſoluit,
52 & ob ſuſpitionem quandoque abiurare ſolent. In leuioribus autem hæreticalibus blaſphemijs, mitius agitur Inquiſitorũ arbitrio, ſed hæ pœnæ imponi ſolent: Nam Inquiſitores blaſphemum damnant, ut aliquo die feſto, dum ſacra peragũtur, ſtet capite diſcoperto, ſine pallio, ſine calceis nudis pedibus, corda (Hiſpani, ſoga) ſuccinctus, & cęreum ardẽtem manu dextra gerat, tandem abſolutis ſacris legitur ſentẽtia, qua illi ſæpe indicuntur ieiunia, & pecuniaria pœna, ita ait Simancas de Catholic. inſtitution. tit. 8. nu. 11. Directot. Inquiſ. in addit. 2. par. ſchol. 48.
53 verſic. His. tãgit Sotus lib. 5. de iuſt. & iute. q. 2. art. 1. ad fin. Clericus aũt blaſphemus punitur non publica pœna. tex. in c. de his. 50. diſt. c. presbyter. 82. diſt. ſed ad certum tempus deponendus eſt, & in monaſterium detrudendus multa ieiunij, orationis, & eleemoſynæ arbitrio iudicis indicenda. ut tradit Simancas ſupra nu. 13. & 16. vide Alber. in Dictionario. uerb. maledicere. In tribunali
54 autem Eccleſiaſtico Epiſcoporum, puniuntur clerici, & etiã laici, quãdo non ſunt blaſphemiæ hæreticales, ut ſupra dictum eſt. De laicis no
55 ta, ꝙ quamuis in c. 2. de Maledicis, impoſita, & determinata ſit pœna pro blaſphemia; hodie autẽ, nõ ſeruatur rigor ille canonicus, ſed arbi-
56 trio Epiſcopi, vel eius generalis Vicarii imponitur pena, conſiderata perſonæ, ac blaſphemiæ qualitate, ac ſcandalo, Nota etiam pro clerico blaſphemo, ꝙ licèt olim. per tex. in

De nobili blaſphemo · *De leuioribus blaſphemijs hæreticalibus.* · *De clerico blaſphemo puniendo.* · *Qualiter in tribunal. Epiſcopi.* · *De pœna laicorum in eod. tribun.* · *Pœna antiqua pro clerico blaſphemo.*

c. ſi quis per capillum. 22. q. 1. Hoſtienſ. in ſumma de maledicis. §. blaſphemantes, uel ſ. gt auior. Ioannem Andream, & Abb. in cap. de maledicis. Alexan. conſil. 72. volum. 1. col. 4. uerſ. prætetea. Cynum. in l. 2. C. de rebus cred. Paulum de Eleaz. & alios, quos refert Bernardus Diaz in Practica Canonica. capitul. 103. & Simon Maiolus. tractatu de irregularit. & canonicis impedimen. libro. 5. capitul. 32. Tabien. uerb. diſpenſatio. quæſtio. 15. verſicul. ſecundus caſus, multæ eſſent impoſitæ pęnæ clerico blaſphemanti? Hodie 57
tamen in Concilio Lateranenſi, ſub Leone X. celebrato, clericis blaſphemantibus pœna decreta eſt, in hæc uerba: Quicunque Deo palam, ſeu publicè maledixerit, contumelioſiſque, atque obſcenis verbis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel glorioſam Virginem Mariam eius genitricem expreſſe blaſphemauerit, ſi clericus, uel ſacerdos fuerit, eo ipſo, quod de delicto huiuſmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum quæcunque habuerit fructibus, (applicando ut infra) vnius anni mulctetur, & hoc fit pro prima vice, pro ſecunda vero ſi ita delinquerit, & conuictus, vt præfertur, fuerit, ſi vnicum habuerit beneficium, eo priuetur, ſi autem plura, quod ordinarius maluerit id amittere cogatur. Quòd ſi tertio eius ſceleris argua tur, & cõuincatur, dignitatibus, & beneficijs omnibus quæcunque habuerit eo ipſo priuatus exiſtat, atque ad ea ulterius retinenda inhabilis reddatur, eaq́ue liberè impetrare, & cõ 58
ferri poſſint.

Diſtributio vero prędictorum, fructuũ, (ut ex dicto capitulo Concilij

Clericorũ pœna pro blaſphemia in tribunali Epiſcopi. · *Diſtributio fructuum qualiter facienda?*

ciliij colligi poteſt, in alio caſu,quo etiam amiſſionem fructuum impo- nit ,) in fabricas beneficiorum huiuſmodi , vel pauperum elee-

59 Exemplum Toletanæ Diœceſis.

moſynas facienda eſt . Nec præter- mittere licebit, (vt aliæ nationes exemplum ſumant ? quod proprijs oculis uidi , quòd in Archiepiſco- patu illo florentiſſimo , totoque orbe celebratiſſimo Toletano , pro iuramento illo , quòd Hiſpani , uo- to à Dios; dicunt, clericus Qua- dragefimam dietum haud volunta- riè celebrat in Epiſcopali carcere detentus , ex conſtitutionis Syno

60 Blaſphemia qua pœna iure cōmuni puniat.

dalis decreto. Iure autem ciuili com muni attento , blaſphemiæ pœna eſt vltimum ſupplicium. text. gloſſ. & Doctores in Authent. Vt non lu- xurientur contra naturam. § final. Quę pœna habet locum in eo , qui ſolitus eſt blaſphemare : ſecundùm Iaſonem in l. ſi duo patroni.§.iura- rarè.& in l.3. §. iurari. ff. de iure iu- rando . numer. 11. Petrus, Cynus, Bald. & Salycet. in l 2. C. de r bus cred t.Alexand.conſil.233.lib.6 co- lum. 1. Anania in cap.2. de maledi- cis, & alij, quos refert, & ſequitur, Couarruias in capitul. quamnis pa- ctum . de pactis lib.6. 1.par.§.7.nu-

61 Qua pœna p legem patriarum.

mer.10. Per leges autem patriarum, pro qualitate blaſphemiæ, & perſo- næ , variæ imponuntur pœnæ, quas explicant Gloſſatores in l 5. titu.28. par 7. Quæ pœnę augentur in l. 2. titul 8. lib 8 ordinam. Quibus legi- bus blaſphemus ſic punitur,ſcilicet, quòd blaſphemans , maximè plebe- ius pro prima blaſphemia verbera- tur (Hiſpanicè,ex azotado,Itali ſco pato) pro ſecunda, notetur in labijs ferro candenti ſigno Cru † cis . Pro tertia verò, lingua ei amputatur, ut

62 haberur in l. 4.eodem tit. Iure dein- de Regni Caſtellæ poſtmodum con-

De Legib. Regni Caſtellæ.

ſtitutum eſt, quòd blaſphemus in- cutia Principis ,aut intra quinque leucas, (Italicè,quindici miglie)pu niatur eadem pæna uerberum , & amputationis linguæ:Extra cutiam autem,puniatur pœna amputatio- nis linguę, amiſſionis dimidiæ par- tis bonorum.ut in l.2.tit.8.lib.8. or dinam. Quæ omnes pœnæ hodie non ſic ſtrictè ſeruantur, ſed nouiſ- ſimo iure.l.1.& 2.tit.4.libro.8 . no- uæ recopilationis,alia praxis eſt in troducta in Hiſpania:uidelicer, quòd blaſphemus pro prima blaſphemia punitur carcere unius menſis ? Pro ſecunda exilio ſex menſum à loco habitationis,& mille quadrantum pæna,(Hiſpanicè, mill marauedis, Italicè,triginta paulos numerabis.) Pro tertia vero blaſphemia clauo ligua pforabif,& hoc i plebeio. No bilis autem pro tertia blaſphemia punitur exilio unius anni , & mul- cta , duorum millium quadrantum (dos mill marauedis,que ſon ſeſen ta Reales) duplicata pœna , ut ſu- pra. Tria tamen hic ſeſe offerunt nobis notanda.Primū,quod quotieſ cūq; in legib.Hiſpaniæ.abſolutè di citur quem verberandum , uel fla- gellandum eſſe, intelligitur tantum de centum verberibus , uel ictibus (Hiſpani,cinazotes,Itali,cento bot- ti,Genuen es,vt audiui cento pat te) quibus finitis , & numeratis, amplius non flagellatur . Flagel- latur autem hoc modo , ducitur nudo medio corpore , ſedens ſu per aſinum, manibus iunctis ante pectus ligatis cum alta uoce præco nis publicantis cām talis flagellatio nis,& in fine cuiuſl bet [illegible] fla- gellatur uno ictu , & tunc incipit iterum præconium ; Si autem con- demnatus eſt ad ducenta. flagella in fine uniuſcuiuſque præconij p-

63 Mitius agit hodie cum blaſphemis

64 Qualiter uerberatur aliquis in Caſtella.

cutitur duobus ictibus, &c. & hoc fit quodam corij flagello ad hoc deſtinato Miniſter autem iuſtitiæ, qui
65 Qualiter lingua amputatur. Italicè Boia, Hiſpanicè, el Verdugo;& flagellum illud; la penca; appellatur. Secundum, quod quando lingua amputatur, vel alicui perforatur. (quod, enclauar la lengua; Italicè inchiodar la lingua dicitur) non ſit in parte anteriori, vel cuſpide linguæ, ſed in vno latu, ita quod
66 Iam lingua non amputatur in Hiſpania. nullum ei præbeat comedēdi, vel loquendi impedimentum. Tertium, quod iam in Hiſpania, lingua non amputatur, vel perforatur, ſed loco huius pœnæ ſucceſſit alia, ſcilicet, quòd lingua (vt ſupra de pœna blaſphemiæ diximus) ligno quodam (mordaza) ad tempus premitur. Vide Couar. ſupra nu. 11. apud quem inuenies aliarum nationum pœnas contra blaſphemos. & Auiles in capitulis Prætorem. c. 25. nu. 3. Iulium Clar. lib. 5. ſententiarum. § blaſphemia. Simancas de Catol. inſtitution.
67 Vtrum qui fuit in blaſphemia cōfeſſus Confeſſori ſit etiā puniendus illis pœnis? tit. 8. nu. 13. & 16. Sed ſcire oportet: Vtrum, ille qui de blaſphemia iam fuit in foro ſacramentali pœnitentiæ à ſacerdote abſolutus, ſit imponenda pœna ſupradicta ordinaria pro blaſphemia? De hac quæſtione vide Bartolum conſil. 162. & Decium conſil. 137. nu. 2. volum. 2. & Laſſ. in l. 3. § iurari. nu. 15. ff. de iureiur. 1. & Thom Ferrar. in cautel. vltra Cępolam. nu. 25. & videl. 22. tit. 1. par. 7. vbi omnes concludunt, quod facta pace cum offenſo, non eſt imponenda pœna ordinaria delicti. quod fallit in peccato blaſphemiæ, ſecundùm Gerardum de Petra ſancta. ſingular. 83. quod tene menti, quia quamuis de blaſphemia pœnitentia acta ſit, & blaſphemus à ſacerdote abſolutus; puniri nihilominus debet dicta pœna. Quod fallit, ſi calore iracundiæ blaſphemauerit, ſecundùm Decium. conſil. 17. Quod eſt verum, niſi propter iniuſtam cauſam blaſphemauerit: quia tunc ordinaria pœna eſt mulctandus, ſecundùm Abb. in cap. 2. de maledicis. num. 3. & Iaſſ. in l. ſi duo patroni. §. fin. ff. de iureiuran. & in l. ſi filiam. nume. 6. C. de inofficioſ. teſtamen. Nota etiam ſingulariter conſilium Cępolæ. 76. & 77. relatum ab Alciato in cap. cum non ab homine. nume. 33. de iudic. ad hoc, quòd ſi quis blaſphemauerit ex interuallo. bis, aut ter, in continuatione tamen eiuſdem ſermonis, non eſt puniendus niſi pro una blaſphemia, tenet etiam Boerius. deciſione. 301. nume. 16. ſecus tamen eſſet ſi ex interuallo, vt latè, & eleganter probat Couarr. in lib. 2. variarum reſolution. cap. 10. nume. 8. vbi agit de multis criminibus iteratis. Vide etiam Hypolitum in 6. fina. col. fin. ff. de ſicarijs. Nota etiam, in tanti criminis deteſtationem; quòd non tantum ipſi blaſphemi ſunt puniendi, ſed etiam ipſi iudices, qui eos non puniunt, eiſdem pœnis ſubijciuntur. vt tenet Tabiena. verb. diſpenſatio. q. 15. verſi. Secundus caſus. quem refert, & ſequitur Reuerendiſſ. Maiolus in tract. de irregularit. & canonic. impedim. lib. 5. c. 32. in fine. Hæc de blaſphemia ſufficiant.

68 De blaſphemantibus ter vel quater ſimul, vel ſeparatim.

69 Iudices non punientes blaſphemos puniendi.

CAPVT XX.

De quodam Iuramento,

1 Vtrum, qui debet quis
QVAESTIO eſt ſcitu digniſſima quæ mihi iam in facti contingen-

quaginta possit illa negare petenti centum.

tingentia accidit:) Vtrum, ille qui Titio debet quinquaginta, reconuentus coram iudice, mediante iuramento, ſuper centum, poſſit negare totam illam ummam, cum ille verè, & realiter non debeat niſi quinouaginta, & Titius petat centum? Reſpon. Bartholum in l. 1. §. ſi ſtipulanti. per tex. ibi. ff. de verbo. obligat. tenere talem obligatum eſſe reſpondere, ſe non debere illa centum, ſed tantum quinquaginta. & cum Bart. tenent magis commu-

2 Communis opin. quod teneatur fateri partem.

niter Doctores, ſecundum Alexan. nume. 7. Aretin. nume. 29. Vincent. nume. 17. Iaſ. nume. 19. & nouiores. in d. l. 1. & repetit idem Barto. in l. is qui ducenta. §. vtrum. in fin. ff. de rebus dub Abb. in cap. vnico. de plus petition. nume. 5. Fely. alios citans in cap. Nam concupiſcentiam. ad fin. de conſtit. & Capella Toloſana nume. 208. & eſt communis ſecundum Couarr. infra. videlicet, quod teneatur fateri partem illam quam debet, etiam ſi maior, vel duplicata quantitas ſit

3 Cōtraria cōmunis, quod poſſit negare omnia.

petita. Contrariam partem, imo quòd abſque periurio poſſit totum negare dicens non debere dicta centum, cum verè illa non debeat, ſed tantum quinquaginta, veram dicunt, & defendunt, multis rationibus ac fundamentis illatis à Couarr. infra, Dominicus per tex. ibi, in cap. cui de non ſacerdotali. de præben. in 6. Specul. in tir. de poſitionibus. §. 5. verſic. Secundo uero exemplo. Gloſ. in cap. vlt. de Confeſſis. libro 6. Bald. in cap. Dudum. 2. de electione. nume. 29. Decius in l. Non poteſt uideri improbus. ff. de regul. iuris. Alciat. nu 48. & ibi Crotus col. vlt. in d. l. 1. §. ſtipulanti. Et eſſe hanc opinionem communem fatetur Imol. in cap. dilecti. colum. 2. de maiorit. & obed. & hanc dicit ſeruari in praxi. Abb. vt refert Couar. infra. Quas duas conrrarias communes opiniones, concordat optimè Couarr. lib. 1. uariarum reſolut. ca. 2. numé. 5. dicens reum, qui debet partem, uel ſummam incertam, & indeterminatam totius, quod actor petit, poſſe iuſtè, & abſque peccato, etiam cum iuramento, negare totum; quia cum neſciat quantitatem determinatam, quam debet. poteſt totum negare. Totum, quia non debet totum: partem, quia neſcit qualem totius petiti partem. & ſic procedit ſecunda opinio communis. Si autem actor petit ſibi deberi centum; & reus ſcit verè, & realiter eſſe debitorem quinquaginta tantum, determinatè, & liquidè; tunc tenetur partem illam fateri ſub reatu peccati. & ſic procedit prima communis opinio Bar. quam concordiam aſſerit Couar. eſſe tenendam per tex. in l. Non ſolum. §. vltim. de verbor. obligatio.

4 Concordia D. Couarr. inter duas cōmunes.

Et quamuis contra dictam concordiam poſſet replicari, dicēdo, quòd quemadmodum quis tenetur fateri partem liquidam, & determinatā quā debet; ſic teneatur dicere ſcio me non debere illa centum, ſed aliquam illorum partem, quam neſcio, & videbo in meo libro memoriæ, cui me remitto; tamen quia dictus Couar. omnia ponderauit ſapientiſſimè, hanc concordiam iudico tenendam. 5

5 Replicatio Auctoris.

CAPVT XXI.

De filio nato ex adulterio.

1 Quæſtio olim Saonæ ventilata.

QVAESTIO infra ſcripta ventilata fuit à me Saonæ ac vtramque

vtramque partem. Anno 1586. in ſa
cti contingentia, coram illuſtri ad-
modum ac Reuerendiſſ. D. D. Ioan.
Bapt. Centutione eiuſdem ciuitatis
tunc Epiſcopo, nunc autem (ut cre-
ditur) cœleſtis Aulæ militæ: Quam,
licet tunc breuius abſoluerim, in
præſentiarum tamen, compluribus
alijs [illegible] Auctoribus, quos tunc
nondum uideram, diffuſius explica
2 bo. Talis ergo quæſtio eſt: Vtrum, fi-

Vtrũ filius natus ex cõiugata quæ adulterauit, &c.

lius ex coniugata natus, quæ adul-
terium commiſit, cenſendus ſit ex
marito, uel ex adulterio genitus?
quæſtio eſt nimis quotidiana, ac mul
3 to magis controuerſa. Pro cuius re-

Aliter in foro interiori, & exteriori iudicã tum.
Iudex iudicat ſecũdũ allegata, &c. qualiter.

ſolutione Nota primo. Aliud eſſe in
foro exteriori, aliud in foro interio-
ri cõſcientiæ iudicare. In foro enim
iudiciali tam Eccleſiaſtico, quam ſæ
culari Iudex iudicat, ac optimè iudi
cat, ſecundùm allegata, & iuridice
probata publica, & non priuata ſcië
tia, tex. in l. illicitas. §. veritas. ff. de
offic. præſid. cap. iudicet. 3. q. 7. c. pa-
ſtoralis. §. quia uero. de offic. deleg.
quæ iura refert Nauarr. in cap. Quis
aliquando. §. non tibi dico. n. 24. de
penit. diſt. 1. S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 6.
ad 3. Petrus Raym. & Summ. Con-
feſſ. quos refert, & ſequitur Alberic.
in Diction. uerbo, Iudex. & Sotus
lib. 5. de iuſt. & iure. q. 4. ar. 2. quem
uide. In foro autem interiori, & con
4 ſcientiæ dupliciter iudicatur; Nam

In foro cõſciẽtiæ quomodo iudicantur.

in foro pœnitentiæ iudicat Confeſ-
ſor, ſecundùm ea quæ pœnitens con-
tra ſe, & pro ſe probat, ut latè in 1.
5 par. Candelabri. tit. de Confeſſione

Conſcientia docet.

diximus extra confeſſionem uero,
unuſquiſque iudicat internus de ſe,
ſecundùm propriam conſcientiam,
6 quæ ſi erroneam, non eſt hominem

Diſtinctio quæſtionis

docere, quid oporteat facere. In
caſu autem, & quæſtione noſtra præ
ſenti, non eſt medium; Aut enim
adultera ſcit filium eſſe mariti ſui,
aut adulteri, aut dubitat cuius ſit.
Si certo ſcit eſſe mariti, quia iam
erat grauida, quando primum adul-
terium commiſit, nulla eſt quæſtio.
Secundo, ſi marito abſente ex a-
dulterio concepit, negotium eſt ſine
dubio. Si autem præſente marito,
& ordinariè debitum Matrimonij 7

De illo qui uxorẽ ſuã non tetigit. &c.

exigente (agnouit enim uirum, qui
etiam vxorem pulchram, & iuue-
nem, totis octo menſibus non te-
tigit, cum ordinariè ſimul cubuiſ
ſet) cum adultero ſe commiſcuit;
tunc erit dubium, filius mariti ſit,
nec ne? Quantum ad ſecundum 8

Quid faciet mulier quę ſecreto concepit ex adulterio.

membrum, ſcilicet quando mulier
uerè, & realiter ſcit filium eſſe adul-
terii, & non mariti, & hoc eſt ſe-
cretum, talis mulier conſulat Con-
feſſorem doctum, pium, pruden-
dentem, ac timentem Deum, & ſe-
cundum eius conſilium faciat, non
enim inſtituti noſtri eſt tractare hic
de remedio, in tali occurrentia ad-
hibendo, uideat tamen talis Con-
feſſor quæ ponit Summa Confeſſ.
lib. 2. tit. 5. quæſt. 23. Sotum lib. 4.
de iuſt. & iure. quæſt. 7. art. 2 Na-
uarr. & alios quos citat cap. 16. nu.
43. cum ſeq. Vnum tamen obiter. 9

Vtrum ſtandum confeſſioni matris in articulo mortis?

nota, quòd filius non probabitur,
nec præſumetur adulterinus, incœ-
ſtuoſus, uel illegitimus ex matris aſ-
ſertione in ipſius mortis articulo,
uel ipſi filio, uel alijs circunſtan-
tibus facta. ſecundum communem,
quam ex Boerio. quæſt. 299. colum.
5. par. 2. Turzan. opinionem 120.
tradit Emanuel Soarez. litera F. nu- 10

Vtrum mulier poſſit ſcire ex quo concepit, ſi cũ alijs, &c.

me. 182. Alterum non omittendum
indicaui, quod à Reuerendiſſimo
quodam, pariterque doctiſſimo, ac
Religioſiſſimo Prælato; & à quo-
dam excellentiſſimo cuiuſdam ci-
uitatis Prothomedico, alijſque pe-
ritis

ritis audiui, uidelicet, quod ſi mulier aliqua una eademq́ue nocte, cum tribus, quatuorve hominibus coierit, & omnes actum conſummauerunt uenereum, ſi fuerit prudens, conſiderata, ac uigilans poterit certo ſcire, ex quo illorum conceperit. Durum mihi uiſum fuit, & uidetur: ſapientiori tamen iudicandum relinquo.

11 *Quando ueté dubitat, pręſumitur pro matrimonio.*

11 Quæſtio autem noſtra uerſatur circa illud membrum, uidelicet, quando eſt dubium reale, cuius filius ille ſit. Et tunc, in foro conſcientiæ, quando pro utraque parte ſunt conjecturæ probabiles, in fauorem inclinandum, ac iudicandum eſt matrimonij, & quòd ſit filius legitimus mariti. ita poteſt ex omnibus colligi Auctoribus.

12 *Filius præſumitur ex marito in foro exteriori, etiam ſi, &c.*

12 In foro autem exteriori iudiciali talis, ex tex. in l. miles. §. defuncto. ff. de adulteriis, colligitur concluſio: Filius præſumitur natus ex marito, quantumcunque uxor cum alio adulteretur. De qua concluſione uide Gomeſ. in cap. 2. fol. 5. de iudicijs in 6. Patriſium in conſil. 64 colum. 1. uolum 3. & omnino Gozad. conſil. 12. & ſequenti.

13 *Quid ſi cohabitet cũ adultero?*

13 Quæ concluſio eſt uera, etiam ſi talis mulier cum adultero cohabitet, dummodo liber pateat acceſſus marito ad uxorem, ita quod potuerit filius ex eo concipi. per rationem dicti. §. defuncto. & notat Baldus in l. ſi à matre. C. de ſuis, & legit. & Abb. in cap. officii. de pœnit. & remiſſ. & in cap. accedens de purgat. Carron. Barbat. conſilio 58. colum. 1. uolum 2. Alexand. in multis locis. maximè. conſilio. 87. uolum. 3. colum. penult.

14 *Quid ſi mater uiuat in proſtibulo*

14 Secundo, confirmatur, quod etiam ſi mater uiueret in proſtribulo, præſumitur filius mariti, & non adulteri, Angelus in l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homin. Barb. conſil. 68. lib. 1. Bald. conſil. 39. lib. 5. Alexand. conſilio. 37. lib. 3. & faciunt notata à Cyno, poſt Iacob. de Buttigar. in l. ſi uicinis. C. de nuptijs. Sylua Nuptialis. cum alijs multis quos ibidem refert, & ſequitur libro 1. num. 51. quem refert, & ſequitur (falsò tamen allegando) Iacob. Philippus Portius. lib. 1. Regula 18. In tantum, quod de hoc, non ſtatur ſacerdoti reuelanti talem non eſſe filium, de licentia mulieris, ex eius confeſſione. Boetius deciſione 299. numer. 8. & tradit Lælius de Zanchis in tractatu de priuilegiis Eccleſiæ priuil. 37. numer. 18. 15

Verum ſtandum dicto Cõfeſſoris.

Tertio, confirmatur ex iis, quæ tradit Aretin. in cap. per tuas. colum. 1. de probationibus, qui ait, quod etiam ſi maritus, per aliquod tempus eſſet abſens, nihilominus præſumendus eſt filius mariti, & non adulteri. 16

Quid ſi maritus aliquando abfuerit?

Quarto, ampliatur, & procedit, etiam ſi filius naturalis natus fuiſſet in loco ſuſpecto extra domum mariti. vt ait Iaſ. conſilio 125. colum. 1. volum. 4. 17

Quid ſi filius natus ſit in loco ſuſpecto?

Quintus caſus & ampliatio eſt, quòd mater adulterii conuicta fuerit, niſi illud liquido aliunde probetur, ut tenet communis, quam ex Couar. libro 4. de ſponſal. 2. par. cap. 8. §. 3. numer. 8. tradit Emanuel Soarez. litera F. nume. 183. 18

Quid ſi mater conuicta ſit de adulterio?

Quæ concluſio, principalis, licèt cum ſuis ampliationibus, uera ſit, & procedat, quibuſdam tamen caſibus contrarium erit iudicandum, ſcilicet, eſſe filium adulteri, & non mariti. Quorum primus eſt, quando talis mulier prius fuerit diu ſterilis cum marito, & poſtea adulterando impregata eſt. quia tunc patet filium eſſe adulteri, & non mariti, vt probat Aretin. & Felyn. in cap. Per tuas. de probation. 19

Quid quando mulier ſterilis concepit?

colum.

20 Quid quando vir est octogenarius? colum.1.Secundus caſus eſt, quando iam vir octogenarius eſſet, quia tunc regulariter, adulteri.& non talis ſenis filius eſt cenſendus, ut tradit Socin.conſil.65.uolum.3.Pariſ. conſil.29.uolum.2.quos refert,& ſe-
21 Quid ſi maritus ſit impotens quitur Portius ſupra.Tertius caſus eſt,quando infirmitatis cauſa, maleficio. uel alio quocunque modo probatur,vel in marito impotentia ad copulam.ut probat Pariſ.ſupra.
22 Quid ſi maritus non cohabit? Quartus caſus eſſet, quando maritus,licèt præſens cohabitando, probare.poſſet,per tantum tempus matrimonio uſum non ſimile.uel uxorem carnaliter non tetigiſſe, ut ſu-
23 Quid cum filius alteri aſſimilatur. pra diximus. Quintum, ego iudicarem caſum, quando tanta eſſet in filio adulteri, patris ſimilitudo, quod vnuſquiſque iudicare facile poſſet, eſſe filium ſuum, & non mariti.vt notat Syluester in ſumma.verbo,filius.nume.20. Et vl-
24 Filiatio qualiter probanda. tra omnes quos vidimus, vide qualiter filiatio ſit probanda, apud Andr. Tiraquell.de utroque retractu.§.1.gloſſ.16.nume.17.vbi infinitos ferè citat Doctores. Et de hoc ſatis.

CAPVT XXII.

Ad Candelabrum Aureum 1.par.tit.de confeſſione.q.51.additio.

1 Vtrũ peccatũ ueniale poſſit fieri mortale. QVÆRITVR vtrum peccatum veniale aliquo modo fiat mortale,vel multa peccata venialia vnum valeant constituere mortalę peccatũ? Sunt qui putent venialia peccata, mortale vnum conſtituere poſſe: quod non tantum ab aliquibus materiam peccatorum ignorantibus, viua voce,audiuimus: ſed etiam in aliquibus auctoribus,vt infra dice- 2
Fundamẽtũ tenentium. tur, reperire poſſumus. Mouentur ad hoc,qui illud ſcripſere,ex Diui Auguſtini ſententia relata in capitul. Tres.ad finem.de pœnit.diſtinct.1.vbi ſic habetur: Peccata quamuis parua, tamẽ crebra ſubrepunt,quæ ſi collecta contra nos fuerint,ita nos grauabunt,& opprimẽt ſicut vnum aliquod grande peccatum.Quid enim intereſt ad naufra- 3
Similitudo de naufragio. gium, vtrum uno grandi fluxu nauis operiatur,& obruatur, an paulatim ſubrepens aqua in ſentinam,& per negligentiam derelicta, atque contempta impleat nauem, atque ſubmergat?Mouentur ſecundo, ex Gratiani auctoritate in capit.vnum orarium.§.Nunc autem.verſi. Hinc etiam 25.diſtinct.vbi ſic ait: Hinc etiam Auguſtinus ait. Nullum peccatũ eſt adeo veniale, quod nõ fiat criminale dum placet.

Quibus ſuppoſitis Reſp.1. Ad 4
Abb.& alij tenuerunt, quod ſic. quæſtionem dicendo,quod etiam ſi Abb.in cap.Audiuimus.de reliq. & & uenerat.ſanct.& in c à crapula.de vita & honeſtat.cleric.& in c ſacris col.fin.de his quæ ui,metuſuè cauſ. fiũt,dicat:Peccatum nullũ eſt adeo veniale,quin cõſuetudine fiat mortale,quem refert, & ſequitur Marquardus de Suſanis de cælibatu.3. par.capit.1.nume.6.& quamuis cũ hoc tranſeat Albericus.in Dictionario.uerbo,Peccatum in principio. & Aluarus Pelag.de Planctu Eccleſiæ. lib.2.capit.81.& alij quos refert Couar.in capi.Alma mater.de ſent.excom.lib.6.2.par.relectionis. §.7,nume.6.uerſic.Tertio,tenentes
Peccata uenialia cõſtituere mortale.qualiter intelligatur. illud D.Auguſtini procedere.Nihilominus tamen ſententia D.Auguſtini, & Gratiani ſupra, non eſt ſic intelligenda,ut iacet, ſed ut explicat

cat Archi.ſ d.c.Tres.& S.Th.1.2.q. 88.ar.2 l.q veniale peccatum ex genere,pot. eſt fieri mortale ex intẽtione,non idem numero; nec multa ſimul.hæc D. Th.ſupra. quem refert explicat,& ſequitur Summa Cõfeſſ. lib.3.tit.34.q.151.Sotus libro.4.de iuſt & iur.q.9.ar.2.Nauar.in d.cap. Tres.de pœnit.diſtinct.1 .numer.6. Gloſſa in d.§.criminis.Sylu. verb. Peccatum. q.4.Almain.& communis opinio,quem refert,& ſequitur

5 Couar.ſupra,vbi ſic ait. Auguſtini ſententia, & communis adnotatio hunc ſenſum habet. vt ipſa peccati uenialis frequentia viam aperiat latiſſimam peccato mortali propter contemptum aut quid ſimile. Ex quibus,& ex Piſana.verb. peccatũ. nu.2.S.Anton. 1.part. tit.10.capitul 2.de peccato veniali. Roſſella. verb.peccatum.nume.5.Can iſio.in ſumma.tit.de peccato.cap 8.& alijs quos refert,& ſequitur Sebaſt.Medices.in ſumma peccatorum.1.part. quæſt.11.titu.2.talis poteſt colligi concluſio.

Frequẽtia peccatorum venialium quid faciat.

6 Infinita peccata venialia, vnum non ſufficiunt conſtituere mortale. Quæ concluſio ampliatur.vt procedat,etiam ſi talia peccata venialia, tantum vt venialia,abſque alio reſpectu placeant,quia eo ipſo mortalia fieri non poſſunt.Secundo, procedit etiam ſi peccata uenialia,ut talia contemnantur. ut explicando optime quid ſit contemnere,tradũt

Infinita peccata uenialia nõ faciũt unum mortale.

7 Couar.& Nauar.ſupra. Et licet mortalia non fiant;Nihilominus tamen timenda ſunt peccata venialia; ne inter uenialia incidat aliquod mortale.Eccl.19. Qui ſpernit modica: paulatim decidit.Vnde S.Greg. ait: Viraſti grãdia,uide ne obruaris arena:& alibi.Si iſta minima negligimus,inſenſibiliter adducti audacter maiora perpetramus.Nã quãuis caniculus latret,& non mordeat,excitat tamen canem alium magnũ domi dormientem,qui hominem mordeat,ac deuoret. Fugiẽda ſunt etiã venialia, non quia infinita conſtituant hominem Dei inimicũ,ſed quia charitatem obnubilant, licèt non 8 extinguant,ſicut puluis oculum,unde multa apud Aluarum Pelagium. Libro.2.de planctu Eccleſiæ. capitulo.81.

Peccata uenialia timẽda,& quare.

Charitatem obnubilãt.

Secundo Reſp.Peccata uenialia 9 fieri poſſe mortalia,aliquibus caſib. quos congeſſit Medices ſupra. Primo,ſi quis ſtatuat ibi ultimum finẽ, paratus ſcilicet mortaliter peccare, ſi de hoc cogitetur actu.Secundo,ſi fiat ad finem,qui ſit peccatum mortale,cuius enim finis eſt bonus,ipſũ quoque niſi aliud obſtat bonum eſt & cuius finis eſt malus,ipſum quoque malũ eſt,omnis enim actus à fine iudicatur,ut notant omnes.Tertio ſi interueniat cõtemptus, ſ.quãdo aliquis non curat de ſalute proximi,ut cũ mulier ita ornatur, ut ex eo quis ruat, & in aliquod mortale peccatum incidat.Quarto, ſi conſcientia ſit erronea,credens peccare mortaliter, Silueſt uerb. peccatũ. nu.3.Raym.in ſumma.tit.de peccat. c.25.aliàs ſi conſcientia dictaret eſſet tantum ueniale peccatum, nõ eſſe niſi ueniale,contra facere: quia etiam ex certa ſcientia, poterit qs, decem.venialia habens,quinq; confiteri, & alia quinque omittere, ut probauimus in Candelabro.2 pat. tit.de Confeſ.q.51.

Venialia fieri poſſunt mortalia aliquibus caſibus,& q b.

Tibi laus,tibi gloria,tibi gratiarum actio ò Beata Trinitas;propter temetipſum,unus Deus,& quia feciſti nobis miſericordiam tuam, ut Aurea hæc Appendix ad Candelabrum Aureum,hac ſacratiſſima die 10

Gratiarum actio pro fine huius appẽdicis,uel tertię partis.

P D·Ioſeph.

D. Ioſeph. dicata, hora. 2. noctis. 1589. à nobis fuit finita, quemadmodum eiuſdem ſancti uigilia, anno ſuperiori, fuerat ſecunda eius pars cōpleta. Cedat utrumque (precor) ad laudem, & gloriam tuam, ac ad honorem ſacratiſſimæ ſponſæ Virginis Mariæ, eiuſdemque ſanctiſſimi Ioſeph, Martini, Catharinæ, ac omnium ſanctorum, quos aduocatos mihi conſtituo. Sit ad ſalutem fidelium; Hæreticorum confuſionem, atque peccatorum correctionem. Amen.

FINIS.

AVREA

AVREA EXPLANATIO IN TRES. S D.N.SIXTI.PP.V. AVREAS BVLLAS, VEL CONSTITVTIONES, VIDELICET.

1 ¶ *Contra clericos male promotos,&c.*
2 ¶ *Contra procurantes abortum,&c.*
3 ¶ *De habitu & tonſura, &c.*

Vbi multa neceſſarijſſima dubia declarantur per R.adm. D. Don Martinum Alfonſum Viualdo Hiſpanum Candelabri Aurei Eccleſiæ Sanctæ Dei auctorem, Sacri ac celeberrimi Theologorum Bon. Collegij Doctorem, &c.

SANCTISS. D. N. D. SIXTI PAPAE QVINTI. Conſtitutio contra clericos male promotos, ac in Epiſcopos in ordinum collatione peccantes.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

1 *SAnctum,& ſalutare ſacri ordinis ſacramentum ab ipſo Domino*
& Saluatore noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum, beatiſq; Apoſtolis
& eorũ legitimis ſucceſſoribus ſingulari diuinæ bonitatis munere
traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam, ſalutemq́; animarum
ſanctè ac religioſè adminiſtrari decet, ut quæ uel ex typo, & figura ueteris le-
gis, uel alias ex multa ſanctorũ Patrum prouidentia, circa ordinandorum nata
les, ætatem, uitæ ac morum probitatem, ſanctitatem, ſcientiam, & alias quali-
tates in ſacris ordinationibus requiſitas per ſacros Canones, uel Apoſtolicas
conſtitutiones, aut Generalium Conciliorum decreta ſalubriter ſtatuta fuerũt
2 *ea inuiolate obſeruentur. Nam ſi in ueteri teſtamento tam multa de integrita*
te, & munditia Sacerdotum, & miniſtrorum Altaris, deq; eorum præſtan-
tia, & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiam Prophe-
tam, Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius,
quia Angelus Domini exercituum eſt: certè multo maior ratio, & diligentia
adhibenda erit in promouendis tam inferiorum graduum Clericis, quàm etiã
presbyteris, qui ad conſumationem Sanctorum in opus miniſterij, in ędificatio-
nem corporis Chriſti conſtituuntur; prout de his ipſis, & diuino uerbo, & Bea
torum Apoſtolorum præceptis, ac ſimul ſanctorum Patrum ſtatutis ſæpiſſimè
traditum eſt.

3 Quare nos pro ea, quæ nobis à Domino iniuncta eſt cunctarum Eccleſiarū cura, & ſollicitudine, ipſos Paſtores, & præſules Eccleſiarum, quorum propriū munus eſt perſonas idoneas Clericali militiæ aſcribere, & ad minores maioresque ordines rite promouere, auctoritate noſtra duximus admonendos, ut in exequendo hac in parte ſuo Paſtorali officio attentius poſthac inuigilent, canonicas ſanctiones, ut par eſt obſeruēt, ac ut nemini detur offenſionis occaſio, neue eorum miniſterium vituperetur, ſtudeant uitare ea omnia ſcandala, & abſurda, quæ ex uitioſa & minus canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi noſtri dolore frequentius exoriri.

4 Cum enim multi etiam interdum inhabiles, & indigni non uocati ſancta Dei uocatione, ſed potius Sathanæ dolis decepti prætextu deuotionis, & pietatis rem quidem ſacram, & diuinum munus, intempeſtiuè tamen, & inordinatè affectantes, ſeu temporale aliquod commodum, aut lucrum ſibi proponentes uel nimia ſimplicitate, & imperitia, malitiaue aut fraude ad ſuſcipiendum Clericalem characterem, aliosque ordines ante ætatem legitimam, uel a nō ſuo Epiſcopo, aut non præuio debito examine, & approbatione, ſiue aliàs minus ritè, uel etiam temerè ſe ingerant: Debent ſanè Epiſcopi fraterna charitate, et prudentia eorum ſaluti qui ſæpè neſciunt quid petant, melius etiam quàm ipſimet poſtulant, & ſalubrius cōſulere, nec tam quid flagitent, quàm quid expediat conſiderare. ſumma uero diligentia prouidere tum in aliænæ diœceſis ſubditis ordinandis, ne quemquam promoueāt ſine eorum ordinarii litteris dimiſſoriis, tum in recognoſcendis ipſis litteris, ne falsò aut ab aliquo, qui auctoritatem illas concedendi non habeat, confectæ ſint, tum denique in examinādis natalib. ætate, uita, moribus, ſciētia, idoneitate titulo, & reliquis qualitatib. ne quid in ſuæ, uel alienæ diœc. perſonis ad Clericalem honorem, & Eccleſiaſticos ordines promouendis deſideretur eorum, quæ ex præſcripto Sacrorum Canonū requiruntur.

5 Vt igitur Præſules Eccleſiarū intelligant, ſi in re tam graui, & tanti momenti culpa, aut negligentia peccauerint, ſe non modo in tremendo Dei iuditio uerum in hoc quoque ſæculo Rom. Pontifici ſuæ uillicationis rationem fore reddituros, Præſenti cōſtitutione perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, ut ſi in poſterum Antiſtes aliquis Epiſcopali, Archiepiſcopali, Primatiali, uel etiã Patriarchali dignitate præfulgens: aut Abbas ad primam tonſuram, minoresque ordines ſuis ſubditis conferendos à Sede Apoſtolica auctoritatem habens, quēcunque ſæcularem, uel cuiuſuis ordinis, aut militiæ regularem ex aliquo crimine, uitio, aut defectu, ſeu aliàs inhabilem, uel irregularem exiſtentem, uel extra tempora à iure ſtatuta, uel abſque ueris dimiſſoriis ſui ordinarii litteris, aut per ſaltum, uel furtiuè, aut quo ad ſæculares ſine titulo ſufficientis beneficii, uel patrimonii, aut ante ætatem per ſacri generalis. Tridentini Concilii decreta primæ tonſuræ, aut cuique ordini præſcriptam, aut non ſeruatis temporum interſtitiis, ita vt aliquis unico die, ſeu continuatis diebus ad plures ordines ſacros, uel poſt unum ordinem ſuſceptum ſine cauſa rationabili antequam

tempus

tempus ab eodem Concilio Tridentino præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur, ſine diſpenſatione, aut indulto Apoſtolico, Clericali charactere non legitime inſigniuerit, aut ad ordines minores, vel ſacros, vt præfertur, vel alias malè promouerit, ſiue id ſcienter, ſiue ignoranter fecerit, niſi debita diligentia adhibita iuſtus error, & probabilis facti ignorantia eum excuſet, vt in quo deliquit in eo puniatur, à collatione quorumcunque ordinum atque adeò ipſius tonſuræ, & ab executione omniũ munerum Pontificalium eo ipſo ſuſpẽſus; & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſtat, aliiſque grauioribus pœnis noſtro, & pro tempore exiſtentis Rom. Pont. arbitrio puniatur.

6 Quòd ſi ſpreta huiuſmodi ſuſpenſione, & interdicto in præmiſſis ſe tenere ingeſſerit, etiã a regimine, & adminiſtratione ſua Eccleſiæ, ſeu monaſterii, & a perceptione fructuum menſæ eiuſdem, ac quorumcunque beneficiorum per eum in titulum, vel commẽdam, ſeu aliàs obtentorum ſuſpenſionem eo ipſo incurrat, eiuſq; interdicti, aut ſuſpenſionis relaxationem, aut pœnarum remiſſionem ab alio quam à Rom. Pont. pro tempore exiſtente nequeat obtinere.

7 Et nihilominus fel. rec. Pii. II. & aliorum Rom. Pont. noſtrorum prædeceſſorum, qui per ſuas conſtitutiones, aut in Cancellaria Apoſtolica publicatas regulas contra huiuſmodi clericos malè promotos, diuerſas pœnas inſlixerint ueſtigiis inhærentes, eoſdẽ clericos poſthac male promotos ab executione, miniſterio, & exercitio ordinum ſuſceptorũ, & ab omni ſpe, & facultate aſcẽdendi ad alios ſuperiores perpetuò ſuſpenſos declaramus, & ſi in eis miniſtrare præſumpſerint, illos ſic irregulares effectos, omnibus, & quibuſcumque per eos in titulum commendam, aut aliàs obtentis dignitatibus, officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, quomodocumque qualificatis ſæcularibus, vel cuiuſuis ordinis, aut militiæ regularibus, ac etiam ſi ipſi Clerici regulares fuerint, actiua, & paſſiua voce, ipſo facto priuamus, & iis priuatos atq; ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia inpoſterum obtinẽda in perpetuum inhabiles, & incapaces eſſe decernimus, & declaramus, dignitatum, officiorum, & beneficiorum huiuſmodi, ſic pro tempore vacantium diſpoſitionem nobis, & Apoſtolicæ ſedi perpetuò reſeruantes.

8 Vt autem homines, qui nimia indulgentia, & ſpe impunitatis, ac ueniæ facilitate hactenus fuerũt ad huiuſmodi facinora procliuiores, ea ſublata, & præcluſa ab his abſtineant, & caueant in futurum, tàm abſoluendi, quàm diſpenſandi facultatem in caſibus ſuperius expreſſis, etiam in foro conſcientiæ nobis, & ſucceſſoribus noſtris dumtaxat auctoritate, & tenore præmiſſis perpetuo reſeruamus. Inhibentes ne a quoquã ſæculari, vel cuiuſuis ordinis regulari preſbytero, vel prælato quauis auctoritate fungente, nec per quæcunque Iubilæa, & Indulgentias, etiam pleniſſimas, & extraordinarias per noſtros prædeceſſores, aut noſmetipſos vel ſucceſſores noſtros, annò Iubilæi, aut alio quouis tẽpore, & Cruciatæ ſanctæ, vel quocunque alio titulo, modo, & forma, motu proprio, & conſiſtorialiter, ſeu ad quorumcunque Principum, Regum, aut Imperatoris inſtantiam, eorumue contemplatione, & intuitu cum quibuſuis ampliſ-

ſimis

ſimis in genere, vel in ſpecie derogatorijs clauſulis conceſſa, vel in poſterũ concedẽda, nec vigore aut prætextu facultatum, aut priuilegiorum Mare magnũ aut alias quomodolibet nuncupatorum quibuſuis ordinibus, Congregationibus, aut pſonis regularibus, aut Epiſcopis per decreta Concilij Tridentini, aut officio ſacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, vel minoribus, aut etiam maiori, Pœnitentiarijs noſtris & Rom. Pont. pro tempore exiſtentis, vel alias quomodolibet pro tempore conceſſorum, perſonæ ſic vt præfertur delinquentes, tam ſcilicet Antiſtites, ſeu Abbates promouẽtes, quàm Clerici malè inſigniti ſeu ordinati a reatibus & exceſſibus præfatis abſolui, præterquam in mortis articulo, poſſint, aut debeant, nec cum ijs ſuper Irregularitate propter præmiſſa contracta, etiam ſi crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat diſpenſari.

9 *Verum enimuero quia grauioribus morbis fortiora ſunt adhibenda remedia, & iuxta perſonarum, locorum, ac temporum qualitates leges ſunt immutandæ, pœnæq; aggrauandæ, & emolliendæ; cum huiuſmodi peccatum Satana ſuggerẽte, hominumq; fragilitate aſſentiente videatur iam ad culmen vitiorũ aſcẽdiſſe, & in præcipiti eſſe. Ideo vt homines ſaltem pœnæ timore, & proprij honoris confuſione a peccato deterreantur, nouum huic veneno antidotum cogimur præparare. Ac propterea volumus, vt qui abſolutionem, & diſpenſationem huiuſmodi petent, ſemper quãuis delictum adhuc occultum extiterit, non per officium Sacræ Pœnitẽtiariæ, ſed à nobis & pro tẽpore exiſtente Romano Pontifice in vtroque foro abſolutionem petere teneatur, alioquin ipſæ conceſſiones, & abſolutiones, etiam cum clauſula, quòd præſentis conſtitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expreſſis, prorſus nullæ, irritæ, & inualidæ exiſtant, ac nemini penitus ſuffragentur.*

10 *. Cæterum ſi quis Antiſtes, vel Abbas ſeruatis quidem cũctis præmiſſis, & cæteris omnibus, quæ in ipſius tonſuræ, & ordinum collatione obſeruari debẽt perſonas habiles, & idoneas, ſed tamen recepta ab ijs, quibus tonſuram, aut ordines, conferet, pecunia, pretio, vel præmio ſimoniacè in futurum inſigniuerit, vel promouerit, volumus vt præter alias cenſuras, & pœnas contra ſimoniacè ordinantes, & ordinatos à ſacris Canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis alias inflictas, & irrogatas, quibus neque quam derogare intendimus, etiam omnia, & ſingula ſupradicta in ſic promouentibus, & promotis locũ habeant. Decernentes præſentes litteras ſub quibuſuis conceſſionibus, facultatibus, & gratiis, etiam in caſibus quibuſcunque Sedi Apoſtolicæ quomodolibet; etiã in Bulla Cœnæ Domini reſeruatis, etiam ſub nomine Iubilæi plenarii, vel Cruciatæ ſanctæ, abſoluẽdi facultatem quibuſuis perſonis generaliter, vel ſpecialiter tribuentibus minimè cõprehendi: ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri. ſicq; in præmiſſis vniuerſis & ſingulis per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, etiã cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, uel ignorãter*

conti-

cõtigerit attentari. Non obſtantibus cõſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Concilijs etiam generalibus editis, cæteriſq; cõtrarijs quibuſcũq; Vt autem præſentes litteræ omnibus innoteſcant, mandamus illas ad Valuas S. Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, & in acie Campi Floræ affigi, & publicari, & poſt quindecim dies qui in Vrbe ſunt qui uerò extra eam & citra Montes intra quatuor menſes, qui demum ultra Montes erunt intra octo menſes a die publicationis huiuſmodi computã. perinde afficere & arctare, ac ſi eorũ cuique perſonaliter intimatæ fuiſſent, ac earũdem præſentium litterarũ exemplis etiã impreſſis Notarij publici manu ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ obſignatis eãdẽ fidẽ in iudicio & extra illud adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtri ſtatuti ordinationis, declarationũ, priuationis, reſeruationũ, inhibitionis, uoluntatum, decretorum & mãdati infringere vel ei auſu temerario cõtraire, ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, nonis Ianuarij. Pont. noſtri Anno Quarto.

E. Card. prodat.

Io. Ang. Papius.

Regiſtrata apud Io. Angelum Secretarium.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono. Indictione ſecunda, Die uero nona menſis Ianuarii, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri, Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius Quarto, Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ, affixæ & publicatæ fuerunt in ualuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & ſancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, ut moris eſt per nos Hieronymum Lutium & Pompeium Guerram S. D. N. Papæ Curſores.

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

CIRCA BVLLAM S. D. N. SIXTI V.

DE CLERICIS MALE PROMOTIS &c.

DOCTOR D. MART. ALFONS. Vualdus Auctor ad Lectorem, ſic ait.

QVONIAM per bullam. S. D. N. Sixti V. Contra clericos male promotos editam, multa inueniuntur de nouo correcta, & conſtituta, quæ communi opinioni antiquæ Doctorum, quam in aliquibus noſtri Candelabri Aurei locis ſequuti fuimus, aduerſantur, neceſſarium putauimus in calce huius Tertiæ partis Candelabri Aurei, uel Appendicis aliqua notare, quibus res omnis manifeſtior cunctis fiat, & S. D. N. intentio roboretur, & confirmetur, & ſic ad maiorem claritatem illam ſuis numeris diſtinximus, ut declaratio facilius ab omnibus inueniatur.

¶ 1. Not. quod quamuis dicta conſtitutio ſanctiſſima ſit, atq; ut talem Pontif. ſummum decet, plena diuinis præceptis, atq; catholicis conſilijs, non tamen noſtræ eſt intentionis omnia illa declarare vel tangere, quæ in ſacris Canonibus reperiuntur ſancita, & à Doctoribus tradita, & a nobis in Candelabro Aureo, in materia Sacramentorum, cenſurarum, & irregularitatum notata, ſed tantum principaliora, quæ per S. D. N. Sixtum V. nunc fuerunt addita, uel mutata.

¶ 2. Not. Hanc conſtitutionem in duas diuidi partes, in prima. n. ponitur directio, & ordo qualiter Prælati omnes ſe gerere debeant in omnib. ordinibus conferendis, & quibus pœnis affici debeant ſi inobedientes fuerint. In 2. vero parte, quæ incipit à verſ. Et nihilominus: datur doctrina qualiter unuſquiſq; ordinandorum ad ordinem accedere debeat, & ſtatuuntur pœnæ contra male ordines ſuſcipientes in futurum.

¶ 3. Not. generaliter ex hac Bulla in prin. a n. 1. intentionem. S. D. N. Papæ eſſe (iuſtiſſime quidem) vt Côc. generalia, Trid. maxime, inuiolabiliter ſeruent.

¶ 4 Not. generaliter ad prælatorum, ac ordinatorum conſcientias quietandas, hanc conſtitutionem tantum loqui de erroribus, & delictis commiſſis in collatione, & receptione ordinum poſt eius publicationem legitimam, non autem de illis defectibus qui olim ante illam commiſſi fuerant, vt patet. n. 5. & 7. ibi, poſt hac. & ibi, vt ſi in poſterum, & ſic nihil de præteritis agit. Vnde infero, quod ſi aliquis ante dictam Bullam incidit in aliquam cenſuram, uel irregularitatem propter malam ordinum ſuſceptionem, & poſt dictam Bullæ publicationem ſimplici animo, uel etiam ſcienter accedat ad confeſſionem, poterit abſolui ab illo qui ante dictum Bullam poterat eum abſoluere, & in irregularitate diſpenſare. Et tunc quando tale delictum uel cenſura ex eo proueniens fuerit ſecreta, poterit Epiſcopus, vel alius ab eo ſpecialiter deſignatus, iuxta Côc. Tri.

Seſſ.

Seſſ. 24.c.6.ꝙ incipit. Liceat abſoluere,& diſpenſare,ut ſępe diximus.

¶ 5.Not.ꝙ quamuis Bullã hãc,dñ.num.4.agit de literis dimiſſorijs videndis & recognoſcendis,non uiderimus,particularem tamen tractatum de ijs fecimus nunc in 3.p.Candelabri,ubi late poteris videre,& clauſulam huius Bullę addere,& habebis omnia neceſſaria in tali materia.

¶ 6.Not.in eod.n.4.ex illis verbis.Nequaquam,& n.5.ibi. Quæcunque ꝙ per hanc Bullam corrigitur communis illa opinio,quam notauimus in Candelabro 1.p.de Sacram. ord. nu.38.uidelicet,quod alim ſi aliquis Italus vel citramontanus ordinaretur in Hiſpania,vel vltra montes abſque dimiſſoriis ſui Epiſcopi nullã incurrebãt ſuſpenſionem,Hodie autem quicunque abſque illis ordinaretur, incurreret. Et hanc credo eſſe.S.D.N Sixti V.mentem quamuis ſubtiliter poſſet ſuſtineri, cum communi, cũ Bulla hæc.nu.7.dicat.Pij II.&c. Veſtigijs inhærentes,in qua bulla Pij.II.hæc communis confirmabatur, vt nos notauimus.

¶ 7.Not.ex nu.2.ibi:Tã inferiorum graduum,& ex nu.3.ibi.Et ad minores, &c.& nu.5.ibi,minoreſque ordines,& ibid.aut ad ordines minores,&c. quod quamuis olim per conſtitutionem.cum ex Sacrorum Pij II.& communẽ quam ſequuti fuimus in Candelabro Aureo.1.p.de Sacram. Ordinis.nu.37.qui ordinabantur ordine ſacro tantum ſine dimiſſoriis, ante legitimam ętatem, uel extra tempora erant ipſo iure ſuſpẽſi.Hodie tñ.S. D.N.Sixtus V.uidetur illas pœnas ad ordines minores etiam extendere.Ex quo primo infertur,iam hanc quæſtionem eſſe ſine dubio,& ceſſare opinionem illorum qui volebant non eſſe ſuſpenſos,ſed ſuſpendendus.Secundo infertur,merito eſſe reprobatam aliquorũ opinionem dicentium pęnas dictæ Extr.Pij II.non obſeruari,nec eſſe in uſu, vt uidebis in margine bullæ 3.dictæ in Bullario nouo.

¶ 8.Nota ex hac bulla.nu.5.in fi.& nu.6.quod licet olim fuerint ſtatutę pęnæ contra Epiſcopos,& alios ſuperiores ordines conferentes ſine titulo, &c. Vt notauimus,in 2.p.Candelabri.de ſuſpenſ.nume.27.Hodie tamen longe grauiores pœnas incurrit ordinator admittens aliquem ſine titulo,uel patrimonio uel ſine dimiſſorijs,ante ætatem,uel extra tempora,vt patet clare in hac Bulla. idſtinct nume.6.

¶ 9.Nota,ex num.5.ibi,aut militiæ regularem, intentionem.S.D.N.Sixti V. eſſe in hac conſtitutione etiam omnes religioſos compræhendi.Sunt enim religioſi in duplici differentia.Quidam enim ſunt qui abſolute regulares dicuntur ut ſunt omnes fratres,uel religioſi qui ſub regula,& obedientia viuunt, etiam, Canonici,S.Auguſtini,ſancti Georgii in Alga,&c.Alij dicuntur religioſi.ex ordinibus militaribus,ut ſunt,religio ſancti Ioannis,(quã de Malta, appellamus) ſancti Iacobi.Calatrauæ,Alcantaræ in Hiſpania,&c.Quæ religiones, uel ordines bimembres ſunt:conſtant enim ex miritibus id eſt,ex commendatoribus ſęcularibus(quos Hiſpani,commendadores,Itali Caualieri dicunt) & ex Sacerdotibus qui ſub obedientia uiuũt,eandem Crucem,& inſignia portantes,quos cum infinita fere habeant indulta ac priuilegia,quibus ſe poſſent tueri, uoluit Papa etiam in hac bulla compræhendi.

¶ 10.Not.ex eodem.nume.6.ibi,aut defectu,ſeu alias inhabilem,uel irregularem exiſtentem,quod quamuis olim ſola illa ſuſpenſio inducebat irregularitatem quæ tantum ex crimine proueniebat.ut latè probauimus.in 2.par. Candelabri. de ſuſpenſione . numero.161.Hodie tamen,per ſupradicta uerba

Bullæ iudico, eius pœnas ad quomodocunque defectuoſos, inhabiles, atque irregulares, extendi, quia bulla ponit quatuor, vel quinque uerba in quibus omnes ferè irregularitates, & impedimenta compræhenduntur, videlicet, ibi ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, ſeu alias inhabilem, uel irregularem exiſtentem. Quid clarius?

¶ 11. Nota in eod. nu. 5. ibi: Sine titulo ſufficientis beneficij &c. reprobatam eſſe aliquorum Prælatorum diſtinctionem factam contra Conc. Trid. Seſſ. 21. de refor c. 2. qui dicebant, quod quando ordinatur aliquis ad titulum alicuius beneficii nouiter erecti, uel capellaniæ, tunc eſſet neceſſarium, quod tale beneficium eſſet ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, ſi autem quis haberet capellaniam antiquam, etiam cum paucis fructibus, uel redditibus, tunc eſſet titulus ſufficiens. Quod vidi in quadam Diœceſi ſeruare, & ſic ordinatum poſtea mēdicare, contra iura antiqua, confirmata per Concil. Trid. Seſſ. 21. capit. 2. de reform. Vbi nullo modo poteſt quis ordinari, niſi cum beneficio, penſione, uel patrimonio ſufficienti, quæ talia eſſe debent (propria verba Conc.) quæ eis ad uitam ſubſtentandam ſatis ſint.

Quare cum non omnes ordinādi eiuſdem ſint qualitatis nullo modo poſſet certa quantitas patrimonij omnibus præſcribi, quia vni erunt ſatis ſcuta. Aurea. Quinquaginta, alteri minimè ſufficiens. 100. quapropter Epiſcopi arbitrio eſt relinquendum, quod ſit patrimonium ſufficiens. Si autem aliquis ſubdiaconatus ordinem ſuſcepit cum titulo inſufficienti, & poſtea defectus apparuit, tunc iudico diſtinguendum, videlicet, quod ſi ipſe falſas adhibuit probationes Epiſcopo falſum referendo, maiorem valorem, & qualitatem nominando, & iurando, tunc teneatur detecta fraude, ſibi de ſufficienti titulo uel patrimonio prouidere, uel renuntiare cuicunque iuri, quod contra Epiſcopum qui illum ordinauit, habet. Si uero Epiſcopus, etiam cognita patrimonij inſufficientia, illum ordinauit, non eſt cur aſcendere ſuperius impediatur, tenetur tamen Epiſcopus ordinator illi, ſi egeat, ſubuenire. tex. expreſſus in capi. Epiſcopi. cum gl. de præben. Concil. Trident. Seſſ. 21. capit. 2. de reform.

¶ 12. Nota, ex eodem, nume. 5. ibi: Aut per ſaltum, ſublatum eſſe Epiſcopo autoritatem diſpenſandi cum promoto per ſaltum, conceſſam à Cōc. Trid. Seſſ. 23 de refor. c. 14. in fin.

¶ 13. Nota, ex eod. num. 5. ibi. Sine cauſa rationabili antequam tempus, &c. quod quamuis olim eſſet liberum Epiſcopis, quo ad temporum interſtitia diſpenſare, ut patet in Conc. Trid. ſeſſ. 23. de Refor. ca. 11. & 13. Hodie tamen requiritur rationabilis cauſa, aliàs non poterit ſine autoritate Sum. Pont. diſpenſare; Sub nota, quod quamuis aliquomodo ſuadetur acceleratio in ordinibus recipiendis communiter tamen vitanda eſt, ob nomen cauſas, uel rationes, quas numerat Archidiac. in c. Communis. nu. 1. diſt. 23.

¶ 14. Nota, ex eod. nu. 5. ibi: Sine titulo beneficii, uel patrimonij: eſſe (meo iudicio) deciſam grauem illam quæſtionem, quam poſuimus in 2. par. Candelabri de Suſpenſione, numer. 208. uidelicet. Vtrum, qui initiatur ordinibus cum titulo, ac patrimonio ficto, ſit Suſpenſus? Et quamuis multis rationibus ibidem tenuerimus, quod non; Nunc autem cōtrarium uidetur deciſum hic, a S. D. N. Sixto. Papa V. quod credo tenendum, cum talis contraueniat fini principali Conciliorum, & Apoſtolorum conſtitutio num. ſ. ne clericus cogatur mendicare. Vt ait Concil. Trid. Seſſ. 21. c. 2. de refor. & c. Diaconi ſunt. 93. diſt. & diximus, ſupra

pra, no. ab. 11.

¶ 15. Nota, ex eod. nume. 5. ibi: Vel alias male promouerit, intentionem S D. N. Sixti V. eſſe non ſolum comprahendere in hac Bulla Epiſcopos ordinatores in vitiis, vel defectibus hic expreſſis; ſed etiam promouentes, & promotos cum alijs defectibus a iure reprobatis, vt tradit late de hac dictione, aliàs, Bart. in l. 1. verſi. 5. quæro. ff. de cond. & demonſtrat. Albericus, in dictionario. eod. verbo.

¶ 16. Nota, ex eod. nu. 5. ibi: niſi debita diligentia adhibita; quòd ſi aliquis ordinandus diaboli filius, voluiſſet malitiosè ſe tanto exponere periculo, vt ad ordines cum aliquo ex defectibus bulla contentis, accederet cum falſa informatione, eo quòd teſtes falſum dixerint &c. ipſe illaqueatus; Epiſcopus vero liber, & in conſcientia tutus, ac ſecurus remanebit: quia debitam adhibuit diligentiam, & Eccleſia non iudicat de occultis, imo ſecundum communem opinionem, & experientiam, ipſe Papa, vt homo, poſſet per falſos teſtes decipi, & male informari. Et qualiter quis excuſetur ignorantia facti, non autem iuris, vide quæ diximus, in Candelabro, 2. parte titulo, de Suſpenſione. numero 33. & 34.

¶ 17. Nota, ex Nume. 6. ibi: Quod ſi ſpræta. iuncto Verbo. temerè, quòd (cum temeritas ſit audatia in malum.) Vt in l. iubemus. C. de ſacroſan. Eccl. & optime, & late declarat Alberic. in dictionario, Verbo temerè, & temeritas, & S. Th. 2. 2. q. 53. artic. 3. ad 2. Card. in Clem. 1. de Sum. Trinit. quam refert, & ſequitur Ang. Sylu. Armil. & alij verbo: temeritas. Caiet. Tab. & alij, quos refert, & ſequitur. Sebaſt. Medices, in Summa de peccatis. 1. par q. 29. titul. 2. qui omnes concluduntur, quod temere facit, qui actum ſibi à iure prohibitum ſcienter ſub colore fraudulento facit. Syl. verbo temere. c. per venerabilem, qui filij ſint legit. Geminian. in c. Auaritiæ de elect. in 6. Sicuti illa, ſecundum omnes. ſupra, dicuntur fieri temerè, quæ ratione non reguntur, quod dupliciter contingere poteſt, vno modo ex impetu voluntatis, vel paſſionis, vel ex contentu regulæ dirigentis.) Si Epiſcopus, inaduertentia, paſſione aliqua vehementi vel alia iuſta cauſa excuſante inductus, aliquem cum aliquo ex dictis defectibus ordinaret, eſſet excuſandus, merito a pœnis hic contentis: quia tunc non videtur temerè feciſſe.

¶ 18. Nota. ex nu. 7 Beatiſs. Papam per hanc clauſulam, non ſolum renouare conſtitutionem. Cum ex Sacrorum, Pij II. & omnes alias quas tetigimus, ſupra, notab. 7. quibus male promoti ſuſpenſi erant, ſed etiam alias pœnas addit grauiores, ſcilicet quòd careat omni ſpe, & facultate aſcendendi, & quòd ſi miniſtrauerit, vltra irregularitatem, quam olim incurrebat, priuetur omni titulo, & beneficio &c. Vt in ea patet. Addit præterea, quòd etſi cuiuſlibet ordinis executio indebita propter ſuſpenſionem, vel excommunicationem inducat irregularitatem Papæ reſeruatam, ſi tamen proueniebat ex adminiſtratione in minoribus ordinibus ab Epiſcopo diſpenſabatur, vt latè probauimus in 2. par. Candelabri, de irregularit. nu. 328. nunc autem quælibet diſpenſatio etiam in minoribus Papæ reſeruatur Vt patet.

¶ 19 Nota. ex nu. 8. generaliſſimam clauſulam, qua ſtante ſic derogatur Iubilæo, Marimagno, Bullæ, Cruciatæ S. Bullæ S ctiſs. Trinitatis, Roſarii, Corrigiæ S. Auguſtini, & aliis omnibus ſimilibus, vt nullus ſub cœlo poſſit male promouentem, uel male promotum, niſi in articulo mortis abſoluere, vel cum

illis diſpenſare, vt in ea patet.

¶ 20. Nota, ex eod. nu. 8. ibi: in foro conſcientiæ, & ibi: aut Epiſcopis per decreta Concilij Trid. quòd per hanc clauſulā derogatur expreſſe Concil. Trid. quod Seſſ. 24. c. 6. de reform. concedebat Epiſcopo in foro conſcientiæ quæcunq; occulta delicta, & cenſuras ac irregularitates ex eiſdem prouenientes, quod hodie non habebit locum, etiam in occultiſſimis, nec alio quouis modo, excepto mortis articulo.

¶ 21. Nota, ex eod. nu. 8. ibi, ſeu Abbates promouentes, & ex. nu. 7. ibi: vel cuiuſlibet ordinis &c. quòd quamuis olim Superiores Religionum poterant cum ſuis fratribus in omni irregularitate diſpenſare, excepto homicidio, vt latè probauimus in Candelabro, in fi. 2. par. tit. de diſpenſatione, quo ad fratres, in principio, Hodie tamen ſublata eſt illis autoritas abſoluendi, & diſpenſandi in caſibus hic expreſſis, niſi in mortis articulo.

¶ 22. Nota, ex nu. 9. ibi: Vt homines ſaltem pœnæ timore, & proprii honoris confuſione, à peccato deterreantur. &c. Dupliciter poſſe abſolutionem, vel diſpenſationem alicuius delicti, in foro vtroq; peti. Primo poteſt peti nomen proprium perſonę occultando, vt cum in ſupplica, vel petitione dicitur; Orator quidam &c. & tunc, cùm Papa nullam talis oratoris habeat notitiam, nulla eſt oratoris erubeſcentia, vel proprii honoris confuſio, vt hic ait. Secundo modo perſonaliter, quod grauius, acrius, atq; periculoſius eſt, quando, ſcilicet, ipſemet delinquens ſe, S.D. Noſtri præſentat conſpectui, atq; miſericordiam proprio poſtulat ore, vel in petitione nomen, cognomen, & patriam ſic explicat, v ſi S.D. Noſtro viſum fuiſſet, facile poſſet perſonaliter vocari. In qua perſonali præſentatione, licet pœnitens magnam patiatur erubeſcentiam ac confuſionem, ſummopere tamen apud Deum meretur, Papam, & homines, quia erubeſcentia ipſa partem habet remiſſionis, tex. in c. quem pœnitet. de penit. diſt. 1. Et hanc confeſſionem in vtroque foro requiri in præſenti bulla, indico, ſaluo meliori iudicio: propter verba ſupra dicta, ſcilicet. Vt homines, &c. quia aliàs finis illorum verborum. proprij honoris confuſione; non ſequeretur. Quòd ſi aliquis opponat, eſſe durum, peccatorem ſecretum alio modo, quàm Sacramentaliter ſe prodere, & contra clauſulam hanc aliquibus mediis poſſe argumentari: remitto illum ad Dominicum Soto in lib. de tegendo, & detegendo ſecreto. q. 6. Vbi multa reperiet. noſtræ enim intentionis nunc non eſt de autoritate Papę tractare, ſed illi tanquam Chriſti vicario in omnibus obedire.

¶ 23. Nota, ex nume. 10, quòd vltra alias pœnas, quæ ſtatuuntur in iure contra ordinantes, vel ordinatos ſimoniacè, quas vide, ſupra, in 2. parte Candelabri. titulo, de Suſpenſione, à nume. 32. cum ſequent. in hac clauſula augentur, & ſtatuuntur multo grauiores, etiam pro prima tonſura, contra eoſdem ordinantes, vel ordinatos, videlicet, omnes illæ, quæ contra male promouentes, & promotos, inflictæ fuerant.

Cætera per ſe patent.

S.D.N.D.SIX-

S. D. N. D. SIXTI DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ V.

CONTRA PROCVRANTES, Conſulentes, & Conſentientes, quocumque modo Abortum

CONSTITVTIO.

SIXTVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EFfrenatam perditiſſimorum hominum contra diuinæ legis præceptum de non occidendo, peccandi audaciam, atq; licentiam ſanctiſſimis legibus variiſque conſtitutionibus ſæpius repreſſam animaduertẽtes, cogimur nos quoque in ſupremo Iuſtitiæ throno à Domino conſtituti, iuſtiſſima ratione ſuadente, vetera iura partim innouando partim ampliando, eorum etiam immanitatem pari pœna propoſita coercere, qui immaturos fœtus intra materna viſcera adhuc latentes crudeliſſimè necare non verentur. Quis enim non deteſtetur tam execrãdum facinus, per quod nedũ corporum, ſed quod grauius eſt, etiam animarum certa iactura ſequitur? Quis non grauiſſimis ſuppliciis damnet illius impietatem, qui animam Dei imagine inſignitam pro qua redimenda Chriſtus Dominus noſter pretioſum ſanguinem fudit, æternæ capacem beatitudinis, & ad conſortium Angelorum deſtinatam a beata Dei viſione excluſit, reparationem cæleſtium ſedium quantum in ipſo fuit impediuit, Deo ſeruitium ſuæ creaturæ ademit? qui liberos prius vita priuauit, quàm illi à natura propriam lucem accipere, aut ſe materni cuſtodia corporis ab efferata ſæuitia tegere potuerint? Quis non abhorreat libidinoſam impiorum hominum crudelitatem, vel crudelem libidinem, quæ eò vſque proceſſit, vt etiam venena procuret ad conceptos fœtus intra viſcera extinguendos, & fundendos, etiam ſuam prolem prius interire, quàm

viuere,

uiuere, aut ſi iam viuebat, occidi antequam naſci nefario ſcelere moliendo? Quis denique non damnet grauiſſimis ſupplicijs illorum ſcelera, qui venenis, potionibus ac maleficijs mulieribus ſterilitatem inducunt, aut ne concipiant, neue pariant maleficis medicamentis impediunt? Maleficos, inquit Dominus ad Moyſen, non patieris viuere: nimis enim impudenter contra Dei uoluntatem ſe opponunt; qui, vt Sanctus Hieronymus ait, dum natura recipit ſemen, receptum confouet, confotum corporat; corporatum in membra diſtinguit, dum inter ventris anguſtias Dei manus ſemper operatur: idemque corporis creator, & animæ eſt, impiè deſpicit bonitatem figuli, ideſt Dei, qui hominem plaſmauit, fecit, & voluit; ſiquidem vt ſanctus teſtatur Ambroſius, non mediocre munus eſt Dei dare liberos propagatores generis. Diuinum donum eſt fœcunditas parientis, eodem; que tempore diro hoc flagitio priuantur liberis parentes qui generauerant; uita filij qui generati ſunt, matres coniugij præmijs, terra, quæ ab his coleretur: mundus qui ab eiſdem cognoſceretur Eccleſia, quæ deuotæ numero plebis aucta gauderet.

Exod. c. 22.
S. Hieron. in Epiſtol. contra Ruffinũ
S. Ambroſ. in com. ſuper Luc. Euang. 1. de Zacha. conſirm.

Vnde non immeritò V. Synodo Conſtantinopolitana ſancitum eſt, ut perſo-
2 *næ quæ dant abortionem ſcientia medicamenta, & quæ fœtus necantia uenena accipiunt, homicidæ pœnis ſubijciantur: ſed & ueri Concil. Ilerdenſi cautũ eſt, vt qui conceptos ex adulterio fœtus necare ſtuduerint, uel in uentribus matrũ potionibus aliquibus colliſerint, ſi poſtea pœnitentes ad Eccleſiæ manſuetudinẽ recurrant, omni tempore vitæ ſuæ fletibus, & humilitati inſiſtant, ſi verò Clerici fuerint, officiũ miniſtrandi eis recuperare non liceat, omneſq; tam Eccleſiaſticæ quã profanæ leges grauibus pœnis afficiunt eos qui in vtero matris puerperium interimi, aut ne mulieres concipiant, ſiue vt conceptos fœtus eijciant, nefariè machinãtur.*
3 *Nos igitur poſt repreſſam eorum temeritatem qui matrimonij iura violare, & quantum in ipſis eſt vinculum indiſſolubile diſſoluere præſumunt, quiue turpioribus quibuſdam inceſtis ſe inquinare nõ erubeſcunt, hoc quoq; malum, quantum viribus nobis à Domino traditis contẽdere poſſumus, noſtris potiſſimum temporibus exterminare uolentes; Omnes & quoſcunq; tã uiros, quã mulieres cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, ac cõditionis, etiã Clericos ſæculares, uel cuiuſuis ordinis regulares, quauis dignitate, & præeminentia Eccleſiaſtica, uel mundana fulgentes, qui de cætero per ſe aut interpoſitas perſonas abortus ſeu fœtus immaturi tam animati, quam etiam inanimati, formati, vel informis eiectionẽ procurauerint percuſſionibus, uenenis, medicamẽtis potionibus, oneribus laboribuſq; mulieri prægnanti impoſitis, ac alijs etiam incognitis, vel maximè exquiſitis rationibus ita ut re ipſa abortus inde ſecutus fuerit, ac etiam prægnantes ipſas mulieres, quæ ſcienter præmiſſa fecerint pœnas, tã diuino, quã humano iure, ac tam per canonicas ſanctiones, & Apoſtolicas conſtitutiones, quàm ciuilia iura aduerſus veros homicidas qui homicidium uoluntarium actu, & re ipſa patrauerint, propoſitas, & inflictas (quorum omnium tenores his noſtris litteris pro expreſſis, & ad uerbum inſertis habemus) eo ipſo incurrere hac noſtra perpetuo ualitura conſtitutione ſtatuimus, et*

Conc. To. 2.
Eod. To. Conc.

ordina-

ordinamus;ipſasq́; pœnas, leges, & conſtitutiones ad caſus præfatos extendi-
mus. Eos uerò qui Clerici fuerint, omni priuilegio, clericali, officijs, dignitatib.
& beneficiis eccleſiaſticis, quæ ſic vacatura noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ diſpo
ſitioni perpetuo reſeruamus, ipſo facto priuamus, & in futurum inhabiles ad
ea ſuſcipiẽda decernimus: adeo ut illi qui hoc delictũ cõmiſerint, nõ ſecus atq;
ij qui ſua uoluntate homicidium perpetrauerint, iuxta Conc. Trid. decreta, etiã
ſi crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed oc-
cultum fuerit, ad ſacros ordines promoueri, aut in ſuſceptis ordinibus miniſtra
re nullo modo poſſunt, nec illis aliqua Eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curã nõ
habeant animarum, conferri liceat, ſed omni ordine, ac beneficio, & officio
perpetuo careant, necnon, & illos qui Clerici non fuerint, & talia perpetraue-
rint non ſolum pęnas incurrere ſupra narratas, ed etiam inhabiles ad ordines,
& alia prædicta decernimus & declaramus. Volẽtes, ꝙ hi, qui foro Eccleſiaſti 5
co ſubiecti, ut præfertur, deliquiſſe comperti fuerint, per iudicem Eccleſiaſticũ
depoſiti & degradati, curiæ & poteſtati ſæculari tradantur, quæ de eis illud ca
piat ſupplicium, quod contra laicos verè homicidas per diuinas leges ac ciuilia
iura eſt diſpoſitũ. Præterea eiſdem pœnis teneri omnino ſtatuimus eos qui ſte- 6
rilitatis potiones, ac venena mulieribus propinauerint, & quominus fœtum cõ
cipiant impedimentum præſtiterint, ac ea facienda, & exequenda curauerint,
ſiue quocunq; modo in his conſuluerint: ac mulieres ipſas, quæ eadem pocula
ſpontè ac ſcienter ſumpſerint. Quocirca mandamus uniuerſis, & ſingulis iudi
cibus ordinariis, & delegatis tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus quibus cõ-
tra criminum reos etiam quo ad cauſas huiuſmodi de iure uel ratione delicti,
aut perſonarũ legitimè cõpeteret iuriſdictio, ita tamẽ vt inter eos præuẽtionis
locus ſit, vt in his delictis, quæ vt plurimũ in occulto perpetrantur, cõtra quo-
ſcumq; non ſolùm per accuſationem, & delationem, verùm etiã per inquiſitio
nem ac ſimplicem denunciationem procedant, ac ad illa probanda teſtes àlias
de iure inhabiles, eorundem tamen iudicũ arbitrio habita ratione perſonarũ,
cauſarum, & qualitatum illarum ac circumſtantiarũ quarũcunq; admittant.
ac in eos qui culpabiles fuerint, prout per nos ſancitũ eſt, demũ animaduertãt.
Inſuper ut immaniſſimi huius delicti grauitati non ſolum temporalibus, ve 7
rumetiam ſpiritualibus pœnis proſpiciamus, ac prouideamus, omnes & ſingu-
los cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentes, tam laicos
quã clericos ſæculares, & cuiuſcunq; ordinis regulares, necnon mulieres ſæcu
lares, uel quẽcũque ordinẽ profeſſas, qui uel quæ, uel uti principales, uel ut ſo-
ciæ cõſciæuè ad tale facinus committendũ opẽ cõſiliũ, fauorẽ, potionẽ, uel alia
cuiuſcunq; generis medicamenta ſcienter dederint, ac etiã ſcribendo litteras
priuatas, uel apochas, uel aliàs verbis, aut ſignis iuuerint, aut conſuluerint (vl-
tra ſupradictas pęnas) ipſo facto, nunc prout ex tunc excõicamus, & pro excõi
catis declaramus. Decernẽtes ac declarãtes, ꝙ per quæcũque Iubilea, & Indul 8
gentias per nos, & ſucceſſores noſtros etiã anno Iubilei, aut alio quouis tẽpore
etiã Cruciatæ S. Iubilei, uel quouis alio titulo cõceſſas, & cõcedẽdas, nec nõ ꝑ

quaſcun

*quaſcunq; litteras Apoſtolicas quibuſuis Principibus, ſeu ad eorum inſtātiā
per nos & ſucceſſores noſtros pariter conceſſas & concedendas, ac etiā uigore
priuilegiorū mare magnū, uel aliàs quomodolibet nūcupatorum quibuſuis Cō
gregationibus Regularium, aut Epiſcopis vigore Conc. Trid. uel aliàs per nos,
& prædeceſſores noſtros quomodocunque conceſſorū, uel in futurum concedē
dorū, nec perſonæ ſic vt præfertur delinquentes, & excōicatæ præterquam in
mortis articulo, abſolui ualeāt, nec cum iis Clericis qui huiuſmodi delicta per
petrauerint, etiam ſi eorum crimen occultū fuerit ſuper irregularitate præmiſ
ſorum occaſione contracta, nec per locorum ordinarios, nec per alios quauis au-
ctoritate fungentes quàm per nos, & Ro. Pont. noſtros ſucceſſores, & tūc nō
niſi urgentiſſimis de cauſis diſpenſari poſſit. Ac tam abſoluendi, quā diſpēſan
di facultatem huiuſmodi etiam quoad forum conſciētiæ in caſibus ſuperius ex
preſſis nobis, & ſucceſſoribus noſtris duntaxat reſeruamus, Statuētes ſic in pre
miſſis uniuerſis, & ſingulis per quoſcunque iudices ordinarios & delegatos
etiā cauſarū Pal. Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales ſublata eis, &
eorū cuilibet quauis aliter iudicādi, & interpretādi facultate, & auctoritate
in quauis cauſa, & inſtātia iudicari, & diffiniri debere. Irritumque, & inane
quicquid ſecus ſuper his a quo quā quauis auctoritate ſciēter, uel ignorāter cō
tigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſto-
licis, aut aliis legibus aliter forſan circa præmiſſa diſponentibus, aut in caſibus
præfatis diſtinguentibus, cæterisq; contrariis quibuſcunque. Voluimus autē, ut
præſentium litterarum exemplis etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcri
ptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta munitis, eadē fides
in iudicio, & extra adhibeatur, quæ originalibus litteris exhibitis adhibere-
tur. Quodque eædem ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, &
in acie Campiflore de more publicatæ, & affixæ, dimiſſis inibi earū exemplis
poſt quindecim dierū ſpatiū a die huiuſce publicationis numerandos, quēcunq;
afficiāt, ac ſi unicuique forent intimatæ, cū nō ſit veriſimile quemquā ea poſſe
ignorare, q̄ palā, ac publice fuerint euulgata. Nulli ergo omnino hoīum liceat
hāc paginā noſtræ conſtitutionis, ſtatutorum, ordinationis, extenſionis, decreto
rū, declarationū, voluntatū, & mādati infringere, aut ei caſu temerario cōtrai
re. Siqs autē ſecus id attentare præſumpſerit, indignationē omnipotentis Dei,
ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtol. eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ
ī Mōte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ. Milleſimo quingenteſimo
octuageſimo octauo, Quarto Kal. Nouemb. Pontificatus noſtri Anno Quarto.*

E. Card. Prodat.

Io. Ang. Papius.

Regiſtrata apud Io. Angelum Secretarium.

S. de Vrſinis.

Anno a Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, Iudictione prima Die uero decima ſexta Menſis Nouemb. Pontifi. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D N. Sixti di uina prouidentia. Papæ V. Anno Quarto, Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis Baſilicarū S. Ioan. Later. & S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, ut moris eſt per nos Horatium de Raynaldis, & Octauium Taglietum Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſ.

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

EXPOSITIO BVLLÆ S. D. N. SIXTI V. CONTRA PROCVRANTES abortum.&c.eodem Doctore D.Martino Alfonſo Viualdo auctore.

Auctor ad Lectorem.

SI ſanctam diximus conſtitutionem ſupra,explicatā.S.D.N.Sixti V. contra clericos male promotos editā.ſanctiorē certe,paterna charitate plenā, atque tanto Pontifice dignam præſentem hanc cōtra procurantes abortum merito fatemur, ſaxit Deus ut tantus,ac vigilantiſſimus Paſtor iu Eccleſia ſua diu conſeruetur,& viuat Quā conſtitutionē in ijs, quibus cū iuribus antiquis cōcordat, miſsā facientes,tatū in immutatis à S.D.N.declarabimus,ut illa, quæ in Candelabro noſtro Aureo, de aborſu diximus,cum præſenti aurea,uerè, conſtitutione concordemus.

1.Pro cuius initij declaratione.Nota primo,abortiuum illū fętum dici qui naſcitur ante tempus debitum.Dicitur etiam abortiuus fętus ui eductus, Vel non productus ad debitam quantitatem, ſecundū Iſidorum libro, Ætymologiarum, & S.Tho.ſuper 1.ad Corin.c.15.quos refert,& ſequitur Polyantea,uerb. Abortiuus.Et in hac ſecūda ſignificatione dicebat Paulus,de ſe.1.Cor.c.15.mihi tāquam abortiuo.i.quaſi vi educto de vētre infidelitatis:quę expoſitio magis mihi placet,cū ipſe violentia, & uocatione illa Diuina fuerit ad fidem conuerſus.

2.Nota,ex principio Bullæ,ibi,præceptum de non occidēdo,ſub quinto Decalogi præcepto, non tantū ipſummet homicidium cōpræhendi;ſed etiam omnes actus nociuos proximo.V.g. palo illum percutere, uerberibus illū afficere, alapam dare, Vel quocunq; alio modo illum vulnerare, ut latè,ex S. Th. Caier. Palud. Sylu.& communi tradit Nauarrus, Manuali.c.15.max.nu.5. cum ſeq; & qualiter hoc quintum præceptum tranſgrediatur vide.Sebaſt.Medices in sūma peccatorum.1.par.q.104. tit.4.Imo quodcunq; internum deſiderium, vel deliberata voluntas qualemcunq; dictorum actuum perperrandi etiam ſecretiſſima,& momentanea,dummodo fuerit determinata, eſt peccatum mortale,quia peccata cordis,oris,& operis,eiuſdem ſunt ſpecie.S.Th. 12. q 72.a.7.& cōmunis.quam refert,& ſequitur.Nauar. ſup.n.1.

Confirmatur,quia regulariter in bonis,& in malis apud Deum uoluntas pro facto reputatur,ut tradit latè Nau.in tract.de indul.Notab 19.n.4.& notab.22. n.7. ꝙ intellige ſecundum omnes,quo ad peccatum incurrendū,non uero quo ad cenſuras & pęnas.Vide late,& bñ per Arch. in c. Quæ bona.17.q.1.n.5 Alber.in dictionario,uerbo uoluntas.Quę cōis confirmatur ex eo Matth.c.5.Oīs qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mechatus eſt, &c.

Ex qua reſolutione infertur intellectus ad hanc conſtitutionē.n.3.ibi,ira,ut

re ipſa abortus ſequutus fuerit;videlicet, quod etſi millies quis animo deſideraucrit abortum procurare,uel generationem ſe,uel alio tertio quocunque mõ impedire,,nullam iſtius conſtitutionis incurret pœnam,licet mortaliter peccauerit.Quod ampliatur,ꝙ etiam ſi quis abortum procurauerit,uel cõceptionẽ herbis,medicamentis, ſanguinis euacuatione,potionibus,uerberibus.uel alio quocunque modo impedire ſtuduerit, atque opere compleuerit, ſi non ſequatur effectus,nulla incurritur pęna,peccato mortali excepto.

Nec obſtat,ꝙ ſæpe in iure affectus punitur pro effectu,ut diximus in Candelabro multis in locis,quia fallit hic,vbi intentio legiſlatoris explicatur , ut ibi patet,ita vt re ipſa,&c.

¶ 3.Not.ex eod.n.ibi;Sanctiſs.legibus,uarijſque conſtitutionibus,hoc abortus crimen non tantum eſſe iure diuino,ut dictum eſt prohibitum , ſed etiam iure canonico per tex.in c.ꝙ vero cum alijs 32.q.2.tex.in c.Sicut de homic.Inſti.candi.4.ti.de homic.§.antepe.cum gl.ibid. Conc.Anciran.c.20. Conc.Ilexden.c.2.Triburienſe ſub Arnolfo Imper.c.50. & de iure ciuili,per tex.in l. Si aliquid.§.Qui abortionis.& l.Cicero.ff.de pœnis.l.Mulierem,ff.de Sicar.l.D.Seuerus.ff.de extraord.crimin.

¶ 4.No.ex eod.n.1.ibi,animarum certa iactura,reprobatam eſſe Caiet.opinionem.3.p.88.a.11.ubi contra.S.Th.& alios ibidem,& ubique tenuit, ꝙ exiſtentes in utero,& periclitantes cautè,& irreprehenſibiliter à parentib.benedicerentur in nomine Patris,& Filij,& Spiritubus ſancti,cum intentione baptizãdi eos,ꝙ ſaluarentur,quem reprehendit Amb.Catherinus,in annotationib.contra Caiet.tit.De Sacramentis Eccleſię.pag.mihi.154.Et qualiter puer poſſit,uel in utero baptizari, vide late ſup.in Candelabro.1.p.ti.de Baptiſ.n.57.Ratio huius deciſionis,ibi,certa iactura,& communis opinionis eſt,quia niſi quis renatus fuerit ex aqua,& ſpũ ſancto &c.Io.3. ca. Nec eſt admittenda eorum relatio qui illa uerba,iactura,referunt ad procurantes abortum,nam non intelligũtur niſi de pueris in vtero matris,veneno,vel aliter ſuffocatis,quorum animæ certiſſimè in limbum deſcendunt ſine baptiſmo,vide tex.in c.Firmiſſime,de cõſecr. diſtinct.4.

¶ 5.No.ex eodem.n.1.ibi ſuam prolem prius interire, quam uiuere, reprobatam eſſe; & tanquam temerariam damnatam aliquorum imprudentium opinionem,dicentium aliquando licere ad conſeruandam alicuius nobilis puellę prægnantis famam poſſe abortionem fętus inanimati procurari . Quod confirmatur,quia non ſunt facienda mala,ut inde eueniant bona ad Ro.c.3.Arch.in c. Baptizandis.1.q.1.0.1.2.Quia quamuis ſecundum aliquos poſſit quis famam tueri cum periculo proprio, & detrimento corporali, vt latiſſimè poteris uidere ex multis,quę adducit Nauar.in Manual.c.18.per totum.Caiet.Sot.& alij,nõ tamen poteſt quis inferre maius uel æquale malum alicui tertio,ob ſuam famã male perditam conſeruandam.Cum autem per procuratiõe talis iniquæ abortionis multa inferantur mala multis, quos numerat hæc ipſa bulla.d.n.1.ibi, Quis non grauiſſimis, &c.& ibi,Diuinum donum eſt,&c.patet non poſſe taliũ imprudentium opinionem ſuſtineri, omitto alia,quibus hæc manifeſta veritas poterat confirmari: adducendo tantum tex.in regul.mutare.de reg.iur.6. Vbi nec mutare quis cõſiliũ poteſt in alterius detrimentũ.& regul,locupletari.eod.

¶ 6. Not.ex.nu.2.ibi,aut ne mulieres concipiant.& n.6.ibi,ac uenena mulieribus propinauerint,& c.inferri poſſe ad quęſtionem,uidelicet.Vtrum qui talia

uenena,

venena, uel pocula ſterilitatis viro propinauerit alicui, vt non poſſit generare, cenſeatur in hac Bulla comprehenſus? Reſp. Quod quamuis in hac bulla non videatur talis caſus deciſus. Mihi tamen, (ſaluo meliori iudicio) uidetur intentari, argumentando, poſſe. Primo, quia vbi militat eadem ratio, militare debet eadem legis diſpoſitio. l. neque leges. l. ideo. l. de quibus. ff. de legibus. Secundo, qa finis huius bullæ eſt, ne generis humani propagatio impediatur, & fortius, & magis impedit impedito agente, quã patienre ſecundum Philoſophorum, & Medicorũ communem, ergo. Tertio. & ꝙ magis urget, quia Inſtit. Canonica, in li. 4. ti. de homic. §. pen. de uiro ẽt inquit in hæc uerba, Is quoque qui uel cã explẽdę libidinis, vel odij meditatione uiro aut mulieri aliquid fecerit uel potandum dederit quo minus poſſit generare, uel concipere, vel naſci ſoboles, ut homicida puniendus erit, quod probat tex. & gl. hic ex l. Si quis aliquid feeerit verſic. Qui abortionis. ff. de pœnis, & melius, clarius, & expreſſius habentur eadem uerba in c. Si aliquis de homic. cum ſimilib. 4. Quia id probat, & tenet inſignis vir Petr. Greg. in Sintagmate iuris 3. p. lib. 36. c. 15. n. 20. ubi per dicta, & alia iura probat locum habere tam in uiro, quam in muliere. At cum per hanc bullam videantur innouatę omnes Apoſtolicæ conſtitutiones, ac ciuiles leges in hac materia loquentes, vt patet, in eadem bulla, num. 3. & in dictis iurib. canonicis, & Ciuilib. expreſſe fiat mentio tam de muliere concipiente, quam de uiro generante impedito; uidetur hanc conſtitutionem ad vtrumque extendendã eſſe.

Nihilominus tamen, etſi ſupradicta uera ſint, in hac quęſtione non auderẽ tales pęnas, ad viris uenena propinantes cã generationis impediẽdę extendere. 1. Quia pęnæ ſunt omnino reſtringendę; nec extẽdẽdæ ultra id quod ſonãt, tex. vulgatus, in regula, Odia. de reg. iur. lib. 6. 2. Quia ſi talis S.D.N. Sixti V. fuiſſet intentio, uere illam clarioribus verbis explicaſſet, nec ſic obſcuram reliquiſſet, quemadmodum ego alijs declarandam melius relinquo.

¶ 7. Ex eod. n. 2. & ex eiſdem uerbis. ſ. aut ne mulieres concipiãt, nefariè machinantur. & ex nu. 6. ibi, & quominus fœtus concipiant impedimentum præſtiterint, infertur ad queſtionẽ dubiã ſatis, atque frequentiſſimam, uidelicet, Vtrũ uir, uel mulier abſtinens, uel retrahens ſe ab emiſſione Seminis in copula cauſa generationis uitandæ, uideantur in hac bulla, & eius pœnis compræhendi? Pro parte affirmatiua facit, quia cauſam damni qui dat, damnum dediſſe uidetur. tex. in regula cauſam damni, de reg. iur. in 6. iſte talis retrahens ſe fuit cauſa damni. ideſt, quod non ſequatur proles, ergo aliquo modo prolem occidit, qui ſemen uiuum mortificauit. 2. Quia qui impedit aliquem ne conſequatur finem iuſtum quem prætendit, videlicet impedieudo alicuius officij, dignitatis, vel beneficij proprij in quo, vel ad quod ius habet, conſequutionem, ita tenetur reſtituere, ac ſi ſurripuiſſet, ſecundum grauiſſimos Doct. quos refert, & ſequitur Nauar. cap. 17. nume. 69. & per totum, ergo qui ſuo diabolico modo, data opera, & cum grauiſſimo peccato, impedit ne natura ſuum conſequatur effectũ, priuãdo ſemen uita, ad quam tendebat directè, & in quo ſemine vita continetur hominis, ſicut in ouo pullus, tenebitur ad pœnas, quaſi ſi occidiſſet realiter. 3. Quia ſæpæ in iure affectus punitur pro effectu. Vt in c. ſi quis non dicam, de pœnit. d. 1. cum iurib. ſimilibus, ergo cum quis animum habuerit ne ſemen naturale, naturalem, ad quam tendit, conſequatur vitam, idem videtur, ac ſi hominem vita priuaſſet. 4. Quia Petrus. Greg in Sintagmate iuris 3. p. lib. 36. capit. 25. nu. 20. pœna homicidii iudicat eſſe plectendos retrahẽtes ſe ab emiſ-

ſione ſeminis:qui ſic ait.Hic certe exiſtimo ſimilitudine rationis plectendas eſſe mulieres,& viros, qui arte aliqua præcauent ne ex marito concipiant voluptatis explendæ cauſa,ſemen admiſſum ex induſtria reijciendo,ut ſolent meretrices,& perniitioſi viri. Sic.n.viam generationis ex malitia intercidunt, & quodammodo homicidium naſciturorum admittunt,digni morte,ut extat iudicium diuinum de Onarno filio Iudę.Gene 38.qui necatus a Deo; quod iuſſus ex lege ſuſcitare ſemen fratris ſui Her,& vxorem eius duceret,ſemen fundebat in terram,ne liberi fratris nomine naſcerentur,rem deteſtabilem operatus. His autoritatibus;& rationibus,& alijs multis poterit aliquis iudicare tales retrahentes ſe in copula dictæ bullæ pœnas incurrere,quod nos non auderemus affirmare.1.Quia in re tam graui ac quotidiana,ſi beatiſſ.Papa id voluiſſet explicaſſet certe. 2. Quia huiuſmodi noſtræ opinionis ſunt aliqui grauiſſimi viri quos conſuluimus , & hanc iudico veriorem , ſaluo ſemper Apoſtolico, & quocunque alio iudicio meliori.3. Quia idem eſſet iudicandum in quacunque diabolica , & culpabili copula,in qua ex in ordinato coeundi modo perditur utrumq; vel unius ſemen .

¶ 8.Not.ex.n.3.ibi,Omnes,& quoſcunque & c.huius bullæ generalitatem comprehendit. n.omnes mundi perſonas,ſolo latore excepto.vt patet.

¶ 9.Not. ex eod.n.3.ibi.Qui de cætero,claſu eſſe intellectum huius bullæ in eo,quod ptendit,videlicet.Vitare ſub pœnis ne de cætero. idest eius legitimã publicationem id fiat.quapropter etiam ſi per unum,duos,uel plures annos ante dictam publicationem quis in aliquod talium delictorum incideret vel incidiſſet,nullatenus in bullæ huius pœnis eſt comprehendendus; quia bulla tantum loquitur de futuro,nec extendit ad præterita,et ſi culpa ſua diſtulerit confitendum.Vnde infertur tali uitio laborantem,vel vinculo irretitum,poſſe nũc poſt huius bullæ publicationem abſolui ab illo peccato aborſus qd ante dictam publicationem cõmiſerat per illum per quem ante dictam bullam poterat abſolui. vide quę dixi ſup.bullã de clericis male promotis.Notab.4.q̃uis cõtrariũ ſit iudicandum de illo qui procurauit abortũ ante bullæ publicationem,cuius effectus ſequutus ſuit poſt eam,quia incurret dictas pœnas impoſitas non procurationi.aut conatui,vel affectui ſed ſequuto effectui,ut in patet, quod eſt notabile.

¶ 10.Not.ex eod.nu.3.ibi.Aut interpoſitas perſonas confirmari regulã tex. in cap.qui per alium,de reg.iur.in 6.quod intelligo procedere etiam ſi multæ perſonæ ſint interpoſitæ,vt V.g.Filia quędam famil.indicauit,matri ſe concepiſſe, & quod procuret eius famã per ſecretum aborſum tueri, mater committit negocium ancillæ,ancilla ad idem inducit medicum,medicus operatur , ut ſequatur effectus,& ſequutus eſt,omnes incidunt in pœnas.

Vel ſecundo,Pater aliquis famil.ſcit filiam,vel aliam quamcunque grauidã, inducit medici,uel alia quamcunque perſonam ſub infirmitatis, & ęgritudinis nomine,minuitur illi ſanguis,vel vena ſcinditur,medico id ne ſciente, & ſeqtur effectus,pater incurrit pœnas,& filia,pater quia per alium procurauit,filia, quia in id conſenſit.

¶ 11.Not.ex eod.n.3.ibi.Fœtus immaturi , ſecus eſſe ſi fœtus fuerit maturus,a contrario ſenſu,cuius argumentum ualidum eſt in iure,imo fortiſſimum, ut ex multis iuribus.probat Alber.in Dictionario.verbo.Argumentum.Vnde infertur,quod illi, qui alicui mulieri in partu laborant naturaliter aliquid prebuerint mãducãdũ uel bibẽdũ,vel aliqd aliud fecerint,ad hoc vt paratus ſequat

&

& fœtus emiſſus fuerit uiuus uel mortuus, nullam incurret pœna. 1. Quia fœtus erat maturus. 2. Quia tales minime procurant abortum, ſed naturalem partum, ut tam mater, quam fœtus ualeant liberari.

¶ 12. Not. ex eod. n. 3. ibi. Tam animati, quam etiam inanimati, formati, uel informis. I. Per hanc bullã ſublatam eſſe diſtinctionem cõmunem antiquã (de qua in 2. p. Candelabri Aurei tit. de irregul. n. 239.) uidelicet, ꝙ ſi fœtus non erat animatus, tantum erat peccatum mortale, abſq; ulla alia pęna uel cenſura, ſi autem erat animatus, incurrebat irregularitatem abortum procurans: Nunc autem ſiue animatus, ſiue non, incurrit has pœnas. 2. Inanem, quo ad hoc, eſſe nunc quæſtionem illam, quam curioſam reputamus de animæ in corpore infuſione, quam reperies in Candelabro. ſupra. nu. 240. 3. Informem fœtũ dici quãdo tantum embrio. i. caro coagulata eſt in mulieris matrice, abſq; ulla membrorum naturalium organizatione, uel compoſitione, & tunc dicitur fœtus informis, quia nondum corpus eſt formatum, ſed omnia ſunt confuſa, ut ſæpe uidimus, & tunc etiam incurrentur dictæ pœnæ. Ex quo infertur. 4. Deciſam eſſe queſtionem mihi propoſitam, uidelicet, dictas pœnas incurri, etiam ſi fœtus animæ non ſequatur iactura, fuit enim mihi propoſitum dubium. V. incurrantur dictæ pœnæ ſi pueri animæ non ſequatur iactura, id eſt, quia natus uiuus, ſtatim fuit baptizatus, & mortuus, quia in bulla in principio, dicitur, cum animarum certa iactura, ergo ſi non eſt animæ iactura, non incurritur pœna? Reſpon. tantum illa uerba adducta eſſe in deteſtationem, nec eſſe uerba quibus conſtat deciſio, ſed ſunt uerba præambula, vſque ibi: Nos igitur. 2. quia ſi procederet dicta clauſula: cum animarum certa iactura, ſequeretur hanc bullã non procedere niſi in fœtu animato quando non potuit baptizari, & anima ſaluari: quæ omnia reprobantur per illa uerba: in animati, & informis.

¶ 13. Nota. ex eod. n. 3. ibi: procurauerint percuſſionibus &c. multa dubia declarari. Primum eſt, ꝙ ad hoc vt dictæ pœnæ incurrantur, neceſſarium eſt ut animus præcedat faciendi aliquid ſupradictorum, vt abortus ſequatur quia verbum: procurauerint, animum denotat determinatum conſequendi id quod deſideratur. ſecundum communem intelligendi modum.

Secundum declaratur dubium, ſcilicet, idem eſſe pręcipere abortum fieri, conſulere, auxiliũ, vel fauorẽ, præbere, quia oẽs tales eaſdem pęnas incurrent vide ad hoc oĩa quæ diximus. in 2. p. Cãdelabri. tit. de Irregular. de Homicid. §. 3. per totũ. vbi agitur de mandante, conſulente, inſtigãte. &c. ad homicidium.

Tertium declaratur dubium, videlicet. ratum habentem aborſum, ſuo nomine factum, ita eſſe his pęnis puniendum, quemadmodũ de ratum habẽte homicidium late diximus in Candelabro. ſupra. §. 7. nu. 300. vbi late diſputatur & reſoluitur. Vnde ſequitur ꝙ ſi mulier aliqua, amico omnino ignorante, nec ullo modo illi ſuã voluntatem manifeſtante, ex ſua diabolica malignitate aborſum procurauit, & fecit; & poſtea amico nuntiauit; & amicus approbauit, illa tantum incurret dictas pœnas, non amicus qui nihil ſciebat, nec conſuluit, nec uerbum ullum uel ſignum manifeſtauit. Aliud eſſet, ſi ille in præſentia talis mulieris dixiſſet, ſibi fore charum, illam non concepiſſe, uel ſi abortus accidiſſet, & illa ex his uerbis occaſionem ſumpſiſſet; quemadmodum impij ſatellites Regis Henrici ſumpſerunt ad occidendum. S. Thomam Archiep. Cantuar. ut eius narrat hiſtoria quæ. 29. die Decembris per uniuerſam Catholicam Eccleſiam recitatur. quia tunc culpabilis eſſet talis uir.

Quartum dubium declaratur. videlicet, ꝙ ſi maritus, vel pater leuiter caſtigauerint vxorem, vel filiam, vel aliquod verbum illi dixerint, ex quo illa furore plena, aborſum procurauit, vel caſu euenit. non incurrent dictas pœnas, quia non procurarunt aborſum nec in ſe nec in cauſa, vt ſequeretur aborſus. ſecus ſi in caſtigando modum excederunt, quia tunc culpabiles erunt.

Quintum dubium declaratur, ſ. ꝙ ſi medicus aliquis, chirurgus, vel alius medendi gratia alicui mulieri potum, vel cibum aliquem præbuerint, & inde, nulla alia exiſtente cauſa. abortus ſequatur, quia medicamenta illa ſtomacum non bene compoſitum prouocarunt, non incurrent dictas pœnas: quia dabant operam rei licitæ, abſque alio malo fine: nec vllo modo abortum, ſed ipſius prægnantis ſanitatem procurabant.

Sextum dubium declaratur, videlicet, ꝙ quocunq; modo abortus ſequitur ex aliqua cauſa repentina vel animi paſſione, vt V.G. quia ex magna lætitia, timore, cibi alicuius appetitu, vel apparentia, hominum rixantium viſione, vel alijs ſimilibus paſſionibus abortus ſequatur inuoluntarius, non incideret tales pœnas, quia nullo modo id voluit nec procurauit, nec fuit in cauſa. Aliud eſſet ſi aliquis ſciens alicuius mulieris fragilitatem, vel abortiendi, in præſentia eius aliquid ſupradictorum faceret, vel alicuius Dęmonis figuram repræſentaret, quia tunc licet cauſa illa, directè ad aborſum non tendebat; indirectè tamen cauſa abortiendi fuit. Mulierem etiam prægnantem, quæ ex nimio deſiderio cum aliquo carnaliter peccandi, abortiuum fœtum emiſit, culpabilem cauſam abortui dediſſe iudicarem; cum ipſamet tanti mali cauſa fuerit cum peccato mortali, quod poterat euitare. Niſi dicamus Bullæ pęnas non extendendas vltra id quod ſonant, videlicet: procurauerint.

Nec excuſarem a dictis pęnis mulierem expertam, ex alicuius ponderis impoſitione ſolitam eſſe aborſum facere, ſi aliquod onus periculoſum ſumpſiſſet; nec illum, qui etiam expertus, illi impoſuiſſet.

¶ 14. Nota, ex eod. nu. 3. ibi: abortus inde ſecutus fuerit. effectum requiri ad pœnas incurrendas, vt diximus ſup. ead. notab. 2. Quæ conſtitutio concordat omnino cum communi concluſione, quam poſuimus. in 2. p. Candelabri. tit. de Irregul. .2. nu. 247. Quid ſi ſtatim effectus non fuerit ſecutus, ſed poſt vnum, duos, vel plures menſes, vt. v.g. puella quædam occulte concepit, ac uarijs potionibus abortum procurauit, & modis; nec ualuit tunc puerum emittere: Poſt duos autem menſes, tandem infantem peperit uiuum, licèt imperfectum qui ſtatim baptizatus interijt? Reſp. diſtinguendo, ꝙ aut puer natus eſt ſic, ex alia ſuperueniente cauſa; aut non. & Primo ſi aliqua alia iuſta ſuperuenit cauſa, ex qua poſſet credi eſſe ſecutum, liberatur ab huius Bullæ pœnis. Si autem nulla alia interfuit cauſa, abſque dubio credendum eſt abortum ex primis illis potionibus, & conatibus proceſſiſſe. Sunt, n. multa uenena, ueneficia, & Dæmonum inuocationes ac ſuperſtitiones, quæ non ſtatim operantur. Quod probatur ex eo, ꝙ ſi aliquis alicui uenenum propinauerit, & tamen non ſtatim, ſed poſt unum, duos, uel plures menſes moritur, homicida abſque dubio talis propinans ab omnibus communiter iudicatur, ut eſt communis in uerbo homicidium.

Sed obiter ſcire oportet quid faciet adoleſcētula, quæ abortum procurauit, & fecit, parenteſq; eius hoc timentes uolunt illā, & cōfiteri, & cōmunicare, & ſi hoc renuat, tanquā certiſſimū indicium delicti, hoc habentes, illam perimere

decreue-

decreuerunt, num poſſit abſolui & permitti, vt communicet, vt ipſius uita ſaluetur? Reſpon. 1. Dictam puellam teneri omnium ſuorum peccatorum mortalium confeſſionem integram facere cum confeſſore de quo nulla ſit ſuſpitio, quod reuelabit confeſſionem alicui. Qua ſuſpitione ſtante, realiter. & non ficté, dummodo nullus alius eſſet cõfeſſor, poterit peccatum illud tacere, quaſi quòd non habeat legitimum confeſſorem. Si autem nulla ſuſpitio, tenetur de omnibus peccatis dolere, & omnia confiteri, vni eidemq; Sacerdoti, vt de quibus poteſt, abſoluat; pro reſeruatis autem licentiam abſoluendi petat, vel pœnitentem ad Superiorem mittat, quæ omnia colliges clare ex. S.Th. Scoto. Victoria Nauar. & aliis, quos ſup. in Candelabro. 1. p. tit. de Confeſſione. nu. 73, citauimus. Quo ad communionem autem? Reſp. 2. talem puellam poſſe cõmunicare cum dicta contritione, & confeſſione, licet de caſu illo reſeruato non ſit abſoluta. Primo, quia caſus ſoli Summo Pont. reſeruatur, qui facile adiri non poteſt. Secundo ob ſcandalum vitandum. Tertio ob vitam, & famam tuendam. Vide quæ diximus in Candel. 1. p. de Euchariſtia. num. 120. cum alijs maximè num. 124.

Quod procedit etiam ſi tali caſui, excommunicatio ſit annexa, vt hic eſt; ſecundum opinionem, quam ſequuti ſumus in d. 1. p. Candelabri. de Euchar. numer. 125.

¶ 15. Nota ex eod. nu. 3. ibi, quæ ſcienter præmiſſa fecerint; excuſatas eſſe mulieres, quibus impij mariti, vel amatores aliquid manducandum, vel bibendum præbuere, vt eas inuitas, & inſcias abortiri faciant, ipſi tamen pœnas lucent in vtroque foro. vide infra notab. 21.

¶ 16. Nota. ex nu. 4. ibi: Ipſo facto priuamus, &c. Clare maiores pęnas hodie impoſitas eſſe pro quocunque etiam inanimato aborſu, quam pro quocunque alio homicidio. Clericus enim homicida non eſt priuatus beneficio ipſo Iure, ſed per ſententiam priuandus; ſecundum communem opinionem, quam ex Innoc. Bald. Decio, Anan. Felyn & alijs tradit, & ſequitur Bernard. Diaz in Practica Canonica. c 88. Couarr. in Clem. Si furioſus. 2. p. §. nu. 6. & alij nouiores. Procurans autem quemcunq; aborſum, ſecuto effectu, ipſo iure priuatur, vt hic habetur.

¶ 17. Nota, ex eod. nu. 4. ibi: Eos vero qui clerici fuerint, & ibi, & illos qui clerici non fuerint: totam hanc clauſulam in duos hominum ſtatus eſſe diuiſam. Primo, enim compræhendit clericos talia perpetrantes. Secundo laicos, vel ſæculares ordinari volentes. Quo ad primos; Nota, ꝙ ſi quis clericus primæ tonſuræ aburtum procurauit, & fecit, poterit ad minores ordines promoueri, quia Bulla tantum prohibet promoueri ad Sacros, quemadmodum Bulla: Cum ex Sacrorum. Pii II. tantum facit ſuſpenſos accipientes ordinem ſacrum ante ætatem, &c. Vt videre poteris. in 2. p. Candelabri. tit. de ſuſpenſione. num. 110 cum ſeq. Si autem ſubdiaconus, vel Diaconus, uel Presbyter abortum fecerint, non poſſunt vlterius aſcendere, nec in acceptis miniſtrare. Quo ad ſecundos vero, idest laicos, ex eodem verbo: ad ſacros, & ex illo verbo ad ordines & alia prædicta, colligitur, Laicum, qui abortum procurauit cum effectu, poſſe ad primam tonſuram, & quatuor minores promoueri, quia Bulla tantum prohibet ne ad ſacros promoueantur, vt ſupra dictum eſt, & faciunt laté dicta in 2. p. Candelab. titu. de Irregul. §. de Diſpenſation. reſeruatis Epiſcopis. verſi. Tertio, Epiſcopus.

¶ 18. Nota,

¶ 18 Nota ex eod. nu.4. ibi:Sed occultum fuerit.per hanc bullam deciſam eſſe quæſtionem, quam ventilauimus in 2. p. Candelabri.de Irregul.n.fin.336 ante titu.de Diſpenatione quo ad fratres,videlicet an Epiſcopus poſſit diſpenſare in homicidio omnino voluntario.

¶ 19 Nota ex nu.5.ibi: Depoſiti & degradati,&c.quod quamuis homicidium uoluntarium inter grauiora,& horribiliora crimina computetur, vt notat Abb.in c.cum contingat. col.6.de foro comp.per text.in c.Quæſitum de temp. ordin.Et in c.Inquiſitionis de Accuſat.quem refert,& ſequitur Bernard. Diaz. in Pract. c. 88. & per homicidium, ultra beneficii priuationem, clericus erat tantum deponendus,& in Monaſterio detrudendus,ut probatur in c. Cum nõ ab homine de Iudi & c.Tuæ de pœnis.& multi Doctores,quos refert,& ſequitur Bernar.Diaz. ſuprà.Hodie tamen dictæ penæ augentur pro aborſu, ut loco detruſionis in monaſterio,ſuccedat actualis degradatio,& traditio curiæ ſæculari,vt iuſtis penis à tali Iudice ſeculari puniatur Clericus abortum faciens,vel procurans,quod eſt notabile.

¶ 20 Nota.ex nu.6.& 7.vbi vide. Quibus adde ex illis verbis, in d.nu.6.poſitis:Siue quocunque modo in his conſuluerint:eiſdem pœnis ligari amatorem omnem, qui alicui mulieri, etiam antequã illam cognoſcat,dixerit bibe talem, potionem, & fit ſecure poteris mecum copullari abſqne ullo periculo conceptionis.

¶ 21 Nota ex eod.nu.6.ibi : ſponte ac ſcienter, quod quamuis de iure Diuino,& Canonico,potius debet quis milies mori,quã peccato conſentire, ut in c.Sacris.cum Glo.ibid.de iis,quæ vi,metusue &c. S Th.& omnes alii.aliàs penam non effugiet eternam, quia ex duobus malis minus eſt eligendum, vt in. 13.d.c.duo mala.Nihilominus tamen.S.D.N.Sixt.V.mulierum conſiderans fragilitatem,duo hæc uerba : ſponte,& ſcienter,prudentiſſimè coniunxit,ſignificans ſuæ eſſe intentionis muliebrem fragilitatem, quæ minis ac timore perterrita, ſolet ad utramque partem facillimè declinare, non eſſe tunc dictis Canonicis penis comprehenſam,niſi quando duo illa uerba concurrunt, ſponte,& ſcienter.Ex quibus infertur,Primo mulierem,quæ ſponte aliquid à marito,uel amatore ſumpſit,ignorando tamen eorum intentionem, & quid ibi eſſet, non incurrere dictas penas propter eius facti ignorantiam,quæ illam excuſat,tex.in regula.Ignorantia de reg.iur.in 6.Doctores omnes,uerbo. Ignorantiam:etiam ſi ex illo cibo, vel potu abórſus quicunque ſequatur. Secundo infertur, quòd cùm metus ſit duplex,ſ. ab intrinſeco illatus,ut bene diximus.in 1.p. Candelabri tit.de Matrimonio. nu.57.cum ſeq.nullus metus,intrinſecus excuſabit mulierem abortum facientem : excuſabit tamen illi quicunque extrinſecus metus qui ſufficiens eſt ad inualidandum Matrimonium metu factum, vt notauimus in d.tit.num 59.cum ſequent. Tertio.Infertur in muliere non requiri illum metum cadentem in conſtantem uirum,quem ibi declarauimus : in muliere enim minor metus excuſat, quam in homine. ut ex. cap. Sicut dignum de homic. & ex Bernar. in cap. cum locum de ſponſ. tradit Albericus in Dictionario.Verbo Metus quapropter etſi multi caſus particulares poſſent in exemplum adduci, prudentis Confeſſoris iudicio cenſui commitendum . cum Illuſtriſs. Couar.in 2.par.de ſponſal.capitul.tertio §.quarto num. nono. Vbi multa ad hoc adducit Et qualis metus excuſet in foro conſcientiæ, Vide optimè Nauar.Manuali.cap. 17.n.30.ex quo multa dubia poterunt declarari.

¶ 22 Nota

¶ 22. Nota ex eod. nu. 6. ibi præuentionis locus, & ibi teſtes alias de iure inhabiles, duo particularia notabilia, quo ad abortus crimen. Primum, quod eſt mixti fori, ita, quod quicunq; iudex poterit de illo cognoſcere, quia datur locus præuentioni, ita, quod primo occupanti conceditur procedendi locus, ut in c. Capitulum. S. C ucis de reſcrip. Secundum, quod teſtes infames, & alij à teſtimonio expulſi à iure, poſſunt admitti in iſtius criminis probationem.

Quod procedit in aborſu poſt iſtius Bullæ publicationem perpetrato, non in alijs commiſſis ante, etiam ſi nunc poſt hanc bullam detegantur, & accuſentur. Quia omnes pœnæ huius bullæ tā̄ n loquuntur, de illo aborſu, qui poſt eius publicationem fuerit factus. Et quid ſi ante fuit procuratus, & poſt ſequutus, Vide ſupra notab. 9.

¶ 23. Nota. 23. ex n. 7. quoſcunque ſub illa clauſula compræhenſos, delinquē tes, uel fauorem, vel auxilium dantes eſſe excommunicatos latæ ſententiæ excommunicatione.

¶ 24. Nota ex n. 8 Crimen hoc committentes minimè abſolui poſſe ſub cęlo, quocunq; iubileo interueniēte, uel priuilegio, niſi à Papa, & in articulo mortis, Vide quæ diximus ſupra in bulla contra malè promotos. notab. 19. & 20. quia in omnibus purificantur.

¶ 25. Ex n. 9 ibi. Poſt quindecim dierum ſpatium &c. magna grauor admiratione, & difficultate; quare cum D. N. Sixtus. P. V. in Bulla contra clericos malè promotos, & in Bulla de habitu, & tonſura, poſuerit quindecim dies pro habitantibus Vrbem, & quatuor menſes pro citra montanis, & octo pro ultra mō tanis, in hac, quæ uniuerſos Chriſtianos comprehendit, tantum quindecim poſuerit dies, quibus tranſactis, uniuerſi ita ligati cenſeantur, ac ſi unuſquiſq; dictam bullam legerit? Sed omnia mea meq; cum eis, eiuſdem. S. D. N. iudicio remittenda iudicaui, qui rationē ſcit reddere omni poſcenti. ſecundum. D. Petri ſententiam 1. Epiſt. c. 3. & huius bullæ explicationi finem imponere.

Author Lectori poſt ſup. dicta.

QVemadmodum. 2. Corint. c. 1. Diuinus dicebat Paulus: Benedictus Deus, & patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, Sic nunc vniuerſus Chriſti Populus decantare poterit: Benedictus in terris Dei uicarius Dominus Greg. PP. XIIII. qui conſolatur nos in omni tribulatione, & hodierna afflictione. Conſolatus iam fuerat Sanctiſſ. Pater afflictos filios, vniuerſi, videlicet Orbis Religioſos moderando Bullam contra illegitimos latam à Sixto PP. V. vt in ea patet: Nunc etiam paternam charitatem ſuam, qua dilexit nos, magis ac magis proſequens atq; manifeſt ns, infinitos ferè voluit conſolari trementes, multis peccatorum laqueis irretitos, atq; de ſalute ſua diſperantes, moderando Bullam illam licet ſane tam, vniuerſo tamen orbi viſam rigoroſam, quam idem Sixtus V. contra procurantes ediderat, abortum, & nos ſupra declarauimus. Cuius modificationes factæ Anno 1591. die 31. Maij. Anno ſui Pontif. 1. ſequentes (præcipuè) ſunt clauſulę.

¶ Prima, quòd quilibet Sacerdos tam ſecularis, quàm cuiuſuis Ordinis regularis, qui a Reuerendiſs. Ordinario, ad audiendas Confeſſiones, & ſpecialiter in

S his

his caſibus fuerit deputatus, habeat in foro conſcientiæ, dumtaxat illam meq; plenam, ac liberam facultatem abſoluendi à peccato & ab excommunicatione perſonas delinquentes in caſibus præteriti, ac futuri temporis, poſt hanc ordinationem, quam dictus PP. Sixtus. V. ſibi, ſuiſq; reſeruabat Succeſoribus:

¶ Item, Quo ad illorum pœnas, qui creaturę inanimatę abortum procurant, uel illorum, qui aliquid fœminis propinant. vel illorum, qui uenoſa aliqua accipiunt, vel aliqua ſimilia generationi contraria, & ſterilitatis cauſatiua, uel illorum qui, quocunq; modo adhoc auxilium præſtant, vel conſilium, Sanctitas ſua reducit dictam Bullam, uel Conſtitutionem in illa parte, in qua de ſimilibus agitur pœnis, ad terminos iuris communis, Sacrorum Canonum, atq; Cōcilij Tridentini determinationem, tàm quo ad præterita commiſſa, quam quo ad committenda, quemadmodum ſi talis Bulla, in hac parte, minimè edita fuiſſet.

¶ In cęteris autem eandem Bullam omnino confirmat. Hæc ibi indicta Bulla. Ex quibus, & ſup. a nobis explicatis quilibet intelligere poterit qualiter ſe gerere debeat, ſi forſan talis caſus eueniat.

Finis 2. bullæ cum modificatione.

S. D. N. D. SIXTI DIVINA PROVIDENTIA PAPAE QVINTI CONSTITVTIO.

DE HABITV, ET TONSVRA PER CLERICOS ſeu Milites beneficia, uel etiam Penſiones obtinentes, deferendis.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

CVM Sacro ſanctam Dei Eccleſiam, quā Saluator noſter ſuo præcioſiſſimo ſanguine acquiſiuit, ſponſam ſibi elegerit, & nobis licet indignis cuſtodiendam tradiderit, eidem ſine ruga, ſine macula, atq; in omnibus ſuis membris placentem conſeruare debemus, ut in ea omnia ordinata, ſingula diſtincta, cuncta interius exteriusq; pietatem, & deuotionem redolentia inueniantur, & ut ineffabilibus circum amicta uarietatibus ſpecioſa in oculis ſuis appareat, quantum fauente Deo ualemus, idipſum munus exequi decreuimus.

Quare animaduertentes, quòd qui in ſortem Domini ad eiuſdem Eccleſiæ decus & ornamentum ſunt uocati, & ex eo Clerici nomen conſecuti, quiq; cēſu Eccleſiaſtico uiuunt, ſingulari aliquo ſigno à reliquo populo diſtingui debēt ne cui eorum iure dici poſſit, Quomodo huc intraſti non habens ueſtem nuptialem, & ad hoc ipſum ſolicitudinis noſtræ obtutus dirigentes, ne ſanguis eorum de manu noſtra requiratur; cum ingenti cordis noſtri dolore inuenimus complures ſupradicta Domini ſententia iuſtè redarguendos: Nam eorum pleriq; Clericali honore neglecto, in veſtibus laicalibus incedentes, eo ſe mirifico indignos priuilegio reddiderunt.

Quapropter licet ſacris Canonibus, Conciliis generalibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus certus circa eorum, qui Clericali charactere inſigniti ſunt, habitum, ætatem, & alias qualitates ſit præſcriptus modus, & contra Clericos in habitu Clericali, & tonſura non incedentes impoſita pœna, nēpe vt gratiis, immunitatibus, & aliis priuilegiis Clericalibus minimè gaudeant; tamē cum iniuria temporum, & forſan dormientibus paſtoribus inimicus homo lætifera tranſgreſſionis zizania ſuperſeminauerit: Nos propterea his & aliis rationabilibus de cauſis adducti, ne quis nimia ſiue paſtorum ſiue temporum indulgentia, & impunitate, ſeu oſcitantia cum religionis dedecore, nominis Dei contemptu, & propriæ ſalutis diſpendio de cætero abutatur.

Hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione præcipimus, et mandamus omnibus, & quibuſcunq; Clericis non ſolum in ſacris, ſed etiam in aliis minori-

bus ordinibus cõſtitutis, & Clericali tam in tonſura inſignitis, & mediū be-
neficia Eccleſiaſtica qualiacunque etiam ſimplicia nunc & pro tempore obti-
nentibus, & in illis vel ad ea ius habentibus, verùm etiam penſiones ſuper q-
buſuis fructibus, redditibus, aut prouentibus quarumuis Patriarchaliū Prima
tialium, Metropolitanarum; Cathedralium, & aliarum quarumcunque Eccle
ſiarum, ſeu Abbatialium, Capitularium, & conuentualium menſarum, necnõ
Monaſteriorum, Præpoſiturarum, Præpoſitatuū, Prioratuum, Præceptoriatū,
Hoſpitalium, Canonicatuum, præbendarum, dignitatum, perſonatuum, admin
ſtrationum, officiorum, & beneficiorum quorumcunque Eccleſiaſticorum ſæ-
cularium, & quorumuis ordinum regularium, ſeu illorùm diſtributionib. quo-
tidianis, ac iuribus, emolumentis, & obuentionibus vniuerſis ſibi reſeruatas,
aut fructus ipſos, prædiaue, aut bona Eccleſiaſtica loco penſionum ſibi aſſigna-
tos, vel aſſignata ex quacunq; conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica, perci
pientibus, etiam coniugatis, præſertim ſi iidem Clerici coniugati iuxta conſti-
tutionē piæ me. Bonif. Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in Concilio Tridenti-
no innouatā priuilegiis Clericalibus uti velint, tam in Rom. Cur. degentibus,
quàm extra eam ubilibet gentium, & locorum conſtitutis, ut ipſi, & eorū qui-
libet quantumuis exempti exiſtant, & quouis priuilegio, vel immunitate gau
deant, quacunq; dilatione, aut tergiuerſatione poſtpoſita. Debeant omnino, qui
5 in urbe præſentes fuerint intra 15. dies, qui uero citra Montes intra quatuor
Menſes, qui denique vltra Montes conſtituti ſunt, intra octo Menſes à die pu
blicationis præſentium litterarum in Romana Curia faciendæ, tonſuram, &
habitum Clericalem, ueſtes ſcilicet talares, aut Milites infra dicendi, quibus
penſiones, aut fructus, aliaue bona Eccleſiaſtica reſeruata ſunt, ſuæ Militiæ cō
uenientem quacunque remota excuſatione aſſumere, & Iugiter deferre. In fu
turum autem non niſi actu Clericis in habitu Clericali, & tonſura, & Militi
bus infra dicendis in Militare incedentibus ſuæ militiæ propria, aut alia quæ-
6 cunque Eccleſiaſtica etiam ſimplicia beneficia reſpectiuè conferantur, aut cō
mendentur, aut penſiones fructuſue, aut bona Eccleſiaſtica reſeruentur. Alio-
quin ipſos, & ipſorum quemlibet, qui quoad geſtandum habitum Clericalem,
& militare ſupradictum lapſo huiuſmodi tempore eorum vnicuique, ut ſupra
dictum eſt, præfixo noſtris huiuſmodi præcepto, & mandato, nunc, & impoſte-
rum perpetuis futuris temporibus cum effectu non obediuerint, præter alias
pœnas contra eos inflictas, etiam quibuſcunque dignitatibus, adminiſtrationi-
bus, officiis, Canonicatibus, & præbendis, ac beneficiis, etiam ſimplicibus, præ-
ſtimoniis per eorum quemlibet in titulum, commendam, uel aliàs pro tempore
obtentis, necnon penſionibus, & fructibus, ac prædiis, bonisque Eccleſiaſticis
huiuſmodi quocunque modo eis reſeruatis, uel reſeruandis, omnique iure ſibi
in eis, vel ad ea quomodolibet competenti, harum ſerie ex certa noſtra ſcien-
tia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine priuamus, ac ſine ulla alia moni-
tione, citatione, Iudicis decreto, aut miniſterio ipſo facto priuatos declaramus,
ac tam beneficia ipſa per priuationem huiuſmodi uacare, & liberè aliis con-
ferri

ferri poſſe, quam etiam penſiones caſſatas, extinctas eſſe, & fore, ac fructuum, vel aliarum rerum reſeruationes ceſſare, & quemquam ulterius ad illorum ſolutionem minimè teneri, & ob non ſolutionem cenſuras, & pœnas aliquas īcurrere non poſſe, nec debere decernimus, ipſaſque dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, necnon Canonicatus, & præbendas, & beneficia ſic pro tempore vacantia, collationi, prouiſioni, & diſpoſitioni noſtræ & Rom. Pont. pro tempore exiſtentis perpetuò reſeruamus, ſtatuentes ſic in præmiſſis uniuerſis, & ſingulos, per quoſcunque iudices & Commiſſarios etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & S.R.E Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & diffiniri debere, necnō irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquā quauis auctoritate ſcienter, uel ignoranter cōtigerit attētari.

Cæterum Milites quarumuis militiarum ſub regula aliqua approbata canonicè inſtitutarum, uel alios Rom. Cu. Officiales, qui non uti Clerici, ſed potius tanquam Milites iuxta priuilegia, & diſpenſationes Apoſtolicas eis in genere, vel in ſpecie per nos, aut prædeceſſores noſtros nominatim conceſſa, & ſub fe. re. Pii Papæ V. prædeceſſoris noſtri conſtitutione, quæ incipit, Sacroſanctū, &c. huiuſmodi priuilegiorum forſan reuocatoria minimè comprehenſa, beneficia militiæ quam profeſſi ſunt regularia obtinent, ſeu penſiones ſuper quibuſuis fructibus, redditibus, & prouentibus Eccleſiaſticis etiam prædictarum Eccleſiarum, & beneficiorum ſæcularium, aut fructus ipſos ſibi reſeruatos percipiunt, aut obtinebunt, uel percipient in futurum, ſiue Clericali charactere inſigniti ſint, ſiue non ſint, qui ueri Clerici ſunt, etiam ſi ab initio tempore reſeruationis penſionum, ſeu fructuum huiuſmodi, regularem habitum nondum ſuſceperint, nec militis officiorum Rom. Cur. aſcripti fuerint, ſed poſt factas eorum cuique reſeruationes ante, uel poſt publicationem præſentis conſtitutionis. Milites effecti extiterint, ſub præcepto, & mandato præfatis de habitu, & tonſura Clericali deferendis, nolumus comprahendi, ſed iis permittimus, ut regulari habitu militiæ, quam profeſſi ſunt conuenienti, uel ſi ipſi Milites Rom. Cu. Officiales fuerint, qui penſiones, aut fructus, aliaue prædia aut bona Eccleſiaſtica ex diſpenſatione ſeu priuilegio Apoſtolico pcipiat, habitu militari ſuprapraſcripto abſque alicuius cēſuræ vel pœnę Eccleſiaſticę incurſu licite uti ualeant, & nihilominus tā beneficia ſuæ militiæ regularia retineāt, quā ēt pēſiones ſup eccleſiarū & beneficiorū prædictorū ēt ſæculariū fructibus, ſeu bona, uel fructus præfactos ſibi ꝓ tēpore reſeruatos pcipiant. Nō obſtantibus cōſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolici, necnon cōſuetudinib. ēt lōgiſſimo, & immemorabili tempore obſeruatis, quæ abuſus, & corruptelæ potius cenſendæ ſunt, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis quorumcunque tenorum exiſtant, quæ omnia nolumus cuiquam aduerſus præmiſſa in aliquo ſuffragari. 7

Mandamus uero uniuerſis & ſingulis uenerabilibus fratribus noſtris Patriarchis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Prælatis, ac locorum ordinariis, ut in ſuis quiſque Eccleſiis, Ciuitatibus, & Diœceſibus curent præſentes litte-

ras

ras earumque exempla publicari, & inuiolate obſeruari. Et ne quis præſentiū litterarum ignorantia ſe ualeat excuſare, iubemus illas ad ualuas Baſilicarum S. Ioannis Later. & Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campifloræ, & in Cancellaria Apoſtolica affigi, & publicari, earumque exempla inibi affixa relinqui, & deinde in eadem Cancellaria Apoſtolica in libro, Quinterno appellato, inter cæteras conſtitutiones perpetuas deſcribi, & regiſtrari. Decernentes publicationem in Baſilicis præfatis & in acie Campifloræ faciendam, poſt lapſum temporis ſuperius præfixi unumquemque arctare, & afficere, perinde ac ſi ipſæ præſentes litteræ ſingulis perſonis præfatis perſonaliter intimatæ fuiſſent: Volumus quoque earundem præſentium tranſumptis, etiā impreſſis Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, plenam, & indubitatam fidem in iudicio, & extra adhiberi, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtēſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum præcepti mandatorum, priuationis, decretorum, reſeruationis, ſtatuti, uoluntatum, permiſſionis, & iuſſionis, infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attētare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctū Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, Quinto Idus Ianuarii, Pontificatus Noſtri Anno quarto.

Card. Prodat. **Io. Ang. Papius.**

Regiſtrata apud Io. Angelum Secretarium.
A. de Alexiis.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, indictione ſecunda, Die uero decima octaua menſis ianuarii, Pontificatus Sanct. in Chriſto, Patris & D. Noſtri, Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius Quarto, Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in ualuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Sancti petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cācellariæ Apoſtolicæ & acie Campi Floræ, ut moris eſt per nos Hieronymum Lettium & Io. Baptiſtam Bagni S. D. N. Papæ Curſores.

Alex. Parabicus Mag. Curſorum.

EXPLICATIO BVLLAE. S. D. N. SIXTI PP. V.

DE HABITV ET TONSVRA per Clericos ſeu Milites beneficia, vel etiam penſiones obtinentes deferendis.

Auctor ad Pium lectorem.

SI ſupradictas. S. D.N. Sixti. V. duas bullas ſeu Conſtitutiones, quæ de vitijs vitandis atque extirpandis tractant, merito laudare oportuit, atque primam, ſanctam, ſanctioreq́; alteram placuit appellare; quanto melius ac fortius hanc tertiam, quæ de clarificando, purificando, ac perfectionando auro. (ideſt ſtatu Eccleſiaſtico) cuius color optimus mutatus erat, atque obſcuratus laudare, benedicere & prædicare, atque ſummis encomijs ad aſtra vſque extollere licebit? Lætentur Cœli, gaudeat terra, & omnes gentes plaudite manibus pro tanto, tamq; vigilantiſſ. Paſtore, atque Catholicæ ſuæ ſponſæ zelatore, & quemadmodum in multis Sacræ ſcripturæ locis acclamabatur, viuat, viuat Rex, ſic omnes concrepantibus buccis acclamemus: viuat, viuat S.D.N. Sixtus. V. Amen.

¶ Pro cuius bullæ intelligentia aduertendum eſt primo, ꝙ quamuis in hac bulla nō ſint tot, tamq; graues difficultates ſicut in ſupradictis duabus; nihilominus tamen aliqua dubia aliquorum animos pulſauerunt, quorum principaliora vt aliquam capiant inde conſolationem, Deo dante elucidabimus.

¶ 2. Nota, hanc conſtitutionem, tantum duas perſonarum ſpecies comprehendere, ſcilicet Milites beneficia, vel penſiones, &c. habentes, & quoſcunq; clericos, etiam in prima tonſura eadem habentes. vt ex tituli inſcriptione, & alijs multis locis bullæ patet, vt dicemus. n. 4.

¶ 3. Nota. ex. n. 2. ibi: Quique cenſu Eccleſiaſtico viuunt, huius conſtitutionis intentionem eſſe beneficiatos illos corrigere, atque componere, qui nullo modo Eccleſiæ miniſtri, ſed potius, Chriſti & eius pauperum inimici videbantur, cuius officiū erat, non modeſte incedere, nec redditibus ſuorum beneficiorū Chriſti pauperibus ſubuenire, ſed per vicos, & plateas (vt alia taceam) diſcurrentes, Chriſti patrimonium, luxurioſe viuendo conſumere. De quibus beneficiatis vide optime aureum tractatum Nau. de redditibus Eccleſiaſt.

per to-

per totum,quos,vno verbo,optime.S.D.N.Sixtus.V. reprehendit, dum dicit: quemplurimos complures redarguendos.&c.

¶ 4. Nota,ex eod nu.2.ibi:eo ſe mirifico indignos priuilegio reddid. runt:ante hanc bullam,per Concil.Trid Seſſ.23.de Refor.c.6. priuatos eſſe priuilegio fori clericos primæ tonſuræ qui eam,cum habitu clericali non portabant.

¶ 5. Nota, ex nu.3. ibi. hc t ſacris Canonibus, Concilijs, &c. multa fuiſſe olim ſtatuta de vita, moribus, & honeſtate clericorum, quorum principaliora (vltra integros tractatus de hoc editos,quos longum eſſet recenſere)tractantur in titulo de vita,& honeſ.cleric.in Decretalibus, Sexto,& Clem.& Can 7. & 46.Apoſ.c. Non oportet.2. de conſe.d 5 c. Canon.14.q.3.c. Credo.21.q.3. Concil.Cartag.in Can.6.Concil. Chal. Can.3.Conc. Arel.2.c.14. cum multis alijs.c.Epiſcopum cum ſeq.& c. Presbiteri,34. d. Concil. Agat.c.39 & Conc. Tarac.c.2 & nouiſſimè in Trid. Seſſ. 14.c.6.de Refor.& Seſſ. 22. De reform.c. 1.& Seſſ.24.de Reformat.c.12.

¶ 6.Nota.ex eod.nu.3.in fine ibi:de cætero,& nu.4.ibi nunc, & pro tempore:hanc conſtitutionem tantum de illis qui deinceps inobedientes fuerint loqui,non autem de omnibus exceſſibus præteritis, licet aliqua in eis interuenerint, vel multa peccata mortalia , vel reſtitutiones ob officium diuinum male , uel nunquam recitatum,quod eſt notandum ad conſcientias quietandas,atque inquietas ſedandas.

¶ 7. Nota.ex nu.4.ibi:Præcipimus,& mandamus:quod quamuis grauiſſima fuerit inter Doctores concertatio de intelligentia uerbi: Præcipimus, An inducat mortale peccatum,uel ueniale tantum, ut optimè,& latè tradit Nauar.in Man.c.23.nu.50.cũ ſeq.ex eo tamen,ibi.n.53.patet clariſſimè uerbum hoc præcipimus,& mandamus,inducere mortale peccatũ niſi aliqua iuſta excuſet cauſa,uel minima quantitas,ut infra latius dicetur.

¶ 8.Nota,ex eod.n.4.ibi.Omnibus,& quibuſcunque Clericis,&c.per hanc clauſulam,in ſua generalitate,& particularitate,eſſe obuiatum Iuris,& doctorum Doctrinæ qua clerici aliqui in generali clericorum appellatione in materia odioſa non comprehenduntur de quibus vide Syl. latè; uerbo.cler cus. 1. n.1.& Armil.& late per Arch.in c.ex antiquis.nu. 1. 54. d. Alberic.in Dictionario.uerb.Clericus.Abb.in multis locis maxime c.ad abolendam de heret.in c.Cum tibi de uerb.ſig.& in c.Demonialib.de ſent.exc.& alios,Doctores communiter.In hac autem omnes uult Summus Pontifex comprahendi,uidelicet, Omne in Sacris conſtitutos,& etiam in minoribus , & prima tonſura habentes beneficium quodcunque, penſionem , &c. Vnde patet clericos in minoribus non habentes beneficia , ſub hac clauſula non comprahendi : ratione illius coniunctionis,& nedum; poſitæ poſtilla uerba,& Clericali tantum tonſura inſignitis. Comprahendit etiam clericos coniugatos habentes penſiones, uel alia ſimilia, &c. Comprehendit etiam quoſcunque clericos exemptos aliquid ſupradictorum habentes,ubique degentes.

¶ 9. Nota,ex nu.5.ibi.Tonſuram,& habitum Clericalem,&c.in hac conſtitutione nihil innouari,ſed iam olim præcepta,nunc ſub nouis Pœnis præcipi. Præcipitur enim tonſura decens deferri, & merito quidem quum ia raſura ipſa atq; corona,quæ in Regale ſignũ clericis datur, ab aliquibus ita parui pēditur, ut raro ipſam operire faciāt,& qñ illã ſibi aperire faciũt,ita eſt minima, ut magis in improperiũ q̃ in Clericalis Dignitatis decus,& ornamentũ conuertatur.

Qua

Qua pp uniuerſos, & ſingulos Reuerẽdiſſimos Epiſ. precamur humiliter, atq; corã Domino, obteſtamur, vt quãuis S. D. N. Sixtus. V. hic tõſurę mẽſurã nõ aſſi gnauerit, vnuſquiſque in ſua Diœceſi illam deſignet, prout deſignata eſt per to tam Hiſpaniam, maximè in Archiepiſcopatu illo floretiſſimo Toletano, vbi in Conſtitutionibus Sinodalibus deſcribitur forma rotunda tonſuræ Sacerdotib. tãquam vna Hoſtia ad celebrandum, & paulo minor Cęteris ordinibus Sacris.

Circa quam tonſuram Nota, quod quamuis in Sacris Canonibus per tonſu-ram intelligebatur ſummitatem capitis in modum Coronæ radere, & inferius tondere ita vt aures videantur, vt ex. S Th. & Panor. & alijs probat Summa Cõ feſſ. lib. 3. tit. 7. q. 1. & Sylueſt. verbo Clericus. 2. n. 2. & alij: Hodie tamen, communiter pro raſura, aperire, vel radere coronam, intelligitur. De qua tonſura cle ricali iura Canonica diuerſimode loquuntur. In aliquibus. n. dicitur raſura, ut in §. Clerici. 23. diſt. & in c. ſeq. In alijs dicitur Corona. ut in c. Duo ſunt. 12. q. 1. In alijs tonſura & corona inuenitur. vt in c Clerici. 2. de vita. & hon. cler. & in c. fin. de clericis coniug. & in Clemen. Graui. de Celeb. Miſſ. In alijs multis ſimpliciter tonſura appellatur. c. ex parte. de Cler. Cõiug. cum multis alijs. vide Aluar. Pelag. de planctu Eccl. lib. 2 c. 14.

De ueſtibus autem Clericalibus, quæ apertæ ſunt indecentes, nec hõnori cõ gruunt Clericali, aliquæ ſunt antiquę prohibitiones, de quibus per totum de vita & honeſt. Cleric. & tractant Doctores ſupra. De quibus ita ait Silueſ. verbo Clericus. 1. nu. 2. Secundo peccat mort. quicunque portat veſtem partitam, aut tabardum, ſi habet beneficium, etiam ſi ſolum haberet primam tonſuram, aut ſi non habet beneficium, tamen tales veſtes portat cum tonſura Clericali: alias non, &c. infra. Tertio peccat mortaliter, qui viridibus aut rubeis veſtibus utitur ſecundum Panor. in d. c. Clerici officia. & infra. dicit. Et idem uidetur dicendũ de ueſte lingulata, & quacunque alia notabiliter irreligioſa aut ſcandaloſa, uel pretioſa, niſi ſit pretioſa ad ſe conformandum his quibus conuiuit, ne vileſcat. arg. diſt. 86. Epiſcopi. Hæc Silueſt. cum quo concordat Nauar. multa allegans in Manual. c. 25. num. 110.

Cum ergo ueſtes clericis monſtrauerimus prohibitas, ſupereſt, ut dicamus quas hæc bulla requirat, deſideret, & præcipiat ſub illis uerbis: ueſtes talares, quod per ſequentes aſſertiones patebit. ¶ 1. Nulla in hac bulla ſit mentio de pileo (Itali birreta, Hiſpani, bonete) ideo unuſquiſque poterit vti illo, quo Clerici illius regionis uel prouinciæ utuntur, ſeu galero (Itali Capello, Hiſpani ſombrero) ſecundum quod uniuſcuiuſque ſanitas, uel Regionis intemperies requi rit, dummodo in Eccleſia illo non utatur.

Secunda Aſſ. Quamuis talaris ueſtis in rigore, illam ueſtem ſignificet, quæ totum hominem uſque ad pedes tegit, & cooperit, aliquando tamen leges interpretandæ ſunt per Epicheiam, uel Epijeeiam. i. per moderationem quandam rationabilem, quæ interpretatio, uel rigoris iuris mitigatio licita eſt, per Epiche iam, uel Epiiceiam, & æquitatem rigorem legis temperare iuxta intentionem præſumptã Legiſlatoris. de quo uide late Albericum ĩ Dictionario. uerb. Aequi tas. Didacum. Perez in Prologo Ordinamenti. q. 2. Couar. in Reg. Poſſeſſor. 2. p. §. 6. n. 3 Caiet. cum S. Thom. 1. p. q. 97. & in 2. 2. q. 60. ar. 5. & q. 120. a. 1. Sot. li. 1. de iuſt. & iure. q. 7. a. 3. & li. 3. q. 4. a. 5. & li. 7. q. 4. a. 1. Nau. in Rubrica de Iudicijs. n. 71. cum multis alijs.

Tertia Aſſertio. Talares ergo veſtes, iudicabimus Clericis decentes, nec ni-

mis longas, nec nimis breues: quas illas dicemus, quibus modeſti, & religioſi Sacerdotes in vnaquaque vtuntur Prouincia. Summa Confeſſ. li. 3. tit. 7. q. 1. Ratio eſt, quia verba Pontificis ſunt exponenda iuxta ſenſum qui vulgo, & cõmuni vſu loquendi receptus eſt, iuxta Conſuetudines Prouinciæ. Couarr. lib. 3. Variar. c. 5. n. 1. & in c. Quamuis pactum. 1. p. §. 5. in initio. Pinel. in Rubr. C. de reſcind. vend. 2. p. c. 1. n. 3. fin. & Nauar. man. c. 25. n. 110. ante an. Trigeſimũ quartum, ait raſuram eſſe faciendam in barba ſecundum conſuetudinem approbatam.

Quarta Aſſ. Quas veſtes ſimplices eſſe neceſſarias videtur, non quòd vnuſquiſque Clericus teneatur duas habere, videlicet (vt clarius loquamur) Sotanam, & Ferriolum, vel mantellũ, ſufficit. n. vnicuique veſtis vna longa qua totus honeſte tegatur. iuxta Apoſtoli ſententiam. 1. ad Timo. 6. Habẽtes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. alias oporteret omnes eſſe diuites.

Quinta Aſſertio. Cum S. D. N. Sixtus. V. nihil dicat de coloribus, ſtandum putamus eſſe honeſtę cuiuſcunq; Prouinciæ Conſuetudini, maximè ab Epiſcopo approbatæ. Nam, quamuis, per vniuerſum Orbem, Clerici nigras induantur veſtes: non dannarem ad mortale, qui humilitatis, & abiectionis cauſa, alterius honeſti coloris veſte indueretur, nec eos qui in villis paupertate oppreſſi eadem facerent: Cùm alij colores reprobati non inueniantur, niſi illi, quos ex auctoribus ſupra retulimus.

¶ 10. Nota, ex eodem. nu. 5. ibi: iugiter, ideſt continue, ſemper, & perenniter: quòd quamuis hoc aduerbium iugiter, actus, cui adiungitur, continuationem ſignificet, vt in oratione Corporis Chriſti: Deus qui nobis &c. & in l. Corruptionem. C. de vſufr. & in l. liberi. §. 1. ff. de inoff. teſt. & in multis alijs, non tamen ſic ſtrictè eſt intelligendum ſed cum grano Salis, & prudentiæ moderamine, quemadmodum intelligitur illud Apoſ. Colloſ. 1. Semper pro vobis orantes. & 2. Thim. 1. Oramus ſemper pro uobis & ibi. c. 5. Sine intermiſſione orate. non. n. ſignificat Apoſt. quòd ſit ſemper orandum, & nihil aliud faciendum, ſed cum oportet orare, & frequenter orare.

Confirmatur quia præcepta affirmatiua etiam Diuina non obligãt ſemper, & ad ſemper, ſed ſuis debitis temporibus, vt diximus in Candelabro, in multis locis. & hoc præceptum Canonicum affirmatiuum eſt: ergo non obligat ſemper, & ad ſemper.

Quapropter Clericus non tenetur ſemper talarem veſtem deferre cum iter facit; nec cum ſolus eſt domi, & facit ſine ſcandalo expolians ſe ob calorem; nec minus cum tali veſte tenetur dormire; quod foret ſecus in omnibus, ſi aduerbium iugiter, vt quidam dicebant, eſſet intelligendum abſq; vlla ceſſatione, & actus intermiſſione. Intentio ergo. S. D. N. in hac bulla eſt vt ſemper Clericus in publico compoſitus, atq; decenter, vt oportet ueſtitus appareat.

Quod etiam confirmatur, quia ex cauſa peregrinationis. uel alia honeſta licet clerico habitum transformare, & accipere habitum pęnitentialem, uidelicet peregrinorum, uel ſimilem. ut ex c. Epiſcopi. 21. q. 4. Raim. Hoſt. & alijs, tradit Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 7 q. 2.

¶ 11. Nota. ex. n. 6. ibi: Deq; Apoſtolicę poteſtatis plenitudine priuamus, &c. pęnas huius bullæ ſtatim tranſacto tempore præfixo omnes ligare, & in utroq; foro quorumcunque beneficiorum poſſeſſione eſſe priuatos, & dominio, ita, quòd deinceps fructu non faciant ſuos, ut patet in ea. quapropter qui ſecus

fecerit,

ſecerit, reſtitutionem eorundē fructuū tenebitur facere ſecundū communem.

¶ 12. Nota. ex. n. 7. ibi: qui non vti Clerici: intellectum ad hanc bullam, & ad bullam S. D. Pij. V. de recitatione horarum: in illis verbis: vt clericus percipit. quam ponit Nauar. Manual. c. 25. n. 122. videlicet, ꝙ qui non vt clericus habet penſionem aliquam, quæ in præmium ſuorum factorum fuit aſſignata, non tenetur recitare horas B. Mariæ, vt ibi dicitur; nec portare habitum, & tonſurā, vt hic declaratur. Si autem talis penſio data fuiſſet tanquam titulus Eccleſiaſticus, vel beneficium, tunc ad vtrumq; tenetur, vt hic & ibi patet.

Cætera per ſe patent.

Quæ omnia S. R. E. Correctioni, vt alia noſtra ſcripta; atq; cuiuſuis melius ſentientis iudicio committimus.

Ego F. Io. Anto. afloriano Mag. & Inquiſito Bon. ordinis prædicatorum, vidi, & legi præſentes explanationes, in quibus nihil reperi, quod ſit contra S. Fidem Catholicam, & Romanam, nec contra bonos mores, nec principes, ideo dico, quòd poteſt typis mandari & imprimi, Dat. Bon. die 16. Menſis Septembris. 1589.

F. Io. Anto. afloriano Inquiſitor Bon. qui ſupra.
Imprimatur. A. Archid.
F. Baptiſta Finario Inquiſitor Brixiæ, vt imprimatur.

F I N I S.